QVARTVM VOLVMEN



CONSILIORVM

CLARISS. EMINENTISSIMIQVE IVRISCONSVLTI,

Do. Mariani Socini Iunioris, Senensis patritij,

Aequitis, & Cæsareæ, Pontificalisque aulæ Comitis, ac Consistorialis Aduocati, Aliter Socini Nepotis.

In quo eius aurea responsa continentur quæ ab anno 1549. vsque ad annum, 1556. dum Bononiæ summa cum laude primam iuris ciuilis cathedram teneret, conscripsit.

Adiectis ad singula consilia summarijs, cum capitum materiarum, tum notabilium. Necnon generali indice elementario ordine digesto ad leuandum laborem scire volentibus quæuis notatu digna in consilijs recondita.

BE

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS
MDLXIX.

Diolo a la Casa Prof.ª de la Comp.ª de Jesus el d.ᵒ Lic. Almeyda

ILLVSTRISS.mo AC REVERENDISSIMO CARDINALI AVGVSTANO PATRONO SVO COLENDISSIMO

Celsus Socinus Iuriscon. Senensis. S. D.

VM iam inde ab adolescentia splendor auctoritatis tuę, & nominis amplitudo mihi summa videretur, ab illo tempore animum induxi meum, vt omni religione, & obseruantia te colerem, atque ideo magis, quod Marianum Socinum patrem cognoram omne suum studium tuis laudibus dedicasse. Quocirca vix dici potest, quantopere desiderarim aliquam mihi facultatem dari, qua tibi aliqua ex parte constaret qualis erga te foret affectus animi mei. Cum igitur quartum Tomum consiliorum Mariani Socini patris essem in lucem editurus, existimaui non solum meo studio aliquantum me satisfacturum, sed etiam patri vel defuncto pergratum futurum, si illum nominis tui patrocinio commendarem. Nihil sane mihi est ęque in optatis, atque vt possim laudum tuarum immortalitati satisfacere, neque vero id, ob eam rem, quod ille in clariore luce non sint, quam vt à quoquam illustriores fieri possint, verum quod ipse quoque in eorum sum numero, qui excellentiam virtutum tuarum prorsus admirantur. Non enim id esse potest sine commendatione quadam nominis, honorisque mei; Nemo enim potest laudes, & gloriam aliorum suspicere, sine aliqua significatione virtutis suæ, verum nihil mihi potest gloriosius accidere quam si me, domumque meam totam in fidem, clientelamque tuam recipias; Quod si hoc munusculum tanti à te fiet, quanti ego ad te mittens confidebam, non leui coniectura me consecutum iudicabo; obsecro igitur amplitudinem tuam, vt, pro sua humanitate, quæ singularis est, me cum hoc munusculo complectatur. Vale.

Notula ista * suis locis in consiliis posita indicat communes opiniones.

CONSILIORVM

CLARISSIMI, EMINENTISSIMIQUE Iurisconsulti domini Mariani Socini Iunioris, alias nepotis, Senensis patritij, Equitis, ac Cæsareę pontificalisque Aulę comitis. Quarta pars, in qua eius aurea responsa continentur quę ab anno 1549. vsque ad annum 1556. dum Bononię summa cum laude primam iuris ciuilis cathedram teneret, conscripsit.

CASVS.

CONSILII PRIMI.

AROLVS QVARTVS Imperator de anno. 1347. Dedit concessit, contulit, ⁊ donauit Ugolotto, ⁊ Raymundino Marchionibus Soranee, ipsorumq́ heredibus ab ipsis legitime descendentibus, ⁊ successoribus quibuscunque motu proprio, ⁊ de liberalitate imperatoria propter multiplicia ipsorum merita merum, ⁊ mixtum imperium, ac omnem Jurisdictionem Ciuilem, ⁊ Criminalem, altam, ⁊ bassam in terra Soranee, ⁊ terra de Castione, remouendo ea loca ipsorumq́ homines, ⁊ predictos Marchiones, eorumq́ legitimos descendentes, a Jurisdictione ciuitatis Parme prout hec, ⁊ alia plura in dicte concessionis, ⁊ donationis instrumento cum amplissimis clausulis legi possunt, cuius copia transmittitur.

¶ Raymundinus predictus decessit sine liberis, ⁊ ita Marchionatus Soranee cum alijs donatis, seu portio sua castri Soranee, ⁊ Marchionatus eius peruenit ad fratrem eius Guidonem, vel eius filium Antonium, Portio vero dicti Ugolotti peruenit in Bonifacium eius filium. Qui postea sine liberis decedens in testamento dictum castrum Soranee, ⁊ eius Marchionatus cum omnibus eius iuribus pro sua parte reliquit Caidam Ugolotto Juniori de Blancardis filio domine Caterine eius sororis, ⁊ illi sine liberis masculis decedenti substituit Do. Antonium quondam Guidonis de Lupis, ⁊ Raymundinum Juniorem dicti Antonij filium, ad quos vigore dicte substitutionis Castrum, ⁊ Marchionatus Soranee cum Juribus predictis pro dimidia illa peruenit eo ꝙ dictus Ugolottus decessit sine liberis masculis, qui aliam partem alio iure habebant, de ipso autē Raymundino dicta bona postea peruenerunt ad Franciscum eius filium, deinde ad Bonifacium Frācisci filium, ⁊ postea ad Deiphebū seniorē dicti Bonifacij filiū.

¶ Qui postea de anno. 1513. decedens sine liberis in testamento condito in terra Soranee suum heredē instituit (ita vt castrum Soranee, ⁊ Marchionatus cum suis iuribus comprehendatur.) Do. Jo. Paulum de Emilijs filium Domini Jo. Baptiste, qui erat filius sororis dicti testatoris, ⁊ voluit ꝙ dictus heres vocaretur de domo Luporum prout hec latius in testamento continentur, cuius copia transmittitur.

¶ Quod testamentum postea de anno 1514. ad supplicationem d. testatoris fuit per Reuerendis. Cardinalem Sacre penitentiarie magistrum approbatum non obstante, ꝙ de eo non fuerit rogatus Notarius Parmensis, sed Mediolanensis.

¶ Decessit postea Do. Deiphebus testator, ⁊ statim D. Jo. Paulus iam de Lupis nuncupatus predictam hereditatē adiuit, ⁊ ita castrum ⁊ Marchionatum Soranee, ⁊ iurisdictionem eius, ⁊ omnia iura sua suscepit.

¶ De anno sequenti. 1515. Rex Gallie quum cepisset dominari dictis locis Marchionatum Soranee vti ad superiorem deuolutum concessit Magnifico tunc Juliano Medices, ⁊ Philiberte eius vxori pro se, ⁊ heredibus suis, ⁊ quibus iura sua dederint ita vt de vno in alium, vel aliam veniret, ⁊ talem Marchionatum predicti tenuerūt vsq́ ad annum. 1518. quo anno Domina Philiberta, que solā supererat media quadam transactione, ⁊ receptis. 2500. ducatis restituit castrū, ⁊ Marchionatum Soranee predicto D. Jo. Paulo de Lupis eius Marchioni, qđ totū fuit a Christianissimo Rege approbatū.

¶ Deinde quidam Do. Bonifacius Aldigerius (quum per prius vsq́ de anno. 1515. fuisset inuestitus a Maximiliano Imperatore de dicto Marchionatu Soranee vti proximior cognatus Deiphebi tunc nuper defuncti sine liberis.) de anno 1521. prima Februarij fuit iterum inuestitus a Carolo Quinto de eodem Marchionatu ⁊ confirmata fuit inuestitura Maximiliani dempta illa clausula, vti proximior cognatus, sed dictum fuit vti habens iura cessa a proximioribus cognatis cum clausula. nostris ac sacri Romani imperij, ⁊ aliorum omniū iuribus semper saluis, Que tamen inuestitura fuit postea. ij. Julij. 1521. suspensa per eundem Carolum vsq́ ad aduentū eius in Italiam ⁊ declaratū, ꝙ illa nō preiudicet dicto Jo. Paulo.

¶ Postea de anno. 1522. Bonifacius predictus intrauit propria authoritate in possessionem dicti Castri Soranee, sed inde fuit paulo post expulsus per Jo. Paulum Marchionem.

¶ Et quum de spolio siue de attentatis ageretur inter ipsos in Curia Romana sententie tres conformes late fuerunt contra Bonifacium qui etiam in expensis fuit condemnatus.

¶ Asseritur ꝙ per prius anno. 1521. 25. Octobris fuit lata quedam sententia per quedam Cardinalem Sedunesem, qua Dominus Jo. Paulus ex quibusdam causis priuabatur de Marchionatu, qui tamen dicta sententia non obstante remansit in possessione. d. Marchionatus.

¶ Sed occasione forsan dicte sententie, & ex alijs causis de quo 1534. 28. Julij. Carolus Quintus Imperator dictũ Marchionatum uti ad se deuolutum concessit predicto Bonifacio confirmans omnes alias concessiones per Maximilianum, & per se factas ipsi Bonifacio.

¶ Et postea de anno. 1539. Paulus Tertius Papa eundẽ Marchionatum quouis modo ad sedem apostolicam deuolutũ maxime ex demeritis d. Jo. Pauli ut asserebat dictus Bonifacius, eidẽ Bonifacio concessit, prout predicta omnia latius constant in literis Cesareis, & Papalibus, aut instrumentis desuper factis, quorum omnium copia transmittitur.

¶ Et stantibus predictis cum multe lites inter predictos Bonifacium, & Jo. Paulum vigerent Jo. Paulus Marchio decessit superstite sibi Deiphebo Juniore filio, & herede vniuersali, & in dicto Marchionatu possessionem apprehendit, in qua etiam hodie reperitur, sed a predicto Bonifacio in dicto Marchionatu molestatur, qui tamen si iustitia patiatur vult se defendere: Unde queritur quid iuris?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De cõcessione cuiusdam castri aliquibus, & eorũ heredibus legitime descendentibus vtrum transire possit ad descendentes masculos ex feminis: ¶ Et an talis cõcessio dicatur feudalis, vel libera donatio: & de hoc plene. ¶ Item de testamento morientis sine liberis vtrum. s. valeat super dicta concessione, siue re ita concessa. ¶ De statuto excludente nuptam extra territorium, & suos descendentes quomodo intelligatur: ¶ De sententia Judicis delegati priuatiua feudi, que multis modis annullatur: ¶ De concessione, & inuestitura facta quasi de deuoluto quantum iuris tribuat. ¶ De bonis per feudatarium Castri possessis, an dicãtur propria, & libera eius, an feudalia:

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Feudum sui natura non transit ad extraneos hæredes, immo nec ad filias propter sexus fœminei qualitatem.*

2 *Medij inhabilitas solet influere inhabilitatem in extremis.*

3 *Descẽdentes ex fœminis non admittuntur in feudis, sicut nec eorũ matres.*

4 *Fides in feudis est maxime attendenda, ita ut ob eam causam feudum, a, fide denominetur.*

5 *Dispositio testamentaria facta super feudo non ualet. & nu. 33.*

6 *Verba (& successoribus quibuscũque) in feudis restringunt ad masculos.*

7 *Reiteratio ostendit præcisam & constantem uoluntatem.*

8 *Dictio (seu) licet distingendo uerba, sensum cõiungat, tamen ostendit probius quid esse quod per eam subiungitur.*

9 *Verbum (damus) importat translationem dominij.*

10 *Verbum (concedimus) inducit donationem rei concessæ.*

11 *Arbitrator cui data est potestas arbitrãdi et iudicãdi alte et basse prout ipsi placuerit, libere põt arbitrari & partẽ lædere, modo absit dolus.*

12 *Verba non debent esse innania, sed aliquid operari. & nu. 44.*

13 *Liberum dicitur quod ab omni necessitate obseruantiæ & solemnitatis est abstractum.*

14 *Plænum ius quis dicitur habere quando habet dominium directum.*

15 *Verbum (pleno iure) ius directum importat sine diminutione.*

16 *Ecclesiam quis dicitur habere pleno iure, quando ibi episcopus nullum ius exercet.*

17 *Plænum dicitur cui nihil addi potest.*

18 *Castrum quando conceditur seu donatur plæno iure, uenit imperium cum iurisdictione.*

19 *Omnia dicens & uniuersaliter loquens nihil excludit.*

20 *Beneficium imperatoris debet largissime interpretari.*

21 *Interpretatio latissima debet fieri in præiudicium concedentis.*

22 *Verborum propria significatio est attendenda, nec ab ea recedendũ est, quia uerbum dicitur cordis præco, & nemo præsumitur dicere aut loqui nisi quod prius mente cogitauerit.*

23 *Verba in concessione Principis debent in dubio interpretari in benigniorem partem ad fauorem eorum quibus fuit facta.*

24 *Res quælibet p̃sumitur libera et allodialis ex legali p̃sumptione. et n. 93*

25 *Iuramenti qualitas non facit illud esse feudũ quod in substãtia nõ est feudũ, cũ illud accessorie præstetur, nã inspicitur qđ principaliter agitur.*

26 *Verba concessionis oportet sic interpretari ne concedens sibi videatur contrarius.*

27 *Vasalli largo modo dicuntur omnes alicui principi subiecti.*

28 *Verba ista (subditi & uasalli) dicuntur habere quandam conformitatem largo modo sumpta.*

29 *Vasallus dicitur à uas uadis, quod est obses, id est obligatus, quum uasallus ad plura domino teneatur.*

30 *Vltimæ uoluntati iura plurimum fauent.*

31 *Verbum (descendentes) omnes cuiuscunque sexus & gradus liberos complectitur, nam est nomen commune omnibus.*

32 *Verba (pro se hæredibus qoibuscunque) posita in concessione feudi extenduntur etiam ad hæredes extraneos.*

33 *Dispositio testamentaria ualet in feudis, quãdo in inuestitura talis dispositio esset expresse vel saltin uirtualiter permissa, nam tenor inuestituræ est inspiciendus per quem feudorum consuetudini derogatur.*

34 *Forma & tenor inuestituræ in feudis semper est attendenda. et nu. 45*

35 *Feudum concessum alicui et quibuscunque hæredibus suis (propter uerbum) quibuscunque, transibit etiam ad extraneos hæredes.*

36 *Fœmina uel ex ea descendens ex consuetudine succedit in feudo ligio.*

37 *Doctori excellẽti asserenti aliquid de cõsuetudine seruari credendũ est.*

38 *Consuetudo potest probari anthoritate solius glosæ.*

39 *Feudum nouum regulariter non pertinet ad transuersales, nisi ex consuetudine transeundi factus sit transitorius. & nu. 40.*

41 *Actus binus inducit ius, etiam contra regulas communes quando à primo actu distamus per triginta uel quadraginta annos.*

42 *Dispositio conuenit ei cui conueniunt uerba dispositionis, & econtra.*

43 *Interpretatio omnis contradictionem inducens reijcienda est.*

45 *Concessiones feudales non regulantur à iure hæreditario sed in eis attenditur tenor inuestituræ.*

46 *Specialia duo ex eodem fonte non possunt oriri. & ibi late declaratur illa propositio, quod una determinatio respiciens plura determinabilia debet pariformiter determinare.*

47 *Argumentum ab enumeratione partium ualet.*

48 *intellectus. l. iam hoc iure ff. de uulg. & pupil. substit.*

49 *Instrumentum publicum dicitur ueritas apparens, & probatio probata disceptatione fori non indigens.*

50 *Testamenti substantia consistit in uoluntate testatoris.*

51 *Testamentum dicitur legitime probatũ, si testes numero ad id idoneo deponant aliquem fuisse testatum, & talem fecisse hæredem, ubi aliud non obstet, etiam si de eo non extaret aliqua scriptura.*

52 *Clausula (si ad hoc quorum interest accedat consensus) nihil potest operari quantum ad testamenti confirmationem, in quo solius testatoris consensus requiritur, a, cuius sola uoluntate pendet.*

53 *Agens per alium ipsemet agere uidetur.*

54 *Argumentum a cessante causa non procedit, quando causa quæ cessat non erat finalis sed impulsiua.*

55 *Causa in dubio semper debet præsumi potius impulsiua quam finalis, quando apponitur ab homine.*

56 *Dispositio remanet ubi plures rationes considerantur, si aliqua ratio remanet, licet aliqua tollatur.*

57 *Clericus non ligatur statutis laicorum.*

58 *Statuta exorbitantia à iure communi debent stricte & prout uerba sonant intelligi, ut sit minus ius commune corrigatur.*

59 *Legum & statutorum proprium est ad præterita non referri, sed tantum futuris dare formam negotijs.*

60 *Statutum alicuius loci non habet locum circa personas & res à iurisdictione illius loci exemptas.*

61 *Statutum afferens alicui liberam rerum suarum dispositionem dicitur odiosum & onerum inductiuum.*

62 *Castrum exemptum alteri non unitũ retinet antiqua sua statuta, cũ alia non habeat, & ibi discutitur doctrina Alex. in consi. 151. lib. 2.*

63 *Ciuitas non potest imponere onus loco non existenti de sua iurisdictione.*

64 *Statuta exorbitantia, & dispositio contra regulas iuris communis non procedunt in feudis, nisi de eis fiat expressa mentio.*

65 *Dominus alicuius terræ cũ mero & mixto, omnimoda iurisdictione in perpetuũ pro se et legitimẽ descendẽtibus, dicit̃ habere iura principis.*

66 *Ciuitas inferior non potest per sua statuta præiudicare suo domino.*

67 *Subditus quis non dicitur ex eo quod in aliquibus se gerat pro subdito.*

68 *Approbatio seu receptio unius capituli seu statuti non arguit quod sequatur approbatio seu receptio aliorum separatorum.*

69 *Princeps nedum ex contractu obligatur sed etiam eius successores, ut ab eo absque iusta causa recedere non possint.*

70 *Promissum certo tempore alio tempore dicitur negatum, & econtra.*

71 *Exemptio alicui concessa, non citato eo cuius interest, non ualet.*

72 *Publice gesta & publice intellecta præsumuntur omnibus nota.*

73 *Cautella abundans non nocet.*

74 *Sententia lata, a, non habente potestatem est nulla, etiam quod sit cardinalis, ubi discutitur. c. cum in iure peritus. de offi. deleg.*

75 *Citatio necessario requiritur pro ordine & ualiditate processus.*

76 *Citatio respectu citati uel citantis debet fieri in loco in quo ipse citandus degit personaliter.*

77 *Cardinalis assertioni credendum non est in graue præiudicium alicuius in ijs quæ ex suo officio, & ex proprio arbitrio non potest disponere, cum requiritur causæ cognitio.*

78 *Sententia est nulla, si deficiat citatio peremptoria ad sententiam.*

79 *Sententia in breui tempore lata est nulla, quando requiritur plæna causæ cognitio.*

80 *Sententia lata contra impuberem indefensum est nulla.*

81 *Asserens aliquid esse factum debet illud probare.*

82 *Inuitus dicitur qui consentire seu petere cogitur, & minori absenti non citato curator dari non potest.*

83 *Sententia quæ nulla est non est sententia, nec approbari etiam per partes potest ut ualeat ut sententia.*

CONSILIVM PRIMVM.

DIRIGAT Dominus verba mea in viā veritatis ⁊ Iustitie. ¶ Licet ex predicta longa facti narratione mihi exhibita plures elici possent questiones, tamen quinqꝫ sunt principaliter discutiēda ex eis enim plena ⁊ aperta habebitur resolutio pñtis cōsultationis.

¶ Et primo vidēdū erit vtrū castrū ⁊ Marchionatus Soranee stāte cōcessione a Carolo quarto facta Ugolotto, ⁊ Raymūdino de Lupis potuerit trāsire ad trāsuersales eorū q nouissime possidebant descendentes ex feminis predictorum, an vero sit deuolutus dño propter defectum linee masculine?

¶ Secundo posita affirmatiua precedentis dubitationis dubitatur vtrum per Deiphebum Seniorem in testamento fuerint iuridice predicta relicta Ioā. Paulo de Emilijs, ita vt ei acquiri potuerint?

¶ Tertio posito ꝙ ei fuerint iuridice relicta, ⁊ sic fuerit ad ea admissus dubitatur vtrum postea possit dici tali Marchionatu priuatus per assertam quandam sententiam cuiusdam Cardinalis Sedunensis?

¶ Quarto videndum erit quantum iuris in dicto Marchionatu fuerit acquisitum Domino Bonifacio Aldigerio per priuilegia imperialia sibi concessa maxime per illud Caroli Quinti de anno 1534. ac etiam per priuilegium Pape de anno 1539. Et an ex illis fuerit illatum preiudicium predicto Marchioni Io. Paulo?

¶ Quinto, quia predictus Io. Paulus possidebat, ⁊ hodie possidet Deiphebus eius filius, ⁊ heres plura, ⁊ varia bona tam in territorio Soranee, quā alibi, dubitatur vtrum omnia dicantur inclusa in concessione Marchionatus ⁊ eius feudo, (si feudum est) an vero dicantur ipsorum propria etiā quo ad ad directum dominiū velut alodialia, nisi cōtrariū probetur?

¶ Circa primā dubitationē vī prima frōte dicēdū Marchionatū istū Soranee nō posse trāsire ad alios ꝙ ad descēdentes masculos ⁊ ex masculis, ⁊ cōsequēter, ꝙ in persona Deiphebi Senioris decedētis sine talibus descēdentibus fuerit finitus, ⁊ ad directū dñm deuolutus vt vulgo dicitur ob finitam lineaꝫ iuxta. c. j. §. si autē. ⁊ ibi tradūt Doct. qui feud. dar. poss. cum simi. vt dixi in cōsi. ciij. in causa istorū. nu. 1. ij. vol. ⁊ hoc videt
1 probari satis aperte, Nā † feudū sui natura non trāsit ad extraneos heredes. c. j. §. ⁊ si clientulus. de alien. feud. cū simi. ⁊ tradūt Bar. ⁊ alij. in l. Gallus. §. ēt si parēte. ff. de liber. ⁊ posth. immo nec etiā ad filias propter sexus feminei qualitatē. c. j. de grad. succ. in feud. cū similibus multis que allegari possunt vt alias dixi in cōsi. lxxvj. cū diebus elapsis. nu. 3. j. vol. ⁊ hoc stante videtur ꝙ illa verba cōcessionis ipsorūqꝫ heredibus. ⁊c. ex natura feudi debeant restringi ad descendētes masculos vt in simili dicebā in d. consi. lxxvj. ⁊ quum femine etiam descendentes nō sint incluse in predicta concessione, ⁊ sic excludantur a successione feudi videtur ꝙ pari modo descendentes ex eis etiam masculi sint exclusi, ⁊ nullo modo sint admittendi tan-
2 quam prouenientes ab infecta radice, etenim † inhabilitas medij solet producere, vel influere inhabilitatē in extremo. l. predia. ff. de serui. rusti. pred. quā ⁊ alia plura iura ad hec allegat Fulgo. in consi. lxxxv. ex facto proponitur. col. ij. in ver. porro. ⁊ fuit dictum Bald. in auth. si quas ruinas. in fin. C. de sacr.
3 sanct. eccle. ⁊ in terminis † ꝙ descendentes ex feminis in feudis non admittantur, sicut nec eorum matres. est text. in d. c. j. §. hoc autem notandum, qui feud. dar. poss. cum similibus.

Nec videtur obstare si dicatur, ꝙ non sumus in feudi concessione, sed in mera donatione vt videtur probari ex illis verbis, damus, concedimus, ⁊ donamus, ⁊ ex alijs etiam vt infra dicetur iuxta consil. Oldrad. clix. ex presenti themate. in resolutione primi dubij, cum concordantibus pluribus inferius allegandis. Quoniam videtur posse responderi, ꝙ immo videmur esse in concessione feudali, cum ex prestatione iuramenti fidelitatis iuxta. c. j. de form. fidelit. ⁊ c. j. de no. for. fidelit. in
4 feudis † enim fides est maxime attendenda, ita vt ob eam causam feudum a fide denominetur secunduꝫ Bald. in preludijs feudorum. iij. colum. versic. secundo quero. cum alijs vt arguendo dicebam in dicto consi. lxxvj. nume. 36. Tum etiam ex eo ꝙ in dicta cōcessione exprimi videtur ꝙ sit feudum ligiū, Nam ipsi Marchiones in eorū petitione dixerūt se eam facere vt vasalli, ⁊ homines ligij, Regni, ⁊ Imperij Romani effici mererentur, ⁊ postea etiam tanquam tales sacramentum obedientie, ⁊ fidelitatis prestiterunt, videtur enim satis aperte dicendum ꝙ si facti fuissent vasalli, ⁊ homines ligij, ꝙ predicta concessio fuerit feudum ligium, est enim vasallus nomen habenti feudum conueniens, ⁊ inter alias species feudorum vnum feudum est quod appellatur ligium, vt per Bal. ⁊ alios in diuisione feudorum ⁊ post alios tradit Curt. Iunior in tract. feud. in j. part. in viij. questio. vj. colū. versic. quinto sub hac quinta specie. Et si feudum est sequitur, ꝙ in eo nullo mo-
5 do valuit † dispositio testamentaria super eo facta per Deiphebum seniorem. c. j. in princi. de feud. success. vbi Bal. Aluarot. ⁊ alij not. ⁊ dixi in consil. lxxij. Gratiadeus de Caluagnis. nume. 17. j. vol. vbi subdo huius dicti tres pulchras rationes, ⁊ reperio ꝙ ita in effectu in nostris terminis in indiuiduo firmat Carolus Ruyn. in consil. xxxix. visis ⁊ bene intellectis. nu. 5. in fin. ⁊ nu. 6. j. volu. ¶ Et ad consilium Oldrad. preallegatū respōdet ꝙ bene dī donatio, sed ob cām. f. in cāꝫ feudi.

¶ Vel vltra eum potest dici, ꝙ decisio Oldradi forte non procedit quando in cōcessione sunt verba sonātia feudū, vt voluit Ias. in preludijs feud. vij. col. ver. si quis tamen vellet, cū alijs per me allegatis. in d. consi. lxxvj. nu. 43.

¶ Secundo principaliter videtur idem probari etiam nō cōsiderata natura feudi ⁊ sic posito etiā ꝙ essemus in donatione, nam verba eius considerando videtur ꝙ in transuersales transire non possit, sed tantum in legitime descendentes vt clara videntur verba dum dicitur ipsorumqꝫ heredibus ab ipsis legitime descendentibus. ⁊c. vnde quum verba clara sint, eis standum videtur. l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercit. act. ⁊ non debet fieri alia questio. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. iij. cum similibus.

¶ Nec videntur obstare illa verba ⁊ successoribus quibuscun-
6 que. † quia videntur restringenda ad masculos descendentes sicut important precedentia verba vt per Ruyn. in d. consil. xxxix. v. ⁊ vj. col. vbi ad hoc plura dicit. Sic itaque videtur cōcludendum ex predictis Marchionatum Soranee ad transuersales Deiphebi Senioris ex femina descendentes peruenire non potuisse etiam ex dispositione testamentaria, sed videtur ꝙ ipso Deiphebo sine liberis decedente Marchionatus fuerit deuolutus ad dominum suum directum, ⁊ consequenter, ꝙ ille potuerit postea alteri eum concedere.

¶ Uerum predictis non obstantibus cōtrarium verius de iure puto, cōcludēdo ꝙ immo potuit descendentibus ex femina relinqui, (vt factum fuit) ⁊ consequenter dico Marchionatum predictum ad suum directum dominum, mortuo dicto Deiphebo non fuisse reuersum.

¶ Et istud probatur primo, quia predicta concessio a Carolo quarto facta non videtur feudalis, sed simplex ⁊ libera donatio prout sonant illa verba damus, concedimus, ⁊ donamus vt supra tangebam, ⁊ ꝙ talis concessio fuerit donatio, ⁊ non feudalis concessio, seu inuestitura, primo ostenditur, quia sepe immo semper in verbis eius appellatur donatio vt constat.

¶ Et ibi. ⁊ donamus, vt dictum est. ¶ Secundo ibi nostram concessionem, donationem. ¶ Tertio ibi nec nostre serenitatis gratia, concessio, seu donatio. ⁊c. ¶ Quarto ibi presens nostra donatio concessio, ⁊ translatio. ⁊c. ¶ Quinto quod statim sequitur ibi in nostre celsitudinis donatione. ⁊c. ¶ Sexto ibi propter que, ⁊ quas nostra presens donatio, concessio, ⁊ translatio. ⁊c. ¶ Et demum ibi nulli ergo hominum liceat hanc nostre serenitatis gratiam, concessionem, ⁊ donationem. ⁊c.

¶ Cum igitur toties dicatur, ⁊ repetatur, ꝙ sit donatio,
7 aperto ore debet dici donatio quum ex tali † reiteratione osten datur precisa, ⁊ constans voluntas Imperatoris, ꝙ sit donatio argumento eius quod dicitur de geminatione verborum, vel actuum per l. balista. ff. ad Trebellian. ⁊ per Bartolum, ⁊ alios in l. cum scimus. C. de agrico. ⁊ censit. lib. xj. ⁊ tradunt Alexand. ⁊ alij post eum in l. cum filio. ff. de legat. j. vbi etiam ego tetigi in secunda parte glosarum. nume. 15. 16. ⁊ 17. cum concordantibus, vt per Ruyn. in consil. cx. circa casum, de quo queritur. num. 17. ij. vol. ⁊ dixi in consil. xcviij. dominus Petrus de Brandis. nu. 11. j. vol. ⁊ alibi sepe.

¶ Secundo, ꝙ sit proprie donatio ostenditur considerando verba supra tertio loco notata ibi gratia, concessio, seu donatio, considerando illam dictionem, seu, ex qua apparet, ꝙ magis proprie talis concessio debet dici donatio, ꝙ simplex gra
8 tia, vel alia concessio, quia talis dictio † licet disiungendo verba, sensuz coniungat, vt in simili est illud Alexander, siue Paris, iuxta l. ad protegendam cum glo. C. de in litem dan. tut. cum similibus. vt scribit Curt. Jun. in consil. cxlv. facti contingentia. nume. 12. tamen ostendit proprius quid esse quod per eam subiungitur, ⁊ hoc respectu potest dici, ꝙ ponatur correctiue, prout correctiue dicitur posse poni, vt per Archidiaco. in c. j. versic. porro. de statu regular. lib. vj. ⁊ dixit Jas. in consil. xlv. in primis videretur. iiij. colum. sub. nu. 2. j. vol. Dico itaqz ꝙ Imperator intendens veraz facere donationē, quum dixerit gratia, concessio, videns se non proprie demonstrasse intentionē suā, quasi se corrigendo subdit, seu donatio.

¶ Tertio, idem videtur probari ponderando illud verbum,
9 damus, † est enim illius nature vt importet translationē dominij. l. vbi autem. §. fin. ⁊ ibi docto. ff. de verborum obligat. ⁊ §. sic itaqz. Institut. de act. ⁊ quando de dominio loquimur in dubio intelligimus de directo. l. j. §. fin. ff. si ager vectig. vel emphyteut. pet. vnde si directum dominium fuit in dictos Marchiones translatū, sequitur, ꝙ non potuit dici ꝯcessio feudalis, quia in ea remanet apud concedentem, ⁊ solum in feudatarium transfertur vtile. c. j. §. fin. ⁊ ibi tradunt Docto. in quibus caus. amitt. feud. ⁊ c. j. §. fin. de inuest. de re alien. fac. cum similibus, vt dixi in preallegato consil. lxxvj. nu. 45.

¶ Quarto ponderatur verbum, concedimus, nam per ver
10 bum concedo, † si aliud non appareat inducitur donatio rei concesse, vt post glo. per illum textum not. Bart. in l. vxori. §. fin. ff. de legat. iij. ⁊ probatur in l. j. in fine principij. ff. de donation. prout ibi not. Jmol. in versicul. item aduerte. ⁊ dixit Alexand. alia plura allegando in l. cum quid. iiij. colum. versic. posset defendi opinio Petri. ff. si certum peta. ⁊ ita in terminis nostris ad probandum, ꝙ non sit feuduz, sed donatio, arguit, ⁊ concludit Ruyn. in consil. xlij. proponitur, ꝙ Innocentius. num. 5. j. volum.

¶ Quinto faciunt illa verba, ⁊ omnem iurisdictionem, ciuilem, ⁊ criminalem, altam, ⁊ bassam ⁊c. nam cum per alia verba precedentia ostendatur translatum imperium cum omni iurisdictione quantum plus transferri potest iure feudi, verba illa, altam, ⁊ bassam, addunt quandam libertatem faciendi, quod eis placuerit absqz aliqua consideratione domini, eteniz talia verba demonstrant quid concedi libere, prout in simili vi
11 demus, † ꝙ si arbitratori datur potestas, arbitrandi, ⁊ iudicandi alte, ⁊ basse, vt ipsi placuerit libere potest arbitrari, ⁊ partem ledere modo absit dolus, prout voluit Joan. Andr. in c. fin. ij. colum. versicu. sed quando in iudicem, vel alium. de maiorit. ⁊ obedien. vbi etiam Fely. tradit post principium, quod etiam dixit Bald. in l. ⁊ in maioribus. C. de appellatio. sic etiā dixit Alexand. in apostill. ad Bartolum in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. in vj. colum. in apostil. incip. si in compromisso dicitur ꝙ possit. vbi allegat Joan. Andr. ⁊ Bald. in locis predictis, ⁊ alios plures, vt per eum. Et hoc ꝙ isto casu talia verba liberam concessionem importent suadetur, quia
12 alias inania essent, † ⁊ nihil operarentur. quod dicēdum non est. l. si quando. in princip. ff. de lega. j. ⁊ c. si papa. de priuil. lib. vj. cum similibus, ⁊ est tritissima doctrina Bald. in rub. C. de contrahend. emptio. in ix. quest. ⁊ si libera est concessio sequitur, ꝙ de tali Marchionatu, ⁊ eius iurisdictione omnimoda possunt Marchiones predicti disponere absqz alicu
13 ius licentia, vel consideratione, quia † id dicitur liberuz, quod ab omni necessitate obseruantie, ⁊ solemnitatis est abstractuz. c. que in ecclesiarum, in verbo, liberam, ⁊ ibi not. Bal. Jmol. ⁊ Ant. de Butr. extra de constitut. facit c. j. in versic. libere. de regular. lib. vj. ⁊ ibi tradunt Docto. cum concordantibus, vt per Deci. in d. c. que in ecclesiarum. num. 3. ⁊ Gozad. in consil. lviij. prima facie videtur. num. 2. ⁊ per Ruyn. in cons. ccxix. in hoc dubio num. 3. j. volu. qui etiam dicit, quod is dicitur libere habere, ⁊ vti posse qui aliquod impedimentum pati non potest, vt per eum. ⁊ dicitur libere concedi, quod totaliter conceditur, vt per insignem Moder. Cravett. in consil. cxxij. de anno. nume. 5. Sed hec non contingerent si concessio fuisset feudalis regulariter loquendo, vt in titulis de prohibita alien. feud. per Federic. ⁊ per Lothar. per totos, ⁊ de alienat. feud. in principio, ergo in casu isto non videtur concessio feudalis, sed potius libera donatio.

¶ Sexto etiam consideranda sunt illa verba, pleno iure, ⁊c. ⁊
14 plenarie sepe repetita, nam † illud dicitur pleno iure concedi, ⁊ haberi, seu quis dicitur habere plenuz ius, quando habet dominium directum secundum Ang. in l. Julianus. §. fin. nu. 2. ff. de rei vend. vbi etiaz alij tradunt, ⁊ alias dixit Bal. in auth. hec vsus. C. de sacrosanc. eccle. post Bar. quem allegat ꝙ qui
15 substituitur pleno iure dicitur directo substitui, quia † ista verba, pleno iure, ius directum important, immo important sine diminutione, vt dixit Alex. in cōsi. ccviij. viso summario nu. 7. lib. iiij. allegans Bar. ⁊ alios in l. precibus. C. de impu. ⁊ alijs substit. vt per eum. hinc dixit Host. in c. quoniam de priuileg.
16 ꝙ † quis dicitur habere ecclesiam pleno iure, quando eps ibi nullum ius exercet, ⁊ sic dicitur habere sine diminutione, vt refert, ⁊ sequitur Ruy. in d. cons. ccxix. nu. 1. plus dixit Bal. in
17 cons. ccxciij. thema integrale. ad fi. iiij. vol. ꝙ † plenum dicitur cui nihil addi potest, quod etiā dixit in cons. ccclxxxiij. quando super facto. post princ. ij. vol. vbi etiam subdit plenum dici ꝙ adiectione non eget prout probatur in c. si omnia. vj. q. j. in c. bene quidem in prin. xcvj. distin. ⁊ in l. huiusmodi. §. edes. ff. de leg. j. cum concord. vt dixi in consi. cxxiiij. Bartholomeus Perusinus. nu. 45. j. vol. Immo verba pleno iure important ꝙ apud concedentem nihil remaneat, vt per Ruyn. in d. consil. ccxix. nu. 3. Hec profecto non conuenirent habenti feuduz, nam non habens dominium directum, suum ius esset cum diminutione. s. dominij directi, in re feudali dominus aliquod ius exercet. s. reuocando propter alienationem, vel propter feloniam vltra ius directi dominij quod apud eum remanet. ⁊ iuri quod habet feudatarius addi posset dominium directuz, ⁊ potestas alienandi, ergo sequitur, ꝙ in proposito nostro nō debet dici facta concessio feudalis, sed erit libera donatio, cui omnia predicta conueniunt.

18 ¶ Facit ad predicta, quia † si conceditur, seu donatur castruz pleno iure venit imperium cum iurisdictione etiā, ꝙ alias non veniret arg. eorum, que tradit Innoc. in c. preterea. de offic. deleg. in versi. plenaria, prout signanter firmat Pau. de Cast. in consi. cxxiiij. notandū est ꝙ ista imperialis concessio. ij. col. in antiq. in nouis autem est in consil. clxxxvij. in ij. parte.

¶ Septimo, ⁊ vltimo, bene faciunt illa verba vniuersum ius, ⁊ actionem omnimodam omnium, ⁊ singulorum predictoruz in predictos Marchiones plenarie transferentes, quoniam si plenarie omnia, ⁊ vniuersum ius sunt translata, nihil sibi reseruauit donator, ⁊ sic etiam dominium directuz transtulit, quia
19 † qui omne dicit, ⁊ vniuersaliter loquitur nihil excludit. l. Julianus ff. de leg. iij. ⁊ c. si Romanorum. xix. dist. cum similib. quod non conueniret concessioni feudali cum reseruetur in ea dominium directum, ⁊ alia quedam, vt supra dictum fuit.

¶ Facit quia quando quid transfertur dz transferri totaliter ex propria natura verbi, ⁊ ita ꝙ transferenti nihil remaneat, vt recte intuenti probatur in l. j. ff. de nouat. ⁊ voluit Bart. in l. j. in ij. opposit. ff. de dam. infect. cum concordantibus, vt per Paris. qui ita dixit in consi. xlv. fuit monitoriuz. nu. 16. lib. 4.

¶ Et demum hec opinio comprobatur authoritate maioruz nostrorum, nam in primis eam in simili casu firmat Oldra. in preallег. consi. clix. idem voluit Alberi. de Rosa. in rub. C. de donat. vbi post argumenta hincinde facta concludit veraz esse opinionem Oldrad. vt. s. dicatur facta donatio propter verba in illam sonantia, non autem concessio feudalis, idem firmat Pau. de Cas. in consil. clxj. in presenti causa col. fin. in antiq. voluit etiā Ang. si recte aduertatur in ꝯs. ccxlij. punctus talis est. in fi. vbi dicit reliqua sunt dona imperialia nō feuda. ⁊ in terminis ita cōcludit Andr. de Jser. in c. j. §. fin. in addit. quam ibi ponit in qui. cau. feu. amit. vbi etiā ita tenet Prepos. in pen. q.

⁊ Afflict.

⁊ Afflict.colū.pen.vt per eos,qui etiā in fortioribus terminis ita tenent quando.s. Princeps non dixit dono, sed simpliciter concedo tibi tale castrum, volunt enim ꝙ in dubio semper presumatur donatio seu concessio in allodium vt per eos. fortius ergo in casu nostro est ita dicendum cum fuerit dictuȝ donamus ⁊ semper talis concessio fuerit appellata donatio, ⁊ nunquam feudum vltra alia plura verba donationem importantia que supra ponderata fuerunt. Idem voluit Alex. in consil.xxiiij.ponderatis his nume.11. lib.v.⁊ Deci.in consil.xxxij.⁊ pro tenui.j.colū.versi.non obst. ergo ⁊ consi.ccviij. Ad clariorem.ij. colum. versic. Postremo aduertendum. ⁊ etiam in consi.cccxc.quoniam ex facto ius oritur iiij.col. versi. In eadem prima inuestitura.⁊ in consi. ccccxiij. consuluit accurate. per totum vbi loquitur in fortioribus terminis, ⁊ alibi sepe. sic etiam sequendo Oldr.firmat Ruyn.in consi.xlij. preallegato nume.6.in fin.j.volu.⁊ in d.consil.ccxix. vbi in simili casu tenet non esse factam feudalem concessionem.⁊ in nu.12. ad finem refert ⁊ sequitur dictum consilium Oldr. ⁊ ita alias in simili casu consului ad fauorem Illustris. Ducisse Mantue,⁊ Illustrissimi consortis eius in d. consil. lxxvj. vt ibi nume. 42. vsque ad nume.48. ⁊ in eodem casu idem consuluerunt Gozad.in consil.viij.in hac causa nume.16. cum aliquibus sequentibus Gratus in consil.ix.facti speciem.nume.65. cum multis sequentibus.j.volu.⁊ Parisi.in consi.xxiij. Prima in huiusmodi consultatione.in princ. vsque ad numerum 16.j.volu.qui omnes faciunt pulcherrima fundamenta concludentia in casu illo,ꝙ concessio non fuerit feudalis, sed donatio, ex quibus plurima seruirent optime in casu nostro, ⁊ idem Parisi. idem in simili voluit in consil. xx. concessio in personam in princi. vsque ad numerum 6. eod.j. volu. ⁊ sic potest dici quod ita se habeat communis opinio.* Et quanuis de ea aliqui dubitent, quando reperirentur in concessione verba importantia feudum, vt quia diceretur concedimus in feudum, aut ratione feudi vel quid simile vt est Jas. in vsibus feud. in illa ardua questio.qua incipit in v. colum. in fin. in versi. iuxta supra tradita ex quibus satis constat. postea in vij.col.in versi.si quis tamen vellet in predicta quest. Deci. in consil.cxciij.⁊ pro tenui.iij.col.versic. non obstant allegata in contrarium.⁊ Curt.Junior.in tract.feud.in j.part.in vj.questio.iij.col.versi. circa vero secundum quesitum. tamen in casu isto predicti non dubitarent, quia quum nulla fiat mentio feudi,nec quicquam dicatur, quod vigeat vt sit feudum,⁊ verba clarissima sint vt dicatur donatio etiam Doct. preallegati ita tenerent vt ex verbis eorum constat.⁊ istā opinionem sequēdo Oldr. nouissime tenuit Jacobin. de sancto Georg. in sua inuestitura feudali in ver.inuestiui talem.iij.⁊ iiij. col.

¶ Et ista opinio nouissime suadetur (⁊ vbi etiam essemus in dubio esset accipienda.) attento ꝙ concessio de qua agitur cō-
20 tinet beneficium imperatoris quod† debet largissime interpretari iuxta.l.beneficium.⁊ que ibi traduntur.ff.de constitutio. princip.⁊ c. cum dilecti cum materia extra de donatio.cum similibus. Hinc dicimus, ꝙ imperatorie celsitudini conuenit vti liberalitate vt tradunt Doct.in l.pen.C. de donatio.inter vir. ⁊ vxor. maxime quum sit supra omnes nobilissimus.iuxta.c.j.extra de donat.⁊ bene facit.l.hac saluberrima.C.de preposit.agent. in reb.lib.xij.ad quod etiam concurrit qualitas eorum quibus fiebat cōcessio,quos dicimus fuisse donatarios quia nobiles erant,⁊ strenui milites,⁊ multum bene meriti de regno,⁊ imperio romanorum,ex ipsorum enim dignitate debet in eorum fauorem fieri plenior interpretatio argu.l. si longius.§.fina.⁊ l.sed ⁊ si susceperit.§.sed ⁊ si proponas cum sua glos.ff.de iudic.cum similibus allegatis per Oldr.in d. consi. clix.nume.5.vbi ad excludendam feudalem concessionem ita arguit,ita ⁊ in simili arguit Paul.de Cast.in d.consi. cxxxiiij. j.col.⁊ maxime hoc dicendum est,quia solum agitur de preiu-
21 dicio concedentis, circa quod non est dubium ꝙ† in eius preiudicium debet fieri latissima interpretatio vt voluit Innocē. prout ibi refert,⁊ declarat Abb.in d.c.cum dilecti.ij.col.versi. ⁊ vltimo scias. extra de donatio.cū alijs adductis per Jas.in l. j.nu.15.C.de sacrosanct.eccl.dixit Deci.in consi.ccccliij.cōsultum fuit plene.nu.5.⁊ Ruyn.in cōsi.cv.reuocatur in dubium. nu.9. v.vol.cū multis ꝯcordātibus q ad hoc allegari possent, quos gratia breuitatis, ⁊ q: hoc dictuȝ tritissimū est, dimitto.

¶ Sic itaque ex predictis concluditur concessionē de qua agitur fuisse,simplicem,⁊ liberam donationem, ⁊ non feudalem, quum de donatione sint verba clarissima, ⁊ de feudo nullum fiat verbum, cum enim facile fuisset Carolo quarto in sua concessione sicut donationem appellauit, appellare feudum ⁊ non fecerit,dicendum est ꝙ noluit esse feudum iuxta l.vnicam. §. sinautem ad deficientis. C. de caduc.tollen. ⁊ c. ad audientiam in fin.extra de decim. ⁊ bene facit.c. inter corporalia. circa medium.versi.vnde si circa translationem.extra de transla. episco.quum igitur sepe,⁊ semper donationem appellauerit,
22 ita ⁊ nos appellare debemus, quia† a verborum propria significatione non est regulariter recedendum.l.non aliter in prin. ff.de legat. iij.⁊ l.j.§. si is qui nauem.ff.de exercit. act. cum similibus ⁊ istud est ex eo quia verba dicuntur cordis preco, ⁊ nemo presumitur dicere,aut loqui,nisi quod prius mente agitauerit.l.labeo. ff. de supellect. legat. hinc dicebat Cassiodorus nullum esse maius mentis nostre testimoniuȝ, quam qualitas inspecta verborum prout etiam dixit Bald.in l.generaliter.post princ.C.de non nume.pecu.⁊ alibi sepe vt dixi in consil.clx.Illustris. Do.Jo.Fran.nu.6.ij.vol.

23 Et predicta eo magis tenenda sunt in casu nostro,quia† etiam ꝙ verba non essent omnino clara,(licet sint clarissima.) in dubio deberet fieri interpretatio eorum in benigniorem partem ad fauorem eorum,quibus fuit facta concessio per principem vt signāter dixit Matth.de Afflict.in preludijs feudorū mihi col.xv.in versic.iuxta hoc quero quid si est questio inter dñm.

¶ Et presertim hoc est dicendum, quia huic interpretationi,
24 ꝙ non sit feudum, correspondet legalis presumptio,ꝙ† quelibet res presumatur libera, ⁊ allodialis vt est not. doctrina Joan. Andr. ⁊ aliorum in c. nimis.de iureiur. cum concordantibus vt per Deci.in consi.ccccxxiiij.proponitur,ꝙ Magnifica.nu.7.⁊ 8.⁊ dixi in cōsi.lxxv.Illustris. D.Bonifacius. nu.25.j.vol.⁊ in cōsi.cxv.in facto ꝓsupponere.nu.31.ij.volu.

¶ Et presertim in casu nostro in quo esset questio inter feminam,seu filios eius ⁊ dominum iuxta.c.j. de controuer. inter mascul.⁊ femin.⁊ ibi Doct.dicunt.

¶ Et stante cōclusione predicta sequitur,ꝙ tanquam res libera potuit dictus Marchionatus transferri in quemcunque, quum quilibet rei sue sit bonus moderator, ⁊ arbiter. l.in re mandata.C.mand.cum similibus.

¶ Nec conclusioni supra firmate obstant allegata in cōtrariū, quoniam facilis est responsio,nam dum primo dicebatur, ꝙ ex iuramento fidelitatis videbatur probari feudum respondetur.Et primo dici potest,ꝙ predicti Marchiones, aut eoruȝ procuratores non prestiterunt formaliter sacramentum fidelitatis,quod solent prestare suscipientes feudum de quo in titulo de form. fidelita.⁊ in titu. precedenti, ⁊ sequen. nam si recte intueatur sacramentum in casu nostro prestitum longe differt ab eo,de quo in d.titulis. Ibi enim iurat feudatarius se vsq; ad vltimum vite esse fidelem domino suo contra omnem hominem ⁊c. vt in titu. de nou. form. fidelitat.at in casu nostro iurauerunt de parendo mandatis Caroli, ⁊ successorum suorum in Regno, ⁊ Imperio ⁊ ei vel illis simpliciter promiserunt obedientiam,reuerentiam,⁊ obsequia prestare, ⁊ a fidelitate,deuotione,⁊ reuerentia eorum non discedere que quideȝ iuramenta quantum differant neminem preterit,vnde dici potest ꝙ sicut iuramentum prestitum non fuit more feudatariorum,ita nec ipsi ex eo debent dici feudatarij.

¶ Secūdo ēt respondetur,ꝙ an sit cōcessio feudalis,vel donatio debet cognosci ex verbis dispositiuis,⁊ ex substantia eius, qđ nō est in casu nostro,quia verba dispositiua importāt donationē vt dictū,⁊ ita ēt substātia dicte cōcessionis cum ex illa sit trāslatū plenū ius,⁊ dominiū directū,qđ nō cōuenit cōcessioni
25 feudali vt supra est dictū,⁊† qđ in substātia nō est feudū nunꝗ fiet feudū ex qualitate iuramenti,quū illud accessorie ꝓstetur,⁊ alias inspiciatur qđ principaliter agitur.l.si qs nec causam.ff.si cert.pet.sicut in simili si tecū permuto meū librū cū tuo nō erit vēditio,ex eo,qđ dicitur,ꝙ das mihi tuū pro precio cū in veritate deficiat substantia emptionis vt probatur in l. insulam. ⁊ ibi Doct.tradunt.ff.de prescrip.verb.dicemus ergo ꝙ sacramentum prestitum in dicta cōcessione nō fuit illud fidelitatis, quod in feudi receptione ꝓstari solet, sed illud quod prestatur domino suo,a subditis ratione iurisdictionis de quo loquitur tex.in c.j.in fi.qualiter iurar.deb.vasal. domino fidelitat. ⁊ ibi tradunt Doct.maxime Afflict.post prin.in versi.Jlle ergo dicitur subditus.⁊ in iiij.notab.⁊ reperrio ꝙ ita in terminis declarat Ruyn. in preallegato consi.xlij.j. volumi.sub nume. 7.

dicens

dicens q ita in specie determinat Patruus & dominus meus
Soci. in consi. clvij. vt per eum. Sed debuit dicere. cclvij. visis
inuestituris Romanorum Pōtificum. mihi in iiij. col. in ver.
Preterea aduertendum est. qui dicit q maior est fidelitas pre
stita vt a subdito, quā vt a feudatario. & hoc fuit de intentione
Paul. de Cast. in d. consi. clxj. col. fin. in ver. nec obst. q appel
lat eū fidelem. Dico enim q etiam subditi & nō feudatarij. de-
bent esse fideles & in hoc fundatur q predicti Marchiones
Ugolottus, & Raymundinus donatarij tanquam fideles Re-
gni, & Imperij Romani prestiterūt sacramentum de parendo
mādatis Caroli quarti donātis, & suorū successorū in Regno
& Imperio Romanorū, & q ēt promisserunt se nunquam di-
scessuros a fidelitate predictorū vt dictum est, debet enim hoc
intelligi de fidelitate a subditis debita prout de ea, & de iura-
mento pro ea prestito loquitur Beltrand. in consi. cccxj. cum
honorabilis vir in princ. iij. volu. ex primis, Nec ex tali iura-
mento tollitur quin sit donatio, & non feudum, vt verba dispo
sitiua donationem importent vt supra est ostensum prout si-
gnanter consuluit Deci. in d. consi. ccccxxiij. per totū, dum cō-
cludit, q non obstante quadam reseruatione fidelitatis con-
cessio de qua loquitur, fuit simplex donatio, & non feudum ex
eo q in verbis dispositiuis de donatione fiebat mentio prout
etiam ego dixi in consi. preallegato. lxxvj. nu. 47.
¶ Non obstat modo, quod dicebatur de feudo ligio & vasal-
lis, quoniam primo dici potest, q in dicta concessione, neqz in
verbis supplicationis, neqz in verbis Caroli quarti conceden
tis dicitur q sit feudum ligium, nec vnquam de aliquo feudo
fit aliquod verbum, sed bene concessio illa appellatur donatio
igitur &c. & verba illa vt vasalli, & homines ligij Regni, & Im-
perij efficerentur &c. non debent, nec possunt operari conces-
sionem feudalem, quum repugnaret verbis, & menti cōceden-
tis ex quo voluit omnino donationem facere & non feudalem
26 concessionem vt ex predictis constat. Oportet† enim sic verba
interpretari ne concedens videatur sibi contrarius. l. nō ad ea.
ff. de condi. & demonst. cum simi. Intelligitur ergo d. verba
de ligijs, & vasallis non ratione feudi, sed ratione simplicis su-
biectionis. Homo enim ligius dicitur quasi ligatus, quod ca
dit etiam in subditis non habentibus feudum qui etiam ali-
quo modo dicuntur vasalli, vt quando dicitur concedo tibi
talem ducatum, seu Marchionatum, siue aliquod castrū cum
suis vasallis, &c. nam intelligitur de hominibus tali ducatui,
vel Marchionatui, vel Castro, subditis, qui etiam vulgari ser
mone appellantur vasalli illius ducis, Marchionis, vel alte-
rius Baronis, hoc videtur velle Bal. in consi. xcvij. proponi-
tur q domini. circa medium iij. volu. & Matth. de Afflict. in
decisio. Neapol. cclxv. Illustris. Domine Dux. nu. 82. & hoc
forte sensit Iazi. post Iacob. de Beluis. & Io. And. quos alle
gat in suo tract. de feudis. in v. parte in v. pagina. dum dicit q
sub vasallis minoribus, siue Ualuasinis. Seu eorum nomine
continentur priuate persone, Pagani, & Ciues, quod certe nō
videtur intelligendū nisi ratione subiectionis. Et licet ista de-
claratio sit quedam verbi impropriatio quum vasalli proprie
dicantur, qui de aliquo feudo inuestiuntur, vt in contrarijs di-
cebatur, tamen in terminis nostris videtur necessaria, & tolera
bilis cum satis aperte cōstet ex verbis dispositiuis, q princeps
non feudum constituit, sed meram donationem fecit vt dictū
est, debent ergo omnia alia verba trahi ad eundem sensum, ne
alias in predicta concessione consideretur contrarietas, & repu
gnantia per predicta, & istud procedit per quādam impropria
27 tionem, & largā significationem verbi vasalli. Nam† quum ho
mines omnes sub aliquo regno, Ducatu, vel alio principatu
dicantur suo Principi subditi, & quasi in dominio eius secun
dū Capiti. in sua decisio. cxviij. in causa magnifici nu. 6. po-
test largo modo dici, q sint etiā eius vasalli, sicut per contrariū
omnes vasalli largo modo dicuntur domino suo subditi vt sic
contrariorum eadem sit disciplina iuxta tradita per Doct. vbi
plene scripsi de hoc in rubr. ff. de acquiren. possess. ista ergo vo
28 cabula† subditi & vasalli dicuntur habere quandam conformi-
tatem largo modo sumpta, sic vt aliquando maiores nostri di
xerint vasalli, vel subditi volentes de eisdē loqui vt inter alios
dixit Egid. Bellam. in decio. dclxix. in princi. Et istud suade-
29 tur ex vi verbi, nam vasallus † dicitur a vas, vadis, quod est
obses, idest obligatus, quum vasallus ad plura domino tenea
tur vt declarat Ias. in vsib. feud. colū. mihi. xj. versic. vasallus
aūt. quod etiam in subdito consideratur qui etiam ad plura
domino tenetur, vt est notissimum. & ad predicta bene facit do
ctrina Isern. in c. j. in princ. qualiter vasal. iurar. deb. dum di-
cit aliquos dici vasallos, & vt tales iurare, licet feuda non te-
neant prout eum, & alios refert Alexandrin. in consi. xi. visis
& diligenter. nu. 2. sequemur itaque in casu nostro decisionem
Oldr. in preallegato consi. clix. & concordantium supra allega-
torum vt. s. concessio de qua agitur non fuerit feudalis, quum
nunquam feudi fiat mentio sed donatio prout verba eius so
nant, & multlpliciter considerata demonstrant.
¶ Nec placent due responsiones supra posite ad dictam deci-
sionem, nam prima illa, quam ponebat Ruyn. in d. cōsi. xxxix.
s. q pōt dici donatio sed in causam. s. feudi nō potest casui no
stro conuenire quum de hac causa feudi non constet, tūc enim
illa solutio posset teneri, quando constaret concessionem esse
feudalem ex verbis eius, sed etiam vocaretur donatio, nā tunc
bene conueniret dicere q esset donatio in causam feudi, sed
hoc non potest casui nostro adaptari quum nulla verba sint so
nantia in feudum vt iam dictum fuit. Et ex hoc tollitur etiam
secunda responsio quam supra vltra Ruyn. Ego dabam fun-
data in doctrina Ias. in preludijs feudorum. nam etiam illa
procederet quando verba concessionis etiam de feudo face-
rent mentionem prout ego dixi, & declaraui in consi. lxxvj. alle-
gato in dicta ij. solutione. nu. 43. cum sequen.
¶ Cum itaqz talis concessio non videatur feudalis, sed sim-
plex donatio vt ex predictis constat sequitur non fuisse prohi-
bitum in testamento de tali Marchionatu vti de re propria,
& simpliciter donata disponere cum in re sua quilibet sit liber
moderator & arbiter iuribus vulgaribus & presertim dispo-
30 nendo in vltima voluntate, cui † iura plurimum fauent l. j.
C. de sacrosanct. eccle. dicimus enim q vnica est legis inten-
tio vt. s. defunctorum voluntates firme sint vt in auth. de iure-
iur. a, mori. prestit. in princi. cum similibus.
¶ Nec obstat quod secundo loco dicebatur non potuisse hūc
Marchionatum relinqui, aut transmitti in transuersales etiā
posito, q essemus in donatione vt in contrarium allegabatur,
quoniam clara est responsio, dico enim q licet Ioā. Paulus
esset transuersalis ipsi Deiphebo testatori, quia erat nepos so
roris eius domine Caterine, tamen erat descendens Bonifa-
cij eius proaui, & ipsius Bonifacij antecessorum, videlicet Frā
cisci Patris Raymundini aui, & Antonij proaui, qui ipsi Io.
Paulo erant abauus, attauus, & tritauus singula singulis con
grue referendo, qui omnes vnus post alium libere, & quiete te
nuerunt dictum Marchionatum vsqz ad Deiphebum testa-
torem, quinimo erat etiā descendēs Ugolotti Antiqui vnius
ex inuestitis a Carolo quarto, licet feminis aliquibus interme
dijs vt ex arbore & Genealogia mihi exhibita apparet.
¶ Nec predictis obstat q dicebatur dicta verba ad descendē-
tes masculos, & ex masculis restringi, quia hoc aperte negatur,
quum verba generaliter comprehendant omnes legitime de-
scendētes, & sic etiam feminas, vel saltem masculos ex feminis
31 etiam prouenientes, nam † verbum descendentes omnes cu-
iuscunqz sexus, & gradus liberos complectitur, vt est notū, est
enim nomē cōe omnibus vt in auth. de hered. ab intest. veniē.
§. j. cum simi. vt per Alexan. in consil. cix. viso themate. post
prin. lib. ij. Deci. in consi. ccxxiij. in casu proposito. nu. 2. & per
Ruyn. in consi. xxij proponitur. primo. nu. 14. ij. vol.
¶ Et quod dicitur legitime descendentes fateor operari restri
ctionē ad illos descēdentes, qui legitime proueniunt ad exclu-
sionē adoptiuorum, & legitimatorū vt ēt dicit Ruyn. in d. con
sil. xxxix. nume. 9. inter quos nō est, aut fuit dictus Marchio
Io. Paulus, qui erat de descendentibus vt dixi, & quidem legi
time quū ex legitimo matrimonio fuerit procreatus vt est notū.
¶ Nec obstat fundamentū Ruyn. in d. consi. xxxix. quatenus
nititur probare q verba preterita sint restringenda ad mascu
los, & ex masculis descendentes, quoniam ni fallor deceptus
fuit in hoc vt ostendam paulo infra dum loquar presupposi-
to, q simus in feudis. ¶ Non tamen pro nunc obmittam q
in predicta cōcessione vltra illa verba legitime descēdentibus,
subditur & successoribus quibuscunqz, que ob eorum generali-
tatem nedum Io. Paulum qui ex femina descēdit, sed etiam
alios quoscunqz heredes complecteretur arg. l. heredis appel
latione. ff. de verb. signifi. & tradit Deci. in consi. cccccxcix. con
32 sului. nu. 2. dicens inter cetera † q si in concessione feudi dica-
tur, pro se, & heredibus quibuscunqz veniunt etiam extranei
heredes, allegat Bal. in l. j. in xxxiiij. q. ff. de rer. diuis. qui pro

hoc.

hoc allegat.c.j.§.j.de feud.non hab.prop.nat.feu.vt per eum.
¶ Sic igitur, ex his constat plusq̄ clarissime Marchionem
predictum Joannem Paulum debere dici comprehensum in
ipsa concessione, ⁊ per consequēs in eum potuisse Marchio-
natum predictum transferri presertim stante supra firmata cō
clusione, ꝙ eius concessio non fuerit feudalis, sed potius do-
natio per predicta.
¶ Sed vlterius instando idem dicendum puto, etiam posito
ꝙ eius cōcessio fuerit feudalis (absqꝫ tū preiudicio veritatis.)
33 ¶ Et moueor primo, quia licet † alias in feudis non soleat pro
regula valere testamentaria dispositio, vt in contrariis dice-
batur. Tamen illa regula fallit, quando in feudi concessione,
siue inuestitura, talis testamentaria dispositio esset expresse, vel
saltem tacite, ⁊ virtualiter permissa, talis enim permissio atten
denda est, cum semper tenor inuestiture, siue feudalis conces-
sionis sit inspiciendus, per quem omni nature, ⁊ regule feudo-
rum, siue eorū consuetudini derogatur, vt recte intuenti pro-
batur in c.j. Et ibi not. Bal. de duob. fratr. a capit. inuest. cuꝫ
concordantibus multis, vt dixi in consi.lxxvij. cum vigeret bel
lum.nu.13.j.vol. ⁊ vltra ibi deductos ita etiam dixit Jason in
preludiis feudo. in iiij. diuisio. mihi est col. xxxj. dicens, ꝙ vna
34 maxima est in materia feudorum, † vt.s. semper recurratur ad
tenorem, ⁊ formam inuestiture. Deci. in consi. ccccxxxv. in cau
sa mihi commissa.nu.4. Curt. Jun. in tract.feud. in vj.q.pri-
me part.col.pen. mihi est in vj. carta.iij.col. in princ. Gozad.
in cō.xci. in causa Mantuana.nu.6. Jasi. in tract. feud. in vj.
part. circa medium, ⁊ Parisi. in consi.ij. consultus ab illustri.
nu.15.j.vol. qui plures alios allegat. ¶ Quod autem in pre-
dicta concessione fuerit facta dicta permissio primo satis pro-
batur ex verbis dicte concessionis, ⁊ primo ex eo quod in ea di
citur, ⁊ successoribus quibuscunqꝫ, nam etiam vocati per te-
statorem dicuntur successores, quuꝫ in ius defuncti succedant,
vt notum est, ⁊ probatur in l. anteq̄. ⁊ in rub. C. communia de
succes. ⁊ in l. successores. C. ad leg. falcid. cum similibus. vnde
cum Joannes Paulus in casu nostro fuerit factus heres in te
stamento Deiphebi antiquioris fuit eius successor, merito er-
go potuit in eum transferri Marchionatus Soranee.
¶ Et secundum patruum, ⁊ dominum meum Socin. in con-
sil.cclvij. si in presenti.col. pen. ij.vol. procederet hoc etiam si
solum diceretur, ⁊ successoribus. fortius ergo procedere debet
isto casu, cuꝫ dicatur, ⁊ successoribus quibuscunqꝫ propter ver
borum generalitatem per supra deducta.
¶ Bene facit doctrina Bal. in c.j. in princ. de prohibi. aliena.
35 feud. per Feder. dum dicit, † ꝙ feudum concessum Titio, ⁊
quibuscunqꝫ heredibus suis, propter verbum quibuscunqꝫ
transibit etiām ad extraneos heredes, prout refert, ⁊ sequitur
dominus meus Socin. in d. consi. cclvij. prope fin. sic igitur, ⁊
in casu nostro propter verbū quibuscunqꝫ successoribus debēt
posse admitti femine, et descendentes masculi ex illis.
¶ Quod etiam secundo, ⁊ fortius ostendunt illa verba in pre-
dicta concessione posita. videlicet in predictos Marchiones,
heredesqꝫ suos, ⁊ successores ex ipsis legitime descēdentes, seu
causaꝫ habentes ab eisdem plenarie transferimus, negari eniꝫ
non potest, quin Marchio Joannes Paulus habuerit cau-
sam. s. testamentariam ab ipso Delphebo tunc Marchione,
ergo vigore talium verborum dicitur dictus Marchionatus
plenarie translatus in eum.
¶ Et ita illa verba, seu causam habentes ab eisdem importare
videntur, ac si fuisset dictum in eos, quibus ipsi dederint, nam
ij, quibus ipsi dedissent absqꝫ dubio dicerentur habuisse cau-
sam ab illis, ⁊ sic intelligendo (prout est verissima intelligētia)
sequitur, ꝙ per talia verba, sicut etiam per alia supra conside
rata dicitur fuisse alterata natura feudi, ⁊ sic factuꝫ est quodā-
modo feudum improprium, prout fieri potuit iuxta c.j. de feu.
nō hab. prop. nat. feu. ⁊ tradita ibi per Doct. nimirꝫ ergo si po
tuit in predictū Jo. Paulum testō transferri, vt d.c.j. allegata
aūt in ꝯtrariū procederent in vero, ⁊ ꝓprio feudo, seu propriā,
⁊ verā nām feudi retinēte, ⁊ istud fundamētū ē ꝯcludētissimū.
¶ Secundo etiam potest idem probari, nam si feuduꝫ isto ca-
su dici posset (quod tamen non fatemur) fuit feudum ligium,
36 prout in contrarijs dicebatur, modo dico, † ꝙ in feudo ligio
ex ꝯsuetudine succedit etiā femina, vel ex ea descendens, prout
dixit Specu. in tit. de feud. §. quoniam. versi. xxj. queritur. cuꝫ
concor. vt per Deci. qui ita etiam dicit in consil. cxxxix. ⁊ diligē
ter pro tenui post prin. ⁊ in ꝯsi. cclxix. cōsultus ab illustri. nu.6.

¶ Que consuetudo optima ratione munitur, nam cum vasal-
lus in feudo ligio submittat se quo ad omnia bona sua potesta
ti domini, nullius authoritate, etiam potestate excepta, vt post
alios declarat Curt. Jun. in tract. feud. car. 8. col. ij. vers. quin
to sub hac quinta specie. inconueniēs esset ꝙ femine, aut ex eis
descēdentes ab vniuersali successione excluderentur, quod nō
consideratur in aliis feudis, quia in eis bona oīa vasallis non
subijciuntur, prout ita etiam notab. declarat Curt. Jun. in d.
tract. feud. in j. part. viij. q. mihi est car. 8. col. iiij. in princ.
¶ Et licet Spec. vbi supra, dicat in aliquibus locis extare di-
ctam consuetudinem, tamen Deci. in d. consi. loquitur simpli-
citer, ⁊ certe cum eadem ratio vigeat in quolibet loco, facile te
neri potest, ꝙ etiam consuetudo vbiqꝫ procedat propter iden
titatem rationis per iura vulgaria.
¶ Et si dicatur, ꝙ ista ꝯsuetudo veluti quid facti deberet pro-
bari iuxta tradita per Bar. ⁊ alios in l. labeo. ff. de suppel. leg.
respondetur, ꝙ satis probatur ex assertione magnorum Do-
37 ctorum, qui ita asserunt, † nam Doctori excellenti asserēti ali-
quid de consuetudine seruari credendum est saltem si contra-
rium non probetur, vt signanter declarat Bart. in repeti. l. de
quibus. mibi col. xj. vers. quarto principaliter queritur. ff. de
leg. ⁊ pleriqꝫ ibi sequuntur. idem voluit Bal. in c. cū dilectus,
38 ij. col. vers. nota ꝙ consuetudo. extra de consuet. dū dicit † con
suetudinem posse probari authoritate solius. glo. vt per eum.
Pau. de Castr. in consi. clxj. in presenti causa. in princ. duꝫ in-
quit de quadaꝫ consuetudine standum esse relationi Bal. ideꝫ
voluit Raph. Commen. in cons. clxix. monasterium iure loca
tionis. ij. col. dum refert, ⁊ sequitur Bald. attestantem certam
consuetudinem seruari, ita etiam firmat post plures quos alle
gat Barthol. Cepol. in consil. suo lviij. Paulus Faber. nu. 2.
in fin. ⁊ num. 3. inter criminalia, qui idem dixit in consi. xxxix.
Lucensis ciuis. nu. 19. eod. lib. Christoph. Porc. Institu. de
his qui sunt sui, vel alie. iur. ij. col. vers. ⁊ ex hoc erit probata.
Barba. in consil. lxvj. inter consilia Curt. Sen. incip. sapiēter
optimus predixit. col. xij. versic. pro qua consuetudine. Guid.
Pap. in consil. xij. ex facti narratione. sub nu. 6. ⁊ in q. cxxxix.
secundum communem. j. col. Claud. de Seisel. in l. si quis id
quod. nu. 9. ff. de iurisd. om. iudi. ⁊ Deci. qui dicit ita commu
* niter * teneri, licet Alex. ⁊ pleriqꝫ alij contrariū dixerint in l. ij.
§. mutui datio. nu. 14. ff. si cert. peta. ⁊ in consi. cccccl ix. in casu
venerabilis. nu. 5. ⁊ 6. idem etiam dixit Cassan. in consi. lxiiij.
viso processu. nu. 8. ⁊ Gozad. in cons. lix. prima facie dicendū.
nu. 18. vbi plures allegat, ⁊ dicit, ꝙ ita communiter tenetur.
ac etiam Bertran. in consi. ccclxij. nihil opponitur. nu. 5. lib. j.
ex primis. cum multis aliis, qui congeri possent, ⁊ ego alias di
xi in cons. lx. Magnificus, ⁊ nobilis. nu. 9. ⁊ 10. ⁊ in ꝯsi. cxxxj.
vidimus. nu. 1. ij. vol. Cum igitur in casu nostro nō probetur
consuetudinem predictam non vigere, ei videtur standum,
vt. s. eius vigore feudum predictum ligium (si tale est) potuerit
in predictum Joannem Paulum transferri.
¶ Tertio idem probatur ex consuetudine talis Marchiona
tus in specie consideranti, reperio eniꝫ primo, ꝙ de Raymun
dino vno ex primo inuestitis portio sua peruenit in Guidonē
fratrem, vel filios dicti Guidonis, ⁊ vt audiui ex testamento,
vel si non ita est abintestato, ⁊ in proposito nostro non est dif-
ferentia, etenim quolibet modo dicitur deuenisse in transuersa
39 les, † ad quos ordinarie feudum nouum non pertinet. c. j. §.
fin. de succes. fratr. ⁊ in c. j. de frat. de no. benefi. inuest. ⁊ sic cau
sa incepit egredi propriam naturam, ⁊ successionem feudi.
¶ Secūdo reperio, ꝙ portio Vgolotti alterius inuestiti post
q̄ peruenit ad Bonifaciuꝫ eius filiuꝫ, ex testamento dicti Bo-
nifacij peruenit ad Vgolottum Juniorem filium domine Ca
terine sororis eius, ⁊ sic etiam tunc transiuit ad transuersales,
⁊ descendentes ex femina.
¶ Deinde ⁊ tertio reperio ꝙ de Vgolotto sine liberis mascu
lis decedente vigore substitutionis in testamēto dicti Bonifa
cij facte peruenit in Antonium Guidonis, vel Raymundinū
Juniorem eius filiū licet essent Bonifacio testatori, ⁊ Galeot
to, cui fuerat Marchionatus relictus, transuersales, si igitur
toties iste Marchionatus transiuit in trāsuersales etiā coniun
40 ctos per feminas, ⁊ sic † in eo consuetudo trāseundi reperitur
in transuersales factus est in eos transitorius (vbi etiam ab ini
tio non fuisset) arg. l. pater. §. quindeciꝫ. ⁊ que ibi tradunt Do
cto. ff. de leg. iij. ⁊ dixi alias in similibus terminis in prealléga.
consil. lxxvj. num. 124. j. volum.

Quinimmo

¶ Quinimo ex tali consuetudine transeundi arguitur, quod ita de iure sit ex forma concessionis, nam sicut consuetudo dicitur optima legum interpres. l. si de interpretatione. ff. de legib. ita etiam dicitur fuisse bona interpres importantie concessionis imperialis, seu feudalis inuestiture, (si ita eam uis appellare) quod tamen ego non admitterem.

¶ Et corroboratur hoc fundamentum quia dicimus ex trina translatione in transuersales vt supra retuli inductam fuisse cõsuetudinem vt iste Marchionatus transeat etiam in transuersales licet ex femina descendant etiã ex testamento attento maxime, quod a primo actu distamus longissimo tempore, et vt cre-
41 do vltra centum annos, nam solet dici, † quod ex bino actu dicitur induci ius etiam contra regulas communes, quando a primo actu distamus per xxx. vel xl. annos vt in simili voluit Jacob. de Beluis. in c. j. in princi. de his qui feud. dar. poss. in ij. quest. iunctis his, que dixerat in prima, et ita post eum et alios quos allegat dixit Ruyn. in cõsi. xxxiiij. in hac lite. nu. 4. j. vol. dicẽs quod ex bino actu cũ cursu dicti tẽporis inducit ius, seu consuetudo quod in certo feudo succedat tñ primo genitus vt per eũ.

¶ Sic itaque cõclusio preposita recte probata videtur vt Marchionatus predictus potuerit per Deiphebum testatorẽ in predictũ Jo. Paulũ trãsferri nõ obstãte, quod esset trãsuersalis, et ex auia paterna descendens, que descendebat ab illis de lupis.

¶ Sola difficultas est respondere ad fundamenta Ruyn. in dicto consil. xxxix. quibus nititur probare contrarium, et quod talis concessio in verbis suis debet restringi ad descẽdentes masculos, et ex masculis vt per eum. Uerum vt puto facile omnibus responderi potest, et pro vero parum faciunt contra predicta vt patebit ex infra dicendis.

¶ Quatenus ergo primo dicit, quod sicut concedens respectu adoptiuorum et legitimatorum (eos excludens.) se conformauit cum iure consuetudinario feudorum, ita ex verisimili mente interpretandum est, quod voluerit se cum eodem iure conformare, quo ad alias personas inhabiles ad feudum in quibus est eadem ratio, vt per eum in d. consil. xxxix. sub nu. 9. in ver. quemadmodum. ergo quo ad fides et c.

¶ Respondetur, quod istud argumentum recte consideratum nihil facit, et omnino negatur, quoniam legitimati, et adoptiui excluduntur, tum de iure feudorum. c. j. §. adoptiuus. et §. naturales. si de feud. contest. fuer. inter dom. et agnat. tum etiam propter verba illa concessionis, ab ipsis legitime descendentibus. §. adoptiuis enim vere non descendunt, legitimati non legitime vt sic in eis cessent verba dicte concessionis, et eis nullo modo conueniant at in Marchione Jo. Paulo non sic dici potest, quia quum ipse legitime descendat verba dicuntur ei omnino conuenire merito ergo debet dici inclusus in d. con-
42 cessione quia † cui conueniunt verba dispositionis, eidem conuenit etiam ipsa dispositio, sicuti per contrarium. l. iiij. §. toties. ff. de dam. infect. cum concordantibus vt scripsi in consil. clxxxvj. Magnificus Do. Lazarus. nu. 3. ij. volu. et per Fely. in c. nonnulli in ver. vbi verba legis. extra de rescrip. dicam igitur, quod concedens dictum Marchionatum noluit ipsum posse deuenire in adoptiuos, aut legitimatos, non simpliciter ex eo quod tales ad feuda regulariter non vocantur, sed particulariter, quia abhorruit tales personas, et omnes que non essent legitime descendentes ex ipsis inuestitis, seu donatarijs primis, sed ex hoc non est inferendum, quod noluerit quenquam admitti, qui alias ad feudum non admitteretur si ex verbis inuestiture quis diceretur vocari, cum illa et tenor eius sit considerandus, et qui potest omni regule, et consuetudini feudorum derogare vt supra dictum fuit. Et ita proprie contingit in isto Jo. Paulo, qui propter verba inuestiture factus fuit habilis ad succedendum in tali Marchionatu, legitimati vero, et adoptiui non comprehenduntur in verbis, quia eis non conueniunt merito, nec etiam dispositio eis conuenit per predicta.

Nec obstat quod Ruyn. dicit per glo. in l. cum pretor. in prin. ff. de iudic. vt. s. femine et descendentes ex eis includantur in prohibitione, seu exclusione legitimati, et adoptiui, quia est eadem ratio per eum. quoniam respondetur, quod Ruyn. in hoc decipitur, dico enim quod in legitime descendentibus licet ex femina vt est iste Jo. Paulus. non est eadem ratio, que est in legitimatis et adoptiuis, quia cum omnia hec in effectu pendeat a voluntate domini concedentis inspiciẽdum est quid ipse voluerit, vnde cum voluerit Jo. Paulum admitti quia est de legitime descendentibus omnino admitti debet, ex quo habet voluntatem concedentis, que voluntas cessat in legitimatis, et adoptiuis, et ita constat quod in eis non est eadem ratio.

¶ Preterea dictum glo. in d. l. cum pretor. (si verum est.) posset procedere, quando verba prohibitionis de aliquo facta nõ importarent ex se quod aliquis admittatur sed isto casu ita est, quia verba illa, ex ipsis legitime descendentibus, ex quibus censentur exclusi legitimati, et re adoptiui ex se et ex propria eorum significatione istum. Jo. Paulum includunt vti legitime descẽdentem ergo et c. Alioquin esset dicere, quod dicta concessio implicaret contradiõnem. s. quod Jo. Paulus admittatur, et quod exclu-
43 datur, quod certe dicendum non est, † cũ omnis interpretatio contradictionem inducens reijcienda sit arg. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. et l. j. C. de furt. cum similibus.

¶ Preterea potest etiã Jo. Paulus dici de vocatis propter illa generalia verba, videlicet et successoribus quibuscunque. secundum ea que supra dixi vt dicamus, quod si quis vellet pertinaciter dicere quod prima verba solum importẽt alias per se habiles ad feudum, et sic masculos ex masculis descendentes legitime saltem femine, vel masculi ex eis legitime descendentes dicentur vocati propter illa verba et successoribus quibuscunque,
44 alias talia verba inania essent, et nihil operarentur, quod † dici non debet. l. si quando. in princ. ff. de legat. j. et c. si papa. de priuileg. lib. vj. et est notissima doctrina Bald. in Rub. C. de contrahen. emptio. in ix. quest.

¶ Nec predictis obstat quod ibi subdit Ruyn. in ver. et quod ad tales fieri debeat restrictio. et c. dum arguit ab euitanda absurditate vt per eum. Quoniam respondetur, quod vere nihil facit, et miror quod tantus vir ita dixerit, dico enim quod ex admissione seu inclusione. d. Joã. Pauli nulla prorsus sequitur absurditas, licet legitimatus vocari non possit. Nam ipse excluditur ob nature notam in eo existentem, quia non legitime descendit, sic enim placuit concedenti, vt ex verbis concessionis legitimatus demonstretur exclusus vltra legalem exclusionem de qua in preallegato. c. j. §. naturales. si de feud. fuer. controuer. int. dominum, et agnat. et stante hoc quod alij descendentes legitime admittantur, et illi preponantur etiam quod ex feminis prouenerint non video quid absurditatis oriatur, immo dico quod id equissimum est, et mẽti cõcedẽtis omnino respondẽs, quia sic verba concessionis important vt ex predictis constat.
45 Nec in proposito valet argumentũ a iure hereditario, † quoniam concessiones feudales ab eo non regulantur, sed in eis attenditur forma, et tenor inuestiture, qui semper est inspiciendus vt dictum est, et vbi ex eo quid colligi non potest concessum, vel prohibitum attenduntur iura feudorum, et consuetudines, vt in vsibus feudorum per totum illum librum, vnde cũ legitimati regulariter de iure feudorum excludantur d. §. naturales. et illud etiam in concessione de qua agitur declaratur expresse, cum vocentur solum legitime descendentes nimirum si veniret excludẽdi, at Jo. Paulus vti legitime descẽdẽs reperitur inclusus in cõcessione, et ideo cõuenit vt admittatur, seu vocari possit etiam quod alias de iure feudorũ nõ esset admittẽdus.

¶ Nec obstat doctrina Bar. in l. Gallus. §. etiã. ff. de liber. et posth. in qua se fundat Ruyn. vt per eum. quoniam legitimati in casu nostro nõ possunt dici magis dilecti, sed minus, quinimo videtur nedum non dilecti, sed potius odio habiti cum ex verbis predicte concessionis satis clare excludantur, non sic est in Joã. Paulo, qui dicitur fuisse dilectus ex quo vti legitime descendens dicitur inclusus in predicta concessione, et hoc apud me est plusquam clarissimum prout etiam credo futurũ apud quoslibet prudentes, et excellentissimos iudicaturos in hac causa. Non enim in feudis consideranda est affectio feudatarij sed concedentis, a quo, et eius gratia, et voluntate procedunt, alioquin sepe admitterentur inhabiles, et qui de iure feudorum, et tenore inuestiture essent reiecti, vt recte considerãti patebit. Et ex his sublata sunt omnia, que Ruyn. considerabat in primo fundamento.

¶ Non obstant etiam, que ipse cõsiderat in secũdo dum dicit quod non debet duplex impropietas tolerari sicut etiam considerat in simili Alex. in consi. xxx. quoniam omne datum nu. 12.
46 lib. j. argumento eius quod dici solet † duo specialia ex eodem fonte non posse oriri iuxta tradita per Doct. in l. j. C. de dot. promiss. et vterque allegat Bald. in c. j. §. donare. qualit. olim feud. alien. pot. esset enim in casu isto (vbi femina quelibet ex sorore Deiphebi descẽdẽs admitteretur) duplex impropietas vna. s. quia non esset agnata, alia quia esset femina contra so-

litam

lita naturam feudorum vt per Ruyn. quoniam de plano respondetur, nam (posito pro nunc ꝙ argumentum Ruyn. procedat sine preiudicio veritatis.) dico ꝙ eiusmodi argumentũ non procedit in isto Jo. Paulo cum sit masculus, ⁊ sic in eo non concurrit duplex impropriietas per Ruyn. considerata vt est notum.

¶ Et si cum eo dicas ꝙ sicut filia sororis nõ admitteretur propter duplicem impropriietatem predictã, ita etiam non debet admitti eius filius veluti descendens ex infecta radice, ⁊ ne sit melioris conditionis matre eius per quam coniungitur arg. l. si viua matre. C. de bon. mater. cum alijs per Ruyn. allegatis.

¶ Respondetur quod regula predicta non procedit quando in descendente ex matre ex causa, ⁊ sic ex radice infecta cessat ratio exclusionis matris eius, puta quia ipsa erat inhabilis solum ratione sexus, quia femina, ⁊ in dispositione non erat habita consideratio conseruande agnationis testatoris, eo enim casu in filio eius qui ex propria persona vocatur (nisi aliud obstet) cessabit talis inhabilitas cum sit masculus, ⁊ ideo vti masculus descendens vocabitur. licet mater eius exclusa esset cum in eo cesset ratio exclusionis matris eius scilicet quia femina erat, cum iste sit masculus, ita voluit Bal. post Cyn. in authen. cessante. C. de legit. hered. et in l. si auus in iiij. opp. C. de liber. preterit. ⁊ fuit hoc de intentione Bar. in l. j. §. j. ff. de collat. dot. dum considerat in terminis de quibus loquitur nepotes succedere ex propria persona non ex persona patris, idem etiam voluit in l. j. §. si filius. ff. de coniung. cum emancip. liber. hãc doctrinã refert ⁊ sequitur patruus, ⁊ dominus meus Soccin. in l. Gallus. §. nunc de lege. ij. col. vers. tertio etiam decidutur. ff. de liber. ⁊ posthum. ⁊ idem dicit etiam ipse Ruyn. in consil. xviij. circa casum de quo. nu. j. ad fin. ⁊ nu. 2. iij. vol. ⁊ licet Ruyn. istud ibi dicat arguendo ⁊ postea concludat contrarium. in d. consil. tamen illud ex eo potissime facit, quia agebatur de statuto, quod est odiosum, ⁊ quia etiam in eo vocabatur descendentes masculi ex linea masculina, ac etiam quia dicebatur feminis semper exclusis, ⁊ descendentibus ex eis vt per eum, qui vbi predicta cessarent (prout cessant in casu nostro) videtur sentire contrarium, cum igitur in casu nostro cesset ratio exclusionis filie sororis. (scilicet duplex impropriatio non tolleranda) quia iste est masculus, ergo ⁊c.

¶ Preterea in casu nostro Jo. Paulus non descendit ex filia sororis Deiphebi testatoris, sed ex ipsa sorore, vel filio eius masculo, ⁊ sic non ex persona exclusa ratione euitande duplicis impropriationis, ergo ⁊c. ⁊ sic masculus ex femina vocatur sub nomine descendentium masculorum secundum supra dicta, quod etiam voluit Ruyn. in consil. cxx. viso ⁊ perlecto. nu. 8. 9. ⁊ 10. j. vol. ⁊ maxime quando non superest masculus descendens ex masculis. vt ibi per eum fortius hoc procedit in casu nostro in quo dicitur ⁊ ipsorum heredibus legitime descendẽtibus absque verbo, masculis, ⁊ cõcurrit, ꝙ nullus extat masculus ex linea masculina inuestitorum, ⁊ tanto magis hoc dicendum est attento ꝙ iam pluries iste Marchionatus transiuit per testamentum ad masculos ex feminis descendentes vt supra dictum fuit, quod ni fallor est valde ponderandum.

¶ Et stantibus predictis non obstat regula, ꝙ vna determinatio plura respiciens. ⁊c. iuxta. l. iam hoc iure. §. j. ff. d. vulg. ⁊ pupill. quam pro se considerat Ruyn. in d. ij. argumento vt per eum ibi sub num. xj. in versic. sicuti ergo predicti non sunt vocati ⁊c. quoniam respondetur ꝙ nihil penitus facit, nõ enim illa regula aliquo modo conuenit terminis nostris, nam non est considerabile, ꝙ vna determinatio respiciat simul feminas ⁊ masculos ex feminis descendentes. ⁊ illa verba, legitime descendentibus. licet in sono respiciãt vtrosque tamen vere ⁊ legali interpretatione nõ respiciunt, nam secundum eundẽ Ruyn. reijcitur femina ex feminis, ne in ea contingat duplex impropriietas, sed masculi ex feminis sunt bene comprehensi ⁊ respecti, cum in eis cesset illa duplex impropriietas.

¶ Vel si uis inspicere sonum verborum, ⁊ sic dicere, ꝙ determinatio quo ad verba respicit vtrosque, dicam ꝙ verba respiciunt etiam masculos ex masculis, cum ⁊ ipsi sint legitimi descendentes, ⁊ hoc stante dico ꝙ ostenditur fallacia argumenti Ruyni, si enim volumus stare regule dicte. l. iam hoc iure. sicut masculi ex masculis, vti legitimi descendentes includuntur secundum quod Ruyn. fatetur, ita dicemus ꝙ pariter masculi ex feminis, ⁊ ipse femine includantur, cum ⁊ ipsi sint legitimi descendentes, ⁊ eo modo procedat regula d. l. iam hoc iure. si vero velimus, ꝙ femine ex feminis nõ includantur, quia non est eadem ratio, ⁊ sic propter rationis diuersitatem non procedat dicta regula, similiter dicemus ꝙ non procedet argumentum de dictis feminis ad masculos ex eis descendentes propter rationis diuersitatem eo quod in dictis masculis nõ reperitur duplex impropriietas, que reperitur in illis feminis
47 vt dictum est. sumpto ergo argumento † ab enumeratione partium iuxta. l. patre furioso, ⁊ tradita ibi per Bar. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. cum concordantibus, vt dixi in consil. lxvj. Carolus quintus. num. 10. j. vol. ⁊ in cons. lxiij. Magnificus Comes. num. 13. ij. vol. sequitur ꝙ iste Jo. Paulus quodcunque illorum dicamus dicitur inclusus, ⁊ pro vero sem-
48 per mihi placuit † ꝙ regula. d. l. iam hoc iure non procedat si sit ratio diuersa vt per Jmol. in l. Gaius. iij. col. ff. sol. matr. ⁊ ante eum dixit Angel. in §. hinc nobis. in fin. in auth. de hered. ⁊ falcid. prout refert ⁊ sequitur plures alios allegando Alex. in consil. clxxix. viso processu cause. v. vol.

¶ Et licet Alex. ipse sibi contrarius hoc reprobet in d. l. iam hoc iure, ⁊ alibi sepe per illum tex. vt per eum. tamen credo ꝙ
* male loquatur, ⁊ communis opinio* sit contra eum, ⁊ ad l. iam hoc iure. soleo respondere ꝙ immo ibi est eadem ratio capiẽdo pro ratione mentem testatoris, nam cum mens ex verbis colligatur dicendo testator eos inuicem substituo, dicitur voluisse solum facere substitutionem, que inuicem fieri poterat, quod non cadit in pupillari substitutione, ideo illa non dicitur facta. verum si diuersa mens testantis ex eius dispositione colligatur, ⁊ sic dicatur diuersa ratio regula predicta non procedit vt recte intuenti probatur in l. coheredi. §. qui discretis. ff. de vulgar. ⁊ pupil.

¶ Et ex his constat non obstare quod Ruyn. vbi supra dicebat per doctrinam Alex. in d. l. iam hoc iure, ⁊ ita sublata remanent quecunque Ruyn. dixit in ij. argu.

¶ Non obstant modo que dixit in iij. quod dicit esse concludens, inquit enim ꝙ in hoc feudo non potest succedere, nisi qui sit heres prout important illa verba ipsorum que heredibus ⁊c. prout post Jsern. voluit Bal. in c. j §. hec quoque de success. feud. Alex. in cons. x. ponderatis his. num. 8. lib. iij. cum aliis adductis per Ruyn. ibi in vers. iij. iste qui dicitur, ⁊ vltra allegatos per eum ita voluit Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. j. col. ff. de oper. libert. ⁊ alij plerique vt dixi in cons. lxxij. Gratiadeus de Saluagnis. num. 11. j. vol. ⁊ in consil. cx. Reuerẽdus Episcopus. num. 19 ij. vol. quoniam responderi potest ꝙ sufficit, ꝙ quis sit heres vnius ex primo inuestitis mediantibus personis suorum antecessorum vt dixi in d. cons. lxxij num. 29. ⁊ in d. cons. cx. num. 21. ⁊ ad ibi dicta me refero, vnde cum ita contigerit d. Jo. Paulo vt per mediam personam suorum antecessorum fuerit heres primi inuestiti debet ei sufficere.

¶ Vel. ij. (si forte istud negaretur, ⁊ non probaretur) respõdetur ⁊ de plano dicendo ꝙ immo Marchio Jo. Paulus fuit heres Marchionis Deiphebi ex testamento eius, etenim ab eo fuit institutus ⁊ illud intelligens eius hereditatem adiuit vt in puncto narratur, ergo ⁊c. verum quia Ruyn. hoc negat, ⁊ venit discutiendum in ij. quest. ideo ad ea, que statim in ea dicentur me remitto. cõcludendo in hac prima quest. Marchionatum de quo agitur potuisse transire in transuersales descedẽtium descendentes legitime ex primo inuestitis etiam natos ex feminis, sicuti pluries transiuit, quoniam absque dubio tales dicuntur fuisse inclusi, seu comprehensi in concessione ipsius Marchionatus. ⁊ consequenter per mortem Marchionis Deiphebi, licet sine liberis, non fuisse deuolutum talem Marchionatum (posito quod sit feudum) ad dominum directum quicunque fuerit propter lineam finitam, cum vere non esset finita vt ex predictis constat propter existentiam dicti Joannis Pauli, patris eius, ⁊ domine Catharine eius auie si viuebat.

¶ Capio nunc ij. quest. in qua, ⁊ in ceteris sequentibus vtar breuitate cum in precedenti quest. longior fuerim quam cogitassem, fuit tamen necessarium, cum circa eam consistat pondus presentis consultationis.

¶ Jn hac igitur. ij. quest. videtur prima facie dicendum per Deiphebum testatorem iuridice non esse Marchionatum istum Soranee translatum in predictum Joannem Paulum, ⁊ hoc in effectu ex duobus principaliter, licet plura dici possint.

¶ Primo ex inualiditate testamenti, eo quod de illo non fuit rogatus Notarius Parmensis, seu Matriculatus in collegio notariorum dicte ciuitatis prout cauetur in quodam statuto in collegio dictorum notariorum sub rubrica de pena rogantis instrumentum ⁊c. dum in fine eius dicitur, ⁊ omnia rogata vt supra sint nulla ipso iure.

¶ Secundo quia posito, ꝙ testamentum de se valeret, tamen ipse Joannes Paulus erat inhabilis ad succedendum ipsi Deiphebo nedum ab intestato, sed etiam ex testamento vti descēdens ex domina Caterina nupta extra territoriuꝫ Parmēsis Ciuitatis, ⁊ natus ex non supposito iurisdictioni potestatis Parme, ⁊ hoc propter statutum parmense sub rubrica de muliere extra territorium communis Parme nupta ⁊c, etenim in illo cauetur, quod mulier nupta extra iurisdictionem parmensem, nec aliquis ex ea descendens natus ex non supposito dicte ciuitati possit succedere ab intestato, neque etiam ex testamento vt in eo dicitur ⁊ in his duobus se fundat Ruyn. in d. cons. xxxix. col. x. vt per eum.

¶ His tamen non obstantibus contrarium de iure verius puto, cōcludēdo ꝙ imo iuridice Marchionatus predictus peruenit in Joanneꝫ Paulum predictum vti verum heredem testamentarium Marchionis Deiphebi eius proauunculi.

¶ Et fundamentum clarum est testamentum ipsius Deiphe-
49 bi, quod in publicam formam exhibetur, nam † publicum instrumentuꝫ dicitur veritas apparens, ac probatio probata disceptatione fori non indigens ac euidentem probationem contentorum in eo continet vt docet Bal. in l. imperator. j. col. in prima lectura. ff. de stat. homin. ⁊ alibi sepe vt refert ⁊ sequitur Jas. in cons. cxxiiij. factum sic se habet. post principium j. vol. idem etiam dicit Paul. de Cast. in consil. clxviij. super dubio in fin. in prima parte secundum nouam impressionem, cum cōcordanti. vt dixi in consil. clxxxix. mortuo domino Hieronymo. num. 14. secundo volum. ⁊ dixit Ruyn. in consil. cxxviij. quanuis in facto. num. 1. iiij. volum. ⁊ Parisi. in consi. clxx. detestabilis. num. 8. iiij. volum. ⁊ tali instrumento testamenti additur executio eius, nam ipse Joannes Paulus vt heres institutus ex testamento illo hereditateꝫ adiuit, ⁊ fecit se nominari de Lupis vt in testamēto cauebatur, ⁊ ita vt heres Marchionatum predictuꝫ suscepit, ⁊ aliquo tempore tenuit, ⁊ possedit imo fere semper prout hodie etiā Marchio Deiphebus Junior eius filius ⁊ heres tenet ⁊ possidet, ⁊ sic potest dici ꝙ ex longa possessione, ⁊ sic executione dicti testamenti vbi essemus in dubio induceretur presumptio validitatis testamenti vel ab initio, vel ex post facto argumento l. si filius, ⁊ eorum, que ibi tradunt Doctores C. de petit. heredit.

¶ Et stante hoc fundamento pro claro, ⁊ vero solum stat difficultas tollere ea, que in contrarium allegata fuerunt, sed facile tollentur, vt statim apparebit.

¶ Quantum ergo pertinet ad primum respondetur pluribus modis. Et primo potest dici, quod si disposita in illo testamēto possent probari per testes, testamentum conseruaretur quia
50 de voluntate testatoris constaret † in qua testamenti substantia consistit. l. j. ff. de testam. dum ibi dicitur testamentum est voluntatis nostre iusta sententia ⁊c. ⁊ dixi in consil. clxxxiij.
* Magnificus do. Bonifacius. nu. 25. ij. vol. est eniꝫ in iure *ex-
51 peditissimum ⁊ ab omnibus receptum, † ꝙ si testes numero ad id idoneo deponant aliquem fuisse testatum, ⁊ talem fecisse heredem (vbi aliud non obstet) dicitur legitime probatum testamentum etiam si de eo non extaret aliqua scriptura. gloss. est in l. ij. ⁊ ibi tradunt Doct. C. de testamen. presertim Alexand. ibi post principium. ⁊ Moderniores cum concordantibus vt alias dixi in consil. cxliiij. Magnificus vir Jacobus. num. 28. secundo volum. fortius ergo procedet hoc in casu nostro in quo extat scriptura per manum publici notarij, ⁊ tunc non obstaret statutum prefatum, quia illud tantū operabitur, ne videatur a notario scriptum, ⁊ receptum, ⁊ sic non poterit dici de testamento extare publicum instrumentum, ⁊ hoc operabuntur illa verba, quod rogata sint nulla, idest, rogitus notarij nihil operetur vbi alias solet operari publicum instrumentum.

¶ Secundo respondetur ꝙ predictum testamentum non obstante, ꝙ per notarium forensem fuerit receptum, fuit confirmatum, roboratū ⁊ validum, ac si notarius ille fuisset matriculatus in collegio notariorum parmensiuꝫ per. S. D. N. Leonem Decimum veluti dominum dicte Ciuitatis Parme cuꝫ expressa derogatione dictorum statutorum pro illa vice tantum, vt constat in eius breui in forma literarum dato 13. Februarij. 1514.

¶ Nec quenquam moueat ꝙ in tali confirmatione apposita
52 fuit clausula si ad hoc quoruꝫ interest accedat consensus, † quoniam talis clausula nihil potest operari, quantum ad testamēti confirmationem, in quo solius testatoris consensus requiritur, a cuius sola uoluntate pendebat. d. l. j. ff. de testam. l. j. C. de sacrosanct. eccles. ⁊ l. illa institutio, in principio. ff. de hered. instituen. vnde cum tunc Marchionis Deiphei testatoris tantum interesset testamentuꝫ confirmari, ⁊ ipse talem confirmationem peteret, sequitur, ꝙ clausula predicta respectu testamenti nihil operatur, nec eius respectu posita fuit, sed tantum respectu contractuum plurium, quorum etiam confirmationem petebat, nam cum non valerent propter statutum poterat considerari, ꝙ contrahentium secum, quorum voluntas in contrahendo fuit necessaria interesset eos non validari, ⁊ sic eo respectu fuit dictum, si accedat consensus eorum quorum interest vt sic quorū voluntas interuenit in contrahendo interueniat etiam in confirmatione.

¶ Et si quis pertinaciter velit propter illam clausulam confirmationem testamenti predicti non operari, nisi consentiat cuius interest. iam constat ꝙ intererat Joannis Pauli instituti, cuius consensus accessit, quando ex illo testamento hereditatem adiuit, cuius additione fuit testamentū confirmatuꝫ. l. j. in fin. ff. de iniust. rupt. testam. ⁊ §. j. institut. quib. mod. testam. infir. cum vulgaribus.

¶ Et si pertinacius dicat, ꝙ debeat accedere cōsensus venientiū ab intestato, quorū intererat testm̄ non valere, respōdetur, ꝙ sublata fuit omnis difficultas propter aliam confirmationē particularem testamenti simpliciter ⁊ absque illa clausula postea factam per sedem Apostolicā mediante Reuerendissimo Cardinali sancte Susanne tunc sacre penitentiarie curaꝫ gerente idibus Decembris eodem anno. que cum facta fuerit de speciali mandato super ea ipsi Reuerendissimo Cardinali viue vocis oraculo facto tantum debet operari quantum si ab ipso
53 summo Pontifice facta fuisset, † cum agens per alium ipsemet agere videatur. l. ita auteꝫ. §. gessisse. ff. de administr. tut. l. ij. ff. de fideius. tut. ⁊ l. j. §. deiecisse. ff. de vi ⁊ vi arm. cuꝫ simil.

¶ Accedat predictis, ⁊ ad conseruationem prefati testamēti eius confirmatio seu approbatio facta per inuictissimum Imperatorē Carolum quintum. die. x. Aprilis 1530. ipse enim simpliciter prenarratum testamentum Deiphebi, ⁊ omnia, ⁊ singula in eo disposita dictū Marchionatuꝫ ꝯcernentia approbauit, merito ergo de validitate, ⁊ obseruātia prefati testamēti non vī dubitandum. arg. l. j. ff. de constitut. princip. ⁊ §. sed ⁊ quod principi. instit. de iur. natur. gent. ⁊ ciuil.

¶ Et lꝫ in dicta approbatione, seu ꝯfirmatione testamēti inter cetera pn̄arret, ꝙ Bonifacius Aldigerius a lite, quā cū Marchionē Jo. Paulo habebat ꝑ trāsactionē, ⁊ iuriū cessioneꝫ recesserat, ꝙ in se verū non erat, tametsi de eo faciēdo plura fuissent tractata, tñ ex eo non inualidatur p̄dicta ꝯfirmatio, qꝛ sup dicta transactione non fuit principaliter fundata, ⁊ sic non fuit causa finalis, ⁊ ideo non valet argumentū ab eius cessatione.
54 ¶ Quod enim dicitur † bonum esse argumentum a cessante causa. l. adigere. §. quāuis. ff. de iur. pat. l. ꝙ dictū. ff. de pact. ⁊ c. cum cessante extra de appell. cum concord. vt per Jas. in cōsil. xij. Illustriss. do. Ludouicus. nu. 3. iij. vol. nō procedit, qñ causa, que cessat non erat finalis, sed impulsiua, l. ij. §. fin. ⁊ ibi not ff. de donat. l. j. §. sexuꝫ. ⁊ ibi per Doct. ff. de postul. est bona gl. in ver. periculosis. in c. cupientes. in prin. de elect. lib. vj. Felyn. in c. cum nuncius. post princ. extra de testib. ⁊ dixit egregie Corn. in consil. xxxv. semper mihi. litera A. iij. vol. ⁊ tradit etiam Cassan. in consil. lv. stante consuetudine. nu. 31. ⁊ Crauett. in cons cxcij. casus ita habet. num. 21. in fin.

¶ Et quod super assertione compositionis, transactionis, ⁊ recessus a lite non fuerit fundata intentio Cesaree Maiestatis aperte constat, quoniam ex verbis sui rescripti colligitur principale fundamentum eius fuisse in eo quod ex inuestitura Caroli quarti facta erat in effectu inuestitis, ⁊ eorum legitime descēdentibus, ⁊ successoribus quibuscunqꝫ de dicto marchionatu libera, ⁊ amplissima concessio, ⁊ donatio, ⁊ sic etiam libera facultas in effectu de eo disponendi si sine liberis decederēt ⁊ quod Marchio Deiphebus decedens sine liberis iam testatus erat dictum Joannem Paulum instituendo heredem,

vt

vt supra dictũ fuit, ac etiam in eo q̃ d. Jo. Paulus iam sue Cesaree Maiestati, & Romano Imperio officia nõ vulgaria prestiterat, & ẽt ne ipse Jo. Paulus de cetero super dicto Marchionatu litem pateretur aut molestiã. Ex his eniz causis principaliter motus fuit Carolus Quintus, nedũ ad cõfirmandũ testamentũ prefatũ, sed ẽt ad omnia priuilegia suis predecessoribus cõcessa ipsi Jo. Paulo cõfirmanda, & nouiter ẽt cõcedẽda quatenus opus esset, predicta siquidẽ cũ respiciãt totã predictã confirmationem, & concessionem atq; etiam in totam influant merito debent dici fuisse causa finalis dicte confirmationis, assertio autem dicte transactionis cum recessu a lite cũ predicta non faciat non potest dici causa finalis, sed si causa aliqua sit, fuit impulsiua prout in simili signanter post Bald. quem allegat declarat Corn. in dicto consil. xxxv. Felyn. in d. c. cum nuncius. nu. 1. in fin. de testib. & Crauett. in d. consi. cxcij. & alij in diuersis locis. quos longum & inutile esset referre.

55 Et plus ẽt dici potest† q̃ in dubio causa semper debet presumi potius impulsiua, q̃ finalis, quando apponitur ab homine secundũ Bal. in l. generaliter. in ij. opp. C. de epis. & cler. allegat glo. in l. ij. §. fina. ff. de dona. & ita ibi dicit Bart. & Jmol. & alij pleriq; & in simili voluit Oldr. in cõsi. v. Titius dedit duobus ad fin. & tanto magis hoc dici debet in casu nostro, q: sumus in concessione, & liberalitate Principis, que non habet relationẽ in se, & narrata transactio non continet interesse Imperatoris causam apponentis iuxta solennẽ doctrinam Bal. in l. si repetendi in ij. q. C. de condi. ob caus. dum vult q̃ predictis cõcurrentibus, si quid apponitur in causa etiam per viam cause presumitur causa impulsiua non finalis, fortius ergo hoc dici debet isto casu cum predicta transactio, seu a lite recessus non apponatur per viam cause, sed vt simplex factum, si igitur impulsiua causa presumitur ergo ea cessante non cessat testamenti confirmatio per supradicta.

Posset etiã dici, si quis vellet pertinaciter, q̃ predicta assertio cõpositionis & recessus a lite haberetur pro causa finali prefate confirmationis Cesaree, q̃ illa non fuit sola causa immo fuerunt plures, & ille prenarrate fuerunt principaliter, ex quo infertur Primo, q̃ ille quas supra posui vti principaliores sunt attendende iuxta tradita per patruum & D. meum Soci. in consi. cclj. quoniam in presenti vij. col. versic. comprobatur principalis. ij. volu.

¶ Secũdo q̃ licet ex predictis causis vna cesset. s. illa compositio, & recessus a lite, non tamen debet cessare testamenti & priui-

56 legiorum confirmatio, cum alie cause vere fuerint, †vbi enim plures rationes considerantur, remanet dispositio, si aliqua ratio remanet, licet aliqua tollatur. l. liberorum. §. j. & ibi summat Bald. ff. de his qui. notant. infam. l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credi. cum vulgar. facit. glo. fin. in c. exhibita. extra de iudic. & dixit Deci. in consi. xvj. & diligenter pro tenui. ij. col. ver. preterea etiaz. magis tamen placet vt illa assertio compositionis non habeatur pro ratione finali comprobationis testamenti, quam fecit Carolus Quintus.

¶ Et ex illa ẽt constat non obstare, q̃ dici solet nõ valere testamentariã dispositionez super feudis vt etiã in contrarijs dicebatur, naz vltra ea, que dicta fuerunt in j. questio. & presupposito q̃ simus in feudo vero, & proprio dico, q̃ talis testamentaria dispositio sumpsit vires, & effectũ ex predicta approbatione Imperatoris saltem quantũ pertinet ad ipsuz vti dominũ feudi, vt declarat Bal. quem alij sequuntur in c. j. §. donare. qual. olim feud. alien. pot. tradit Curt. Junior in suo tract. feud. in iiij. parte. fol. mihi 44. col. ij. & iiij. & nouissime Capiti. in decisio. cxv. Americus. nu. 2. & 3. vbi etiam alios allegat.

¶ Tertio etiam ad statutum predictum responderi potest, q̃ non procedit in contractibus, & testamentis conditis extra iurisdictionem parmensem arg. l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. c. fin. de constitu. lib. vj. in fin. & eoruz que dicunt Bar. & alij. in l. j. C. de sum. Trinit. & fid. cath. sed terra Soranee vbi conditũ fuit testamentũ est separata a Ciuitate Parme, & ab eius iurisdictione exempta, vt constat ex concessione Marchionatus eius facta per Carolum Quartum de qua supra fuit plene dictum ergo &c.

¶ Et licet Ruyn. in dicto consi. xxxix. nu. 15. huic responsioni replicet dicendo q̃ ex quo alteri territorio non fuit vnita adhuc retinet statuta Parmensia precedentia per ea que ipse allegat. tamen potest hoc negari dicendo, q̃ facit territorium & habet iurisdictionẽ de per se vt sic non dicatur habere communionẽ cum ciuitate Parme, & eius statutis, sed de hoc infra dicam loquendo de alio statuto sub Rubr. de muliere extra territoriũ Parme nupta, & que circa istud dicã, quantum ad hoc etiam circa statutum de quo agitur adaptari poterunt.

¶ Et ex his constat testamentum Marchionis Deiphebi senioris valere, & seruandum esse non obstante q̃ de eo non fuerit rogatus notarius Parmensis.

Non obstat mõ allegata inhabilitas Marchionis Jo. Pauli pp predictuz statutũ de muliere extra territoriũ Parme nupta prout s. in D iiij deducebat. Quia respõdet, q̃ eiusmodi statutũ nõ põt habere locũ in casu nr̃o, & istud multifariã ostẽdit.

¶ Et primo q: tale statutuz, (etiã q̃ alias noceret.) non potest

57 isto casu allegari per dñm Bonifaciuz Aldigerium, † nã cum ipse sit clericus, & consequenter non ligetur statutis laycorũ vt per Doct. in d. l. fi. ff. de iurisdic. om. iudi. & in c. fin. de constit. lib. vi. & ponunt Bart. & alij in l. filiusfamilias. §. diui in iij. questio. vbi aliquando plene dixi. ff. de legat. j. conuenit etiam per contrarium vt talibus statutis contra ius commune non possit vti, vt sic contrariorũ eadem sit disciplina iuxta plene tradita per alios & per me in Rubr. ff. de acquir. poss. Sed quicquid de iure cõmuni esset dicendũ de hoc extat particulare statutum, quo cauetur, q̃ qui non est suppositus iurisdictioni cõmunis Parme non possit vti beneficio statutorũ illius ciuitatis, vnde cũ dñs Bonifacius vti clericus non sit subditus tali iurisdictioni non poterit beneficio dicti statuti de muliere extra territorium nupta vti ad sui beneficium, seruandum ergo erit ius cõmune, quo inspecto predictus Jo. Paulus ẽt si fuisset testatori penitus extraneus potuit ex testamẽto succedere. l. extraneũ la ij. C. de hered. instituen. fortius ergo id dici debet cum esset sanguine coniunctus videlicet sorori sue nepos.

¶ Secũdo idem probari videtur, q: illa dña Caterina Auia Jo. Pauli (vt audio) nõ se nupsit, sed fuit nupta a patre Marchione Bonifacio, vel a fratre propter quod non habet in ea locũ statutũ, quod loquitur de muliere que se nupsit, dicit eñ, nulla mulier se nubat cum hereditate. Est quippe regula cõis

58 † q̃ statuta exorbitantia a iure cõi. (prout est istud.) debẽt stricte, & prout verba sonãt intelligi, vt sic minus ius cõe corrigatur vt tradũt Doct. in l. si vero. §. de viro. ff. solu. matr. in l. ij. C. de noxal. & Canon. in c. cũ dilectus. de consuetu. & reperio, q̃ ita in terminis nostris determinat Bal. in consi. ccclvij. nulla mulier. in prin. j. volu. hoc ẽt recte intuenti voluit Laurent. Calcan. in consi. iij. statuto laudensi. colũ. xij. & aperte ita in tali statuto firmat Jacob. de Put. in subscriptione ad cõsil. predictum Calcan. ij. col. ver. iij. pro cõfirmatione, que ponitur inter consilia Calcan. in consi. iiij. qui pulchra quedaz, & subtilia ad hoc considerant licet nullus eorũ alleget Bal. in d. consi.

¶ Tertio q: dña Caterina predicta nupta fuerat anteq̃ fieret statutũ, de quo agitur, vñ dici põt, q̃ tale statutũ ad eaz, & suos

59 descendentes, nõ referatur, cũ legũ, † & statutorũ propriũ sit ad preterita non referri sed tantuz futuris dare formã negocijs. l. leges, & constitutiones. C. de legib. & c. fi. de cõstitu. & vtrobiq; plene tradunt scrib. & hoc in specie cauetur alio statuto eiusdez ciuitatis dicente q̃ statuta illius non procedant neq; aliquo modo locum habeant in casibus, & negocijs preteritis, igitur statutũ de quo agitur, cũ loquatur de muliere, que se nubat &c. & de suis descendentibus non comprehendet casum preterituz scilicet qñ mulier per prius erat ita nupta vt statutũ loquitur.

¶ Sed hec eadẽ ratio alio modo & fortius seruit, quia. s. terra Soranee, & totus ille Marchionatus fuit exemptus a iurisdictione Ciuitatis Parme longe antequam fieret tale statutum propter quod dici potest, q̃ posito, q̃ statutum esset trahendũ ad locum exemptum puta quia si diceretur. (licet tunc dubitari posset an valeret.) deberet tamen intelligi de exemptis in futuris quasi illis iam esset iniectuz vinculũ anteq̃ eximerentur, non aũt ad loca prius exempta per regulã dicte l. leges & cõstitutiones. & d. c. fi. & illa etiaz ratione, quia statuentes super illis nullam habebant authoritatẽ aut potestatẽ vt statim dicetur.

Quarto. Idẽ probat & satis clare, & circa hoc tollit oĩs difficultas, nã tale statutũ nõ pcedit circa psonas nõ subiectas iurisdictioni Ciuitatis Parme, nec ẽt circa bona extra eius territoriũ existẽtia vt in simili dicebã. s. in iij. rñsione ad illud statutũ.

60 ¶ Siue ẽt velimus dicere, † q̃ nõ pcedit circa psonas, & res a tali iurisdictione exẽptas vt pbat in l. decurionibus. cũ gl. C. de silentiar. lib. xij. prout p illũ tex. dixit Bald. in l. j. col. vj. C. de sum. Trinit. & fid. catho. vt refert, & sequitur, & alia etiam allegat

allegat patruus, ꝛ dñs meus Socin. in consi. ccix. licet nulla. ij. col. ver. ij. quoniam regula est. ij. vol. sed sic est in proposito, ꝙ Marchiones Soranee fuerunt per Carolum quartum cum terra Soranee, ꝛ toto eius Marchionatu, ꝛ territorio separati, liberati, ꝛ exēpti a ciuitate Parme, ꝛ omni eius iurisdictione vt constat in prefata cōcessione in ver. veruꝫ quia ad nostrū auditorium ergo. ꝛc. vbi etiam subditur ꝙ Imperator terraꝫ Soranee, cum eius curte, ꝛ Marchiones illius, ꝛ eorum successores plenarie, ꝛ in perpetuum recepit in suam specialē protectionem, mandando Ciuitatis Parme vniuersitati, ꝛ eius officialibus quibuscunqꝫ, ꝙ circa terraꝫ predictam ꝛ eius curtem Marchiones predictos eorumqꝫ successores, ac ēt personas, ꝛ possessiones eorū de iurisdictione Imperio, ꝛ alijs iuribus predictis aliqualiter re, vel verbo directe, vel indirecte se interponere non audeant. ex his enim verbis apertissime constat, ꝙ solus ipse Imperator dicitur predictorum Marchionum superior immediatus, nec contra eos, aut eorum personas, subditos, ꝛ bona, seu terram ipsam Soranee, ꝛ eius homines potest quicquam Parmensis Ciuitas, nec quilibet eius officialis prout verba aperte sonant, ita vt non sit facienda questio voluntatis. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. iij. cum similibus.

¶ Sic itaque stantibus predictis concludendum est, ꝙ statutuꝫ Parme, de quo agitur nō ligat Marchiones predictos, nec marchionatum Soranee, aut alia eorum bona propter exēptionem, que de eis facta est a Ciuitate Parme, ꝛ iurisdictione eius, ꝛ presertim vera est ista conclusio ex eo, † ꝙ statutū de
61 quo agitur dicitur ipsis exemptis odiosum, ꝛ onerum inductiuum cum auferat liberam rerum suarum dispositionem cōtra l. in re mandata. C. mand. ꝛ §. sed ꝛ maior. institu. de his qui sunt sui vel alien. iur. cum similibus, immo illud reputatur iniquum. l. ij. ff. si quis a par. man. fuer. ꝛ l. dudum. C. de contrahen. empt. ꝛ ita in terminis firmat Paul. de Cast. in consi. cxxxiiij. notandū est. col. pen. in antiquis. in nouis est. clxxviij. lib. ij. ꝛ pro hoc inter alia allegat Bal. in l. j. C. de sum. Trinit. ꝛ fid. catho. dum concludit statuta non ligare clericos, aut alios exemptos in his, que illis damnosa, ꝛ odiosa sunt, quod etiam allegādo. d. consi. Paul. voluit Fely. in c. Rodulphus. in ver. districtus. ij. col. de rescrip.

¶ Nec ob. quod in contrarium dicit Ruyn. in d. consi. xxxix.
62 nu. 15. videlicet † ꝙ hoc non procedit quando terra, seu castrū exemptum alteri non fuit vnitum, nam tūc retinet antiqua sua statuta cum alia non habeat secundum Alexand. in consi. clj. viso themate. sub nume. 3. lib. ij. cuꝫ alijs allegatis per Ruyn. quoniam respondetur primo ꝙ doctrina Alex. vbi vera sit debet intelligi in statutis fauorabilibus ipsis exemptis non auteꝫ in his, que illis odiosa, ꝛ onerosa essent, per ea que dicta sunt, sed statutum de quo agitur dicitur illis odiosum, ꝛ onerosum vt dictum est ergo ꝛc.

Secundo respōdetur, ꝛ de plano tollitur omnis difficultas, qꝛ (posito ꝙ in omnibus bene loquatur Alexā. absqꝫ tamen veri preiudicio.) dico ꝙ loquitur de statutis que prius erāt, anteq̄ fieret exemptio, inquit enim ꝙ si exemptum castruꝫ alteri non vnitur, retinet, ꝛ obseruat statuta, que primo habebat, nec aliter loquitur Ruyn. in d. consi. xxxix. nu. 15. nam dicit ꝙ terra exēpta retinet statuta dicte ciuitatis pcedētia, ꝛ infra dicit que habebāt locū in ea ante separationē. Sed sic est, ꝙ i casu nostro statutū de quo agit nō erat ante separationē, seu exēptioneꝫ dicte terre Soranee, ꝛ Marchionatus eius, sed fuit factū longe post ergo ꝛc. ꝛ istud in facto, vt puto non nouit Ruyn.

¶ Nec quicquā facit quod ipse Ruyn. cōsiderat ibi nu. 16. ꝙ statutū debet posse ligare Deiphebum testatoreꝫ vti subditū, ne. s. bona disponat in forensem, ꝛ ꝙ per se illū forenseꝫ statutū nō posset inhabilitare, videtur enim tūc ipsi Deiphebo quasi bonis interdictū vt per eum, nam clara patet responsio ex predictis, quoniā ipse Deiphebus vti Marchio Soranee erit liber, ꝛ exemptus a iurisdictione Ciuitatis Parme, merito tali statuto ligari nō potuit, cū nō esset statuentibus subditus, ꝛ in hoc ni fallor deceptus fuit Ruyn. qui illū Deiphebum subditum Parme presupponit, ac etiam presupponit terram, ꝛ Marchionatum Soranee eidem ciuitati esse subiectuꝫ in quo etiam videtur errare, cum ꝛ ipsa terra cū predictis Marchionibus fuerit exempta, ꝛ liberata a iurisdictione predicta, vt ex predicta concessione vt supra ponderata constat.

¶ Plus ēt dici pōt nos omnino esse extra dispositioneꝫ dicti statuti, nā cū statutū loquat de muliere, que se nubit extra iurisdictionē, presupponit illam omnino esse de iurisdictione alias
63 † ei onus imponere nō posset l. fin. cū sua materia. ff. de iurisd. omn. iudic. ꝛ c. fin. in fi. de constitu. lib. vj. ꝛ ibi plene tradunt Doct. sed D. Caterina Quia Jo. Pauli, ꝛ soror Deiphebi testatoris tempore sui contracti matrimonij, nec etiā prius erat de iurisdictione Ciuitatis Parme, sed vti filia Marchionis Bonifacij dicebatur libera, ꝛ exempta a iurisdictione dicte ciuitatis ergo. ꝛc. ꝛ ita in simili statuto, ꝛ in terminis pro inconuincibili fundamento hanc rationeꝫ adducit Jacob. de Put. in preallegato consil. iiij. inter consilia Calcan. colum. v. versi. quarto adducitur inconuincibiliter ꝛc.

¶ Et ex predictis nō est opus disputare de validitate dicti statuti, qꝛ posito, ꝙ valeat, (ad quod probandum plurima deducit Ruyn. in d. cōsi. xxxix. nume. 16.) debet tamē intelligi circa personas sue iurisdictioni subiectas in eo qd̄ in effectu inualidat testū, quo persona non subiecta instituitur, oportet enim, ꝙ intelligatur respectu testamentorum a subditis cōditorum.

¶ Et similiter ēt nō oportet disputare vtruꝫ eiusmodi statutū loquat in rē vel in personā, vt. s. primo casu valeat, ꝛ operet ēt respectu forensiū secūdo vero non operetur ad inhabilitatem non subditorum iuxta doctrinā Bar. ꝛ sequacium in l. j. C. de sum. Trini. ꝛ fid. cath. in iij. q. quoniā esto, ꝙ illa doctrina sit vera (etenim de ea dubitari potest iuxta tradita per Albert. Brun. in tract. de statut. exclud. femin. propter mascul. in vj. articu. in j. q. primi membri.) dico ꝙ illa semper presupponit bona de quibus agitur esse subiecta, vel personas que prohibētur disponere, esse subiectas iurisdictioni Ciuitatis Parme, vt ex doctrina Bar. in d. l. j. cōstat, nec istud diffitetur Ruyn. in d. consil. xxxvj. sub nu. 16. sed in proposito nec terra Soranee de qua agitur nec Marchio Deiphebus senior, qui in effectu per statutum secundum partem aduersam diceretur prohibitus relinquere forensi erant, nec hodie sunt sub iurisdictione Parme, sed ab illa totaliter, ꝛ pleno iure exempta ergo ꝛc. ꝛ in hoc etiam decipitur Ruyn. qui presupponit predictuꝫ Deiphebum testatorem fuisse subditum iurisdictioni Parmensi.

¶ Sic itaqꝫ ex pdictis multipliciter cōstat statutū pdictū nullo modo esse attendēdū in casu nostro, ꝛ tāto minus statutū pcederet quāto plus pars aduersa vellet esse feudū hūc Marchio
64 natū, nā † in feudis statuta exorbitantia, ꝛ similiter dispositio ꝫ regulas iuris cōis nō procedūt nisi de eis fiat expressa mētio vt per Jas. in consi. clij. vera, ꝛ iuridica. fere per totum. iiij. vol.

¶ Et si dicatur, ꝙ immo d. statutum debet attēdi saltem ex eo ꝙ homines terre Soranee, ꝛ ipsius Marchiones vsi sunt statutis parmensibus, ꝛ sic illa receperūt, ꝛ acceptauerūt. Ad hoc respōdetur primo negando talē vsuꝫ, aut receptionē predictorū statutorū presertim respectu Marchionū, ipsi enim nūquā talia statuta receperunt, nec eis vsi fuerūt ꝛ hoc satis verosimi
65 le est, nam † cum ipsi essent domini dicte terre ꝛ in illa, ꝛ in eius homines haberent merum ꝛ mixtum imperium cum omnimoda iurisdictione, ꝛ quidem in perpetuum pro se, ꝛ legitime descendentibus dicuntur habuisse, ꝛ habere iura principis vt est celebre consilium Paul. de Castr. nume. 227. super primo dubio videtur dicendum. colum. fin. in antiquis. in nouis est consi. xxiiij. ij. volu. cum concordantibus allegatis per Deci. in consi. ccccij. quamuis in casu. ꝛ per Curt. Jun. in consi. lxj.
* habita diligenti. nu. 9. qui dicit, ꝙ de hoc est cōmunis * opin. ꝛ ego secundum eam pluries consului. ꝛ consequenter credendum est, ꝙ proprijs statutis vterentur, ꝛ in eorum defectuꝫ ius cōe seruarent iuxta. l. omnes populi, cuꝫ materia. ff. de iusti. ꝛ iur. prout contingit in omnibus ducibus, ꝛ Marchionibus Jtalie, qui merum imperium cū plena iurisdictione habent.

¶ Et si probaret, ꝙ immo homines dicte terre Soranee sunt vsi aliquibus statutis Ciuitatis Parme dicā non obstare pri
66 mo † qꝛ per eos nō pōt fieri preiudiciū Marchionibus eorum dñis. l. si vnus. §. ante oīa. ff. de pact. ꝛ c. res inter alios acta. per totū. cum simi. sicut in simili nō possunt subditi vnius ecclesie per eorū confessionem, ꝙ alteri subsint, ecclesie domine sue preiudicare vt signāter determinat Egid. Bellam. in decisio. 671. licet subditus. quod etiam in effectu voluit Bal. in l. fin. col. viij. est in xv. oppo. C. de edict. diui Hadr. tollen.

¶ Secūdo qꝛ nec ēt ipsimet pīudicassent, nisi vigore illorū statutoꝝ, quibus vsi fuerūt iter que nō est statutū de quo agit. Ex
67 † eo enim ꝙ ciuitas aliqua, vel castrum, quo ad quedam gerit se pro subdito non sequitur ꝙ in alijs fiat subditus vt egregie

gie declarat auus meus do. Maria. Socin. in consi. vij. nunc questiotorum superius formatorum ij. col. ver. vnde vltra tenorē
68 expressorum. Item † ex approbatione seu receptione vnius capituli, vel statuti, nō sequitur approbatio vel receptio aliorum separatorum iuxta doctrinā Bart. in l. Aurelius. §. idem quesiit. ff. de liber. legat. ⁊ tradit Alex. in consi. cxxiij. discussis besitationibus. iiij. col. ver. vnde non sequitur lib. j.

¶ Tertio etiam dici posset ꝙ si probaretur dictos homines aliqua statuta recepisse, illud erit respectu statutorum, que ipsimet prius obseruabant ante separationem prout forte de iure tenebantur secundum Alexand. in dicto consil. clj. ⁊ Ruyn. in dicto consil. xxxix. sed non sic dici potest de nouiter factis postquam separati fuerunt, cum ipsa seruare non tenerentur secundum predicta, statutum etiam de quo agitur fuit factum nouiter post dictam separationem ergo ⁊c.

¶ Preterea aduertendū est ꝙ Marchio Deiphebus senior cum non subijceretur statutis Parme vt ex predictis constat, ⁊ haberet plenū imperiū cum omnimoda iurisdictione, ⁊ sic posset condere iura ⁊ statuta, quo ad suum dominium vt per Bart. ⁊ alios in d. l. omnes populi. ff. de iusti. ⁊ iur. faciendo testamentum prout fecit dicitur noluisse stare statuto Parmēsi de quo agitur, cum aliter disposuerit, quam statutum predictum velit, quasi per tale testamentum videatur statuisse contrariū eius quod tali statuto parmensi cauebatur prout ei stare non tenebatur, ⁊ contrarium statuere poterit propter amplissimam iurisdictionem vt dictum est.

¶ Nec Ciuitas Parme de tali testamēto potest conqueri, q̄r in eo nō disponitur de bonis sue iurisdictioni subiectis, sed ab ea omnino exēptis, sicut etiā exempta erat persona dicti Deiphebi, vt sic statutum predictum circa eum, ⁊ Marchionatū Soranee nihil omnino operaretur, ⁊ cōsequenter sequitur stātibus predictis ꝙ testamentum predictum valuit, ⁊ obseruari debet secundū regulas iuris cōis, ⁊ ita videt̄ Marchio Deiphebus sic testādo voluisse prout poterat ne alias videatur elegisse viam ad impugnandum eius dispositionem contra l. si miles qui destinauerat in princ. ff. de milit. testam.

¶ Et si cōtra predicta dicatur, ꝙ Carolus, quartus Imperator nō potuit facere exēptionē predictā in preiudiciū Ciuitatis Parme, cū illa haberet iurisdictionē, ⁊ merū Imperiū in terra Soranee, sicut in reliquo suo territorio ex cōtractu olim ini-
69 to cū Federico Imperatore in pace cōstantie, nā † ex tali cōtractu princeps ipse fuit obligatus ⁊ similiter dicūtur obligari successores eius, vt ab eo absq̄ iusta causa recedere nō possint iuxta. c. j. ⁊ que ibi notāt Doct. extra de probat. ⁊ tradit Bal. post Cyn. in l. digna vox. C. de legi. prout dicit Ruyn. in d. consil. xxxix. nu. 17. Respōderi pōt (dimissis multis, q̄ dici possent.) ꝙ (quicquid esset dicendū de alijs pactis, ⁊ cōuentionibus initis per principes cū subditis suis.) illa que promisit Imperator in pace cōstātie fuerūt restricta ad tēpus. xxx. annorū vt clare vz probari in illo titulo de pace constan. ad fin. in §. ego iuro omnibus ciuitatibus, nā ibi subditur, ⁊ omnia predicta attendā a Calendis Madij vsq̄ ad xxx. annos. sic ergo noluit Imperator ligari ad obseruantiā promissorum nisi per tempus. xxx. annorum, hoc est dicere ea nō promisit post lapsum. xxx.
70 annorum. Nam † quod certo tempore promittitur alio tempore dicitur negatū. l. statuliberum. §. j. ⁊ ibi ita summat Bar. ff. de legat. ij. ⁊ l. iiij. in prin. iuncta glo. super verbo pacti. ff. de seruit. sicut ēt per contrariū certo tempore prohibitū, alio dicitur permissum. l. Imperator. vbi Bal. ⁊ alij tradūt. ff. de postu. ⁊ l. pater filium. §. fundum. vbi Bar. ff. de legat. iij. cū similibus vt per Deci. in consil. ccclxxxvj. licet in controuersijs. nu. 30. ⁊ dixi in consil. cxxx. proponitur in facto. nume. 2. j. volu. ⁊ in consil. lxvij. domina Cornelia. nu. 44. ij. volu. ⁊ cum verba dicti versi. ⁊ omnia predicta, sint satis clara eis standum videtur, ⁊ alia questio, aut disputatio fieri non debet l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. iij.

¶ Sed vltra dico, ꝙ ita in specie declarat Bal. in c. j. in princ. in vlt. notab. de natur. feud. subdens propter hoc ꝙ Imperator potest hodie castra, cui velit concedere cum iurisdictione, ⁊ ibi ceteri scrib. tacite videntur transire cū Bal. ei nō cōtradicētes, immo ibi Preposit. expresse sequit̄ dictū Bal. ⁊ illud ēt refert, ⁊ sequit̄ Alex. in cōsi. j. pōderatis his nu. 25. ⁊ 26. lib. v. concludens ex eo, ꝙ Imperator potuit Ciuitatem Regij concedere Illustris. Duci Ferrarie non obstante pace constantie.

¶ Et licet Ruyn. vbi supra dicat hoc non esse verum, ⁊ ꝙ immo pax constantie fuit perpetua omni respectu, ⁊ sic etiā quantum ad obligationē Imperatoris allegādo Bal. in d. titu. de pace constan. ad fin. in ver. xxx. annis. ⁊ in l. digna vox. C. de legi. ⁊ eo presertim secundū Ruyn. in casu nostro, nō stabit exē-
71 ptio predicta per Carolum quartū facta, quia † Ciuitas Parme citata nō fuit prout debebat citari iuxta tradita per patruū ⁊ dominū meū Socin. in consi. clxiiij. visa bulla. col. mihi. viij. in ver. quintus casus. ij. vol. vbi alij allegantur. Tamen ni fallor Ruyn. decipitur, q̄r immo quod dixi, ⁊ voluit Bal. in d. c. j. de natur. feud. videtur verissimum cum ad id verba tex. sint apertissima. ¶ Nec potest referri tempus xxx. annorum ad iuramentum, seu confirmationem per Imperatorem renouandum quibuslibet xxx. annis vt videtur velle ibi Bal. q̄r de hoc subdit ibi particularis prouisio quia. s. Imperator in spatio illo xxx. annorū, quo promisit attendere. ⁊c. quolibet quinquennio promisit ad rectorū ciuitatum requisitionem renouare. Non tamen negabo pacem esse perpetuam, ⁊ in hoc bene loquitur Bald. ibi, prout etiam dixit in d. c. j. de natur. feud. sed solum dico ꝙ promissiones imperiales solum xxx. annis durarunt, sed postea imperator vti dominus, ⁊ cum apud eum sit omnis iurisdictio, ⁊ districtus potest concedere cui voluerit Castrum aliquod, aut ciuitatem in plena iurisdictione vt per Bald. in dicto cap. primo. ⁊ per Alexand. in dicto consil. j. ⁊ supra dixi, ⁊ hoc modo intelligendo Bald. in dictis locis non erit sibi contrarius prout in dubio credi debet neminem sibi ipsi contradicere per iura vulgaria.

¶ Nec predictis contradicit Bald. in d. l. digna vox. ad fin. quia ego fateor, ꝙ pactum, ⁊ obligatio principis talis prout sit transit etiam in successorem ita vt etiam per eos seruari debeat. ⁊ idem fuit de promissionibus factis in pace constantie per spatium xxx. annorum, nam pro eo tempore etiam successor Federici eas seruare debuit, ⁊ ita procedat quod sentit ibi Bal. dum allegat glo. in §. nulla. in authen. de defens. ciuitat. sed post xxx. annos nec ipse Federicus si vixisset seruare eas tenebatur per predicta.

¶ Ad id autem quod dicit Ruyn. in dicto consil. sub eod. nume. 17. in versi. secundo respondetur, volens statutum Parmense etiam post exemptionem Castri Soranee valuisse, ex quo nondum ipsi Ciuitati Parme fuit talis exemptio notificata vt per eum. Responderi potest primo ꝙ immo notificatio fuit facta saltem presumptiue, nam cum Ciuitas illa, seu eius ciues viderent Marchiones vti iurisdictione ⁊ imperio mero, ⁊ mixto in suos homines respectu sui loci, ⁊ id quidē publice fieret, dicuntur habuisse notitiam predicte exemptio-
72 nis, saltem presumptiue, quia † ea, que publice fiunt, ⁊ publice intelliguntur, presumuntur omnibus nota vt est glo. in verbo ostenderis. quam ibi Bar. Bal. Saly. ⁊ alij sequuntur in l. si tutor peritus. C. de pericul. tut. cum concordantibus vt dixi in consi. xxxj. do. Hieronymus. nu. 35. ij. vol. ⁊ presertī cū de hac exēptione erat publica vox, ⁊ fama, talia enim presumūtur omnibus nota, secūdū Bar. in l. Celsus. col. pe. ff. de vsucap. cum concordantibus multis vt dixi in d. consi. xxxj. nu. 37.

¶ Secundo etiā responderi potest, ꝙ notificatio illa requirebatur solum respectu pene imponende ipsi Ciuitati, ⁊ suis officialibus, non autem respectu validitatis concessionis gratie, ⁊ exemptionis iam facte vt constat ex lectura dicte conces-
73 sionis, dum de tali notificatione loquitur, ⁊ ideo ibidem dicitur id fieri ad cautelam quasi dicat ex abūdanti, ⁊ † abundans cautela non nocet. l. non solent. ff. de reg. iur. ⁊ tradūt Doct. in l. testamentum. C. de testam. ⁊ est glo. per illum tex. in l. si cum dies. §. sed si forte. ff. de arbitr. cum similibus.

¶ Sed ⁊ tertio respondetur, ꝙ satis est nunc in presenti lite Ciuitati Parme ⁊ suis officialibus exemptionem predictam notam esse, cum nunc velit exercere iurisdictionem circa dictam terram Soranee. ⁊ eius Marchiones, nam dicte ciuitati mandatur vt postquam ei fuerit patefacta gratia, concessio, ⁊ exemptio predicta non audeant de iuribus ⁊ iurisdictionibus supradictis ⁊c. re, vel verbo directe, vel per obliquum se interponere sub pena de qua ibi. Unde si nunc vult dicta communitas Parme dicere testamentum predictum non valere quia repugnat suis statutis dicitur se interponere de iuribus, ⁊ iurisdictione supra dictis ergo id facere non potest, ⁊ istud puto indubitatum.

¶ Et ex his omnibus aperte, ⁊ multifariam constat statutū de quo agitur nō facere ad impugnationē predicti testamēti.

¶ Quod etiã ex alio vž suaderi dicẽdo.s.ꝙ tale statutũ nõ valeat in eo ꝙ alicui aufert liberã testãdi facultatẽ, attẽto ꝙ antea per aliquot annos emanauerat decretũ Ducale. anno 1475. quo cauetur ne aliquibus officialibus, magistratibus, aut alijs quibuscunqꝫ liceat directe, vel indirecte alicui in territorio ipsius ducis prohibere ne sibi testari libere liceat in quoscunqꝫ sibi placuerit. ꝛc. cõtra quod decretũ vž predictũ statutuꝫ, super hoc tamen non facio magnam vim, nec vlterius insisto cũ ex supra deductis sit penitus remotũ dictum statutum. Et hec sufficiant circa ij. q. in qua remanet firma conclusio ꝙ per Marchionem Deiphebum testatorem fuerit iuridice translatus Marchionatus Soranee in predictum Marchionem Joã. Paulum de Emilijs dictum postea de lupis.

¶ Uenio nunc ad iij. quest. in qua dimittendo argumenta ad partes dicã tantũ conclusiue, id qđ mihi verũ videtur, dico itaque ꝛ cõcludo per assertã sententiã nullũ fuisse illatum preiudiciũ, neqꝫ hodie contra Deiphebũ Marchionẽ Modernum posse allegari, ꝛ istud pluribus modis ostenditur.

¶ Et primo qꝛ de authoritate, ꝛ potestate dicti Cardinalis ad illã pretensam sententiã ferendã nõ cõstat, neqꝫ vnquã cõstitit,
74 merito † sententia per eum lata nullius fuit momẽti iuxta tex. ꝛ tradita ibi per Doct. in c. cum in iureperitus. de offic. delega. maxime per Butr. Abb. ꝛ Fely. concluditur enim ibi per omnes per tex. illũ, ꝙ asserenti se iudicem delegatum ad aliquam causam nõ creditur, nisi talis delegatio ostendatur vt per eos.

¶ Et si dicatur, ꝙ predicta cõclusio, ꝛ regula. d. c. cũ in iure nõ procedit in Cardinalibus asserẽtibus se delegatos, ꝑpter prerogatiuã, ꝛ dignitatem cardinalatus prout voluit Hostien. in sum. de offic. deleg. sub rubr. de recusatione iudic. deleg. mihi col. fina. in versi. quid de auditoribus curie. cum concordantibus de quibus ibi in apostilla Nicol. Superãtij. ꝛ per Fely. in d. c. cũ in iureperitus sub nu. 6. ver. ij. limita vt non habeat locum in Cardinali. ꝛc. Respõdetur ꝙ predicta opinio est falsa ꝛ magis communiter reprobata tum per generalitatem d. c. cũ in iure. cum etiam pluribus alijs rationibus vt per Fely. in loco predicto ad fin. ij. col. in ver. sed contra istam fallentiam facit ꝛc. vbi alios plures allegat tenẽtes contra Host. ita vt con-
* stet suam opinionem contra Hostien. esse communem. *

¶ Et licet ibi in fin. articuli dicat ꝙ opinio Host. potest procedere quando Cardinalis, qui se delegatũ asserit tempore. d. assertionis reperitur in curia Principis vt per euꝫ, quod etiã tenet ibi Barbat. in ix. col. sub nu. 26. eo qꝛ tũc facile potest haberi presentia principis. Tamen hoc non seruit casui nostro quia Cardinalis Sedunensis, quando ita asserens iudicauit longissime aberat a Curia principis, sic igitur sumus sub regula, quod asserenti se delegatum non creditur, nisi de delegatione fiat fides legitime, cum igitur isto casu talis asserta delegatio non probetur neque vnquam constiterit, sequitur pretensam sententiam fuisse ipso iure nullam ꝛ hoc solum sufficeret ad reiectionem asserte sententie.

Sed ꝛ secundo idem probatur ex defectu citationis, nam aut facta nõ fuit cum Illustris. Marchio Jo. Paulus nõ habuerit eius notitiam, nec etiam Magnificus d. Jo. Baptista pater eius, aut non fuit facta eo modo quo fieri debebat.

75 ¶ In primis enim non est dubiũ citationeꝫ † necessario requiri pro ordine, ꝛ validitate processus. l. de vnoquoqꝫ. in princ. ꝛ ibi Doct. maxime Modern. Bonon. ff. de re iudic. ꝛ c. j. de caus. possess. ꝛ propꝛ. cum multis concordantibus, vt per Marian. Socin. auũ meũ in tract. de cita. in vij. art. in prin. ꝛ cũ citatio fiat vt citatus se defendat, qui negaret citationem negaret defensionem, que est de iure naturali vt alias scripsi in consil. cvij. Illustris. quondam. nume. 50. ꝛ in consi. cxxij. Illustr. Dominus Cesar. nu. 36. ij. volu.

76 ¶ Similiter ẽt nõ est dubiũ, ꝙ † citatio respectu citati, vel citãdi debet fieri in loco in quo ipse citandus degit personaliter secundũ Bar. quem ibi sequũtur alij in l. iiij. §. pretor ait. ij. col. ver. sed quid si maiore parte anni. ff. de dam. infect. ꝛ Alex. ibi. ij. col. in fi. allegat cõcordantes, idẽ ẽt dixit, ꝛ alios allegat Cardina. Zabar. in consi. cxiij. Respondeo, ꝙ succedũt versi. sed ex narratis, ꝛ ratio est, quia nisi quid repugnet citatio debet fieri personaliter, presertim in his que sunt magni preiudicij vt declarat auus meus in d. tract. de cita. in xvij. art. prin. nu. 3. ꝛ qñ etiaꝫ toleraretur citatio ad domũ, adhuc debet fieri citatio ad domum solite habitationis tempore citationis vt in locis predictis traditur, quibus sic positis dico, ꝙ in proposito sententia predicta lata fuit, ꝛ processus factus non precedente citatione Illustr. Marchionis Jo. Pauli saltem legitime, ꝛ vt fieri debuerat ergo ꝛc. Non enim fuit facta aliqua citatio personaliter neqꝫ ẽt ad domũ sue habitationis, ꝛ sic in loco in quo degebat etenim eo tpe Soranee habitabat cuꝫ Magnifico dño Jo. Baptista patre eius, in quo loco citatio aliqua facta non fuit ergo. ꝛc. ¶ Et si dicatur, ꝙ citatio fuit alibi facta ex ordine dicti Cardinalis asserẽtis nõ fore tũc securũ accessuꝫ ad terraꝫ Soranee respõdetur id esse falsum, qꝛ semper fuit tutus acces-
77 sus, nec † assertioni talis Cardinalis credendũ est in taꝫ graue preiudicium. d. Marchionis cũ id nõ esset de his, que ipse ex suo officio, ꝛ ex proprio arbitrio posset disponere, ꝛ requireret cause cognitionẽ vt est notũ iuxta doctrinã Bal. post Guiliel. de Cun. in l. si qua per calumniam col. fin. ver. querit hic Guilielmus. C. de epis. ꝛ cleri. quam refert ꝛ sequitur Alex. in cõsi. ccvj. viso themate suprascripto. nu. 4. lib. ij. ideꝫ dixit Gozad. in consil. xlj. queritur an frater nu. 15. ꝛ Crauet. in consi. ciiij. in causa magistri. nu. 5. vbi alios plures allegat. debebat ergo prius fieri fides, seu cõstare de nõ tuto accessu, vnde cũ id factũ nõ fuerit, citatio, que facta asserit fuit nullius momẽti, nec citatũ quoquomodo arctauit maxime cũ ad eius notitiã nõ peruenerit iuxta clemen. ij. ꝛ tradita ibi per Doct. vt lit. pend.

¶ Et vltra predicta defuit etiam peremptoria citatio ad sen-
78 tentiam, que nullo modo facta fuit, ꝛ ideo † etiam propter hoc sententia illa debet dici nulla iuxta tradita per Bart. ꝛ alios in l. prolatam. C. de senten. ꝛ interlocut. om. iudic. ꝛ in l. tres denuntiationes. C. quomodo ꝛ quan. iud. ꝛ probatur in l. j. §. item cum ex edicto. ff. que senten. sin. appellat. rescind. facit. c. eorum. xj. q. iij. ꝛ c. de illicita. xxiiij. quest. ij. cum concordantibus vt per auum meum. in predict. tract. arti. xxvij. nu. 15. vbi aperte concludit sententiam dici nullam ad quã non precessit citatio peremptoria vt per eum. ꝛ adeo verum est hoc vt procedat etiam in sententia interlocutoria vt dicit auus meus in eo art. nume. 11. ꝛ plene tradit Ruyn. in consil. lxix. viso processu. nume. 6. v. volumi.

Tertio ostẽditur, nullitas sententie, quia velo leuato, ꝛ vt aiũt summariter lata fuit. s. in spatio vnius vel duorũ dierũ, nõ enim in tam breui tempore iura presumũt potuisse haberi plenã cau-
79 se cognitionem, ꝛ † ob eam causam volũt sententiam fore nullam vt per Bar. in d. l. prolatam. in fin. vbi etiam Alex. in apostil. cum multis concordãtibus vt per Felyn. in c. Ecclesia sancte Marie. vij. colum. cum tribus, aut quatuor sequentibus. de constitu. vbi plenissime de materia tractat, ꝛ per Bertrã. in consi. cxiij. sentẽtia promulgata per totũ. j. vol. ꝛ per Hyppol. in l. statuliber. nu. 9. cũ pluribus seq. ff. de quest. ꝛ per Parisi. in consi. lxxix. quamplures Doct. nume. 2. 3. ꝛ 4. j. vol.

¶ Quarto etiam ex alio nullitas sententie apparet, quia. s. fuit lata aduersus Marchionem Joan. Paulum minorem. xxv. annis, ꝛ forte impuberem indefensum cum nec ipse, nec alius pro eo interuenerit ad eius defensionem eo enim posito clara
80 res est † sententiam nullã fuisse, ꝛ ipsi Jo. Paulo in aliquo nõ preiudicasse. l. cuꝫ ꝛ minores. ꝛ ibi per Doct. C. si aduers. rem iudic. ꝛ l. acta. §. fi. ff. de re iudic. ꝛ ibi ẽt tradũt Doct. cum concordantibus vt per Deci. in consil. ccccxj. visis his. nu. 5. ꝛ dixit Ang. in l. j. super glo. j. C. qui pet. tut. vel curat.

Et si dicatur iura ꝛ Doctor. predicti loquuntur in causis ciuilibus, nos vero sumus in causa criminali. Respondetur, ꝙ doctrina predicta procedit etiam in causis criminalibus vt do-
* cet Bart. quem alij * sequuntur in l. contra pupillum. in ver. quero quid in criminali. ff. de re iudic. ꝛ allegat tex. in l. claruꝫ. C. de authorit. prest. ꝛ ibi etiam Doct. idem volunt, ꝛ quia super hoc non est difficultas vlterius non est insistendum.

¶ Et si dicatur, ꝙ dicto Jo. Paulo fuit datus curator ad litem peragendam ꝛ ille curator fuit postea citatus, Respondetur primo ꝙ immo nullus fuit datus curator saltem legitime, ꝛ cum esse datum curatorem ꝛ legitime sit quid facti, satis est
81 illud negare, cum pro regula † asserens quid esse factũ debeat illud probare aliter ei non creditur, pro quo vulgo allegatur l. in bello. §. facte. ff. de capt. ꝛ postlim. reuers. sed mihi ille text. non probat, ꝛ ideo forte Specul. in titu. de teste. §. primo. colum. penult. versic. quid ergo si dicitur, (vbi illam regulam ponit.) non allegat. d. §. facte sed alia iura vt per eum, ꝛ ego pro dicta regula soleo allegare. l. si emancipati. ibi. teqꝫ emancipatum probatum fuerat. C. de collat.

¶ Et si aliqua curatoris datio ꝑbet. (qđ nõ credit.) illã tñ minus

nus

nus legitime facta fuit, qz nõ reperiẽ ꝙ aliqua citatio facta fuerit, aut admonitio ipsi Marchioni Jo. Paulo ꝙ veniat ad eligẽdũ sibi curatorẽ, prout requirit iuxta d. l. j. C. qui pet. tut. vel curat. ꝛ ibi Ang. per illũ tex. dicit inductam esse practicã vt primo adultus citetur, ꝙ veniat ad petendum sibi curatorem, ꝛ eo recusante postea cõpelli debet remedijs opportunis vt ꝑ eũ ibi qui dicit ita voluisse Jacob. de Aren. Petr. ꝛ Cyn. ꝛ id est qz adultis inuitis curator non datur, sed petẽtibus, verũ in litẽ coguntur cõsentire, ꝛ sic dz volũtas coacta, ꝛ idẽ in effectu voluit ibi Saly. dũ dicit, ꝙ adultus cõpellit ad volendũ pignoribus captis vt per eũ. ꝛ hoc modo dz intelligi. §. itẽ inuiti. institu. de Curat. nã satis dz inuitus qui consentire, seu pete

82 re cogitur. ꝛ† ꝙ minori absenti nõ citato curator dari nõ possit post Jmol. ꝛ Alex. quos allegat, firmat Jo. Ant. Rub. Alexandrin. in consi. cxl. circa dubiũ mihi propositum per totuz.

¶ Posset ẽt, quinto loco ꝑdicta sententia cũ suo processu annullari posito ẽt ꝙ curator aliquis fuisset datus, ꝛ eius authoritas interuenisset (quod tñ negatur.) ex eo videlicet, qz cũ viueret pater d. Marchionis Jo. Pauli. s. Magnificus D. Jo. Baptista de Emilijs ꝛ agitaretur causa criminalis, debuit ẽt d. patris authoritas, ꝛ consensus interuenire vt signanter post Bart. de fano determinat Alber. de Rosat. in l. pen. §. ad crimẽ. ij. col. ver. itẽ cõsueuit queri. ff. de publ. iudi. ꝛ in l. fi. §. necessitate. col. fi. C. de bon. que lib. ver. ꝛ hoc casu nõ sufficit. ꝛc. sed istam causaz vlterius non prosequor, ꝛ alias plures dimitto gratia breuitatis, cum alie cause supra posite satis superqz sufficiant ad nullitatem pretense sententie demonstrandam.

¶ Dimitto ẽt plures rõnes, quibus manifeste probatur sententiã predictã iniquã fuisse ꝛ iniustissimã vt plene ꝓsequitur insignis aduocatus dñs Jac. Carpesanus mihi vti frater honorãdus in quibusdã suis allegationibus, etenim tale qd discutere superfluũ est cũ sufficiat d. sententiã nullã fuisse, vt ex ꝑdictis

83 cõstat. Sentẽtia† eñ que nulla est, nõ est sententia. l. iiij. §. condemnatũ. ff. de re iudic. ꝛ ibi not. Doc. cũ cõcordãtibus vt per Deci. in consi. cccccxix. in causa que. nu. 14. ita quidẽ vt approbari ẽt per partes nõ possit vt valeat vt sentẽtia scdm Bart. in l. j. C. qui pro sua iurisdict. ꝛ ita dixit Deci. alios etiam allegãdo in consi. cccclxxv. in causa que Mantue. nu. 35. sic itaqz ex his cõcludit assertã sententiã vti omnino nullã nõ posse allegari cõtra Marchionẽ Deiphebũ vti filiũ ꝛ heredẽ Jo. Pauli.

¶ Non obmittã etiã ꝙ predicta sententia, (dato ꝙ fuisset valida sine veri preiudicio.) nõ tamẽ posset nũc allegari cõtra predictũ Marchionẽ Deiphebũ in iudicio, qđ nunc agitur inter ipsum, ꝛ Bonifaciũ Aldigeriũ, nã cũ talis sententia cõdemnatoria cõtra Marchionẽ Jo. Paulũ lata fuerit, ꝑpter eius cõtumaciam, cũ nec ipse, nec alius pro eo cõparuerit, ꝛ sic ratione cõtumacie fuerit habitus pro cõfesso, ꝛ ita condẽnatus, sequit

84 † ꝙ in alio iudicio allegari nõ põt, ẽt inter easdẽ partes posito milies. ꝙ fuerit habitus pro confesso iuxta doctrinã Bar. in l. eius qui delatorẽ in fi. ff. de iur. fis. prout illam ad hoc allegat, ꝛ declarat Ruyn. in consi. xix. vz prima facie. nu. 8. v. vol. ꝛ hoc dictũ habet rationẽ, quia qñ absens, ꝛ cõtumax condemnatur, cõdemnatio presumitur lata potius ratione cõtumacie, quã ratione cõmissi delicti, de quo accusabatur vel cõtra eũ inquirebatur vt per Bertrand. in cõsi. liij. scio ꝙ quicquid. nu. 9. j. volu. ex primis. ꝛ ex his sit expedita. iij. q. in qua concluditur per predictã sententiã Marchionẽ Jo. Paulũ nõ fuisse dicto Marchionatu priuatũ, ꝛ vltra ẽt, ꝙ ꝑdicta sentẽtia cõtra Marchionẽ Deiphebũ hodie allegari nõ põt, nec in aliquo illi ꝑiudicat.

¶ Circa quartã questionẽ, parũ est insistendũ, qñ si per defectũ linee masculine Marchionatus nõ fuit acquisitus dño directo, sed potuit in Jo. Paulũ per testamentũ transferri vt supra fuit conclusum, ꝛ ipse Marchio Jo. Paulus nunquã fuit priuatus, vt modo dictũ fuit, ꝛ sic nec ẽt per d. sententiã directo dño fuit talis Marchionatus acqsitus seu deuolutus, sequit ꝙ a directo dño, quicũqz fuerit nõ potuit trãsferri in Bonifa

85 ciũ predictũ per quãcunqz inuestiturã, † cũ nemo possit cõcedere, aut in aliquẽ trãsferre amplius, ꝙ ipse habeat. l. traditio. in prin. ff. de acquir. rer. dom. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. ꝛ c. nuper. de dona. inter vir. ꝛ vxor. cum simi. ꝛ ideo dicit Bar. in l. si vniuerse. per illum tex. C. de legat. mal da chi non ha ꝛc. ꝛ in specie ꝙ dñs qui aliquẽ de feudo tanquã ad se reuerso inuestiuit nihil transferrat in preiudicium veri vasalli si vere feudum non erat apertum seu deuolutum dño voluit Paul. de Cast. in consi. cxxxv. in casu presenti. circa medium in antiq. in quit enim ꝙ semper concessio, seu inuestitura facta habet in se conditionẽ, si dño feudũ sit apertũ quod etiam voluit Alex. in consi. j. Ponderatis his nu. 48. lib. v. dũ dicit ꝙ talis inuestitura confirmaretur ex iure dño superueniẽti. arg. l. cũ vir. ff. de vsucap. vt per eum, nã si confirmatur eo modo ergo prius ius tribuebat, idem bene intelligenti firmat Bal. in consi. cccxxiij. proponitur ꝙ dñs ij. col. ver. iij. premittendum est ij. vol. nã dicit ꝙ de feudo domino non aperto non potest alius inuestiri, nisi consentiat vasallus, quem ego retuli, ꝛ sum secutus in consil. cx. Reuerend. Episcopus. nu. 30. ij. vol.

¶ Et adeo verũ est inuestiturã nõ valere, ꝛ ius non tribuere, ꝗ facta sit eo, ꝙ feudũ sit deuolutũ dño, si illud nõ sit verũ, vt procedat ẽt qñ ex aliqua causa posset dici deuolutũ, sed alia causa fuit expressa in inuestitura, puta si dicatur, ꝙ erat dño apertuz ob canonẽ nõ solutũ, qđ verũ nõ erat, nã inuestitura dz nulla ẽt ꝙ ex alia causa potuisset tũc dici apertũ vt signanter consuluit Zabarel. in cõsi. xcij. nobiles viri. mihi col. v. quod vere est notabile dictũ, si est verũ, sed de eo nũc nõ disputando, satis est ꝙ vbi vere feudũ nõ sit apertũ inuestitura facta veluti de aperto, ꝛ deuoluto nullũ ius tribuit in preiudicium veri vasalli, ꝛ sic in casu nostro in preiudicium. Jo. Pauli aut eius filij.

¶ Et si dicatur ꝙ immo erat apertũ ex eo ꝙ Jo. Paulus nõ fecit debitis tẽporibus debitã recognitionez sui Marchionatus a Cesarea Maiestate petẽdo cõfirmari suã inuestiturã ab Imperatore iuxta. c. j. ꝛ per totũ, ꝛ tradita ibi per Doct. Quo temp. miles. Respõdetur primo negãdo recognitionẽ aliquã debuisse fieri cum non sit feudum vt fuit dictum in j. quest.

¶ Sed posito ꝙ sit feudũ respõdet primo negãdo assumptuz argumẽti, qz veruz videtur ꝙ immo Marchio Jo. Paulus fecit Carolo quinto Imperatori inuictissimo debitã recognitionẽ, ꝛ ab eo inuestiturã accepit vt cõstat ex cõcessione per suã Maiestatem facta ipsi Jo. Paulo de anno. 1530. imo etiam prius talem recognitionẽ fecerat de anno. 1521. quantum in eo fuit, licet tunc Maiestas Cesarea rem ipsam distulerit vsqz ad aduẽtum eius in Italiam.

¶ Secundo etiam respondetur (posito, ꝙ aliquo modo Jo. Paulus non fecerit recognitionem predictam debitis temporibus, vel ipsi Serenissimo atque inuictissimo Carolo quinto, vel etiam Maximiliano eius in imperio precessori.) dicimus

86 enim, † ꝙ omnis culpa, seu negligentia, que precessisset dicitur ei remissa quando Imperator de anno. 1530. eum recepit in gratiam, ꝛ nouiter inuestiuit eum vt est glo. cõmuniter approbata in verbo. ꝛ mensem. in fi. in d. c. j. quo temp. mil. ꝛ de hoc

* est cõmunis opinio * vt per patruum ꝛ dominũ meuz Socin. in con. lxvj. visa donatione. x. col. in versi. sexto illa cõclusio. iij. vol. cum concordantibus vt dixi in consi. cxv. in facto presupponitur, ꝙ commune. nu. 12. ij. vol.

Tertio etiam dici potest, ꝙ propter varietatem principum, qui illis temporibus insubribus dominati sunt debet. d. Jo. Paulus excusari iuxta plene tradita per Jas. in consil. cvij. in diuisione bonorum. colum. iij. ad fin. in versic. item conditio temporum, ꝛ varietas. iiij. volu.

87 ¶ Quarto etiam responderi potest, † ꝙ vbi etiam culpa, seu negligentia aliqua posset considerari in Jo. Paulo in non petenda confirmatione, seu in non facienda recognitione, ex qua potuisset suo iure priuari, (quod tamen omnino est falsum.) adhuc non potest dici, ꝙ fuerit priuatus, nisi interuenerit de eo sententia saltem declaratoria secundum Bal. per illum tex. in c. j. de feud. sin. culp. non amitt. ꝛ bene probatur in c. j. qual. dom. propr. feud. priu. vbi etiam Bald. dicens, ꝙ ibi, est optimus tex. ꝙ licet euidens sit culpa, ꝛ notoria, tamen requiritur sententia priuatiua vt per eum, ꝛ ita voluit Paul. de Castr. in consi. lxxxiiij. questio ista vertitur. iij. colũ. versi. preterea vt su

* pra dixi. ij. volumi. in nouis. ꝛ ita se habet communis opinio * vt per Curt. Junior. in consi. cxlij. habita diligenti consideratione. nume. 11. ꝛ ita ego dixi in d. consi. cxv. nume. 22. ij. volu. vbi alios plures allegaui. Stante itaqz hoc, ꝙ Marchionatus Soranee nunquam fuerit deuolutus domino directo, ꝛ sic ꝙ nũquam fuerit eo priuatus Jo. Paulus aperte sequitur nullũ ius fuisse translatũ in predictuz Bonifaciũ aldigeriũ per quãcunqz inuestiturã vt dictũ est, nec aliter interpretãdũ est do

88 minũ inuestientẽ voluisse, cũ† princeps in suis cõcessionibus, ꝛ priuilegijs nunquaz presumatur velle iuri alicui preiudicare, aut tertio ius suum aufferre. l. ij. §. merito. ꝛ §. si quis a principe, ꝛ ibi Bart. ff. ne quid in loc. public. cum concordan. vt per Consi. Marian. Soci. iiij. vol.

Deci. in consi. 580. queritur an petitio j. colum. in ver. ij. principaliter. hoc idē ꝓbatur, ⁊ maxime vbi agitur de grauissimo preiudicio prout esset isto casu. l. quoties. ⁊ ibi Iaso. in iij. notab. C. de precib. imper. offer. ⁊ dixi in consi. lxxvij. cum vigeret bellū. nu. 106. j. vol. ⁊ presertim ita dici debet isto casu, ꝙ in inuestituris Caroli quinti dicitur saluis iuribus nostris, ⁊ aliorum omnium. Sic itaque concludendum est in hac iiij. q. Bonifacio Aldigerio nullum ius fuisse acquisitū super dicto Marchionatu per quascunque concessiones aut inuestituras illi factas.

¶ Et in specie nō patrocinatur d. Bonifacio vltima inuestitura Inuictissimi Imperatoris moderni facta de anno. 1534. nam ⁊ ipsa dicitur facta expresse, eo pretextu ꝙ Marchionatus Sozanee diceret deuolutus. ⁊ apertus Sacro Romano Imperio, vt in ea dicitur in versi. Ac proinde ex nōnullis alijs causis. ⁊c. ¶ Et licet ibi paulo ante dicatur, ꝙ quia non fuerat secuta concordia de qua fit mentio in inuestitura facta Marchioni Jo. Paulo anno. 1530. non debebat dici preiudicatū iuribus dicti Bonifacij, quod possumus fateri (asserendo tamen ipsum Bonifacium nullum ius habuisse vt ex predictis constat) non tamen ex eo alteratur concessio, ⁊ inuestitura anni. 1530. sicut nec confirmatio testamenti vt dictum fuit supra in ij. questio. vbi fuit ostensum concordiam illam, que ibi asseritur non fuisse causam finalem predicte concessionis, ⁊ inuestire, ita vt ea cessante cesset ipsa inuestitura.

¶ Similiter etiam concessio inuestiture, ⁊ confirmatio Pauli tertij summi Pōtificis facta de anno. 1539. ad fauorem. d. Bonifacij nullum ius ei tribuit cum ipsa fundetur in eo, quod Papa asserit Marchionatum apertum ⁊ deuolutum fuisse sedi apostolice vt in eius principio aperte dicit, vnde cū id verum non fuerit vt ex predictis constat, sequitur, ꝙ ex ipsa inuestitura, seu confirmatione veluti in falso fundata nullū ius prebetur ipsi Bonifacio, veritas enim est, ꝙ talis Marchionatus nunquam fuit domino directo acquisitus, quicunqꝫ fuerit dominus, sed fuit predicto Jo. Paulo iuridice acquisitus, ⁊ qui postea nunquam fuit illo priuatus, nisi ꝙ moriens transmisit in Illustris. Deiphebum filium, ⁊ heredem eius Marchionem Sozanee Modernum.

Preterea omnis inuestitura, que asseritur facta in fauorē Bonifacij dicitur verbalis, ⁊ abusiua cum fuerit absqꝫ possessione,

89 † ⁊ propterea nullum dicitur ius tribuisse vt tradit Isern. in c. j. in princ. ver. sed abusiuo modo, quid sit inuestitura. cū concordantibus vt dixi in consi. lxxvj. cū diebus elapsis. nu. 68. ⁊ seq. j. vol. ⁊ plene tradit Parisi. in consi. xv. Albertus, ⁊ Gaspar. a nume. 3. vsqꝫ ad xij. maxime nu. 5. j. volumi.

¶ Quo posito etiam ꝙ aliqua ex dictis inuestituris non haberet falsum fundamētum. (prout vere habet vt dictum.) adhuc tamen non esset attendenda veluti verbalis, ⁊ abusiua, sed illa facta Jo. Paulo existēti in vera possessione vti vera, propria, ⁊ realis esset attendenda iuxta. l. quoties. C. de rei vēdica. que etiam in feudis locum habet vt signanter dicit ibi. Jas. in xij. limitatione in versic. breuiter teneo. Est enim notissimum ꝙ Jo. Paulus tempore inuestiture, ⁊ postea possedit prout successor eius hodie possidet igitur ⁊c.

¶ Nec dicatur ꝙ aliquando possedit etiā Bonifacius. Quoniam sua possessio violenta fuit, ⁊ iniusta, ⁊ breuissimo tempore durauit, ⁊ circa eam fuerunt late tres sententie contra ipsum Bonifacium in Curia Romana, ⁊ ideo super tali possessione non potest fieri fundamentum, nec ego vlterius instabo, cum super eo extet res iudicata.

¶ Demum non obmissero ꝙ posito milies, ꝙ Jo. Paulus aliquo modo cecidisset a iure suo, ⁊ redijsset Marchionatus ad dominum directum ante annum 1518. (Quod tamen esse falsum ex predictis constat.) Adhuc tamen hodie iusto titulo Marchio modernus dicitur talem Marchionatum tenere, cum illū habuerit titulo oneroso ab Illustris. domina Philiberta Ducissa Nemosij de anno. 1518. que de ipso fuerat inuestita de anno. 1515. per Christianissimum Gallorū Regē. tūc dominantem Ciuitati Mediolani, ⁊ consequenter ⁊ Castro Sozanee. Etenim per viam transactionis ipsa Philiberta cessit omne ius suū in d. Marchionatus translatione in d. Joan. Paulum fuit postea approbata, ⁊ confirmata per eundem Christianissimum Regem.

¶ Et si dicatur forte Christianissimus Rex tunc non erat verus dominus, seu Dux Mediolani dicam, (hoc non disputādo.) satis esse ꝙ pro Duce se gerebat ⁊ ita communiter reputa-

90 batur, etenim † que a tali aguntur, qui pro domino se gerit, valent, ⁊ tenent, iuxta tradita per Doct. in l. Barbarius. per illū tex. ff. de offic. pretor. ⁊ dicit Bal. in consi. cccclvj. recolo me cōsuluisse ij. col. v. volu. ꝙ si vellemus reuocare in dubium, que fiunt per istos qui gerunt se pro dominis esset reuangare totū mundum, quod non est faciendum, debent ergo valere, ⁊ tenere, etiam ꝙ ille qui facit non esset verus dominus vt concludit Raph. Commen. in consi. 153. ad primum respondetur prope fin. hinc est

91 † ꝙ presentatio ad beneficiū facta ab aliquo qui pro patrono se gerebat, ⁊ ita reputabatur, valet etiā, ꝙ ille nō esset patronus. iuxta. c. consultum. de iurepatr. cum simi. ⁊ scribit Lapus in allegat. lxxxix. factum super quo v. col. vbi etiam alia similia allegat. ⁊ hoc operat illa possessio, vel quasi in qua quis reperitur, ex ea enim quis presumitur dominus, ⁊ ius habere iuxta. l. fine possidetis cum materia. C. de probat. ⁊ dixit Innoc. in c. olim. de priuileg. cum concordantibus vt dixi in

92 cōsi. lxxvij. iam plura. nu. 12. j. vol. ⁊ hinc est † ꝙ qui beneficiū habuit ex causa permutationis non tenetur probare titulum eius, qui secum permutauit, sed satis est, ꝙ esset tunc in pacifica possessione vt per Dños de Rota in decis. cccciiij. not. agenti, ⁊ petenti. de rer. permut. in antiquis. ⁊ in nouis in decisio. cix. edenti, ⁊ petenti. de probat. ⁊ rer. permut.

Et quod dixi de titulo oneroso, quo Joā. Paulus habuit d. Marchionatū cū confirmatione Regis Christianissimi sit dictū ex abūdāti, cum absqꝫ eo iustitia sit satis aperta in fauorem Deiphebi Marchionis. Moderni vt ex predictis constat.

¶ Ex quibus etiam fit expedita quarta questio in qua remanet conclusio predicto Bonifacio nullum ius fuisse acquisitū in d. Marchionatu quancunque inuestiturā attendere velit. ⁊ consequenter preiudicium aliquod non fuisse per tales inuestituras illatum tunc Jo. Paulo, ⁊ hodie Deiphebo eius filio veris Marchionibus Sozanee vt iam dictum fuit.

¶ Superest nunc quinta, ⁊ vltima questio, cuius resolutio (ni fallor) facillima est, vt. s. dicamus, ꝙ bona particulariter possessa olim per Jo. Paulum, ⁊ hodie per Deiphebum eius filiū, ⁊ heredē sint ipsius propria etiā iure directi dominij, ⁊ nō feudalia, nisi cōtrarium probaretur per eū, qui feudalia assereret, ⁊ hoc in primis nō habet dubiū tenendo prout supra tenui, ꝙ cōcessio Caroli quarti non fuerit feudalis, sed donatio, sed tenendo etiam ꝙ fuerit feudalis adhuc idem dicendum est.

¶ Et pro hoc stat regula communis, * ⁊ apud nostros Doc.

93 receptissima † vt. s. in dubio res quelibet presumatur libera, ⁊ non feudalis, est enim feudum species seruitutis, seu habet similitudinem seruitutis cum equiparetur in multis vsufructui, qui dicitur seruitus. l. j. ff. de seruit. ⁊ ꝙ equiparet dixit Bald. in l. vni. §. excepto. in ver. ⁊ not. ꝙ feudū. C. de caduc. tollen. ⁊ vltra etiam videtur quedam seruitus, quia vasallus tenetur ad seruitia quedam propter feudum, vt constat ex diffinitione feudi, secunda quā ponit, ⁊ approbat Curt. Junior. in trac. feud. in vj. q. prime partis, dum in ea dicitur cum prestatione ⁊ exhibitione seruitij, ac etiam propter sacramentum fidelitatis, ⁊ ꝙ dicatur seruitus voluit glo. in verbo oportet in l. si vsusfructus legatus. in princ. ff. de vsufruct. vbi etiam Bal. not. dicens, ꝙ

94 † fidelitas in feudis est species seruitutis, ⁊ dicit etiam Alex. in consi. cxxix. statim allegando nu. 1. ⁊ Jo. Anto. Alex. in consi. xj. visis ⁊ diligenter cō sideratis nu. 8. ⁊ Jas. in vsib. feud. mihi col. ix. in ver. item adde ꝙ feudū dicitur seruitus, ⁊ Parisi. in consil. xvj. si castrum. nu. 16. iiij. volu. cum igitur bona quelibet naturaliter libera dicantur, nisi seruitus probetur imposita. l. Altius. ⁊ ibi not. Saly. in j. notab. C. de seruit. ⁊ aq. sequitur ꝙ presumuntur allodialia, ⁊ non feudalia, ⁊ ita proprie arguit, ⁊ concludit Bal. in consi. ccxcj. ad euidentiam. col. fin. in ver. sequitur quartum. ij. vol. ⁊ hanc regulam, ꝙ res in dubio presumatur allodialis, nisi probet feudalis tradūt Jo. Andr. ⁊ alij Canon. in c. nimis. de iureiur. Innoc. ⁊ Bal. in c. ceterū. in fin. de iudic. Paul. de Cast. in consi. clxxix. in causa quam Magnificus in princ. lib. j. in nouis. Alex. in consi. cxxix. ponderatis. in prin. lib. j. cum concordantibus multis vt scripsi in consi. lxvij. lata fuit sententia. nu. 5. ⁊ in consi. lxxv. Illust. do. Bonifacius. nu. 25. j. volu. ⁊ in consi. cxv. in facto presupponitur. nu. 21. ij. vol. ⁊ vltra ibi allegatos ita etiam dixit Deci. in consi. cccxiij. consuluit accurate. nu. 7. ⁊ in consi. dlxxxvij. viso puncto. nu. 8. ⁊ 9. Carol. Ruyn. in cōsi. clvj. quia de pluribus. nu. 1. j. volu. ⁊ Curt. Jun. in consi. xlj. presupponitur in facto nu. 7.

nu.7. qui ambo ponunt rationem, quam ponit Alexan. in d. consi. cxxix. de qua supra dictum est. item Beltrand. in consil. cxix. an eo ipso. nu. 1. j. vol. ex primis. Jas. in vsib. feud. loco preallegato. Cassan. in consil. lxvj. aliqua terra. nu. 3. ⁊ Parisi. in consil. xx. concessio in personam. in princ. ⁊ in cons. xxiij. prima in huiuscemodi. nu. 9. j. vol. ⁊ in consi. preallegato. xvj. nu. 17. iiij. vol. cum multis aliis, qui ad hoc allegari possent, sed gratia breuitatis omittuntur. Modo dixero, q hoc dictum cum sui ratione pro regula ponit elegans Moder. Alciat. in tract. de presumpt. in iij. presumpt. secunde regu. ⁊ licet ibi ad hoc dictum ponantur quinque fallentie, nulla tamen ex eis conuenit casui nostro, vt recte consideranti patebit, dato ergo q castrum Soranee, seu imperium, ⁊ iurisdictio in eo esset in feudu͂ concessa, non tamen sequitur, q bona, seu predia particularia, que per Marchiones predictos possessa fuerũt, ⁊ hodie per Deiphebum Marchionem possidentur, dicãtur feudalia, sed libera, ⁊ allodialia presumuntur, nisi per asserentẽ contrarium probetur, q sint feudalia, ⁊ in his, vel similibus terminis loquuntur fere omnes Doct. in consiliis preallega. nisi ergo per cameram Imperialem, aut habentem causam ab ea probetur talia predia, ⁊ alia particularia bona esse feudalia Marchio Deiphebus dicitur habere fundatam intentione͂, q sint allodialia per predicta. Et hanc conclusionem fere in terminis nostris, immo in fortioribus multũ accurate firmat, ⁊ defendit insignis Doctor, ⁊ hodie vnus ex Senatoribus Mediolani dominus Nicol. Bellonus olim accutissimus, ⁊ clarissimus discipulus meus in consil. suo x. in causa castri, ⁊ bonorum per totum. dixi in fortioribus terminis, quia in casu illo concurrebant alique coniecture in contrarium, quas ipse seriose deducit, ⁊ resoluit, que pro maiori parte non reperiuntur in casu nostro, ⁊ si que adsint optime ex ibi dictis sunt resolute, ⁊ vltra etiam tollitur omnis difficultas, quia concessio in casu nostro non fit de castro Soranee, cum suis pertinentiis, sed tantum de mero, ⁊ mixto imperio, ⁊ omni iurisdictione in terra Soranee, eiusq; curte, vt sunt clara verba concessionis a Carolo Quarto facte, que verba nullo modo includunt bona sita, seu iacentia in dicta curte, seu in territorio dicti castri, vt de se notum est, quod si dictum fuisset cum pertinentiis suis posset forte dubitari per ea, que alias dixi in consil. lxv. Illustrissimus Hermãnus. nu. 67. ⁊ 68. j. vol. ⁊ sic remanet ex predictis cõclusio, q predia, ⁊ alia bona particularia possessa per Deiphebum modernum Marchionem (nisi contrarium probetur) presumuntur libera ipsius, ⁊ allodialia, ⁊ hanc conclusionem habeo pro indubitata, ⁊ ita sit expedita quinta ⁊ vltima questio. Laus D. O. M.

¶ Sozinus Nepos Bononie legens 1549. 13. Augusti.

CASVS.

CONSILII SECVNDI.

SERENISS. REX PORTVGALIE maximam quantitatem aromatum transmisit in Flandriam cuidam suo factori Joanni Rabelo vendendorum vti solitus erat. Deinde ipse Rex vendidit quibusdam mercatoribus certam quantitatem aromatum per suos ministros Ulisbone, qui bonam, ⁊ forte maiorem parte͂ dicte quantitatis dederunt ibi, aliam vero quantitatem promiserunt nomine Regis dandã fore in Flandria, de his, que per prius ipse Rex miserat predicto suo factori, eo pacto, vt si iam tota illa summa aromatum, aut aliqua pars fuisset vendita in Flãdria factor Regius predictus daret ipsis emptoribus pretium, quo fuissent vendita, vt sic dictorum emptorum nomine vendita censerentur, reliquam vero partem non venditã dictus factor daret dictis emptoribus in propria specie iuxta pondus Ulisbonense, vbi censeantur illa emisse, ⁊ recepisse. Promiserunt autem dicti emptores soluere oẽs, ⁊ quascunq; expensas factas ratione dicte summe, que erat in Flãdria, siue ille facte fuissent in Portugallia, siue in mari, siue in Flandria vsq; ad tempus receptionis dicte summe, ac si eorum nomine, ⁊ mandato, illuc missa fuisset, ⁊ ibidem vendita, vt clarius constat ex instrumento dicti contractus, cuius copia trãsmittitur. ¶ Et presupponitur in facto, q in Flandria in ciuitate Anturpie, vbi predicta aromata erant, communis, ⁊ obseruata consuetudo vim scripte. l. habens vigebat, ⁊ adhuc viget, ⁊ est in viridi obseruantia, quod negotiatores alienarum merciu͂, qui vulgo factores dicuntur, habeant pro suo labore, ⁊ vt ita dicam, pro factoria duo pro centenario de mercibus venditis, ⁊ vnum de aliis, quas in propria specie domino restituunt, quando reddunt rationem sue negociationis. Joannes Rabelus factor Regius cum primum nouit predictũ contractu͂, ⁊ intentionem Regis intellexit, cum iam per decem menses, vel circa predicta aromata factorizando pertractauerit, ⁊ circa ea laborauerit partem vendendo, ⁊ alia conseruando. Reddit predictis mercatoribus aromata, que apud eum erant in propria specie, ⁊ venditorum precium iuxta Regis ordinatione͂, ⁊ predicti contractus tenorem, ⁊ ab ipsis mercatoribus petiit suam factoria͂. s. de aromatibus venditis duo pro centenario, ⁊ pro aliis vnum iuxta consuetudine͂ ciuitatis Antuerpie, cõtradicẽtibus ipsis mercatoribus. Queritur modo quid iuris?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De emptoribus mercium in certo loco eis consignandarũ per factorem venditoris an teneantur ex consuetudine illius loci certum quid illi factori dare, etiam quod venditor ad id non teneretur?

¶ De subrogato, q sapiat naturam eius in cuius locum subrogatur, ⁊ quando illa regula procedat?

¶ Et promissio expensarum circa merces emptas facta per emptores an comprehendat illud quod factori ex consuetudine loci dari solet pro suo labore?

¶ Et quo remedio ille factor ab illis emptoribus ius suum consequi possit?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Exempla non arctant regulam.*
2 *Promissum certo tẽpore alio tempore dicitur negatũ, limita ut nu. 17.*
3 *Surrogatum sapit naturam eius in cuius locum surrogatur, limita ut nume. 18. 19. 20.*
4 *Actio ab obligatione uti eius matre causatur.*
5 *Fides inter homines est seruanda.*
6 *Expensarum appellatione etiam quod earum causa in futurum soluendum est continetur.*
7 *Expensarum generalis expressio tantum operatur quantum si omnes particulares expensæ specialiter expressè forent.*
8 *Contrahentes semper censentur contraxisse secundum consuetudinem, & ea creduntur promisisse quæ solita sunt præstare.*
9 *Contrahentium uoluntas declaratur ex consuetudine.*
10 *Consuetudo debet pro lege seruari, & uim decreti, & priuilegij habet.*
11 *Antecedente concesso sequitur concessio eius quòd ex illo necessario sequitur.*
12 *Labor omnis optat premium, & qui altari deseruit de altari uiuere debet.*
13 *Merces debet præstari prout præstari consuetum est, quando non est conuentum de certa mercede.*
14 *Administrator quilibet tenetur reddere rationem suæ administrationis, & eiusdem consignare librum.*
15 *Factor potest actione mandati contraria quicquid ei debetur, & in quo damnificatur petere, ubi ponuntur plures actiones competentes factoribus huiusmodi.*
16 *Gestor alienorum negotiorum is propriè dicitur qui absque aliqua cõmissione siue mandato alterius negotia gerit.*
17 *Primum illud dicitur quod ante se nihil habet.*
21 *Consuetudo alicuius loci potest in iudicium proponi per condictionem ex illa consuetudine ad instar condictionis ex lege.*
22 *Stipulatio ad alterius utilitatem facta non ualet.*

CONSILIVM II.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie. ¶ Ut presentis consultationis vera resolutio euidentius appareat procedam per argumenta ad partes, vt sic viam veritatis ferro videar aperire iuxta dictum Bal. in l. precibus. col. viij. vers. modo contra per ordinem. C. de impub. ⁊ aliis subsit.

¶ Uidetur igitur prima fronte dicendum Joannem Rabelũ Regium factorem in sua petitione non esse audiendum, ⁊ sic q predicta factoria, seu eius premium vnius, vel duorum pro centenario

centenario, & non debeatur a predictis emptoribus.

¶ Et hoc primo probari videtur, quoniam q ea de causa dari solet factoribus, seu administratoribus alienarum merciũ non potest dici expensa facta gratia ferendorum aromatum in Antuerpiam, sed dicitur premiũ laboris illius, qui tales merces pro alio administrat, qui solet factor appellari, & ideo solet tale premium factoria vocari, sed emptores predicti Serenissimo Regi, aut pro eo agentibus tale premium non promiserunt soluere, sed bene omnes expensas factas in deferẽdis aromatibus, que illis Antuerpie consignabuntur, vel quorũ iam venditorum dabitur precium vt verba instrumenti importãt, ergo &c. Id autem ostenditur ex exemplis, nam in instrumento dicitur, puta in saccis, capsis, & doliis &c. nam in predictis expense dicuntur fieri gratia ferendorum aromatum. Et licet
1 alias dici soleat, † q exempla non arctant regulam. l. regula. §. fin. ff. de iur. & fact. ignor. & c. j. ne cleri. vel mon. cum vulgar. & dixi in consi. cxlv. Baptista de Sanctucciis. nu. 66. j. vol. tamen eam declarant procedere in terminis similibus, & nõ aliis l. vt responsum. & ibi Doct. tradunt. C. de transac. & in c. sedes de rescript. cum similibus. & tradit Deci. in consi. delij. in casu de quo queritur. nume. 6. & sic non dicetur restricta regula, quo ad similes expensas, prout esset in portãdis aromatibus, vel in onerandis, vel euacuãdis nauibus.

¶ Secundo facit, quia quando predicti emptores a Serenissimo Rege aromata ementes promiserunt omnes expensas in aromatibus factas soluere fuit in ipso contractu facta talium expensarum quedam taxatio respectu temporis, hoc est dicere promiserunt soluere expensas factas vsq; ad tempus receptionis aromatum, vt patet ibi. Et quicquid expensarum factum fuerit in Flandria ratione dictorum aromatum vsq; ad tempus receptionis eorũ per ipsos &c. sed factoria, de qua agitur, id est, expensa vnius, vel duorum pro centenario non fuit facta vsq; ad illud tempus, sed venit facienda postea, & constat, quia nunc iam receptis aromatibus, illa petitur, ergo non dicitur
2 promissa per predictos mercatores, quia † quod certo tempore promittitur, alio tempore dicitur negatum, sicuti etiam per contrarium. argumen. l. imperator. ff. de postul. & l. pater. §. fundum, & eorum, que ibi dicit Bart. ff. de legat. iij. cum concordantibus, vt per Alexan. in consi. lv. ponderatis his. nu. 8. lib. iij. & per Deci. in cons. cccl xxxviij. licet in ꝯtrouersiis. nu. 3. & dixi in consi. lxj. reperitur quedam scriptura. nu. 12. ij. vol.

¶ Tertio contra istum factorem considerari potest, quia forsitan ipse non erat predictum premium vnius, vel duorũ procẽtenario recepturus a suo Serenissimo Rege, cuius negociũ circa dicta aromata gerebat, seu (vt aiunt) ea pro Rege factorizabat anteq̃ sciuisset illa fuisse vendita predictis mercatoribus, quo posito videtur q nec ipsi mercatores ad predictum premium teneantur, cum ipsi respectu dictorum aromatum videantur subrogati, & successisse in locum predicti Serenissi-
3 mi Regis. Est enim tritum, & commune dictum, q † subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur. §. fuerat. Institu. de act. & l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. cuz concordantibus, de quibus ibi per glo. & tradit Bar. in l. j. §. hec actio. ff. si quis testamen. lib. es. ius. fuer. per illum textum, & dixi in consil. clij. Petrus Luce de Nellis. nu. 6. ij. vol. vnde sicut ipse Rex ad premium predictum forte non teneretur, si aromata mercatoribus predictis non vendidisset, ita nec ipsi mercatores per emptionem dictorum aromatum in locuz Regis subrogati debent teneri.

¶ Et ex hoc fit quartum fundamentum, quia, s. ille factor non videtur, q iuste de hoc conqueri possit dicẽdo, q alij factores habent a suis principalibus premium predictum, ergo & ego habere debeo, nam ei respondendum videtur, q talis querela non sit admittenda, quoniam ipse non fuisset illud habiturus a Rege si aromata eius perdurassent, & satis ei est, q propter predictam venditionez a Rege factam ipsis mercatoribus cõditio eius non sit deteriorata.

¶ Et hoc eo maxime dicẽdum videtur, quia labor ipsius per illam venditionem, & aromatum translationem in emptores non fuit in aliquo auctus, aut alteratus, consignauit enim dicta aromata existentia, & precium venditorum ipsis emptoribus eodem modo ad vnguem, quo consignasset Regi, vel alicui suo procuratori, vnde non aucto labore, non debet augeri premium, quod respectu laboris solet dari argu. l. secundum naturam. ff. de regul. iur.

¶ Demum contra petitionez factoris facit, quia non videtur posse fundari actione aliqua cum inter eum, & emptores nullus fuerit gestus contractus re, uerbis, literis, aut consensu, ex quo inter eos dicatur orta obligatio iuxta text. in §. fin. Instit. de obligatio. igitur ei non videtur, q aliqua actio contra illos
emptores cõpetat, † cum actio ab ipsa obligatione vti ab eius matre caussetur. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procura. & traditur per glo. & docto. Institut. de obliga. in rub. vnde si nulla actio ei competit, sequitur, q petitio eius videtur reiicienda, cum nemo sine actione experiatur. l. si pupilli. §. mandamus. ff. de negotiis gest. 4

¶ Et ex his itaq; videtur predictum Regium factorem in sua petitione non esse audiendum.

¶ Verum predictis, & aliis quibuscunq; non obstantibus cõtrariam sententiam veriorem, & equiorem de iure arbitror concludendo, q immo predictus factor sit audiendus in sua petitione, & q emptores predicti ad premium predictum vnius, vel duorum pro centenario teneantur.

¶ Et ista conclusio ex parte dictorum emptoruz probatur per
vnam regulam generalem, qua dicimus † inter homines fidẽ esse seruandam. l. j. ff. de pact. l. j. ff. de constitu. pecu. c. j. & c. ij. de pact. & in specie, q pacta seruari debeant est tex. in l. iurisgẽtium. §. ait pretor. ff. de pact. quamuis enim cuilibet liberum sit contrahere, pacisci, & promittere. l. nec emere. C. de iur. delib. tamen postq̃ contractum est, postq̃ pacta, & promissiones interuenerunt necesse est conuenta, & promissa seruare. l. sicut ab initio. C. de act. & obligat. cum concordantibus, de quibus ibi per glos. Dico ergo, q isti mercatores promiserunt Serenissimo Regi, aut pro eo agentibus virtualiter soluere etiam dictam expensam vnius, vel duorum pro centenario, igitur talem promissionem implere debet. 5

¶ Presupponẽdo ꝓ claro, q merces predicta, scilicet vnius, vel duorum pro centenario absq; dubio dicitur expensa, que fit circa merces, quas quis pro alio negotiatur, seu (vt aiunt) factorizat, cum enim illa duo, vel vnum pro centenario dentur factoribus pro eorum labore circa dictas merces adhibita, vt scilicet conseruentur, custodiantur, & demum meliori conditione vendantur, negari non potest, quin dicatur expensa circa dictas merces facta, & adeo vt precium rei tanto minus dicatur, quantum pro dictis vno, vel duobus pro centenario datur, aut dandum sit factori ipsius, sicut etiam diceremus de eo, quod datur proxenetis iuxta doctrinam Bart. in l. quantitas patrimonij. ff. ad leg. falcid. & in l. sed si hoc. §. j. ff. de condit. & demonstrat. & quia hoc clarissimum arbitror, & neminez de eo dubitaturum, vlterius in eo demonstrando non insistaz concludendo, q premium factori dandum vnius, vel duorum pro centenario debet dici expensa facta occasione merciuz per factorem administratarum, & sic in proposito ex consuetudine illius ciuitatis Antuerpie dicendum est, de eo, quod danduz esset factori, & administratori aromatum, de quibus agitur in casu nostro, etenim illud debet dici expensa facta, vel facienda circa dicta aromata, & licet dictum premium nondum esset so-
lutum, non tamen propterea non potest dici expensa † cuz expensarum appellatione etiam quod earum causa in futurum soluendum est continetur, vt est glos. singularis communi- 6
ter * approbata in l. quibus diebus. §. j. in glos. prima in fin. ff. de conditio. & demonstratio. *

¶ Quod autem dicti mercatores ita promiserint in quo stat omnis difficultas, probatur primo quia in contractu dicitur, & omnes alias expẽsas, quas soluturi essent, si dicta summa aromatuz Antuerpie recipiendoruz Vlisbone in Portugallia recepissent, & eorum nomine, & mandato in Flandriam deferri fecissent, dico enim, q sub verbis predictis premiuz factorie, de quo agitur continetur, nam si vere Vlisbone accepissent, & in Flandriaz eoꝝ nomine deferri fecissent, & alicui factori consignata fuissent in Antuerpia vtiq; eorum factori debuissent tale premium ex consuetudine illius ciuitatis, merito ergo dicuntur etiaz tale premiuz promisisse sub illo generali nomine, & omnes alias expensas &c. cum & illud veniat sub nomine ex-
pensarum, vt dictum est, etenim † generalis expressio tantum operatur, quantum si fuissent omnes particulares expense specialiter expresse. l. si chorus in princ. ff. de legat. iij. & qui omne dicit, nihil excludit. l. Julianus in prin. eod. tit. & c. si romanorum. xix. distinct. cum similibus. 7

¶ Nec possunt dicere predicti emptores, q forte non ita fecis-

sent,

sent,quia contrarium probatur ex illis aromatibus, que vere
Ulisbone acceperunt. Nam vt in facto presupponitur illa in
Flandriaz transmiserunt,⁊ eorum factori consignari fecerūt,
⁊ consequenter pro illis dederunt premium predictum duorū,
vel vnius pro centenario,vel daturi sunt, igitur debent dare ta
le premium illi factori,qui eis aromata existentia,vel vendito
rum precium consignauit secundum formam contractus,
de quo in puncto.
8 ¶Secundo hoc idem probatur,quia † semper contrahentes
censentur contraxisse iuxta consuetudinem,⁊ ea creduntur pro
misisse que solita sunt prestari. l.quod si nolit. §. quia assidua.
ff.de edil.edic.⁊ ibi Doct.tradunt.cum similibus,vt scripsi in
consil.lxj.reperitur quedam scriptura nu.34.ij.vol. Hinc di
9 cimus † ex consuetudine declarari voluntatem contrahentiū,
vt dixit Bald.in rubr.C.de exercit.in penult.quest.⁊ in l.cum
in te,in versic. modo hic occurrit alia questio. ibi tu dic.C.de
donatio.ante nupt.⁊ presumitur factum, quod est consuetum
secundum Bal.in l.neq; la prima.C.de nupt. sed in proposi
to presupponitur clara,notoria,⁊ ab omnibus per longissima
tempora obseruata consuetudo, vt factori pro suo labore den
tur duo,vel vnum pro cētenario,vt in puncto narratur (⁊ que
10 consuetudo † debet omnino pro lege seruari,⁊ vim decreti, ⁊
priuilegij habet,iuxta l.de quibus. ⁊ tradita ibi per Bartol.⁊
alios. ff.de legib. ⁊ in l.ij. C. que sit longa consuetu.cum con
cordantibus,vt plene scripsi in consil.lxv.Illustrissimus Her
mannus.nu.31.j.vol.) ergo sequitur,ꝙ predictum premium
vti prestari solitum censeātur predicti emptores inter alias ex
pensas promisisse.
¶Tertio idē probatur,quia (vt in facto presupponitur) em
ptores predicti post emptionem aromatum predictorum suis
literis notificauerūt predicto factori Regio,ꝙ prosequeretur
in administrandis dictis aromatibus,⁊, vt dicunt,factorizan
do circa ea,⁊ ita ipse prosequutus fuit, vbi forte si tales literas
non recepisset habita notitia,ꝙ aromata per Serenissimum
Regem vendita erant,dimisisset ea administrare,⁊ circa illa ne
gociari,quo posito videtur aperte sequi,ꝙ per tales literas, ⁊
commissionem factori datam illi emptores dicantur premium
factorie promisisse saltem tacite ex negocij natura,stante noto
rietate dicte consuetudinis, ⁊ ꝙ factorizationem sequitur pre
11 mium predictum, etenim † qui vult aliquid censetur velle etiā
omne quod ex eo sequitur arguendo a concessione anteceden
tis, ex ea enim sequitur concessio eius, quod ex illa necessario
sequitur.l.j.§.j.⁊ ibi per Docto. ff.si vsufruct. petat. ⁊ voluit
Paul.de Castr.per illum text.in l.iij.§.qui habet.ff.de seruit.
rusti.pred.facit c.preterea.de offi.deleg.⁊ faciunt etiam plura,
que congerit Jas.in l.ij.ij.col.ff.de iurisd.omn.iud.sic itaq; ex
predictis concluditur emptores predictos ad predictū premiū
vnius,vel duorum pro centenario teneri predicto factori uigo
re eorum promissionis,saltem tacite,vel presumpte.
¶Et pro ista conclusione quarto loco facit,nam tale premiū
ex consuetudine predicta datur factoribus pro labore, ⁊ indu
stria eorum,⁊ sic dicitur expensa laboris,⁊ industrie cuiusq; fa
ctoris, vnde sicut expense facte pro labore aliorum circa dicta
aromata dicuntur promisse, puta pro labore exonerandi na
ues,portandi,⁊ mundandi aromata,⁊ similia faciendi,ita etiā
debent dici promisse expense pro labore custodiendi,negocian
di,seu administrandi,⁊ vendendi dicta aromata,que consistūt
in premio illo duorum,vel vnius pro centenario, non enim cō
ueniret predictum factorem ita laborasse absq; aliquo premio,
12 seu mercede, omnis † enim labor,vt dici solet, optat premiū.
§.ne autem in princ. in authen.de iudicib.⁊ alias legatur apud
Lucam cap.x.ꝙ dignus est mercenarius mercede sua,de quo
etiam habetur in c.quicunq; suffragio.xij.q.ij.nec debet labor
aliquis esse vacuus a mercede,vt inquit Specul. in proem.sui
oper.prope fin.sub vers.hoc igitur opus. vbi allegat d.§.ne au
tem.⁊ alia plura iura facit l.fin.C.de stat.⁊ imag.⁊ illud vulga
tum, qui altari seruit, de altari viuere debet. c.ex his. xij.q.j.
Hinc etiaz dixit Paulus Apostolus in j.Epist.ad Corinth.
cap.iij.accipiet vnusquisq; propriam mercedem secundum la
borem suum,⁊ ꝙ laborans premium, seu mercedē habeat sui
laboris conuenit equitati iuris diuini, naturalis,canonici,⁊ ci
uilis, prout dicit,⁊ bene probat Patruus,⁊ Dominus meus
Socin. in consil. cxcvj. circa presentem consultationem in fin.
ij.vol. Uerisimile ergo est stantibus predictis,ꝙ emptores pre
mium predictum vti expensam laboris factoris promiserint,
sicut ceteras expensas laboris, ⁊c. igitur ⁊c.
¶Quinimmo quinto loco dici potest, ꝙ dicti emptores ad
tale premium teneantur etiam ꝙ non dicerentur illud promi
sisse,nam cum verum sit factorem predictum plurimum labo
rasse circa dicta aromata,⁊ quidem in beneficium,⁊ vtilitatem
ipsorum emptorum,equum est, vt talis sui laboris mercedem
accipiat,per ea, que modo dixi in precedenti fundamento, ad
quod bene facit.l.secundum naturam. ff.de reg.iur. sicut eniz
factor magna incommoda passus fuit circa dicta aromata la
borando,ita etiam conuenit, ꝙ ei detur commodum aliquod
pro premio dicti laboris,⁊ maxime quia nisi ita diceremus isti
emptores dicerentur velle locupletari cum iactura dicti facto
ris,id est ex laboribus, ⁊ sudoribus eius, quod esset contra l.
naz hoc natura,⁊ totum illum titulum ff.de condic.indeb. Et
cum pro dicto labore premium debeatur (posito,ꝙ non dice
retur facta aliqua promissio de illo) certe debet dici illud debe
ri,quod ex consuetudine loci prestari similibus factoribus so
13 let,⁊ sic vnius,vel duorū pro centenario, semper † enim quan
do non est conuentuz de certa mercede,debet prestari illa,que
ex consuetudine prestatur, argumento l.ꝙ si nolit.§.quia assi
dua.ff.de edil.edict.l.excepto.C.locati.⁊ c.ex parte.de censib.
cum concordantibus, vt per Alex.in consil.ccvj.viso thema
te.in princip.lib.ij.
¶Sexto predicta comprobātur,quia non est dubiū,ꝙ factor
predictus sue administrationis circa dicta aromata tenetur
reddere rationem,ita vt si quid apud eum deperierit, ad illud
teneatur,nisi ex causa veniret absoluendus iuxta l.ij.ff.de neg.
14 gest.nam † quilibet administrator tenetur reddere rationem
sue administrationis, ⁊ eiusdem consignare librum,vt voluit
Bart.in l.j.§.officio.ff.de tutel.⁊ ration.distrahen. cum con
cordantibus,vt per Carol.Ruyn.in consil.xxix.plura propo
nuntur.nu.11.v.vol. ⁊ ita hanc generalem conclusionem, vt
quilibet administrator teneatur reddere rationem firmat Ro
ma.in ꝯs. ccccxiiij. quo ad primum in prin. ⁊ post eum Deci.
plura allegans in consi.cx.vere vt puto.iij.col. qui particulari
ter loquitur etiam de nego. gest. prout dici potest fuisse hunc
factorem,vt infra dicetur,hoc autem ita posito dico esse equū,
⁊ conueniens,ꝙ ipse factor de suo labore,⁊ officio in aliquo re
cognoscatur,⁊ ei satisfiat, ne alias sequatur, ꝙ tale officium ei
fuerit damnosum contra.l.sed si quis ex signatoribus.ff.quē
admodum testamen. aper. sicut enim quilibet administrator
rationem reddere tenetur sue administrationis,vt dixi,ita ver
sa vice debet administrator sine damno conseruari,⁊ ita etiam
sui laboris premium reportare per predicta,⁊ cum de alio pre
mio non constet,illud ei prestandum est, quod ex consuetudi
ne illius ciuitatis Antuerpie factoribus prestatur,⁊ sic vnum,
vel duo pro centenario secundum ea,que supra dicta fuerunt,
ad quod bene facit doctrina Alexand. in consil. cix. super eo.
lib.vj.dum dicit salarium propter consuetudinem deberi etiā,
ꝙ alias non deberetur.
¶Septimo ad confirmationem predicte conclusionis consi
dero, ꝙ iste factor habita notitia vēditionis prosequutus fuit
in administratione dictorum aromatum,vel propter ipsorum
mercatorum literas,vel etiam ex se illis tamen scientibus, ⁊ nō
contradicentibus,⁊ sic pro ipsis, ⁊ ad eorum vtilitatem facto
riam exercuit, ita vt ab ipsis mercatoribus pro eorum factore
sit habitus,vnde videtur, ꝙ nunc nullo modo denegare pos
sint premium,seu mercedem factori debitam ex consuetudine
ciuitatis Antuerpie, quasi ipsi videantur talem factorē elegis
se,nam si aliter intendebant,debebant subito illi aufferre aro
matum curam,⁊ administrationem, siue factoriam,prout po
terant respectu futuri temporis,vnde cum non fecerint dicun
tur sue factorie consensisse,⁊ ei aufferre noluisse, argu.l.j.§.fin
autem ad deficientis.C.de cad. toll. ⁊ c. ad audientiam in fin.
de deci.merito ergo debent dicti mercatores teneri ad predi
ctam mercedem factorie secundum predicta.
¶Demum predicta conclusio comprobatur (⁊ hoc est valde
considerandum)nam aut volumus,ꝙ factor prosequutus fue
rit vigore commissionis illi facte per literas, dictorum merca
torum,vt sic quasi eorum mandato predicta aromata admini
strauerit, ⁊ vt ita dicam factorizauerit, ⁊ non est dubium, ꝙ
15 † factor iste poterit actione mandati contraria quicquid ei de
betur,⁊ in quo damnificatur,petere iuxta l. si vero non remu
nerandi.§.contrario.cum sequen. ff.mand. ⁊ l.si mandatum.
in fin.C.de neg.gest.cum similib.siue melius dicas, ꝙ ex quo
hoc

hoc gratis non sit habeat locum actio ex locato, quasi operas suas iste factor locauerit si velimus mercedem hanc vnius, vel duorum pro centenario esse certam. §. fin. Instit. de mand. & l. si pollienda. ff. de prescript. verb. si vero velimus esse incertam poterit vti actione prescriptis verbis, vt d. l. si pollienda. & ibi Bar. Fulg. Saly. & alij declarant.

¶ Aut volumus, quod factor per se absque aliqua commissione exercuerit talem factoriam pro dictis emptoribus postquam emptionem intellexerit, & prius etiam licet crederet gerere negocia Regis, cum re vera gesserit negocia emptorum, & in eorum vtilitatem, & tunc absque dubio dicitur fuisse negociorum gestor

16 dictorum emptorum, quia † ille proprie dicitur alienorum negociorum gestor, qui absque aliqua commissione sine mandato alterius negocia gerit. l. ait pretor. §. penult. & l. item si cum putaui in princ. & per totum titulum. ff. de nego. gest. & d. l. si mandatum. C. eod. & dicitur in casu isto, quod factor gessit negocia dictorum emptorum re ipsa, nam cum quatuor modis negocia per aliquem gesta dicantur ad alium pertinere inter alios modos dicuntur re ipsa pertinere iuxta glo. magnam in l. si pupilli. §. penult. ff. de nego. gest. & procedit hoc, quando re vera ad aliquem pertinent licet qui gessit crediderit ad alium pertinere, vt ibi dicit glo. allegans d. l. item si cum putaui. & alia iura, vt per eam, quod seruit in casu nostro, quia licet factor ante notificationem venditionis crederet se gerere negocia Serenissimi Regis, tamen re ipsa gerebat negocia dictorum emptorum, cum ad eos re vera aromata pertinerent vigore dicte venditionis licet factor ignoraret, vt d. l. item si cum putaui. in fin. l. que vtiliter in fi. & l. si pupilli. §. si filij. eo. tit. & ibi gl. & Doc. tradunt.

¶ Immo hoc idem in effectu dici potest etiam ante predictam venditionem vigore conuentionis in ea contente dum dicitur, quod quicquid dictorum aromatum per Regium factorem venditum fuerit reputabitur fuisse venditum nomine dictorum emptorum, tenebiturque Regius factor, qui ea vendidit, eisdem emptoribus soluere precium aromatum venditorum secundum quod in libro factorie Regis per suos officiarios scriptum inuenietur.

¶ Et stante hoc, quod dictus factor negocia dictorum emptorum gesserit, & sic dicatur gestor negociorum pertinentium ad ipsos emptores, & ea quidem gessit vtiliter duo sequuntur.

¶ Primo quod ipsi debent ratificare, que in eorum vtilitatem gesta sunt. l. pomponius scribit. ff. de neg. gest.

¶ Secundo sequitur quod factor ipse dicatur habere negociorum gestorum actionem contrariam ad omnia per eum vtiliter erogata, & ad omne suum interesse. l. ij. & l. que vtiliter in princ. cum similibus. ff. de negoc. gest. & consequenter poterit petere vnum, vel duo pro centenario, pro premio sui laboris, & pro expensa pertinente ad dicta aromata, supra enim conclusum fuit premium predictum inter expensas connumerari, quas emptores predicti soluere promiserunt, vt supra ostensum fuit, & dicti emptores ad illud obligati dicuntur vigore consuetudinis Antuerpiensis secundum superius dicta.

¶ Superest nunc ad allegata in contrarium respondere, & licet ex predictis recte consideranti responsio pateat ad omnia, tamen vt veritas euidentius appareat ad omnia singulatim respondetur vt infra.

¶ Quantum ergo ad primum dico, quod responsio colligitur ex dictis in primo argumento pro nostra conclusione, nam quicquid dicatur in principio illius clausule, ibi quicquid expensarum factum fuerit in saccis, &c. statim sequitur, & omnes alias expensas, quas soluturi essent si dictam summam aromatum Antuerpie recipiendorum Vlisbone, in Portugallia recepissent, & eorum nomine, & mandato in Flandriam ea deferri fecissent, &c. per ista enim verba ampliatur prima promissio expensarum, de quibus in argumento dicebatur, vt scilicet procedat etiam generaliter respectu expensarum, de quibus in predictis verbis inter quas proculdubio comprehenditur expensa vnius, vel duorum pro centenario, que factori danda sunt ex consuetudine ciuitatis Antuerpie, nam si emptores aromata illa recepissent Vlisbone, ea transmisissent in Antuerpiam, & factori alicui consignari fecissent, & ita dedissent illi premium vnius, vel duorum pro centenario, ergo &c. vt in dicto primo argumento dictum fuit, cum enim dicatur omnes alias expensas soluturi essent, &c. notandum est, quod sunt verba futuri temporis, & sic comprehendunt futuras expensas, & quidem omnes cum sint verba vniuersalia, a quibus nihil excluditur. l. Julianus. cum vulgaribus. ff. de legat. iij. & ideo etiam premium factori dandum, cum & illud consideraretur pro expensa, tunc in futurum facienda.

¶ Et ex his sumitur responsio etiam ad secundum, quoniam licet clausula illa, & quicquid expensarum, &c. videatur loqui de expensis factis vsque ad receptionem aromatum, tamen precedens clausula, & omnes alias expensas, &c. loquitur generaliter etiam respectu futuri temporis, vt sic etiam comprehendat expensas quandocunque in futurum faciendas etiam post receptionem aromatum.

¶ Potest etiam secundo responderi ad secundum argumentum dicendo, quod immo etiam expensa vnius, vel duorum pro centenario danda factori debet solui antequam recipiantur, seu restituantur aromata cum ex consuetudine preallegata eius ratio ante omnia haberi debeat, & tale premium primum est communi visu, quod inter dominum mercium, & ipsum factorem computatur, prout mihi in facto presupponitur, vnde si primum est sequitur, quod eius computatio fit ante restitutionem aromatum,

17 quia † illud dicitur primum, quod ante se nihil habet. §. nos vero. ibi quia quod primum est. in proem. fforum, & per illum tex. dixit Bal. in rub. C. de ser. fugi. in fin. facit. l. proximus. ff. de verb. signi. prout ad hoc allegat Parisi. in consil. lxx. testator. nu. 24. iij. vol. cum similib.

¶ Posset etiam tertio dici, quod regula de concesso certo tempore, &c. in contrarium allegata limitatur, nisi in alio tempore reperiatur eadem ratio concedendi, vt in simili voluit glos. fin. in fin. in l. cum pretor. in prin. ff. de iudic. & in simili in pulchro casu per illam glo. dixit Ruyn. in consi. xxxix. visis, & bene intellectis. num. 9. in versic. quemadmodum, ergo &c. j. volum. Dico enim, quod eadem ratio est etiam, quod talis expensa isto casu peteretur post receptionem aromatum, quoniam expensa est circa ea, & Serenissimus Rex voluit omne onus expensarum transferre in ipsos emptores cum dictum fuerit, vt perinde sit, ac si ipsi emptores aromata Vlisbone recepissent, & eorum nomine ipsi in Flandriam transmisissent, ergo &c. & fuit dictum vsque ad tempus receptionis, &c. quia omnes alie expense prius dicantur facte, & ista etiam, vt plurimum ex vi consuetudinis prius solet fieri, vt dixi in precedenti responsione.

¶ Non obstat tertium, quoniam responderi potest primo, quia negari potest, quod Rex nihil esset daturus suo factori, si pro se aromata retinuisset, non enim verosimile est tantum Regem fore ingratum sibi seruientibus, & fortasse premium predictum vnius, vel duorum pro centenario dedisset cum ipse nunc non neget illud factori deberi, sed dicit se illud cum ceteris oneribus, seu expensis transtulisse in emptores aromatum, prout vere factum fuit, & hoc posito argumentum nihil obstat, immo videretur posse retorqueri.

¶ Vel secundo dici potest dato, quod Rex non fuisset illud premium ad vnguem daturus, non tamen argui debet de ipso Rege ad istos emptores, etenim factor Regi seruiebat vti subditus eius, & cum spe maioris remunerationis, quam sit premium predictum vti sepissime de istis Regibus, & aliis magnis dominis visum fuit, & presertim de isto Serenissimo Rege Portugallie, qui aliis factoribus suis, & aliis sibi seruientibus ob innatam gratitudinem, & liberalitatem eius maxima munera largitus fuit, sed factor iste ab emptoribus aromatum talia sperare non poterat, & propterea dicitur illis inseruisse eorum aromata administrando, & factorizando pro illo premio, quod ex consuetudine Antuerpiensi factoribus datur.

¶ Et ex hoc respondetur ad regulam subrogati, de qua in argu-

18 mento, † quia illa procedit, quando in subrogato reperitur eadem qualitas, que est in eo, cui subrogatur, tunc enim verum est, quod sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, sed quando est diuerse qualitatis, secus est, vt probatur in l. cum in fundo. §. si fundus. ff. de iur. dot. dixit Bar. in l. j. §. hec actio. ff. si quis testa. lib. ess. ius. fuer. probatur etiam in l. j. §. si quis autem. ff. de success. edic. prout hec omnia allegando firmat Alex. in consi. cvj. viso themate. nu. 17. iij. vol. cum concordan. vt per Parisi. in consi. xlix. Gallasino quondam. nu. 78. iij. vol. sed emptores aromatum sunt diuersissime qualitatis a Rege, vt notum est. & in proposito constat ex predictis, ergo &c.

¶ Preterea ad regulam subrogati alio modo respondetur,

19 † nam illa procedit in his, que sunt de ordinaria natura actus, seu negocij, in quo quis subrogatur, non autem si quid extrinsecus accidat, prout notanter declarat Bar. in l. certi condictio in prin. ff. si cert. pet. colligens hoc ex ij. glo. ibi in fin. refert, &

sequitur Jas. in §. fuerat institu. de act. nu. 6. ⁊ in l. eum qui, in princ. nu. 7. ff. de iureiuran. Sed in proposito, ꝙ Rex non soluat premium predictum (posito ꝙ ita sit) non est ex ordinaria natura commissionis negociorum suorum alicui factori, sed illud cõtingeret extrinsecus, quia scilicet Rex est, ⁊ subdito maiora ab eo sperãti commisserit, merito ergo quo ad hoc subrogati emptores non debent sapere naturam Regis, sed ex consuetudine predicta, ⁊ sic ex ordinaria natura commissionis debent ad tale premiũ vnius, vel duoꝝ pro centenario teneri.

¶ Demum posset tolli argumentum dicendo, ꝙ illa regula procedit regulariter, ⁊ in dubio, sed non quando contrarium constat ex voluntate subrogantis, ex cuius voluntate pendere
20 debet, sicut † contractus quilibet legem sumit ex voluntate cõtrahentium. l. legem. C. de pac. l. quoties. C. de dona. que sub mod. ⁊ l. contractus. ff. de reg. iur. cum simil. sed in proposito ex verbis contractus constat hoc premium vti expensam circa aromata esse per emptores prestandum, vt ex fundamentis ꝓ nostra parte factis constat, ergo ⁊c.

¶ Et notandũ est, ꝙ emptores non obligantur ad expensas, que Rex fecerat, aut facturus fuisset, sed ad eas, quas ipsimet facturi fuissent, si aromata Vlisbone accepissent, igitur non est habenda nunc consideratio an Rex vnũ, vel duo pro centenario soluturus fuisset, vel non.

¶ Et ex his sumitur clara responsio ad quartum argumentũ, quoniam licet iste factor a Rege tale premium non fuisset habiturus si aromata Regis perdurassent, tamẽ non propterea emptores illud denegare possunt, quia de Rege ad ipsos non est arguendum per predicta, nec regula subrogati in proposito attendi debet, vt supra deductum fuit.

¶ Et dum dicebatur, ꝙ factoris conditio non dicitur deteriorata, respondetur hoc esse falsum, nisi tale premium ei soluatur, nam si aromata Regis perdurassent, ⁊ pro Rege illa vsq; in finem factorizasset, certe tanquam a grato, ⁊ liberali principe, ⁊ domino suo habuisset, vel illa duo, aut vnum pro centenario pro premio sui laboris, vel maiorem recognitionem, aut remunerationem sperasset, quorum neutrum haberet, nisi ei tale premium emptores darent, illud enim non haberet. ⁊ spe illa careret, cum a Rege nihil speraret, quia sua negocia non diceretur gessisse, sed aromata dictoꝝ emptorũ factorizasse, ⁊ sic eius conditio facta esset deterior, vnde ne id contingat dicẽdum omnino est emptores predictos ad illa duo, vnum pro centenario obligatos esse predicto factori.

¶ Demum non obstat quod vltimo loco dicebatur factorem non posse suam petitionem aliqua actione fundare, quoniam de plano respondetur, ꝙ immo ei competit actio, aut negociorum gestorum, aut ex locato, aut in factum prescriptis verbis secundum ea, que dicta fuerunt supra in octauo, ⁊ vltimo fundamento partis nostre, vbi plene hoc fuit ostensũ nõ repeto.

¶ Et quatenus competeret actio negociorum gestorum presupponitur eam oriri ex obligatione ex quasi contractu. l. ex maleficiis. §. j. ff. de actio. ⁊ obligat. ⁊ Institut. de obligat. que ex quasi contrac. §. j.

¶ Si vero diceremus ꝙ vigore commissionis oriretur actio ex locato, iam clarum esset, ꝙ oriretur ex obligatione ex contractu consensu celebrato, vt Institut. de obligatio. ex consen. in princip. ⁊ ff. locati. l. j. ⁊ per totum. ⁊ similiter. C. ⁊ Institu. eodem per totum.

¶ Si autem velis, ꝙ agi possit in factum prescriptis verbis, talis actio dicitur habere preexistentem materiam facti, ⁊ commissionis precedentis non transeuntis in speciale nomen contractus, sed remanentis sub contractu innominato, vt sic inde illa ciuilis actio prescriptis verbis oriatur, iuxta l. j. cum aliquibus seq. ⁊ l. si pollienda. ff. de prescrip. verb. ⁊ l. iurisgentium. post princ. ff. de pact. ⁊ hoc modo ostenditur, ꝙ istud vltimũ argumentum nihil penitus facit.

¶ Posset etiam dici si consuetudinem Antuerpiensem consideramus, ꝙ cum ex illa inducatur ius petendi predicta duo, vel vnum pro centenario, ⁊ sic inducatur actio personalis, po-
21 test dici, † ꝙ talis consuetudo in iudicium proponatur per cõdictionem ex illa consuetudine ad instar condictionis ex lege, iuxta l. j. ff. de condic. ex leg. cum consuetudo vim legis scripte habeat. l. de quibus. ff. de legib. ⁊ l. ij. C. que sit longa consuet. ⁊ supra dictum fuit, ⁊ ita voluit Bart. in d. l. de quibus, in repetitit. in iij. quest. principali. ⁊ in d. l. ij. in xxiiij. quest. quod etiaꝫ sequitur Bal. in l. ex placito. in x. quest. C. de rer. permut. ⁊ ad predictorũ dicta se refert, ⁊ ita cũ eis dicitur trãsire Jas. in d. l. de quibus. col. mihi xxj. in versi. item dum Bar. in fin. col. ⁊c.

¶ Non omitto etiam, ꝙ predicti emptores tenentur vigore sue promissionis iuxta dicta supra in tribus, vel primis fundamentis, ⁊ eo respectu tenentur Regi, cui promisserunt, ⁊ cum talis promissio dicatur facta in publico contractu, seu de quo fuit confectum publicum instrumentum dicitur ex communi vsu hincinde interuenisse stipulationem, ⁊ sic tenebuntur actione ex stipulatu.

¶ Et si dicatur, ꝙ talis stipulatio videtur alteri facta, seu ad
22 vtilitatem alterius, ⁊ † ideo non debet valere. l. stipulatio. §. alteri. ff. de verb. oblig. respondetur, ꝙ immo non videtur facta alteri cum verba obligatiua conferantur in ipsum stipulatorẽ, vel si sit facta alteri tamen eo casu valet, iuxta tradita per Doc. in d. §. alteri. vt ibi per Jas. iij. col. in vij. limitatione.

¶ Vel etiam dici potest, ꝙ propter iuramentum stipulatio alteri facta conseruatur, vt per Jas. ibi in iiij. limitat.

¶ Validaretur ⁊ talis stipulatio etiam, ꝙ esset facta alteri pro interesse stipulatoris, vt plene traditur in d. §. alteri. non enim est dubium Regis interesse, ꝙ promisse omnes expense soluãtur, ne alias ab eo repeti possint.

¶ Et si dicatur ex stipulatione tali non factori, sed Regi quesita est obligatio, ⁊ actio, cum quo contractum fuit, vt dictum est, dicam ꝙ poterit sua Maiestas omne ius suum cedere, ⁊ in dictum factorem transferre, aut per alium dictas expensas etiam cum premio factoris, de quo supra exigere, ⁊ postea predicto factori concedere, vt sic ille tale premium sui laboris omnino consequatur.

¶ Et ex predictis modis agendi, ⁊ cõsequendi vtatur factor, quo voluerit, ⁊ vt sibi videbitur opportunius.

¶ Concluditur itaq; ex omnibus supra deductis factorẽ predictum in sua petitione audiendum esse, vt sic omnino vno, vel alio modo consequatur illa duo pro centenario de aromatibus venditis, de aliis vero vnum. Laus Deo.

¶ Sozinus Nepos Bononie 1549.

CASVS.

CONSILII TERTII.

MAGNIFICVS Dom. Bartholomeus Siccamilica decessit, ⁊ eo mortuo reperitur quedam scriptura (vt asseritur) manu eius scripta carens, die, mẽse, ⁊ anno, ⁊ indictione, ⁊ caret etiam testibus, ⁊ subscriptione alicuius persone, in qua (cum sit in forma testamenti) post institutionem domine Margarite filie, ⁊ nepotũ ex ea, ⁊ post vocationem Alberti de Scottis primogeniti ex dicta filia ad castrum, ⁊ bona Sarmati cum omnibus suis iuribus, ⁊ pertinentiis ⁊c. ⁊ ad alia quedã reperiuntur infra scripta verba, videlicet, ita ꝙ dictus Albertus, ⁊ quicunq; maior filius nasciturus ex eo, ⁊ quicunq; maior reperietur inter liberos suos, ex eo descendentes habeat ⁊c.

¶ Et deinde per modum substitutionis leguntur ista verba, videlicet, ⁊ si dictus Albertus decesserit quandocunq; absq; liberis legitimis masculis, tunc, ⁊ eo casu succedat in totũ maior alter frater etate, qui sequeretur dictum Albertum pro se, ⁊ liberis legitimis dicta prerogatiua semper reseruata in eo, qui esset maior natu ex dictis fratribus ⁊c.

¶ Petrum vero alterum filium dicte domine Margarite, ⁊ nepotem suum, ⁊ omnes eius descendentes instituit in certa summa, ⁊ ita voluit eos esse tacitos, ⁊ contentos, ⁊c. prout hec latius in dicta scriptura continẽtur, cuius copia trãsmittitur.

¶ Mortuo predicto Bartholomeo cum questio fuisset inter Albertum ex vna, ⁊ matrem eius ex altera, sententia quadam arbitramentali fuit declaratum dictum Albertum debere omnia obtinere, ⁊ esse heredem vniuersalẽ predicti Bartholomei iuxta continentiam predicte scripture.

¶ Deinde dictus Albertus habens duos filios, scilicet Franciscum, ⁊ Bartholomeum instituit in castro Sarmati, ⁊ Mosie cum eorum pertinentiis, ⁊ in quibusdam aliis bonis Franciscum suum filium primogenitum, ⁊ eidem quandocunq; decedenti substituit filium eius masculum primogenitum, ⁊ successiue voluit, ꝙ predicta bona procedant de primogenito in primogenitum in perpetuum, dicens ꝙ sua firma intentio est, ꝙ per-

q̄ p̄dicta bona semper vnus solus habeat, q sit primogenitus.

¶ Bartholomeum vero eius secundogenitum instituit in castro Agolemi cum suis iuribus, &c. & illi quandocunq; decedenti fecit substitutionem similem, & declarauit, q̄ intelligit in predictis substitutionibus primogenitum eum, qui successiue ex primogenito esset primogenitus, licet aliquis ex descendentibus filiorum suorū reperiatur maior etate, prout hec plenius in predicto testō continentur, cuius etiā copia transmittitur.

¶ Post factum predictum testamētum viuo adhuc domino Alberto decessit Franciscus eius primogenitus superstitibus ex eo Jacobo filio primogenito, & quibusdam aliis filiis, deinde non mutato testamento decessit dictus Albertus superstitibus sibi Bartholomeo eius secūdogenito, & Jacobo, & aliis filiis predicti Francisci eius nepotibus.

¶ Quibus sic stantibus queritur quis sit admittendus ad bona relicta predicto Alberto in illa asserta scriptura Bartholomei Siccamilice, & in specie ad castrum Sarmati, & Mozie, de quibus etiam in testamento domini Alberti, Utrum scilicet Jacobus vti primogenitus Francisci primogeniti domini Alberti; an vero Bartholomeus secūdogenitus Alberti, qui inter eius descendentes maior natu reperitur tam habito respectu ad Bartholomeum Siccamilicam, & eius assertam scripturam, q̄ ad testamentum domini Alberti?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De testamento inter liberos propria manu patris scripto, an vitietur ex defectu temporis?

¶ De primogenitura, an & quando nepos ex predefuncto primogenito excludat patruum?

¶ De verbis istis, & quicunq; maior natu reperietur inter liberos suos, & descendentes ex eo, quomodo intelligantur, & ad quem referantur?

¶ De herede adeunte, vt teneatur approbare omnē defuncti dispositionem in testamento, quam ipse putauit sibi licere?

¶ Verbū, diuidatur, quod sit commune?

¶ De clausula codicillari quid operetur in testamento, quod rumpitur ex causa preteritionis?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Testamentum imperfectum inter liberos testatoris ualet, & seruari debet.*

2 *Scriptura etiam manu propria testatoris inter liberos facta non ualet quādo in ea magna, & notabilis sit inæqualitas inter ipsos liberos.*

3 *Testamentum non continens tempus, diem, mensem, annum, & indictionem, ratione incertitudinis temporis uitiatur, & non potest sortiri effectum testamenti.*

4 *Tempus necessariò debet apponi in testamento, ut sic, si opus sit, constet quando sit factum.*

5 *Testamentum etiam inter liberos, etiā manu patris scriptum, si careat tempore, non ualet.*

6 *Sententia continens, seu exprimens iuris errorem per expressam relationem ad acta, non ualet.*

7 *Testamenti forma priuatorum pactis non læditur.*

8 *Arbiter, & moderator rei suæ quilibet est.*

9 *Capitulo uno in aliqua scriptura comprobato, non sequitur approbatio alterius ab eo diuersi.*

10 *Nepoti semper fauendum est quando agitur de primogenitura prouenīente ex ordine testatoris ascendentis, & sic de successione, & ibi latè discurritur de prelatione patrui, & nepotis.*

11 *Verba testatoris (succedat A. & quicunque maior filius ex eo nascitursus) debent intelligi ordine successiuo.*

12 *Testator ponens aliquos in conditione ad exclusionem substituti dicitur omnes filios, & alios descendentes eorum aliis preferre.*

13 *Testator censetur magis diligere natos, quam non dum natos.*

14 *Interpretatio semper facienda est ne testator uideatur in meliori loco, uel conditione posuisse minus ab eo dilectos, quàm magis dilectos.*

15 *Declarationi eius standum est, qui uoluntatem testatoris nouiße creditur.*

16 *Singula quæ non prosunt multa simul collecta iuuant.*

17 *Relatio uerborum semper debet fieri ad proximiora.*

18 *Testatoris mens, & uoluntas omninò attendenda est etiam quādo uerba ei ad unguem non adstipularentur.*

19 *Testamenti uerba quando clara sunt non est facienda quæstio uoluntatis.*

20 *Princeps in concessione alicuius castri, & iurisdictionis potest erigere primogenituram, & talem facultatem etiam alteri concedere.*

21 *Princeps potest legitimare sine causa, & alteri talem facultatem concedere.*

22 *Feudum per inuestituram declaratur, & probatur.*

23 *Hæreditati se immiscens non potest uenire contra testamentum etiam ultra suam portionem hæreditariam in iis, quæ testator putauit se posse disponere.*

24 *Testamentum redditur nullum ex præteritione sui hæredis.*

25 *Verbum, diuidantur, cum sit uerbum commune aptum ad ius directum & utile, relatum ad uniuersitatem bonorum intelligetur in sensu directo, quando tale uerbum fuit prolatum in solemni testamento.*

26 *Verba, filios meos, siue eorum liberos, debent intelligi ordine successiuo, & secundum ordinem charitatis, & necessitatis ad ualiditatem testamenti.*

27 *Clausula codicillaris operatur, ut succedens ab intestato, & sic qui ut præteritus rumpit testamentum siue nullum dicit, teneatur restituere per fideicommissum institutis in testamento quæcunque eis relicta sunt.*

28 *Institutio, & substitutio in rebus certis, licet testamentum irritetur, conseruatur per auth. ex causa. C. de liber. præter.*

CONSILIVM III.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Ad veram resolutionem presentis consultationis tria principaliter veniūt discutiēda.

¶ Primum est vtrum asserta scriptura per Siccamilicam, vt dicitur relicta vim testamenti eius habeat, ita vt de iure seruari debeat?

¶ Secundum est, posito, q̄ vt testamentum debeat conseruari, & adimpleri vtrum eius vigore sit admittendus Jacobus predictus vti primogenitus Frācisci primogeniti Alberti predefuncti, an Bartholomeus secundogenitus Alberti?

¶ Tertium erit quid sit dicendum circa testamentum domini Alberti?

¶ Circa primum videtur primo aspectu dicendum talem scripturam vim testamenti habere, seu posse dici testamentum validum licet omni solemnitate careat, & sit imperfectum, nam
1 quicquid in aliis sit dicendum clarū est † testamentum imperfectum inter liberos testatoris valet, & seruari debet. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. & ibi plene tradūt Doc. & maxime quando de eo reperitur scriptura manu propria testatoris diuidētis inter liberos hereditatē auth. quod sine. C. de testa. & in l. fin. C. famil. hercis. & vtrobiq; tradunt Docto. Sed in proposito casu ostenditur scriptura testamenti dicti Bartholomei propria eius manu scripta, in qua inter filiam, & nepotes ex ea diuiditur hereditas, ergo debet valere, licet sit testamentum imperfectum, & omnis solemnitas in eo deficiat.

¶ Sed his non obstantibus in proposita specie contrariū est verius, & concludendū est assertam scripturā etiā, q̄ sit ꝓpria manu scripta ipsius Siccamilice vim testamenti non habere, neq; pro testamento seruandā esse. Et licet ista conclusio ex plu
2 ribus probari posset, & maxime † ex eo quod in dicta scriptura magna, & notabilis sit inequalitas inter liberos, vt voluit Roma. in consi. clxxix. amplissime Doctor. v. col. quē ego sum sequutus in consi. cxxvij. in testō nobilis viri. nu. 19. j. vol. & presertiꝫ quia, vt dixi magna, & notabilis est inequalitas, prout ad talem casuꝫ opinionē Roma. restringit Curt. Jun. in d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. in ij. dubit. C. de testa. hoc tn̄, & aliis omnibus pretermissis. Dico hanc conclusionē clarissime probari ex eo, quia in tali scriptura nullū est appositum tēpus,
3 caret, die, mēse, anno, & indictione, vnde † rōne incertitudinis temporis vitiatur, & non pōt sortiri effectū testamenti, ꝓut est tex. clarus in auth. quod sine. in vers. & tēpus. & in corpore vn-
* de sumitur. C. de testa. & ita declarant cōiter * Docto. in locis predictis dicentes, q̄ ad minus debent apponi annus, mēsis, & dies, licet nō hora diei. vt plene per Mattan in d. auth. quod sine. q. xij. & tribus seq. & ratio est, quia cū testamentū fieri possit pluries, & vltimum valeat. § posteriore. Institu. quib. mod. testa. infir. & l. cum ij. in princi. ff. de iniust. rupt. testa. necesse
4 † est, q̄ tempus apponatur, vt sic, si opus sit constet, quando sit factum ita signanter declarat Bald. in d. auth. quod sine. quem alij sequuntur maxime Saly. ibi. ij. col. versic. quero an in ista priuata scriptura, vbi etiam Matta. in quest. xiij. & hanc conclusionem, q̄ testamentum carens tempore etiam inter liberos, & propria manu patris scriptū non valeat, firmat Alex. in consil. lxxvj. ponderatis his. num. 8. lib. iij. & in consi. cxxiij.

discussis hesitationibus. nume. 2. in versicu. sed premissis non obstantibus. ibi nec obstat vltima voluntas. lib. j. Et (ni fallor) illud consilium fuit factum in indiuiduo pro decisione casus nostri, licet in eo nomina sint mutata, vt sepe fieri solet, si enim diligenter omnia considerentur eadē contingentia facti ad vnguem ibi presupponitur, que in casu isto merito ergo authoritas Alex. in hoc magnifacienda est, nedum in hac quest. sed etiam in tertia, & vltima, cum per eum in terminis, & in indiuiduo decidantur iste due questiones.

5 ¶ Et † ꝙ testamentum etiam inter liberos, etiam manu patris scriptum si careat tempore non valeat, firmat etiā Ruyn. & alios allegat in consi. vij. primo videndum. nu. 10. iij. vol. cū aliis pluribus qui allegari possent, sed gratia breuitatis, & quia hoc est indubitatū omittuntur.

¶ Sit itaqꝫ conclusio in hac prima questione scripturam predictam nullo modo pro testamento seruandam esse per predicta, ex quibus clare constat allegata in contrariū non obstare, quia procederent vbi in testamento, seu in scriptura pro testamento facta esset scriptū tempus, quo facta fuit.

¶ Nec predicte conclusioni obstat si dicatur, ꝙ scriptura predicta fuit approbata, vt vim testamenti haberet, per sententiā
6 quandā vnam, vel plures, quoniā illa sententia, † veluti continens, seu exprimens iuris errorē per expressam relationē ad acta dicitur nullius momenti iuxta l. ij. C. quan. prouoc. nō est neces. & l. si expressim. C. de appel. & in terminis declarat Alex. in d. consi. cxxiij. nu. 5. 6. & 7. & quia ipse plene hoc prosequitur ad eius dicta me refero.

¶ Nec obstat, ꝙ do. Margarita filia d. Bartholomei videatur approbasse pretensum testamentum, & sententiā, quoniam & ad hoc colligitur responsio ex dictis Alex. in loco prefato dū loquitur de arbitramento emologato &c.

¶ Et vltra etiam respondetur, ꝙ illa domina Margarita nō potuit nec aliquis alius approbare testamentū alias de se nullum, ita vt valeat, & omnino seruetur in omnibus eius parti-
7 bus, quia testamentum est publici iuris, & ideo † forma eius priuatorum pactis non leditur text. est in l. iij. ff. de testamen. facit l. ius publicum. ff. de pactis. cum concordantibus, vt per Deciū in consil. cccclxxiiij. quod supra mature in princip. & in consil. cccclxxxviij. in causa, & lite. num. 18. vbi plene scribit. & inter cetera dicit, ꝙ si partes possent pacisci, ꝙ scriptura priuata haberet vim testamenti, seu testamentum inualidum validare in effectu esset tollere solemnitatem testamenti, & elusoriam reddere dispositionem iuris, que tam accurate propter periculum falsitatis requirit certam solemnitatem in testamento, quod fieri non potest, vt per eum in locis predictis ad quē me refero.

¶ Non tamen negabo, ꝙ ipsa domina Margarita quatenus eius intererat, & ita etiam dico de alio quolibet pro suo interesse potuit in vim pacti obligari ad contentorum in testa-
8 mento obseruantiam, cum quilibet † sue rei sit moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mandat. cum similibus. Et possit quilibet suo iuri, & fauori renūciare. l. si quis in conscribendo. C. de pact. cum similibus, vt per Deci. in consi. cccccxlvij. viso puncto. nu. 1. in fin.

¶ Sed tamen ex hoc non validatur testamentum in preiudicium aliorum cum alteri per alterum preiudicari non possit. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. & C. res int. alios act. in rub. & per totum. Sed isto casu si testamentum esset confirmatum forte preiudicaretur Alberto propter substitutionem illi factā, si primogenitura non transiret in suos primogenitos de vno in aliū, vt ipse volebat, vt ex suo testamento apparet, ergo &c.

¶ Et si dicatur, ꝙ etiam ipse Albertus arbitramentum, & laudum approbauit, & sic etiam videtur approbasse testamentū. Respondetur, ꝙ laudum, seu arbitramentum non erat in totum conforme testamento, sed in aliquibus contradicebat, & non sequitur testamenti approbatio ex laudi emologatione, & licet in eo, ꝙ Albertus solus habeat castrum Sarmati videatur, approbata scriptura illa pro testamento facta, tamen non propterea dicitur approbata in eo, quod contineret substitutionem de dicto castro factam, quatenus repugnaret volunta-
9 ti dicti Alberti, quia † ex comprobatione vnius capituli in dicta scriptura contenti non sequitur approbatio alterius ab eo diuersi, iuxta tradita per Bartolum in l. Aurelius. §. idē quesiit. ff. de liberat. legat. cum concordantibus, vt per Alexan. in d. consil. cxxiij. iiij. col. in versic. vnde non sequitur &c. Et quia ipse in terminis nostris hec bene declarat incipiendo in versic. non obstat etiam arbitramentum emologatū a partibus &c. vsqꝫ ad versiculum preterea presumitur, quod dictus Bertonus &c. ad eius dicta gratia breuitatis me refero. Hec sufficiant quo ad primam dubitationem, in qua, vt dixi, concluditur testamentum predictum, seu scripturam pro testamento factam nullo modo valere posse.

¶ Capio modo secundam dubitationem, que in se valde dubia videtur, & licet ego putem absque dubio esse superfluam, stante inualiditate testamenti, vt supra est conclusum, tamen, vt consultanti etiam in hoc (licet superflue) morem geram subiiciam quod de iure sentio.

¶ Et aduertendū in primis est, ꝙ dominus Bartholomeus Siccamilica ordinauit primogenituram inter suos descendentes, & de hoc non est dubitatio, sed dubiū est stante ordinatione primogeniture, quis debuerit admitti post mortē Alberti vtrum scilicet Jacobus eius nepos ex filio primogenito predefuncto, an Bartholomeus secundogenitus?

¶ Et licet isto casu videatur facienda trita illa disputatio, vt aiunt de Rege Roberto, vtrū scilicet quando est locus primogeniture nepos ex p̄defuncto primogenito preferatur patruo eius secundogenito? vel per contrariū? Tamen ego puto, ꝙ in casu nostro simus extra illam disputationem, vt infra ostendetur, & ideo de illa alta questione nō esset faciendū verbū, sed vt etiam super ea consultanti morē gerā paucissimis verbis, & conclusiue loquendo dicam, quid de iure sentiam.

¶ Dico igitur, ꝙ licet articulus sit valde dubius tum propter conflictum rationum, cum propter contrarias authoritates,
10 tamen † quando agitur de primogenitura proueniente ex ordine testatoris ascendentis, & sic agitur de successione, semper tenēda est opinio pro nepote, quoniā ipse dicitur patris locū subintrare. §. cum filius. Instit. de hered. que ab intest. cū concordan. de quibus ibi per glo. & Doct. & ita in tali primogenitura sic ab ascendente in testamento ordinata inter eius descendentes in his, que dantur iure successionis, egregie concludit ibi Jo. Fab. in vers. si vero nepos sit filius primogeniti. & satis aperte voluit Bart. in auth. post fratres. la prima. C. de legit. hered. dum dicit, ꝙ decisio, que alias fuit facta pro Rege Roberto, qui erat secundogenitus contra Regem Ungarie, qui erat natus ex primogenito processit ex eo, quia Regnum Apulie, de quo agebatur, vti feudum Romane Ecclesie non procedebat iure successionis, sed habebatur ex concessione Dominica, vt per eum. Quando ergo illud quod transit in primogenitum haberetur iure successionis. Bar. ibi manifeste vult filium primogeniti, & sic nepotem personā patris subintrantē excludere secundogenitum patruum eius, sicut & pater eius si viueret illum excluderet, & ita declarat patruus, & dominus meus Soci. in consil. cclij. visis instrumētis. col. mihi xij. & xiij. incipiendo in versi. postremo istam partem. vbi facit nonum, & vltimum fundamentum pro nepote contra secundogenitū.

¶ Qui etiam ibidem prius dicit, ꝙ eandem opinionem tenet Jo. Andr. in rubr. de feud. prout ipse inducit, & inductionem defendit, vnde cū in casu nostro comitatus Sarmati, de quo agitur iure successionis habeatur, & in eo sit ordinata primogenitura in testamento Bartholomei Siccamilice ascendentis concludendum est pro filio primogeniti, & sic nepote Comitis Alberti excluso Bartholomeo eius patruo, & ipsius Alberti secundogenito, & istam opinionem in effectu sequitur Raph. Commen. in l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de legat. ij. dum refert, & sequitur distinctionem, quam virtualiter facit Bart. in d. authen. post fratres. & pro nepote contra patruum firmat Bal. in l. ex hoc iure. ij. col. versicu. sexto queritur. ff. de iust. & iur. & alibi etiam, cū multis aliis magne authoritatis Doctoribus, quos refert, & sequitur Andr. Sicul. alias Barbat. in consil. x. sapienter scribitur primo Regum. x. colum. ij. volu.
* vbi etiam dicit, ꝙ de hoc est communis opinio. * Et licet pleriqꝫ tenuerint contrarium tamen istam opinionem late, & pluribus fundamentis cōprobat, & ab obiectis defendit patruus meus Socin. in d. consil. cclij. qui inter cetera maxime confidit in authoritate Joan. Andr. & Bartol. qui fuerunt duo luminaria magna, alter iuris canonici, alter iuris ciuilis, vt per eum ibi colum. mihi xvij. in princip. in versic. ex quibus sunt sublate rationes &c.

¶ Et vltra allegata per eum reperio, ꝙ istam opinionē presupponit Egid. in decisi. dcccxxiiij. etiam de extra Rotam. per

totam, semper enim in ea presupponit pro nepote in iure pri mogeniture contra patruum eius esse iudicandum, eandem etiam opinionem post longam disceptationem probabiliorem, ⁊ magis iuri consonam arbitratur, ⁊ sequitur insignis, ⁊ uberrimus Doctor dominus Guliel. de Benedic. in sua solemni repetitio. c. Raynutius. de testamen. in verbo, in eodem testamento relinquens. el primo. nume. 199. ibi enim licet in precedentibus. ⁊ nume. 180. multa dixerit, ⁊ plures allegauerit hincinde, tamen pro meliori opinione eligit partem pro nepote, vt per eum, prout etiam opinionem istam pro nepote seruat Parisiensis cõsuetudo in scriptis redacta, vt attestatur insignis Doctor Joannes Teurier in tracta. de primogenitura in questio. xxv. in fin. que omnia seruirent in casu nostro, si indigeremus, ⁊ maxime quia decisio domini mei Socini in d. consil. cclij. videtur in fortioribus terminis, cum ipse loquatur quando agebatur de succedendo transuersali, nos vero agimus de succedendo Comiti Alberto ascendenti, ⁊ eo magis seruirent, quia non agitur in casu nostro de magno Comitatu, sed de modico, nam etiam qui tenent contra nepotem pro eius patruo suam conclusionem limitant, vt non procedat in baroniis, ⁊ comitatibus modicis, sed tantum in magnis, vt in regalibus, ⁊ similibus, vt per Mattheum de Afflict. in c. j. in princ. col. mihi xxv. versi. quarto fallit. in tit. de succes. feu.

¶ Uerum licet predicta plurimum adiuuent partem nepotis predicti, tamen dicimus ea in casu nostro nõesse aliquo modo necessaria, sed volo fuisse dicta ex abundanti.

¶ Dico enim, q etiã quod predicta de iure non procederent, in casu tamen isto omnino pro nepote iudicandum est ex verbis, ⁊ mente predicti Siccamilice testatoris, ⁊ tota difficultas consistit circa illa verba inter liberos suos ex eo descendentes, an scilicet referenda sint ad ipsum Albertum, vt ex aduerso dicitur, an ad filium eius primogenitum, ⁊ ego arbitror, q omnino referenda sint ad filium Alberti primogenitum.

¶ Et licet hoc possit multipliciter ostendi, vt per Excellentissimos Jurisconsultos scriptum fuit, tamen ego tribus tantum modis, vel tribus considerationibus illud apertissime demonstrabo.

¶ Et primo considero, q testator, qui habebat ex Margarita filia duos nepotes, videlicet Albertum primogenitũ, ⁊ Petrum secundogenitum, voluit circa castrũ Sarmati ipsi Petro preferre nedum Albertum primogenitum, sed etiam eius filium primogenitum, vt patet in illis verbis, ⁊ quicunq maior filius nasciturus ex eo, vnde si ita voluit fauore primogeniture ad exclusionem Petri eius nepotis nati, ⁊ noti, ⁊ consequenter dilecti, vt scilicet ei preferatur, qui primo nascetur ex Alberto, in quem cum natus non esset nulla cadebat affectio, fortius dicendum est, q voluerit in occurrenti casu eadem ratione Jacobum primogenitum Francisci, qui erat primogenitus Alberti preferri Bartholomeo secundogenito Alberti cum ille testatori notus non fuerit cum non esset natus. auth. multo magis. C. de sacrosanct. eccles. cum similibus, ⁊ profecto si interrogatus fuisset testator de occurrẽti casu, procul dubio verosimiliter respondisset pro ipso Jacobo cum esset primogenitus ex primogenito, quo posito ita ⁊ nos de iure esse debemus respondere, iuxta notab. licet tritam glos. ⁊ ibi post eam tradunt Bartol. ⁊ alij in l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis. cum concordantibus, vt alias dixi in consil. xc. dominus Marianus de Balionibus. num. 14. j. vol. ⁊ in consil. clxxij. sic inter cetera legitur. nume. 19. ij. volum. Et stante hac verosimili mente testatoris sequitur, quod verba illa sequentia, ⁊ quicunq maior natu reperietur inter liberos ex eo descendentes sunt referenda ad maiorem filium ex illo Alberto nasciturum.

¶ Et quod ita debeant dicta verba intelligi, secundo loco

11 considero, q illa verba, † succedat Albertus, ⁊ quicunq maior filius ex eo nasciturus, debent intelligi ordine successiuo, iuxta tradita per Bartolum, ⁊ alios in l. gallus. §. j. ff. de liberis, ⁊ posthu. Et sic cum dicitur, ⁊ quicunq maior filius nasciturus ex eo scilicet Alberto, debet intelligi, scilicet post dicti Alberti mortem, vt sic dicantur vocati ordine successiuo, ⁊ dum statim subditur, ⁊ quicunq maior natu reperietur ⁊c. debet intelligi scilicet post mortem filij primogeniti Alberti, post quem in effectu vocatur successiuo ordine. Conueniat itaq (si predicta bene considerentur) q illa verba, inter liberos suos ex eo descendentes referantur ad filium primogenitum ex Alberto, post cuius mortẽ in effectu vocatur, qui maior natu reperietur ex eo, non enim vocatur cũ illo, sed post eũ, vnde cũ vocetur Albertus, ⁊ qui primo ex eo nascetur, ⁊ qui maior natu reperietur ex eo, ⁊ necessario predicti intelligũtur vocati ordine successiuo, sicut post Albertum vocatur, qui primo ex illo Alberto nascetur, ita qui post dictum primogenitũ vocatur, debet dici qui ex illo primogenito maior natu reperietur, ⁊ sic necessario ostenditur, q illa verba inter suos liberos ex eo descendentes ad ipsum primogenitum referenda sunt, ita quidẽ vt pro verificatione dictorum verborum necesse sit presupponere ex dicto Alberto nasci filium primogenitum, ⁊ illum postea moriturum, cum post eum vocetur, qui maior natu ex eo reperietur, quod proprie verificatur in Comite Jacobo, qui ex Francisco primogenito Alberti maior natu repertus fuit, ⁊ consequenter dicimus eum apertissime vocatum in testamẽto excluso Bartholomeo eius patruo, ⁊ alio filio Alberti, ⁊ ista consideratio videtur multum concludens ad propositum nostrum licet per aliquem alium non fiat.

¶ Tertio ad idem considerandum est, ⁊ (ni fallor) res plus quam clara ostendetur, nam testator faciendo substitutionem dicto Alberto dixit, ⁊ si dictus Albertus decesserit quandocunq absq liberis legitimis masculis, tũc, ⁊ eo casu succedat in totũ maior alter frater etate, qui sequeretur, tunc ad Albertum pro se, ⁊ liberis suis dicta prerogatiua semper reseruata in eo qui esset maior natu ex dictis fratribus, ⁊ liberis natis, vel nascituris singula singulis congrue referendo. Et postea etiam subdit, q deficiente dicto Alberto, ⁊ quibuscunq filiis, ⁊ liberis masculis dicti Alberti filiorum suorum, ⁊ fratrum dicti Alberti modo quo supra dictum est, substinebat maiorem natu ex filiis cuiusdã domini Francisci de Scottis militis ⁊c. vt latius in testamento legitur. Dico nunc, q frater Alberti non aliter, nec prius vocatur, q̃ si defuerint omnes filij, ⁊ descẽdentes d. Alberti, nam cum illi sint positi in conditione ad ex-

12 clusionem substitionis facte de fratre Alberti sequitur, † q testator omnes filios, ⁊ alios descẽdentes Alberti dicitur pretulisse fratri eius. l. lucius, la seconda. in fin. ⁊ ibi tradunt Docto.

* ff. de heredib. instituen. ⁊ uidetur. glo. cõmuniter * approbata in l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de legat. j. ⁊ si ita est ad exclusionem fratris Alberti, scilicet Petri, qui notus erat, ⁊ consequenter dilectus testatori, vt scilicet omnes filij, ⁊ descendentes fratris eius Alberti preferantur quia Albertus erat primogenitus fortius hoc dicendũ est, vt descendentes omnes Francisci filij dicti Alberti, ⁊ eius primogeniti preferantur Bartholomeo alteri filio predicti Alberti, qui testanti erat incognitus

13 cum nondum natus esset, ⁊ † consequenter non erat ab eo dilectus, vel minus q̃ iam natus secundum Baldum in l. qui filiabus in princip. vbi etiam Jaso. in iij. col. ff. de legat. j. argumento eius quod dicitur in d. authen. multo magis. C. de epi

14 scopis, ⁊ cleri. Semper enim facienda est interpretatio † ne testator videatur in meliori loco, vel conditione posuisse minus ab eo dilectos, q̃ magis dilectos argumen. l. publius. §. fin. ff. de condit. ⁊ demonstratio. ⁊ tradit nouissime Crauet. ⁊ alios allegat in consil. clv. verba testamenti. num. 6. ⁊ consequenter sequitur, q ex clara intentione testatoris Jacobus filius Francisci primogeniti Alberti debuit necessario admitti excluso pdicto Bartholomeo eius patruo, prout vere fuit admissus.

¶ Quod etiam ostenditur, quia si bene verba testamenti consideremus videbimus q testator voluit q castrum Sarmati durante vna linea, seu descendentia masculina vocatorum semper maneat apud eam, ⁊ ea postea deficiente, ⁊ totaliter finita perueniat ad alium, ⁊ non prius, vt ex multis colligitur presertim ex illa vltima substitutione, nam dixit, q substinebat deficiente Alberto, ⁊ quibuscunq filiis eius, ⁊ filiorum suorum, ⁊ demum suorum fratrum.

¶ Prius ergo considerauit dictum Albertum, ⁊ lineam eius quam vocauit scilicet primogenitum illius.

¶ Secundo lineam filiorum Alberti intellige vocatorum ab eo ordine illo, quo eos vocauit, ⁊ sic primogeniti lineã donec extaret, ⁊ postea aliorum.

¶ Et deinde lineam fratrum similiter eo ordine, quo vocauit.

¶ Et omnibus deficientibus vocauit substitutum.

¶ Unde cum ex linea Francisci primogeniti Alberti extaret, tunc Jacobus eius primogenitus debuit ipse admitti ad comitatum castri Sarmati, ⁊ ita de eo postea peruenit in eius filium, ⁊ hodie in Comitem Uldricum eius nepotem procedendo

dendo semper de primogenito in primogenitum, prout fuit
clara voluntas testatoris.
¶ Et vbi ex aliquo alicui videretur dubia dici potest eã fuis-
se declaratam per Albertum successorem eius in dicto Comi-
tatu Sarmati, nam in suo testamento dixit, ꝙ intendebat se-
qui voluntatem Siccamilice eius aui in eius testamẽto, ⁊ ideo
reliquit castrum Sarmati Francisco eius filio primogenito,
ita vt transeat de primogenito in primogenitum, vt infra dice-
15 tur in iij. quest. videtur enim satis probabiliter dici posse † ta-
li declarationi standum esse veluti facte ab eo, qui voluntatem
Siccamilice nouisse credatur, argumen. l. si quis a filio. §. pe-
nult. ff. de legat. primo. ⁊ Bartol. ibi ad hoc notat, ⁊ tradit in
l. gerit. iiij. col. ver. venio ad quartum. ff. de acquiren. heredit.
Et maxime hoc videtur tolerandum cum ad talem declara-
tionem multa concurrant, vt ex predictis constare potest, ac
etiam quia per eam nulli reale preiudicium fuit illatum, iuxta
ea, que dixit Bar. in d. §. pen.
¶ Et licet forte simpliciter loquendo dubitari possit, vtrum
de his, que sensit testator sit standum declarationi sui heredis,
negari tamen non potest, quin talis declaratio, seu assertio Al-
berti magnum faciat argumentum, ꝙ ita testator Siccamili-
ca voluerit, ⁊ ideo vna cum aliis argumentis debet talis asser-
16 tio plurimum considerari, iuxta illud, † singula, que non pro-
sunt, multa simul collecta iuuant, vt est glo. fin. in l. instrumen-
ta. C. de probatio. ⁊ glo. j. in l. si stipulatus. ff. de vsur. nam etiã
id, quod per se non operaretur prestat ceteris adminiculum,
vt est glo. in verbo ex causis, quam ibi sequuntur Docto. in c.
accedens. lo secondo. vt lite non contesta. Sed quicquid de ta-
li assertione sit dicendum, satis superq; ex predictis considera-
tionibus ostensum fuit testatorem Siccamilicam voluisse, ꝙ
in occurrenti casu ad castrum Sarmati, ⁊ eius comitatum ad-
mittatur Jacobus primogenitus Francisci, qui erat primoge-
nitus Alberti excluso Bartholomeo eius patruo.
¶ Et prout stante (hoc verissimum est) sequitur necessario, ꝙ
verba illa inter suos liberos ex eo descendentes, sunt referẽda
ad filium maiorem tunc nasciturum ex dicto Alberto. Que re-
17 latio fieri debet etiam ex contextu verborum, vt † sic dicantur
talia verba referri ad proximiora, prout iure fieri solet relatio.
l. i. §. deinde. el primo. ⁊ ibi glo. iij. ff. de postul. ⁊ ita per illum
textum dixit glo. magistralis in l. si idem cum eodem. §. fin. in
glo. fin. ff. de iurisdictio. omnium iudic. ⁊ quod relatio fieri de-
beat ad proxima firmat Alexan. in consil. ccliij. consideratis.
num. x. lib. ij. ⁊ Corn. ponit pro regula in consil. xx. scrupulosa
ij. colum. iij. vol. ⁊ ita in simili casu refert verba, ex liberis suis
ad filium maiorem natu, veluti proximũ subiectum patruus,
⁊ dominus meus Soci. in preallegato consil. cclij. colum. mihi
xij. in versic. ex quibus premissis infero. vbi pro hoc allegat no-
tata in d. c. accedens. lo secondo. vt lit. non contest. vt per eũ.
¶ Et stantibus declaratione, ⁊ relatione predictis tollitur om-
ne fundamentum partis aduerse, que considerabat illa verba,
⁊ quicunq; maior natu reperietur inter liberos suos ex eo de-
scendentes, esse referenda ad Albertum, ⁊ eo modo dicebat
Bartholomeum secundogenitum Alberti preferendum cum
ipse reperiretur maior natu ex liberis, ⁊ descendentibus dicti
Alberti. Dico enim, ꝙ hoc falsum est, quia relatio fieri debet
non ad Albertum, sed ad filium eius primogenitum, tũ quia
dicitur proximum precedens subiectum, cum etiam propter
considerationes verborum, ⁊ mentis testatoris, de quibus su-
18 pra. Que † mens, ⁊ voluntas omnino attendenda esset, etiam
quando verba ei ad vnguem non adstipulentur. l. non aliter in
princip. ff. de legat. iij. ⁊ l. in conditionibus primum locum. ff.
de conditio. ⁊ demonstratio. ⁊ l. iij. C. de liber. preterit. cum si-
milib. Et ideo dicit Jurisconsult. in l. ex facto. la grande. circa
medium. ff. de hered. institu. ꝙ voluntas defuncti totum facit
scilicet interpretationem testamenti, ⁊ verborum eius.
¶ Concludatur itaq; ex predictis in hac secunda questione,
stante valido testamento Siccamilice ius primogeniture ex ip-
sius testatoris intentione, ac etiam quia primogenitura dicitur
ordinata in testamento ascendentis inter suos descendentes
delatum fuisse post mortem Alberti Jacobo eius nepoti nato
ex predefuncto Francisco filio Alberti primogenito excluso pe-
nitus Bartholomeo patruo eius, ⁊ secundogenito Alberti.
¶ Que tamen omnia ex abundanti dicta sint, ⁊ vt consultanti-
mos geratur, non enim sunt aliquo modo necessaria, cum ip-
sa veritas sit, scripturam ab ipso Siccamilica, vt aiunt relictã
vim testamenti obtinere non posse, neq; vt testamentum ser-
uandam esse, vt supra in prima questione plene, ⁊ iuridice de-
monstratum fuit.
¶ Capio nunc tertiam questionem, circa quam conclusiue lo-
quendo concludendum puto, ꝙ stante valido testamento co-
mitis Alberti, ⁊ ubi illud sit attendendum res caret omni diffi-
cultate, nam testator Albertus in castro Sarmati Franciscũ
eius primogenitum instituit, ⁊ eidem etiam vulgariter substi-
tuit eiusdem Francisci filium primogenitum declarando, ꝙ
intendit dictum castrum cum suis pertinentiis semper transi-
re de primogenito dicti Francisci in primogenitum, ita vt sem-
per apud vnum permaneat, ⁊ non apud plures, vt ex lectura
19 sui testamenti satis constat, ⁊ † cum circa hoc verba testamenti
sint clara, ⁊ indubitata non est facienda questio voluntatis di-
cti Alberti. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de legatis iij.
cum similib.
¶ Unde aut volumus, ꝙ testamentum Siccamilice non va-
luerit, prout fuit conclusũ in prima questione, ⁊ tunc dicemus
per Comitem Albertum inductam fuisse in castro Sarmati
primogenituram in persona Francisci eius primogeniti, cum
expressa declaratione, ꝙ post eum vocetur Jacobus eius filius
primogenitus, qui etiam fuit patri suo expresse substitutus, ⁊
post eum castrum illud transeat de primogenito in primogeni-
tum, prout in hoc verba testamenti clarissima sunt.
¶ Aut volumus, ꝙ valuerit testamentum Siccamilice, ⁊ tũc
idem sequi debet effectus ex mente ipsius testatoris, vt in secũ-
da questione conclusũ fuit.
¶ Et si quis pertinaciter dixerit non ita clare in predicto testa-
mento Siccamilice contineri primogenituram in fauorem Ja-
cobi, non tamen negabit rem esse dubiam, quo stante dici-
mus per dispositionem predicti Alberti omnem dubitationẽ
sublatam fuisse, ⁊ voluntatem primi testatoris fuisse declaratã,
secundum predicta.
¶ Et dispositio dicti Alberti non parum adiuuatur ex licen-
tia sibi concessa per Illustrissimum Ducẽ Mediolani in in-
uestitura, quam ipsi Alberto fecit de dicto castro Sarmati, in
ea enim conceditur, vt de tali castro inter suos liberos disponat
inter plures diuidendo, vel vni consignãdo, prout sibi placue-
20 rit, sicut † enim princeps in concessione alicuius castri, ⁊ iuris-
dictionis potest erigere primogenituram, vt plene per Jas. in
consil. ccxxxvj. an Rex Romanorum. per totum. ij. volu. ⁊ in
consi. cvij. in diuisione bonorum. ij. col. iiij. volu. Ita etiam po-
test talem facultatem alteri concedere, quasi tunc per alium id
faciat, ⁊ sic ipsemet facere videatur. regula, qui facit per alium,
de reg. iur. lib. vj. cum concord. de quibus ibi per glo. facit l. j.
in fin. iuncta glo. fin. ff. de procurat.
21 ¶ Sic † etiã dici solet, ꝙ sicut princeps potest legitimare sine
causa, ita etiã potest talẽ facultatẽ alteri concedere, vt per Lu-
do. de Sard. in tract. legitimat. §. videndũ. cũ concordan. vt
per Gozad. in consi. vj. prima facie videtur. nu. 35. ⁊ nu. 58. ⁊
in consi. xxv. in hac causa. nu. 15.
¶ Et licet fortasse tale castrum prius fuisset liberũ, siue allodia-
le, tamen cum dictus Albertus fecerit se de eo vti de feudo in-
22 uestiri presumitur effectum feudum, cum per † inuestituram
feudum declaretur, ⁊ probetur secundum Bald. in l. j. §. sed ⁊
si quis. C. de latin. libert. toll. ⁊ dicemus, ꝙ quando Albertus
talẽ inuestiturã recepit dicitur dominium, ⁊ omne ius in prin-
cipem transtulisse, ⁊ ab eo postea in feudũ suscepisse iuxta do-
ctrinã Bar. in l. si aliquã rẽ. ij. col. ff. de acquir. poss. ⁊ in l. cũ
facta. C. de iur. ⁊ fact. ignor. ⁊ dixi alias in consil. lxv. Illustris.
Hermannus. nu. 3. ⁊ 4. j. vol.
¶ Et demum dispositio predicta Comitis Alberti videtur
confirmata, ⁊ totaliter approbata per Bartholomeum eius
secundogenitum, qui vti heres ex testamento patris eius, siue
hereditati se immiscuit secundum quod per eum dispositum
erat capiendo castrum Vigoleni, ⁊ alia sibi relicta, ex quo se-
23 quitur, † ꝙ ipse nec alius eius nomine potest venire contra te-
stamentum etiam vltra suam portionem hereditariam in his
que Comes Albertus putauit se posse disponere, arg. l. fideicõ-
missaria. la prima. §. seruum peculij. ff. de fideicommiss. liber. ⁊
ita per illum tex. voluit Bar. in l. si tibi homo. §. si fundus. in
iij. oppo. ff. de legat. j. quem ibi expresse sequitur Raph. Com-
men. ⁊ alii tacite videntur pertransire, ⁊ ita etiam in terminis
nostris dixit Alex. in preallegato consi. cxxiij. j. volum. iiij. col.
versicu. ⁊ per consequens videtur, ⁊c. ⁊ licet Jas. in d. §. si fun-

dus. dubitet de ista opinione, ⁊ tentet tenere contrarium tamen fatetur, ꝙ communiter * Doctores tenent, cum Barto. ⁊ in dubio a communi opinione recedi non debet. Sed Comes Albertus putauit se posse disponere de castro Sarmati, vt disposuit cogitando, vel ita fuisse de voluntate Siccamilice eius authoris, vel vbi id non esset, quod sibi veluti de re propria licuerit vti volebat disponere attenta maxime facultate sibi concessa in inuestitura sibi per suum Principem concessa, vt dictum est, ergo ⁊c.

¶ Sed circa predicta, ⁊ testamentum Comitis Alberti restat scropulus, quoniam videtur, ꝙ iure testamentum illud non valuerit, vel quod post mortem Francisci eius primogeniti in vita sua dicatur ruptum ex eo, ꝙ filij dicti Francisci nepotes Alberti sui heredis quasi agnatione adepti sunt, ⁊ in tali testamento videntur preteriti. iuxta l. posthumorum loco. ff. de iniust. rupt. testamen. ⁊ traditur per illum textum in l. gallus. §.
24 nunc de lege. ff. de liber. ⁊ posthum. Etenim † pro regula dicitur, ꝙ ex preteritione sui heredis redditur nullum testamentū. l. inter cetera. ff. de liber. ⁊ posth. ⁊ Instit. de exhered. liber. in prin. ⁊ traditur in auth. ex causa. C. de liber. prete. cum multis concordan. que adduci possent.

¶ Eo etiam addito ꝙ testamentum pro his, que relicta erant Francisco videbatur venisse in causam caduci cum Franciscus in eo honoratus decesserit viuo testatore. l. j. §. ⁊ cum triplici. C. de caduc. toll. cum similib.

¶ Sed ad ista facilis est responsio, ⁊ primo quantum ad id, quod vltimo loco dicebatur, ꝙ testamentum pro relictis Frācisco primogenito, venerat in causam caduci, respondetur, ꝙ hoc est falsum, quia Franciscus in talibus relictis habuit substitutum Jacobum eius filium primogenitum, vt ex lectura testamenti constat, ⁊ supra etiam dictū fuit. Dico igitur, ꝙ quicquid sit dicendum respectu persone dicti Francisci, non tamen testamentum ex eo vitiatur, quoniam que illi data erant ex eodem testamento venerunt ad Jacobum sibi substitutū, prout dicitur in d. l. j. §. pro secundo vero ordine. C. de caduc. toll. ⁊ quia hoc in iure clarissimuz est super eo vlterius non instabo.

¶ Quantum vero pertinet ad vltium preteritionis, vt primo loco dicebatur, respondetur primo dicendo, ꝙ immo predicti nepotes non fuerunt preteriti, sed videntur posse dici vniuersaliter instituti, seu substituti in casum, qui euenit, videlicet Francisco eorum patre moriente in vita testatoris, vel ante aditam hereditatem, ⁊ hoc vigore illorum verborum. Item volo, ꝙ omnia bona mea mobilia, ⁊ immobilia iura ⁊c. equaliter diuidantur inter ipsos filios meos, siue eorū liberos, in stirpes, ⁊ non in capita, nam cum superius fecerit Franciscum, ⁊ Bartholomeum filios eius heredes in certis rebus, intendit in versiculis predictis facere vniuersales heredes in omnibus bonis
25 iuribus ⁊c. nam † verbum diuidantur cum sit verbum cōmune aptum scilicet ad ius directum, ⁊ vtile relatum ad vniuersitatem bonorum intelligetur in sensu directo, ⁊ erit perinde ac si dixisset in omnibus bonis meis mobilibus, ⁊ immobilibus iuribus ⁊c. instituo heredes filios meos, seu eorū liberos ⁊c. non enim omnes sciunt dicere heredes instituo, ⁊ ista interpretatio facienda est, quando talia verba fuerunt prolata in solemni testamento (prout fuit testamentum Comitis Alberti) ⁊ ita de hoc est decisio. glo. prime, quam ibi Bal. Saly. ⁊ alij sequūtur in l. quoties. C. fami. hercifcun. ⁊ ita in indiuiduo in terminis nostris firmat Alexan. in dicto consil. cxxiij. nume. 7. ⁊ est
26 mihi colum. v. in principio. Qui etiam subdit, ꝙ verba † illa filios meos, siue eorum liberos, debent intelligi ordine successiuo, ⁊ secundum ordinem charitatis, adde tu, ⁊ necessitatis ad validitatem testamenti iuxta tradita per Bartolum, ⁊ alios in l. gallus. §. quidam recte. ff. de liber. ⁊ posthum. ⁊ sic dicentur instituti filij si reperientur, sin autem cuiusqꝫ decedentis liberi, prout in simili docet Corn. in consil. cc. circa presentem consultationem. litera A. ij. volum. ⁊ Deci. in consil. xcv. ⁊ pro tenui facultate. ij. colum. in princip. Unde cum in casu nostro decesserit Franciscus viuo patre eius testatore filij eius in locum patris subintrantes dicuntur instituti, non ergo possunt dici preteriti, ⁊ ideo per eos testamentum non potest impugnari.

¶ Preterea ⁊ secundo ad argumentum respondetur, si quis pertinaciter vellet dictos nepotes esse preteritos (tametsi id falsum sit) quoniam dico, ꝙ illa institutio, ⁊ substitutio in castro Sarmati de Francisco, ⁊ eius primogenito facta omnino debet conseruari per clausulam codicillarem positam in testamento Alberti per verba presentis temporis, vel etiam futuri, puta si non valet, vel valebit iure testamenti ⁊c. Nam vera, ⁊ communis * conclusio est, ꝙ † per talem clausulam
27 succedens ab intestato, ⁊ sic qui vt preteritus rumpit testamentum, siue nullum dicit, tenetur restituere per fideicommissum institutis in testamento quecunqꝫ eis relicta sunt. l. eam quam. ⁊ ibi per Doctores C. de fideicommiss. l. si patroni. §. final. secundum intellectum Hugol. ff. ad Trebellianuz. ⁊ plene tradunt Bartol. ⁊ alij in l. j. ff. de iur. codicill. cum concordantibus, vt scripsi in consil. cvij. habebat nobilis domina. nume. 24. j. volum. ⁊ ita in terminis firmat Alexand. in d. consil. cxxiij. nume. 8. vbi etiam dicit, ꝙ hoc procederet etiam ꝙ testator preteriisset eos liberos, quos habere ignorasset, cum de illis saltem in genere cogitauerit, vt per eum, qui plures authoritates allegat, ⁊ nedum succedentes ab intestato dicuntur rogati, vt supra. Sed etiam qui ex testamento, vel quoquo modo succederent, vt per Bartolum in d. l. j. in prima questio. de iure codicill. ⁊ tradit Ruyn. in consil. lviij. primo queritur. num. 8. iij. volum.

¶ Et licet sit aliqua difficultas quādo testator ex toto ignorasset filium, nec de eo cogitasset, qui ita preteritus rumperet testamentum per dicta per Bartolum in d. l. j. in vj. questio. tamen mihi videtur, ꝙ casus noster transeat sine difficultate, nam si qua ratio in contrarium per Doctores allegatur, qui tenent non procedere conclusionem predictam si sit preteritus filius, vel posthumus ignoranter, ea est, quia non est verosimile, ꝙ testator sic disposuisset, si sciuisset se habere, vel habiturum filium, prout fuit intentio Bartoli in d. l. j. in vj. questio. ⁊ tradunt Doctores in authen. ex causa. C. de liber. preteritis. Sed ista ratio procul dubio cessat in casu nostro cum Comes Albertus de liberis suorum filiorum cogitauerit eos vocando ad ea, que voluit. Stante tamen firma institutione, quam de filiis fecerat in rebus certis, ac etiam substitutione in ea facta, ⁊ sic manifeste constat, ꝙ si eos nepotes habuisset iam natos, quotcunqꝫ fuissent omnino idem disposuisset circa primogenituram castri Sarmati, quam constituit, illa enim fuit firma sua intentio, vt castrum illud cum suis pertinentiis, ⁊ aliis adiacentibus sit semper vnius, ⁊ non plurium dominorum, sicut etiam disposuit de castro Uigoleni, vt clare cātant verba testamenti. cum igitur constet, ꝙ omnino ita disposuisset in fauorem Francisci primogeniti, ⁊ eiusdem Francisci filij, ⁊ sic deinceps, absque dubio dicendum est talem suam dispositionem omnino conseruari per clausulam codicillarem respicientem etiam tempus futurum.

28 ¶ Sicut † etiam per eandem rationem posset forte talis dispositio, ⁊ sic institutio, ⁊ substitutio in rebus certis conseruari per authent. ex causa. C. de liber. preteritis. cum tales institutiones pro legatis habeantur. l. quoties. C. de heredib. instituend. ⁊ ita videtur voluisse Bartol. in dicta authen. ex causa. in iij. questio. vt ibi Curt. Junior, ⁊ alij Moderni declarant. Super quo tamen non insisto, ⁊ ad ibi dicta me refero. cum conseruatio per clausulam codicillarem de plano procedat, vt dictum est, ⁊ concludit apertissime in terminis nostris Alex. in d. consil. cxxiij. num. 8.

¶ Remanet itaqꝫ ex predictis omnibus conclusio, ꝙ in quācunqꝫ partem vertamur Jacobus vti primogenitus Francisci successit Alberto auo suo in dicto castro, ⁊ comitatu Sarmati, excluso Bartholomeo eius patruo. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie legens 1549.

¶ Rota ꝙ a parte mihi scriptum fuit, ꝙ Excellentissimus Senatus Mediolanensis concordi omnium voto secundum predictam conclusionem iudicauit, prout etiam per prius fuerat in Romana Rota iudicatum.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII IIII.

¶ De feudo accepto pro se, ⁊ fratre, ⁊ pro eorum, ⁊ cuiuslibet eorum heredibus masculis tantum, vtrum finita linea vnius transeat pro illa rata ad aliam lineam?

¶ De quadam consuetudine quod possit feudum alienari cum licentia domini etiā in preiudicium agnatorum vtrum de iure valeat?

¶ Et

¶ Et posito quod valeat utrum procedat si alienatio sit dolose facta in fraudem agnati successuri?
Et quando dicatur dolose, et in fraudem facta?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 Verba, cuiuslibet eorum, & quolibet eorum, in inuestitura posita tribuunt cuilibet actum insolidum.
2 Ius accrescendi, seu non decrescendi habet locum in feudo etiam nouo concesso quibusdam, & cuiuslibet eorum filiis, etiam inter ipsos filios, ut sic deficiente linea masculina unius ex inuestitis res deueniat ad alium, uel ad eius lineam.
3 Transuersales non succedunt in feudo nouo, sed aliquo deficiente sine liberis, feudum reuertitur ad dominum, nisi aliud dictet consuetudo, & inuestitura id exprimat.
4 Inuestituræ tenor, & forma inspici debet, per quam derogatur omnibus iuribus, seu consuetudinibus, & propriæ naturæ feudorum.
5 Consuetudo inducere potest, ut alienatio feudorum cum consensu directi domini facta ualeat, & conseruetur, etiam in præiudicium agnatorum, qui in feudis illis eßent successuri, & ualet.
6 Feudalis materia fundatur ut plurimum in consuetudine.
7 Vasallus etiam cum consensu directi domini non potest alienare feudũ seu res feudales in præiudicium agnatorum, qui eo mortuo ad feudũ uocantur ex forma inuestituræ.
8 Consuetudo qualibet cum sit facti probari debet.
9 Consuetudo irrationabilis, & iniquitatem continens non ualet.
10 Consuetudo mala, & irrationabilis quantumlibet longæua non est seruanda, nec quenquam ligat.
11 Consuetudo irrationabilis nunquam præscribitur, nec ualidat actum.
12 Consuetudo mala in materia feudorum non ualet, nec seruanda est, sed potius dicitur quædam corruptela.
13 Ius nostrum à nobis sine facto nostro auelli non potest.
14 Occasio delinquendi danda non est.
15 Consuetudo, quod instrumenta ualeant sine die, non ualet, quia præberet materiam committendi falsum.
16 Altare unum discooperiri non debet, ut aliud cooperiatur.
17 Consuetudo contra legem ut ualeat quæ requirantur.
18 Dux Mantuæ dicitur habere iura imperii in suo ducatu.
19 Consuetudo proueniens ab inferiori non potest tollere legem superioris.
20 Consuetudo perquam tollitur alicui ius suum ualet, quando fit ex iusta causa.
21 Iudicandum non est ex multitudine authorum, sed quod melius, & æquius est.
22 Fodiens in fundo suo, si bona fide faciat, tolleratur, etiam quod re ipsa uicino noceat, secus si animo nocendi faciat, et ibi multi casus numerantur, in quibus tolleratur factum in alterius præiudicium, dummodo non fiat animo nocendi.
23 Expectatiuam habens ad primam præbendam uacaturam debet contentari de ea quæ primo uacat ordinarie, & sine aliqua fraude, etiam quod sit tenuis, nisi illa tenuis dolose, & ad eius læsionem uacauerit, nam tunc non cogitur illam acceptare.
24 Rogatus quicquid ex hæreditate superfuerit restituere, si aliquid bona fide alienauit, ualet alienatio, secus si dolose quid alienauit.
25 Vasallus cui conceditur facultas subinfeudandi feudum etiam sine licentia domini, si id faciat in fraudem domini, vel agnati qui in feudo erat successurus, non ualet subinfeudatio.
26 Molendinum cuilibet licitum est ædificare in flumine priuato, etiam quod damnificetur habens molendinum inferius, nisi id principaliter faciat animo nocendi molendino inferiori.
27 Emancipatio filii adoptiui pura mente facta priuat fratres collatione bonorum eius, nisi dolose, & cum fraude fiat.
28 Dolus, & fraus censentur exclusi à qualibet generali promissione.
29 Animus fraudandi arguitur, si fiat alienatio à sene spe procreandorum filiorum destituto.
30 Verba dicuntur mentis præco, & expressio earum, quæ sunt in animo passionum.
31 Animus dicentis præsumitur ex his, quæ dicuntur extra iudicium etiã parte absente.
32 Venditio præsumitur facta animo nocendi habenti interesse in re uendita, quando uendens non percipit utilitatem, nec subest necessitas uendendi, & fit præiudicium tertio.
33 Venditio magis præsumitur fraudulenta si fiat personæ existenti in primo gradu affinitatis.
34 Argumentum à uerosimili ualet.
35 Consuetudo contra legem, & iuris tertii ablatiua debet strictissimè intelligi, in casu scilicet tantum in quo probatur seruata.
36 Consuetudo tantum habet de potentia, & effectu quantum in usu continet.
37 Lex, & consuetudo à pari procedunt, & adaptantur ad ea, quæ frequenter contingunt.

CONSILIVM IIII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, et iustitie.

¶ Viso themate cum duabus questionibus inde elicitis, ac etiam viso, et diligenter considerato responso super d. questionibus reddito per excellentissimum consultorem do. Franciscum Boldrinum uti fratrem honorandum. Placet mihi eiusdem consulentis responsio super vtraque questione.

¶ Et circa primam parum est insistendum, quia neminem de eius resolutione puto dubitaturum, quoniam verba inuestiture necessario important, quod in occurrenti casu Joannes Baptista descendens Petri succedat in feudo, de quo agitur deficiẽte linea masculina domini Jacobi, nam dominus Jacobus inuestituram accepit, et stipulatus fuit dictum feudum pro se, et vice, et nomine domini Petri eius fratris, et pro eorum, et cuiuslibet eorum heredibus masculis tantũ ex eis, et quolibet eorum legitime descendentibus, vt ex instrumento inuestiture constat, que inuestitura verbis predictis facta operatur, quod deficiente linea masculina vnius ex predictis inuestitis feudũ transeat ad descendentes masculos alterius, qui supersunt, sic enim
1 † importat illa verba, et cuiuslibet eorum, et quolibet eorum, quia cuilibet tribuunt actum in solidum. l. hoc articulo. vbi Bar. et alij. ff. de here. instit. voluit glo. in l. si pluribus in prin. ff. de legat. ij. ¶ Bene facit l. non distinguemus. §. cum in plures, vbi Bar. Bal. et alij tradunt. ff. de arbit. cum concordantibus, vt per Parisi. in consi. xlix. visis dubiis. nu. 3. et 4. ij. vol. et Soza. in consi. xxvj. in causa illustrissimorum. nu. 38. et quasi in terminis firmat Alex. in con. xxij. viso titulo quonis nu. 7. et 8. lib. v. et magis in terminis patruus, et dominus meus Socin. in consi. lxvj. visa donatione. col. mihi vij. versic. quarta ratio. cum sequentibus. iij. vol. vbi asserit nullum esse dubium quin talia verba sic importent respectu filiorum, et aliorum descendẽtium illorum fratrum, quicquid alias sit dicendum quantum ad ipsos fratres inuestitos, quod etiã voluit Ruy. in consi. xij. circa casum, de quo queritur nu. 3. j. vol. cum aliis adductis s. per do. cõsulentẽ. ¶ Et vltra eũ ita consuluit Parisi. cons. xvj. si castrum montis belli. nu. 2. cum pluribus seq. iiij. vol. vbi cõ
2 cludit, † quod in feudo etiã nouo concesso quibusdam, et cuiuslibet eorum filiis etiam inter predictos filios habet locum ius accrescendi, seu non decrescendi, vt sic deficiente linea masculina vnius ex inuestitis res deueniat ad aliũ, vel ad eius lineã, vt late per eũ. ¶ Et idem ego etiam consului super eodem casu in cons. cix. consideratis his. ij. col. ij. vol. ¶ Sic ergo dicendum est in casu nostro, vt. s. deficiente linea masculina do. Jacobi admittatur do. Jo. Baptista descendens masculus ex do. Petro fratre dicti do. Jacobi, et simul cum eo inuestito.
3 ¶ Et si dicatur, quod nos sumus in feudo nouo, † in quo transuersales non succedunt, sed aliquo deficiente sine liberis feudũ reuertitur ad dominum. c. j. in princ. de fratr. de nou. inuest. et ibi tradunt Doct. quod etiã probatur in c. j. §. j. de succes. frat. vbi etiam Doct. tradunt.

¶ Respondetur posito milies quod simus in feudo nouo (absque tamen preiudicio veritatis) quod etiam in eo transuersales succedunt, quando illud consuetum est, et in inuestitura continetur. vt in d. c. j. dicitur. ibi nisi innestitura eo pacto facta fuerit. Sẽ
4 per † enim tenor, et forma inuestiture inspici debet, et ante omnia attenditur per quam derogatur omnibus iuribus, seu consuetudinibus, et proprie nature feudorum secundum Bald. et alios in c. j. §. preterea. quid sit inuest. cum aliis adductis supra per consulentem. ¶ Quod etiam dixit idem Bal. in preludiis feudorum. in iiij. distin. vbi etiam Jas. col. mihi xxxj. versi. quarta diuisio feudorum in fine cum multis concord. per me allegatis in con. lxxj. nobilis do. Hieronymus. nu. 1. et in cons. lxxvij. cum vigeret bellum. nu. 13. j. vol. in consi. lxiij. Magnificus comes. nu. 1. et in consil. cj. Alexander Furega. nu. 21. ij. vol. et hec apud Docto. nostros est vna maxima in materia feudorũ, vt inquit Jas. in cons. cxxxvj. presupponitur in facto. iij. col. versi. item ista est. iiij. vol.

¶ Et in terminis nostris, quod tenor inuestiture attendatur, vt etiam in feudo nouo succedant transuersales (vt etiam dixit dominus consulens) est tex. et ibi not. Bal. et alij in c. j. de duobus fratr. a capit. inuest. et ego dixi in consi. clij. in causa istorum nobilium. nu. 22. ij. vol.

¶ Verissima itaq; est resolutio prime questionis, vt scilicet Joannes Baptista successerit in predicto feudo domino Hieronymo sine liberis decedenti per predicta.

¶ Circa secundam questionem, vtrum scilicet alienatio facta per predictum dominum Hieronymũ de rebus feudalibus valuerit in preiudiciũ predicti do. Jo. Baptiste? videtur non leuis dubitatio. ¶ Nam licet inspecto iure cõi resolutio sit clarissima in fauorem do. Jo. Baptiste, vt infra dicetur.

¶ Tamen alienatio predicta videtur conseruãda in casu isto vigore allegate cõsuetudinis in ciuitate, ⁊ iurisdictione Mantuana, asseritur enim ex consuetudine obseruari, vt alienatio feudorum cum consensu directi domini facta valeat, ⁊ conseruetur etiam in preiudicium agnatorum, qui in feudis illis es-
5 sent successuri, talis † ergo cõsuetudo debet habere vim legis. l. de quibus. cum sua materia. ff. de legib. l. ij. C. que sit longa consuetud. ⁊ §. ex non scripto. Instit. de iur. nat. gent. ⁊ ciuil. ⁊ l. venditor. §. si constat. ff. commu. pred. cum similib.

¶ Et hoc presertim dicendum videtur in materia feudali,
6 que † fundatur vt plurimũ in consuetudine. c. j. ⁊ ibi per Bocto. de feudi cognit. vt sic consuetudo generalis in feudis tollatur per particularem consuetudinem sibi contrariam, prout arguit, ⁊ concludit Curt. Jun. in cons. clxxj. materia presentis consultationis. nu. 1. ⁊ in terminis ꝙ vigore talis consuetudinis alienatio feudi in ciuitate Mantue conseruetur etiam in preiudicium agnatorum consuluit Deci. in consi. cccclxxxvj. in causa que Mantue, ⁊ Sozad. in consil. xc. in causa Mantuana nu. 9. cum aliis adductis per dominum consulentem, ⁊ ego alias videor talem consuetudinem presupponere in consil. lxxij. Gratiadeus de Saluagnis. nu. 7. j. vol.

¶ Predictis tamen non obstantibus in casu, de quo agitur contrarium verius puto, ⁊ sic concludo alienationem predictã nullo modo obesse predicto domino Jo. Baptiste, presuppositis tamen in facto veris, que mihi proponuntur, prout etiaz concludit excellentissimus dominus consulens.

¶ Et pro clariori demõstratione veritatis presuppono, ꝙ de iure communi, seu secundum communes consuetudines feudorum do. Jo. Baptista habet intentionem suaz fundatam.

* ¶ Etenim clarissima, ⁊ communis* conclusio Doctorum est,
7 ꝙ † vasallus etiam cum consensu directi domini non potest alienare feudum, seu res feudales in preiudicium agnatorum, qui eo mortuo ad feudum vocantur ex forma inuestiture tex. est in c. j. ⁊ ibi not. Bal. ⁊ alij de aliena. feu. patern. tradit Bal. in c. j. §. hoc quoq; v. col. versic. sexta conclusio. de succes. feud. Alex. in consil. xxx. quoniam omne datum. iiij. col. lib. j. ⁊ pro regula tradit Curt. Junior in tract. feudorum. cart. mihi 47. col. ij. in versic. tertia igitur est regula. ⁊ dixi alias in preallegatis consil. cj. nu. 5. ⁊ ciij. num. 16. ij. vol. Et quoniam hoc clarissimum est, ⁊ neminem de eo hesitaturum puto, super eo vlterius non instabo.

¶ Sola ergo difficultas est respondere ad argumentum contrarium fundatum in preallegata consuetudine, quare dico, ꝙ pluribus modis responderi potest, vt plene, ⁊ quam doctissime respondit dominus consulens, ⁊ in effectu due dantur responsiones principales.

¶ Vna est quod predicta consuetudo fortasse de iure non subsistit.

¶ Altera est, ꝙ (posito, ꝙ in se valeat) in casu nostro non procedit, ⁊ attendi non debet.

¶ Et hec dico posito ꝙ talis cõsuetudo legitime probaretur, quod facile non crediderim, cum non sit verosimile in bene instituta, ⁊ morata ciuitate seruari ea, que maximam continẽt iniquitatem, quod statim ostendetur.

¶ Et vbi consuetudo allegata non probaretur legitime non
8 esset considerabilis, quia † quelibet consuetudo cum sit facti probari debet secundum Bar. ⁊ alios in l. de quibus. ff. de legib. sicut de communi vsu, vel consuetudine loquendi docet Bar. in l. labeo. ff. de supell. leg. Et ꝙ consuetudo debeat probari dicunt Doct. in c. fin. extra de consuetud. cum concordantibus, vt per Corn. in consi. lxxxiij. circa primum. v. col. in princip. 4. volum. ⁊ dixi in consil. lxv. Illustrissimus Hermannus num. 36. j. volum. ⁊ dixit Beltrand. in consi. xc. viso. nume. 2. iij. volum. ex primis.

¶ Quantum ergo pertinet ad primam responsionem, ꝙ talis consuetudo (posito ꝙ probaretur) de iure non valeat, dico, ꝙ
9 hoc probatur aperta, ⁊ concludenti ratione, naz † consuetudo irrationabilis, ⁊ iniquitatem continens non valet, neq; attendi debet veluti carens ratione, ⁊ honestate, sicut ⁊ de lege scripta dicimus, c. erit autem lex. iiij. distin. Etenim consuetudo vim legis habet, ⁊ pari passu ambulat. l. de quibus. cum similibus. ff. de legib. vnde si sit irrationabilis, valere non debet, de quo est tex. in c. fin. de consuetud. probatur etiam in c. mala ⁊ c. sequenti. viij. distin. ⁊ in c. extirpande. de preben. prout hec iura ad hoc allegat Calder. in consil. iiij. an consuetudo. in titul. de consuetud. Ad quod facit, quia cum ratio sit anima legis. l. cum ratio. ff. de bon. dam. Et sic etiam consuetudinis cũ pro lege habeatur, sequitur, ꝙ si ratione caret, caret etiaz vita, ⁊ validitate. Sicut homini contingit, vt scilicet sine anima non viuat. hinc dixit Bal. in c. sicut. j. col. versic. item not. ꝙ ratio. extra de probat. ꝙ ratio dicitur vestimentum consuetudinis, ⁊ si sit irrationabilis dicitur nuda, ⁊ frigida, ⁊ vt ibi ipse dicit in j. notab. talis consuetudo presumitur inducta per errorem.
10 Hinc etiam dicimus, † ꝙ mala, ⁊ irrationabilis consuetudo quantumlibet longeua non est seruanda, nec quemquam ligat secundum Angel. per illum text. in authen. vt nulli iudi. §. j. ⁊ alias dicit Bald. in l. dudum prope fin. C. de contrab. empt. ꝙ male consuetudines seruande non sunt. quod etiam voluit in c. ad nostram. prout ibi refert, ⁊ sequitur Felyn. col. fin. de probat. nec potest pro cõsuetudine allegari longa obseruatio,
11 ⁊ dici, ꝙ sit prescripta, † quia ⁊ irrationabilis cõsuetudo nunquam prescribitur secundum Hostien. Joan. And. Anto. de Butr. ⁊ Jmol. in c. j. de maior. ⁊ obedien. prout eos refert, ⁊ sequitur Ruyn. in consil. cliiij. quia alias consului. num. 11. ⁊ etiam in consil. clv. ibi sequen. nu. 12. 4. vol. ⁊ cum sit consuetudo mala, ⁊ irrationabilis inprescriptibilis sequitur, ꝙ non validat actum. c. non satis. de simon. glo. est super verbo, solam consuetudinem in c. quanto. ⁊ ibi not. Andr. Sicul. nume. 72. de consuetud.

12 ¶ Et in specie † in materia feudorum, ꝙ consuetudo iniqua, ⁊ irrationabilis non valeat, nec seruãda sit, sed potius dicatur quedam corruptela docet And. de Jser. summus Feudista in preludiis feudorum, prout refert, ⁊ sequitur Matth. de Affl. in c. j. §. mulier habens. ij. col. ⁊ etiam in fin. si de feud. fuer. controuers. inter. do. ⁊ agna. Sed consuetudo, de qua agitur dicitur irrationabilis, ⁊ continet iniquitatem, ergo attendi, ⁊ seruari non debet.

¶ Hoc autem probatur primo, quia preiudicat agnatis successuris ex antiqua inuestitura, ⁊ eos maxime ledit aufferendo ius illis ex tali inuestitura quesitum, quod valde iniquum est,
13 † cum ius nostrum a nobis sine facto nostro auelli non possit. l. id quod nostrum est. ff. de regul. iur. nec per alterum nobis damnum inferri. l. non debet alteri. ff. de regul. iur. ⁊ c. non debet eod. titu. lib. vj. Item etiã res inter alios acta nobis obesse non debet. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. ⁊ C. res inter alios acta per totum. ⁊ quod hoc sit iniquum ostenditur, quia aduersatur iuris preceptis, ⁊ iustitie, nam illa precipiunt, ne alter ab altero ledatur, ⁊ ius suum cuiq; tribuatur. §. iuris precepta, ⁊ in princ. Instit. de iusti. ⁊ iur. ⁊ ita voluit glo. in d. l. non debet alteri, vbi etiam declarat Guiliel. Mayner. in princip.

¶ Secundo ostenditur, quia ex tali consuetudine inducitur, ꝙ venditor locupletatur cum iactura agnati successuri, nam si non vendidisset agnatus succederet in feudo, ⁊ nihil morienti, aut eius heredibus daret, sed vendendo percipit preciũ, quod transit in heredes, ⁊ agnatus sibi debito feudo priuaretur, si valeret venditio, ergo dici debet, ꝙ iniqua sit talis consuetudo, cum iniquum, ⁊ contra naturam sit aliquem cum alterius iactura locupletari. l. nam hoc natura. ff. de condic. indeb. l. iure nature. ff. de regul. iur. ⁊ c. locupletari eod. tit. lib. vj.

¶ Tertio iniquitas talis consuetudinis demonstratur manifeste, nam ex ea prebetur occasio doli, ⁊ iniurie committende,
14 quod omnino reiici debet, cum † delinquendi occasio non sit danda. l. conueniri. ff. de pact. dotal. ⁊ l. si vnus. §. illud. ff. de pactis. cum similibus, vt per Ruynum in consil. ciiij. casus, de quo queritur. num. 8. iiij. volum. Jstud autem patet, quia secundum eam posset vasallus cum domino dolose conuenire ad damnum, ⁊ preiudicium illius agnati, qui post eum ex antiqua inuestitura erat admittendus, ⁊ sic ex consuetudine tali illi agnato ius suum aufferretur, quod aduersaretur iustitie, vt dictum est, merito ergo talis consuetudo valere non debet, veluti prebens materiam doli, ⁊ iniuriam inferendi, sicut
15 etiam non valet consuetudo, † ꝙ instrumenta valeant sine die

quia preberet materiam cõmittendi falsum secundũ Bal. in l. de quibus. ff. de legib. prout refert, τ sequitur. Matth. de Afflict. in c. j. vij. colum. de feud. cognit. τ sicut consuetudo de qua agitur sapit iniquitatem, ita etiam dicitur irrationabilis, quia nulla ratio patitur quid iniquum fieri, τ certe ratio aliqua considerari non potest predicte consuetudinis vt scilicet agnatis tam grande preiudicium inferratur.

¶ Et si dicatur ꝗ posset considerari ratio vt. s. mediante precio rei feudalis venditori succurratur in suis necessitatibus. Respondetur primo ꝗ in rebus feudalibus hoc cautum non reperitur vt per feudistas in c. j. qualit. olim feud. alien. pot. τ videtur hoc rationabile, quia necessitati alicuius non est subueniendum cum damno alterius. c. deniqȝ si non potest. xiiij. q.

16 v. facit quod dici solet † non debere discoperiri vnum altare vt alterum cooperiatur, de quo per glo. in verbo. Nec pia. in §. sed neqȝ effusas. in authẽ. quomod. oport. episco. per Bar. in l. assiduis. §. exceptis. C. qui potior. in pignor. habe. τ per Bal. in l. fin. §. sed τ si quis. iij. col. versi. not. ꝗ non debet. C. communia. de legat. cum similibus.

¶ Secundo etiam respondetur (posito ꝗ ex causa necessitatis licuisset.) ꝗ in casu nostro nulla suberat necessitas, erat enim venditor diues τ absqȝ vlla indigentia vt notissimum est. τ preterea precium tunc non recepit, sed cum esset senex distulit precij solutionem post annos xxx. quo tempore verosimiliter non erat victurus vt etiam infra tangetur.

17 Secundo principaliter, ꝗ predicta † consuetudo non valeat τ seruanda non sit ostenditur, nam consuetudo contra legem vt valeat plura requirit vt ordinate posuit Afflict. in d. cap. j. de feud. cognit. col. viij. τ inter cetera, (alia dimittẽdo) requiritur ꝗ sit inducta ab his, qui possunt condere leges, item ꝗ sit nedum rationabilis, sed rationabilior lege contra quam venit, ac etiam ꝗ sit obtenta in cõtradictorio iudicio vt ibi per Afflict. in j. iij. vij. τ x. requisitis, sed nullũ horum reperitur in ista consuetudine ergo τc. nam (vt puto) populus Mantuanus leges condere non potest, cum illud sit iurisdictionis vt per Bart. τ alios in l. omnes populi. ff. de iusti. τ iur. que si in eo lata reperitur dicitur esse apud Ducem eius, † eo ꝗ in ipsum omnimoda iurisdictio sit translata in perpetuum pro se τ descendentibus, τ sic dicitur habere iura imperij in suo ducatu vt est solemnis decisio Paul. de Cast. in consi. xxxiiij. super primo dubio. col. fin. ij. volu. in nouis, τ ita se habet communis * opinio vt per Curt. Junior. in consil. lxj. habita diligenti nume. 9. τ alias consulendo plenius sum sequutus.

18

¶ Item talis consuetudo non dicitur rationabilior lege contra quam venit, immo nec in se rationabilis est vt ex predictis aperte constat.

¶ Et demum (vt credo.) non probatur obtenta in contradictorio iudicio. Deficientibus itaqȝ quattuor predictis sequitur indubitate talem consuetudinem non valere.

¶ Quinimmo idem esset dicendũ etiam si vnum tantuȝ deesset, quia cum omnia de quibus per Afflict. vbi supra copulatiue requirantur, requiritur implementum omnium. l. si heredi plures. ff. de condit. institu. τ ideo non debet valere consuetudo etiam si probaretur obtenta in contradictorio iudicio, quod tamen non credo cum alia quedam deficiant.

¶ Tertio facit, quia licet aliquando toleraretur, ꝗ alienatio per libellum rei feudalis sine consensu domini, quando. s. illi non fiebat totale preiudicium, tamen quando fiebat totale, τ irreparabile preiudicium non valebat, puta si alienatio fiebat in ecclesiam, que nunquam moritur nec consuetudine illud induci poterat, ne tale preiudicium domino fieret per tex. in c. j. in princ. τ §. inde potest. τ ibi declarant Doct. maxime Jaco. Aluarot. τ Afflict. in ij. not. de alien. feud. sic igitur, τ in casu nostro talis consuetudo non debet valere cuȝ per eam inducatur irreparabile preiudiciuȝ agnato in feudo successuro prout hoc fundamentum plenius deducit. B. consulens. τc.

19 ¶ Quarto facit † quia consuetudo predicta vti proueniens ab inferiori non potest tollere legem superioris. c. cum inferior. de maior. τ obed. τ traditur in l. naȝ magistratus. ff. de arbitr. quod procedit quando cõsuetudo caret ratione, τ est alicui preiudicialis sicut etiam non valeret statutum ratione carens, si cuippiam preiudicium inferret secundum ꝗ voluit Bal. in l. lege xij. tabularum post medium in versi. Porro vbi de nullius τc. C. de legiti. hered. nam consuetudo non debet esse potentior statuto, cum illi equiparetur, ita in terminis arguit Afflict. in d. c. j. de feud. success. vij. col. in ver. alias autem cõsuetudo contra legem. Sed consuetudo de qua agitur, est contra legem, caret ratione, τ maximum, τ irreparabile preiudicium infert agnatis ergo valere non debet.

* ¶ Ad quod demuȝ facit doctrina Bar. communiter * approbata in l. j. in vlt. opp. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. dum

20 concludit † ita demum valere consuetudinem per quam tollitur alicui ius suum, quando fit ex iusta causa vt per eum qui ita intelligit. l. venditor. §. si constat. ff. communia pred. sed in casu isto nulla subest causa ergo τc. prout etiaȝ hoc modo arguit B. consulens. τ ita hanc opinionẽ in indiuiduo de ista consuetudine vt non valeat ego posui in consi. cj. Alexander Furega nu. 7. cum sequen. vsqȝ ad numerum 13. ij. vol.

¶ Et licet pleriqȝ consulentes talem consuetudinem videantur approbare vt Deci. in cõsi. dlxxvj. in causa que Mantue, τ Ruyn. in consi. iiij. primo videndum j. vol. τ alij quidam, tamen si recte eorum fundamenta considerẽtur, ex his que supra diximus facile ruent, τ verior apparebit dicte consuetudinis inualiditas, τ hanc opinionem vti veriorem, τ equiorem sequi debet iudex in iudicando, etiam ꝗ contraria possit dici cõis,

21 quia † non ex multitudine authorũ, sed quod melius, τ equius est iudicandum est l. j. §. sed neqȝ. C. de veter. iur. enucl. tradũt Abb. τ alij. in c. j. de constitu. τ Matthesil. in tract. de elect. verioris opin. in princi. τ ita in simili contra contra communem opinionẽ pro veritate consuluerunt sepissime maiores nostri vt Jas. in consi. cxxx. institutio. nume. 5. iiij. volu. τ Deci. in cõsil. cclxxxiiij. viso puncto in fin. qui ambo plura ad hoc allegãt, τ ita etiam alij plures reperientur si quis diligenter perquisierit, τ profecto attenta irrationabilitate, τ iniquitate predicte cõsuetudinis laudarẽ ꝗ illustrissimus Mãtue Dux eã suo Ducali decreto aboleret, vt sic amplius de ea nõ esset disputandũ.

¶ Circa secundam responsionem videlicet (posito milies sine preiudicio veritatis ꝗ predicta consuetudo valeat.) ꝗ in casu de quo agimus non procedit, neqȝ attẽdi debet. Aduertendũ est quia hanc responsionem Excellentissimus consulens pluribus modis non minus docte, quaȝ copiose demonstrauit, ita quidem vt mihi videatur sufficere dicta sua approbare simpliciter, cum rei plene demonstrate frustra quis addere demonstrationem tentet l. j. in fi. ff. de dot. prelegat. τ plenitudini frustra addere queramus. c. j. in prin. xcvj. dist. verum vt consulenti aliqua in parte satisfaciam, saltem repetendo paucula subdã, que mihi videntur hanc secundam responsionem verissimam ostendere. Mirum in modum ergo placet mihi postremus modus B. consulentis videlicet vt predicta consuetudo (vbi alias, valeat.) non procedat in alienatione, que dicatur facta dolose, τ in fraudem agnati successuri post morteȝ alienantis, etenim in iure verissima est conclusio ꝗ licet aliquid permittatur hominibus, τ illud simpliciter, sedulo, τ bona fide factum toleretur, tamen si tale quid fiat in fraudem, τ in perniciem alicuius, τ illud appareat saltem presumptiue iure nõ toleratur, τ ita infringitur, vt nullo modo preiudicet ei in cuius perniciẽ fraudulenter factum fuit, τ cui agens nocere voluit.

¶ Hoc primo probatur in l. j. §. idem ait. versi. deniqȝ Marcellus. ff. de aqu. pluu. arcen. ibi. si non animo nocendi vici-

22 no τc. licet enim † quis in suo fundo fodiens si bona fide faciat toleretur etiam, ꝗ re ipsa vicino noceat, tamen si eo animo faciat, vt vicino noceat aliud est vt ibi dicitur.

¶ Secundo in l. creditor. §. Lucius. in fin. ff. mandat. nam licet habens generale mandatum seu cui sit commissa generalis administratio vt ipse voluerit si sedulo administrat, tolleretur etiam ꝗ in aliquo domino preiudicetur, tamen si fraudulenter, τ non ex fide aliquid agat, illud in preiudicium domini non valebit vt vult ibi iurisconsultus.

¶ Tertio probatur in l. filie mee emancipate. ff. solut. matri. quam bene inducit B. consulens prout etiã induxerat Ruyn. in consil. clxiij. infra allegando in vj. arg. nume. 4. cum qua. l. concordat l. si filia. ff. de diuort. τ l. dubium. ij. respon. C. de repud. nam licet eo tempore liceret facere diuortium, τ vbi bona fide fieret toleraretur etiam, ꝗ ex eo damnuȝ inferretur patri, vel alteri, qui pro muliere dotem dedisset, tamen si ad eum finem diuortium fraudulenter fieret vt. s. damnum dotanti inferretur ei omnino succurretur vt dicitur in d. iuribus. non enim conuenit, ꝗ que fraudulenter τ contra fas gesta sunt fructum calliditatis afferant gerenti vt dicitur in d. l. dubium.

23 ¶ Quarto facit quia † licet habens expectatiuam ad primam vacaturam

vacaturam prebendam debeat contentari de ea, que primo va/
cat ordinarie, ⁊ sine aliqua fraude, etiam ꝙ sit tenuis, tamen si
illa tenuis dolose, ⁊ ad eius lesionem vacauerit non cogitur il/
lam acceptare, puta si pinguis prebenda verosimiliter cito erat
vacatura, ⁊ quidam habens tenuem in damnum expectantis
illam renunciet, aut aliter vacare quis faciat prout de hoc est
tex. in c. ij. de renuncia. lib. vj.

¶ Quinto probatur in l. actione. §. diximus. ff. pro soc. nam li
cet socius possit societati renunciare licet sit omnium bonorũ
quando sedulo ⁊ bona fide id faciat, ⁊ si quid postea ei obue/
nerit non teneatur communicare socio, tamen si dolose renun
ciauerit propter hereditatem ei obuenientem non sic erit, sed,
(vt dolose gestum reijciatur.) tenebitur commodum heredita/
tis communicare vt ibi deciditur.

24 ¶ Sexto facit l. Titius rogatus. ff. ad trebell. † vbi rogatus
quicquid ex hereditate superfuerit restituere licet sedulo, ⁊ bo/
na fide alienauerit aliquid, alienatio valeat, ⁊ ipse ad aliquid nõ
teneatur, tamen si dolose, ⁊ animo interuertendi fideicommis/
sum quid alienauerit, secus est, vt ibi aperte dicitur, ⁊ declarat
Bart. in l. Imperator. §. fina. ff. de legat. ij. Alex. ⁊ alij in dicta
l. Titius. cum concordantibus vt per Ruyn. in consil. clxiij.
casus talis est. j. colum. ver. sed premissis non obstantibus. iij.
vol. ⁊ supra per D. consultorem.

¶ Septimo bene facit, ⁊ quasi in terminis. c. j. §. sed etiã res.
25 in titu. per quos fiat inuestitur. † vbi licet concedatur vasallo
habenti feudum illud cui voluerit subinfeudare etiam sine li/
centia domini, tamen si id faciat in fraudem domini, vel agna/
ti, qui in feudo erat successurus, non valebit talis subinfeuda/
tio, ⁊ ita per talem agnatum reuocabitur saltem post mortem
subinfeudantis, ⁊ ita declarat ibi Andr. de Isern. Aluarot. ⁊
alij, ⁊ nouissime Afflict. in ij. not. quod proprie seruit in casu
nostro in quo D. Hieronymus vendidit in fraudẽ, ⁊ ad dam
num D. Jo. Baptiste vt dixi, ⁊ infra ostendetur.

¶ Octauo allego pulchram decisionẽ Jas. ⁊ aliorũ Moder.
in l. quominus. ff. de flumin. quam nouissime ponit ibi Ripa
26 nu. 25. 26. ⁊ 27. volunt enim † ꝙ licet alias cuilibet licitum sit
molendinum edificare in flumine priuato, etiam ꝙ damnifice
tur habens molendinum inferius, tamen si principaliter quis
faciat tale molendinum animo nocendi inferiori ⁊ sic in eius
fraudem, ⁊ perniciem non toleratur, arg. d. l. j. §. deniq;. ff. de
acq. pluu. arcen. cum alijs per eos adductis, ⁊ inter alia bene
facit doctrina Roma. in consil. lij. in quest. Magnificorũ do/
minorũ. prope fin. in ver. ij. principaliter. ⁊c. vbi vult ꝙ actus
alias licitus sit illicitus si principaliter fiat in fraudem, ⁊ animo
nocendi alteri vt per eum.

¶ Demum nono loco, hoc idem probatur in l. j. §. is quoq;.
27 ff. de collat. bon. vbi licet † alias emãcipatio adoptiui filij sedu
lo, ⁊ pura mente facta priuet fratres collatione bonorum eius,
tamẽ si dolose, ⁊ cum fraude facta fuerit, secus erit vt ibi in fin.
dicitur in versi. si sine fraude hoc factum sit nam a contrario
vult tex. ꝙ si cum fraude non procedet ille tex. ⁊ hoc ne dolus
alterius alicui noceat vt ibi dicit glo. fin.

Possent ad hoc alia plura iura congeri in quibus id quod
alias sedulo, ⁊ sine fraude factum valeret fraudulenter, ⁊ ad
damnum alterius factum non valet, nec in preiudicium illius
conseruatur, que gratia breuitatis dimitto, ⁊ studiosus facile
inueniet. Predicta enĩ satis sufficiũt, ⁊ ita per aliqua ex dictis
iuribus in simili firmat Oldrad. in consi. cccxxiiij. factum tale
est Dñs noster Papa. nume. 6. quẽ ẽt allegat dñs cõsulens.

¶ Sic itaq; est dicendum in casu nostro, nam posito ꝙ alias
alienatio rei feudalis sedulo, ⁊ bona fide facta ex vi predicte cõ
suetudinis esset obseruanda etiam ad damnum agnatorum,
tamen cum isto casu facta fuerit dolose, ⁊ animo priuandi do.
Jo. Baptistam agnatum venditoris, ⁊ qui post eũ erat in feu
do successurus, non debet aliquo modo valere in preiudiciũ
dicti dñi Jo. Baptiste, sed ei succurrendum est aduersus predi
ctam venditionem, ne sibi quoquo modo noceat propterea q̃
in fraudem eius, ⁊ dolose facta fuit licet enim consuetudo pre/
dicta probetur, ꝙ simpliciter ⁊ generaliter permittit alienatio/
nem, a tali tamen permisione censetur exclusus dolus, ⁊ fraus,
28 † sicut a qualibet generali permissione, vt not. Ang. in l. si pater.
ff. de his que in fraud. credit. refert, ⁊ sequitur Afflict. in decis.
lxxxiiij. fuit dubitatum. nume. 3. ⁊ idem dixit in decisio. iij. fuit
dubitatum. nu. 3. ⁊ pro hoc vbique allegatur. d. l. creditor. §.
Lucius. ff. mandat. cum concordantibus multis vt per Pa/
risi. in consi. xlix. contractus iste. nu. 4. j. volu.

Hoc autem. s. ꝙ in perniciem dñi Jo. Baptiste, ⁊ fraudulen/
ter fuerit facta alienatio predicta pluribus modis ostendi po/
test, ⁊ presertim quia alienauit predictus d. Hieronymus iam
senio confectus, ⁊ omni spe filiorum procreandorum destitu/
29 tus, nam † ex hoc animus fraudandi arguitur prout (inter alia
exempla.) dixit glo. in verbo in fraudem. in c. j. §. sed etiã res.
per quos fiat inuestitur. supra in vij. argu. allegato. Nam cum
tex. dicat ꝙ alienatio de qua ibi facta in fraudem non valet, di
cit glo. ꝙ in fraudem dicetur facta inter cetera si ad eam etatẽ
deuenerat vasallus, ꝙ filios verosimiliter habere non poterat,
⁊ illam glo. sequuntur ibi Iser. Aluarot. Afflict. ⁊ alij. ⁊ sequi/
tur etiam Ruyn. in consi. ccxiij. in qõne proposita. nu. 3. j. vol.

¶ Et eo maxime hoc est dicendũ in casu nostro in quo domi/
nus Hieronymus alienator non diligebat D. Jo. Baptistã
sed potius odio quodam prosequebatur, ⁊ adeo vt sepe prius
dixisset, ꝙ omnia facere volebat vt dñs Jo. Baptista nihil de
bonis suis ẽt feudalibus haberet, prout mihi in facto presup/
ponitur, propter quod verificatur aliud exemplum. glo. predi/
cte vñ dicit, ꝙ in fraudẽ dicitur quis alienare, quando cõstat,
ꝙ ideo facit, ne talis agnatus succederet, quod exemplum etiã
sequuntur ibi omnes Doct. ⁊ Ruyn. etiam in d. consi. ccxiij.
30 Et suadetur hoc, † quia verba dicuntur mẽtis preco, ⁊ expres/
sio earum, que sunt in animo passionum. l. Labeo. ff. de supel.
legat. ⁊ dixi in consi. cxcv. proponitur in facto. nu. 14. j. volu. ⁊
in consi. cxlviij. testatus fuerat. nume. 18. ij. vol. ⁊ ideo dicebat
Bal. in l. generaliter. C. de non nume. pecu. ⁊ alibi sepe, ꝙ nul
lũ est mentis nostre maius testimonium, quam qualitas inspe
cta verborum ⁊ plura ad hoc allegari possunt vt alias dixi in
consi. lxvj. elapsis mensibus consului nu. 14. ij. vol.

¶ Et ꝙ ex predictis verbis pluries repetitis animus domini
Hieronymi dolosus declaretur probatur ex his que tex. illũ
declarando dixit glo. super verbo, animus. in l. Fulcinius. §.
his qui fraudationis causa. ff. quib. ex caus. in possess. eat. vbi
31 Bar. not. ⁊ dicit tene menti ꝙ † ex his que dicuntur extra iudi
cium etiam parte absente presumitur animus dicentis, quod
etiam dixit Ruyn. in consil. lxiij. queritur vtrum legatum nu/
me. 11. ij. vol. ⁊ clarius in consi. x. viso processu. nu. 10. v. vol.
inquit enim ꝙ animus hominis probatur, ⁊ recognoscitur, ex
his que prius dixit allegat glo. predictam, ⁊ alia plura vt per
eum. ⁊ inter cetera allegat pulchram doctrinam Bar. commu
* niter * approbatã in l. ij. col. mihi. viij. versic. quero ex quibus
presumatur ista voluntas. ff. de vulgar. ⁊ pupil. que non posset
esse magis ad propositum nostrum, nam si pater ante testamẽ
tum dixerit ꝙ quando eius filius pupillus moreretur, nollet,
ꝙ mater eius haberet vnum obolũ, dicit Bart. ꝙ ex talibus
verbis sic ante testamentum prolatis declaratur animus pa/
tris, ꝙ nolebat per matrem excludi tacitam pupillarẽ. allegat
l. quoties. §. j. cum ibi not. ff. de heredi. instituen. ⁊ alia iura vt
per eum. sic ergo in simili dicendum est in casu nostro ꝙ ex ver
bis supra narratis, ⁊ ante venditionem fecerit dolose, ⁊ in frau
dem domini Joannis Baptiste, ne scilicet bona feudalia ad
eum venire possent. ⁊c.

¶ Et tanto magis talis animus presumitur, ex eo quia dñs
Hieronymus talem venditionem fecit, nulla sibi imminente
necessitate, cum diues esset, nec ere alieno grauaretur, item ex
ea nullam vtilitatem consequutus fuit, attento ꝙ precium nõ
erat recepturus ante lapsum xxx. annorum quo tempore non
erat verosimiliter victurus, cum esset senio confectus ⁊ prout
vere accidit, quia facta dicta venditione infra annum decessit
vnde cum dicta venditio in damnum domini Joan. Baptiste
contigisset, ⁊ ipse venditor vtilitatem inde non percepisset, nec
32 aliqua necessitate ad eã induceretur, † inducitur presumptio,
ꝙ animo nocendi dicto domino Jo. Baptiste vendiderit per
ea que tradit Bar. in l. Imperator. §. fin. prope fin. ff. de legat.
ij. dum vult, ꝙ si heres ex venditione rei hereditarie nõ conse/
quitur aliquam vtilitatem cum id sit ad damnum fideicom/
missarij presumitur in fraudem eius, ⁊ animo interuertendi
fideicommissum alienasse.

¶ Et in simili est doctrina Paul. de Castr. in l. fluminum. §.
fin. in ver. in glo. que incipit. nisi animo nocendi. ff. de damn.
infect. vult enim ibi ꝙ si facio aliquid nihil inde cõmodi per/
cipiens, sed tibi commodum auferens dicor id facere animo
tibi nocendi, quod etiam voluit Ruyn. in preallegato consil.
ccxiij. nu. 3. prout etiam allegat D. consulens. vnde cũ in casu
nostro

nostro nullam vtilitatem perceperit do. Hieronymus de di-cta venditione, nec vrgente aliqua necessitate illam fecerit, cumqz euidenter contineat damnum domini Joan. Baptiste presumendum est q in fraudem eius, et animo sibi nocendi illam fecerit prout etiam concludit dominus consulens.

¶ Et hoc vltimum dictum sit ex abundanti, cum satis superqz fraus presumatur ex verbis per prius dictis, et ex eo q spe procreandorum filiorum destitutus ob senectutem venditionem illam fecerit vt supra ostensum fuit.

¶ Eo addito, q vendidit Sorotio eius, et sic existenti ei in pri-
33 mo gradu affinitatis, † nam ratione coniunctarum personarum facilius presumitur fraus vt l. data iampridem, et ibi tradunt Doct. C. de dona. et tradunt Bart. et alij. in l. post contractum. ff. de donat.

¶ Et eo presertim quia talis venditio in effectu videtur fuisse quedam donatio, si quis interne voluerit omnia pensare cum dñs Hieronymus non esset unq in vita sua preciū recepturus vt supra dictū est, nec ēt in effectu eius heres cū eiusdē emptoris vxorē (que sibi soror erat.) fecerit heredē, que quodāmodo dicitur idem cū marito, iuxta illud, et erunt duo in carne vna. c. gaudemus. de diuortijs. cum similibus etc.

¶ Et demum confirmantur predicta, quia fraus probatur ar-
34 guendo a vero simili† prout voluit Paul. de Castr. in consil. lviij. visis his. col. fin. ij. vol. in nouis. et Deci. in consi. dcxliij. viso, et perlecto, nume. 6. et expresse predictos allegando dixit Crauett. in consi. cliij. vltra iam scripta. nu. 11. vbi clare dicit q fraus probatur arguendo a verosimili vt per eum. Sed verosimile non est senem nulla vrgente causa predia sua vendere maxime eo pacto vt pretium soluatur, eo tempore, quo verosimiliter non erat victurus ergo etc.

¶ Concluditur itaqz ex predictis ratione fraudis, et animi dicti venditoris ad nocendum dicto domino Jo. Baptiste consuetudinem de qua supra (etiam q alias seruanda esset.) in casu nostro non procedere, et hoc modo iustificatur secunda responsio data supra ad dictam consuetudinem.

¶ Et licet iste modus per se sufficiat, et de plano procedat secū dum cōmunes doctorum opiniones vt ex predictis patet, tamen etiam alijs modis illa secunda responsio probari potest,
35 nam† cū cōsuetudo predicta sit contra legem, et iuris tertij ablatiua debet strictissime intelligi. in casu. s. tantum in quo probatur seruata, iuxta tradita per Abb. et alios. in c. cum dilectus. de consuetud. nec extenditur ad casus similes secundū Cyn. in l. quod vero. contra. ff. de legib. cū concordantibus vt dixi in
36 cōsi. cj. preallegato. nu. 13. ij. vol. hinc dicimus,† q cōsuetudo tantū habet de potentia, et effectu, quantū in vsu cōtinet vt docet Bal. in l. ij. iij. col. C. communia vtri. iudi. et Curt. Senior. in consi. xj. statuto Papiensi. ij. col. cū concordantibus, vt dixi in d. consi. cj. nu. 14. quibus stantibus dicendū est, q dicta cōsuetudo solū procedat in feudo proprie considerato, et verosimiliter tantum in hereditario, cum (vt mihi asseritur.) Mantue
37 feuda vt in pluribus sint hereditaria, etenim† sicut lex adaptatur ad ea qne frequenter contingunt. l. nam ad ea. ff. de legib. ita et cōsuetudo cū soleat a pari procedere cū lege scripta. l. de quibus. et ibi Bart. et alij. ff. de legib. cum simi. sed in casu nostro nō vr q simus proprie in feudo, sed sapiat naturā emphiteusis, et nō dicitur absolute hereditariū saltē respectu dicti dñi Jo. Baptiste ergo isto casu nō debet predicta cōsuetudo attendi prout hoc plene, et subtiliter prosequitur dominus consulens ad quem me refero gratia breuitatis, ac etiam super eo instare non curo cum ex predictis satis superqz constet de bona iustitia predicti domini Jo. Baptiste aduersus predictam alienationem. Laus. D. O. M.

¶ Socinus nepos Bononie. 1549.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII QVINTI.

¶ De Auth. Minoris. C. qui dar. tut. vel curat. an scilicet procedat in tutore testamentario et quando.

¶ Et posito q non procedat, si testator debitum sciebat, an quelibet scientia sufficiat.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ¶ *Dispositio Auth. minoris. C. qui dar. tut. vel curat. pos. non procedit in tutore testamentario, quia fides tutoris per testatorem dicitur approbata.*

2 *Tutor testamentarius non tenetur satisdare rem pupilli saluam fore, quia fides & diligentia eius a testatore approbata est.*

3 *Ignorantia in facto proprio non admittitur.*

4 *Præsumptio iuris dicitur liquidissima probatio.*

5 *Tutellæ onus est necessariū, & aliquo modo respicit publicā vtilitatē.*

6 *Locupletari cum aliena iactura iniquum est.*

CONSILIVM QVINTVM.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, et iustitie.

¶ Visa resolutione presentis dubitationis a prestantissimis doctoribus facta, et demum confirmata per Excellentissimum Heroum mihi vti patrem honorandum vt scilicet Jo. Fanellus creditor ex deposito debeat omnino audiri in petitione sui crediti, non obstante quod administrauerit tutelam
1 pupilli sui debitoris,† eo q dispositio. authē. minoris. C. qui dar. tut. vel curat. pos. in versi. nam si taceat actionis sustinebit iacturam, et in corpor. vnde sumitur, non procedit in tutore testamentario ea ratione, quia fides tutoris per testatorem dicitur approbata et consequenter cessat omnis suspitio sinistra contra ipsum tutorem.

¶ Et licet ista opinio in puncto iuris facile sustineretur simpliciter et indistincte, videlicet, siue testator tale debitum sciuerit, siue ignorauerit cum semper vigeat eadem ratio approbate fidei tutoris per testatorem prout istam opinionem absqz aliqua distinctione post Jo. et Azon. sequitur, et dicit cōmuniter* obseruari Odofred. in d. auth. minoris. j. col. in versi. sed nunquid poterit esse tutor testamentarius, quod etiam tenet in l. pater filio. ff. de procurat. et profecto approbatio fidei non consistit in eo quod testator sciat se esse debitorem tutoris per se dati, sed in eo q cognoscit illum probum, et fidelem in bonis alie-
2 nis administrandis, et hinc est† q tutor testamentarius non tenetur satisdare rem pupilli saluam fore, fides enim et diligentia eius ab ipso testatore approbata est vt inquit Imperator institu. de satisdat. tut. vel curat. in princ. et ita etiam post alios quos allegat videtur tenere Alberic. in l. cū in eo. ff. de pact. et Aret. in §. fin. institu. de author. tutor. licet inquam ista opinio vera indistincte videatur nec videam quid ei repugnet, tamen solet per Docto. restringi vt procedat solum quando testator illud debitum sciebat, quasi q sciens illum, quem tutorem dat esse suum creditorem, eo non obstante voluerit eum esse tutorem filiorum suorum, et eo modo dicitur per testatorem fides eius approbata put post Oldrad. et Guiliel. de Cun. firmat Bar. in d. auth. minoris. vbi etiam alij sequūtur, et in d. l. pater filio. vbi etiam Doct. sequuntur. ff. de procurat. et in consil. cxlviij. questio ista. et post Guiliel. de Cun. ita etiam firmat Bald. et dicit communiter teneri in d. l. cum in eo. ver. extra querit hic. ff. de pact. et ita etiam voluit Jo. Andr. post antiquiores ab eo relatos in addit. Specu. in titu. de tutor. §. fin. versi. item q tutor. seu curator est creditor. in princ. et secundum Fulgo. in d. l. pater filio. ita se habet communis opinio.

¶ Et ista communis opinio absque scrupulo debet intelligi quomodocunque constet q testator sciebat se esse debitorem tutoris per se dati, non autem debet restringi ad scientiam ex verbis testamenti demonstratam quicquid in contrarium dixerit Saly. in d. authen. minoris. etenim omnes Doct. scientiā predictam requirentes simpliciter et indistincte loquūtur, vt bene discurrit vltimus consultor, et ideo quelibet sciētia sufficere debet, sed in casu isto testator cum ipse proprius depositum susceperit et se ad restituendum obligauerit iam sciebat ta-
3 lem obligationem, cum ignorantia† in facto proprio non admittatur. l. fin. cum sua. glo. ff. pro suo. et c. ab excommunicato. de rescrip. cum concordantibus vt per Corn. in consil. xlij. circa hanc consultationem in litera D. ij. col. iij. vol. per Alex. in consi. xliiij. videtur prima fronte. nu. 7. lib. iiij. et per Deci. in consi. cccclxxiiij. viso instrumento in fin. et ego dixi in consi. liij. cum predium quoddam. nume. 31. et in consil. lxxxij. cum satis inepte. nu. 7. et 8. ij. volu. et per Parisi. in consi. lxvj. nobilis Siluester. nu. 120. iij. volu.

¶ Et

¶ Et si dicatur, quod predicta scientia sit presumpta, & non vera
4 vt habetur in locis predictis. Respondetur, quod † presumptio iuris dicitur liquidissima probatio. l. licet Imperator. vbi Doc. ff. de legat. j. & l. si quis locuplex. ff. de manumiss. testamen. cum concordantibus vt per Deci. in consi. ccxxij. viso puncto. nu. 8. & per Ruyn. in consi. ccxxiij. queritur vtrum nu. 5. j. volu. & alias dixi in consi. lxvij. lata fuit sententia. nu. 6. j. volu. & in consil. j. Magnificus vir. nu. 12. ij. vol. & alibi sepe.

¶ Et sic stat conclusio quod filij, & heredes testatoris non possunt denegare restituere depositum predicto creditori, licet ipse eorum tutelam gesserit cum fuerit testamentarius tutor, & testator sciret, (saltem presumptione iuris,) se teneri ad restitutionem deposite quantitatis, in quibus terminis non procedit dicta auth. minoris. C. qui dar. tut. vel. curat. poss. vt ex predictis constat.

¶ Et maxime ita videtur dicendum, quia ille Jo. tutelam predictam non affectauit: immo vt mihi narratur quantum in eo fuit, conatus fuit illam dimittere, quod tamen obtinere nequiuit, & sic talem tutelam inuitus ex legati dispositione suscepit, eo
5 quod † tutele onus est necessarium, & aliquo modo respicit publicam vtilitatem vt institut. de excusat. tut. in princi. & ibi per glo. in ver. muneris publicum, & dixit Specu. in titu. de appellat. §. ij. versi. vij. non appellatur propter quod cessat suspitio fraudis, & etiam ipse magis est excusandus argumen. l. si fideiussor. §. si necessaria, & eorum que ibi dicunt Doct. ff. qui satisdar. cogan. magis enim succurritur facienti actum ex necessitate quam ex voluntate vt ibi.

¶ Et huic opinioni, etiam quando ex alio esset dubia (quod tamen non est.) libenter inhereo in isto casu, quoniam si diceremus contrarium sequeretur, quod debitor verus, idest, filius testatoris si non teneretur ad restitutionem deposite pecunie locupletaretur cum damno predicti Jo. olim sui tutoris, & sic cum
6 aliena iactura, quod † esset iniquum, & contra naturam. l. nam hoc natura. ff. de condict. indebit. l. iure nature. ff. de regu. iur. & c. locupletari non debet. de regu. iur. lib. vj. cum similibus. Attento maxime quod d. Jo. bona fide processit, & non dolose cum omni conatu quesierit talem tutelam non suscipere, & inuitus eam susceperit vt dictum fuit.

¶ Concludendum itaque est ex predictis omnibus, & alijs pluribus que per Excellentissimos Jurisconsultos, qui ante me in presenti causa docte & iuridice scripserunt, deducta fuerunt Jo. Fanellum in sua petitione audiendum esse vt scilicet deposita per eum pecunia ei restituatur. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie legens. 1549.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII VI.

¶ De accusato quod mandauit quem verberari, quid requiratur vt puniri possit?
¶ Inditia ad torturam debent esse certa, & legitime probata?
¶ De fama quomodo probetur?
¶ Et an sit inditium ad torturam?
¶ De mandante delictum fieri, quando puniatur si mandatum non fuit exequutum?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Actore non probante reus uenit omnino absoluendus.*
2 *Esse hoc non probat quod ab hoc contingit abesse.*
3 *Testes singulares nihil probant.*
4 *Deponenti non uerosimile non creditur.*
5 *Famæ probatio requirit plures testes; & quod dicant, a, quibus audiuerint, & quod causas ipsius famæ allegent.*
6 *Fama melius probata confundit probationem famæ contrariæ.*
7 *Fama bona legitime probata etiam in genere tollit omnem suspitionem si qua esset contra inculpatum, & omne indicium criminis & malæ famæ purgat.*
8 *Inditia ad torturam debent esse certa & clara & plene in suo genere probata.*
9 *Probatio semiplena, ut puta per unum testem, uel per famam, licet ad torturam sufficiat, tamen id est, si semiplena probatio sit eius de quo agitur.*
10 *Fama ut faciat semiplenam probationem debet esse legitime probata.*
11 *Fama sola etiam legitime probata non dicitur sufficiens inditium ad torturam.*
12 *Fama bona legitime et plene probata impedit iudicem deuenire ad torturam non obstante aliquo indicio.*
13 *Præsentatio spontanea arguit innocentiam inculpati.*
14 *Mandans, quando ex mandato ad delinquendum non sequitur mandati exequutio, nisi delictum sit de attrocioribus, nec extraordinarie puniri debet.*

CONSILIVM SEXTVM.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie.

¶ Viso ac diligenter considerato consilio Excellentissimi domini Cornelij mihi vti fratris carissimi & honorandi non minus eleganti, quam doctrina ac summa Justitia pleno stantibus seu presuppositis in facto veris his, que in eo proponuntur, puto verissimam esse conclusionem in illo firmatam, videlicet quod Magnificus D. Matthias Pouerus omnino debet absolui ab iniusta accusatione contra eum porrecta. Nam cum accusetur quod mandauerit verberari Do. Jacobum Calelum (prout asseritur illum fuisse percussum, a, quibusdam incognitis hominibus, quia erant personati.) & ipse audacter illud neget, non debet aliqua ratione posse condemnari, nisi ex parte accusatoris probetur tale mandatum ab eo factum
1 fuisse, etenim vt est vulgaris regula, actore † non probante seu accusatore, reus venit omnino absoluendus l. qui accusare. & ibi per Doct. C. de eden. l. fin. C. de rei vendicat. l. qui sententiam. C. de pen. & l. vnius. §. in ea causa. ff. de quest. cum concordantibus vt dixi in consi. lxxv. Illustris. D. Bonifacius. nu. 2. j. volu. & in consi. lxxxviij. circa presentem consultationem. nu. 7. ij. vol. sed tale mandatum non probatur aliquo modo ergo &c.

¶ Et quia hoc plusquam clarum est, nec accusatores diffitentur vt etiam dixit D. consulens, nituntur ipsi accusatores tale mandatum probare per coniecturas, & inditia, facientes super hac re xiij. articulos totidem inditia continentes, & testes quosdam super quolibet examinari fecerunt, verum tamen ex predictis inditijs nullum est aliquo modo legitime probatum, vt sic articuli per accusatores producti & consequenter inditia contra Pouerum per eos allegata remaneant in simplici & sola ipsorum assertione & propterea eis nulla est danda fides etiam si contrarium non probaretur. l. actor. C. de probat. l. ij. & l. verius. ff. eo. cum similibus. Alioquin omnis actor vel accusator obtineret, si sue soli assertioni crederetur, quod iniquum esset, & contra iura predicta, & alia etiam superius allegata.

¶ Et quod articuli accusatorum, & consequenter inditia in eis contenta contra Pouerum nullo modo legitime probentur, plenissime ac iuridice singulatim de vno articulo in alium procedendo exactissima diligentia, mira elegantia, ac summa doctrina apertissime demonstrauit excellentissimus do. consulens, palam & concludentissimis rationibus innocentiam accusati ostendendo, ita quidem vt superflua omnino esset omnis alia demonstratio iuxta, l. j. in fin. & ibi not. per glo. ff. de dot. prelegat. & c. si omnia. vj. q. j. facit c. ij. in prin. xcvj. di. vbi nec adiectione indiget plenitudo. &c.

¶ Et in specie vndecimus articulus & decimus tertius, siue inditia in eis contenta, (in quibus per accusatores fit magnum fundamentum vt presenti.) neutrum plene, nec etiam semiplene probantur. in xj. nu. ponitur quod illi duo fratres Mattheus scilicet & Cilinus, & etiam Petrus Brichius sepe fuerunt confessi de mandato Pouerij verberasse Calelum &c. quod certe a testibus super tali articulo examinatis nullo modo probatur, immo nullus eorum de mandato de quo Pouerus inculpatur, verbum facit, & ob eam causam puto rem clarissimam esse in fauorem accusati vt omnino absoluatur.

¶ Et licet Helena testis dicat se audiuisse a quadam muliere quod Mattheus ei dixerat se calelum verberasse, & Gregorius alter testis, dicat se audiuisse illud idem ab ipso Mattheo, tamen posito quod id verum esset nihil ex eo infertur ad probationem articuli, quod Pouerus illam verberationem fieri mandauerit vt est notum, ex eo enim quod Mattheus verberauerit non
2 sequitur ergo de mandato Pouerij, quia † non probat hoc esse quod ab eo contingit abesse l. non hoc. C. vnde legiti. & c. in presentia. de probat. cum similibus. Tametsi etiam illud quod predicti testes dicunt credi non debeat, tum quia quilibet in suo dicto singularis est, cum non de eadem confessione loqua-
3 tur, & alias testes singulares nihil probant. l. iurisiurandi cum

materia

materia.C.de testibus.vbi Bal.dicit,ꝙ etiam mille testes singulares non probant cum concordantibus vt per D.consulentem.⁊ dixi in consi.lxij.pro iustificatione nu.5.j.vol. tum quia non verosimile deponunt.s.Mattheum sponte delictum suũ
4 propalasse,etenim†non verosimile deponenti non creditur vt per consulentem,⁊ vltra eum ita dixit Bal.in l.testiuȝ.vij.col. C.de testib.prout refert,⁊ sequitur Ruyn.in consil.lxxj. circa processum.nu.15.lib.ij.⁊ dixi in cõsi.lxxxvj. disputatur in presenti.nu.27.ij.vol.tum etiaȝ quia sunt persone minus idonee ad testificanduȝ vt bene,⁊ diligenter discurrendo ostendit D. consulens ad quem me refero. Sed quicquid sit de eo quod hi testes dicunt satis nobis est nihil probari per eos de asserto mandato aduersus Houerum propter quod concludendum est non posse eum de mandato condemnari, cum nunquaȝ illud fecerit,neqȝ aliquo modo probetur,quinimmo si quid cõtra eum probari videretur,quod tamen est falsum,veritas est, ꝙ condemnari non posset nisi probatio contra eum esset luce meridiana clarior prout requiritur ad condemnationẽ in criminalibus.l.fi.⁊ ibi plene tradunt Doct.C.de probat.

¶Similiter etiam inditium fame in xiij.⁊ vlt. articulo contẽtum nihil faciat contra Houerum,cum nullo modo sit probatum vt plene ⁊ egregie ostendit D.consulens. discurrẽdo que requiruntur ad probationem fame demonstrando ꝙ isto casu
5 non interueniunt.⁊†presertim,quia cum plures testes requirantur,⁊ ꝙ dicant a quibus audiuerint, ⁊ ꝙ causas ipsius fame allegent,⁊ alia plura vt per Bar.in l.de minore.§.pluriuȝ. ff.de quest.hic solus vnus,⁊ quidem inhabilis, ⁊ infamis deponit de asserta fama,non allegans fame causam, nec, a, quo audierit merito ergo fama non potest dici probata. Eo etiam addito,ꝙ nec ortum fame deponit,quod vna cum causa requiritur vt per Ruyn.in consi.lj.circa casuȝ.nu.14. ⁊ in cõsi.cxlv. absqȝ multiloquio.nu.4.j.volu.⁊ maxime ita dici debet,quia contraria fama scilicet calelum ab alijs suis inimicis fuisse percussum videtur per plures testes bene probata vt per D. consulentem.⁊ ita alias in simili dixi in consil.lxix. castrum quod-
6 dam.nu.25.j.volu.dicimus†eniȝ ꝙ fama melius probata cõfundit probationem fame contrarie iuxta tradita in l. ob carmen.§.fin.ff.de test.cum similibus vt per Ruyn. in consil. in questione ⁊ lite.nu.15.iiij.vol.

¶Et vbi etiam id non probaretur,⁊ etiam asserta fama cõtra Houeruȝ aliquo modo esset probata,(quod tamen est omnino falsum.) satis est ad ipsius fame remotionẽ ⁊ ad ostendendum innocentiam Houeri ꝙ legitime ⁊ per plures testes om-
7 ni exceptione maiores probata est bona fama ipsius,nam†bona fama eius legitime probata etiam in genere tollit omnem suspitionem,si qua esset contra eum,⁊ omne inditium criminis,⁊ male fame purgat vt post Gandin.voluit Bald. in l. ea quidem col.pen.versi.item quero an infamatus.C. de accusa. cum concordantibus vt dixi in consil.lxj. reperitur quedã scriptura.nu.40.ij.vol.⁊ alibi sepe.

¶Et non tantum nihil dicitur probatum contra Houerũ vt possit in aliquo condemnari sed nec etiam vt de eo possit fieri questio seu poni ad torturam vt multum docte, ⁊ eleganter de-
8 ducit D.consulens.†debent enim inditia vt accusatus torqueri possit esse certa ⁊ clara ⁊ plene in suo genere probata secũdũ Bal.in consi.cclix.verba inquisitionis ij.col.j.volu. cum alijs adductis per consulentem, quibus adde ꝙ idem firmat Hippolyt.in sua pract.§.eleganter.nu.29.30.⁊ 31.vbi etiam dicit ꝙ testes super inditijs deponentes debent reddere rationem dicti sui,etiam non interrogati,alioquin inditia vim suaȝ non operantur, vt per eum, verum in casu nostro nullum inditium dicitur legitime probatum. nec testes super eis deponentes rationem sui dicti reddunt ergo.⁊c.

9 ¶Et†si dicatur ad torturam sufficit semiplena probatio iuxta not.in l.cum probatio.ff.de probat.⁊ tradit Alexan. in consi. lxxix. viso themate nu.9.lib.iij.semiplena autem probatio fit per vnum testeȝ,⁊ fama etiã videtur semiplena probatio ergo debet posse torqueri. Respondetur,⁊ clarissime.

¶Primo eniȝ dico ꝙ illa semiplena probatio debet esse eius de quo agitur,verbi gratia,si vnus testis omni exceptione maior deponeret de asserto mandato dicens se fuisse presentem, vel quid simile. Sed hoc non est in casu nostro, quia nullus de tali mandato deponit ergo ⁊c.

10 ¶Secundo dico†ꝙ fama, esto ꝙ faceret semiplenam probationem,(quod tamen negari potest.) Illud procedit quando fama legitime esset probata vt docet Bar. eã esse probandã in l.de minore.§.plurium.ff.de quest.vbi plene per Hippolyt. ⁊ supra etiam dictum fuit, sed isto casu solus vnus testis, ⁊ non integer de ea deponit,nec quicquam dicit de requisitis ad probationem fame vt supra per Do. consulentem, ⁊ per me dictum est ergo.⁊c.

11 ¶Preterea.⁊ tertio dici potest, ꝙ† sola fama etiam legitime probata non dicitur sufficiens inditium ad torturam vt voluit Jo.Andr.in addit.Spec.in tit.de probat.§.videndum.versi. decimotertio.ita etiaȝ dixit Bal.in l.milites.C.de quest.cum multis concordantibus vt per Hippolyt.in pract.sua. in d.§. diligenter.nu.18.⁊ ratio est vt ibi dicit iste Doctor, quia ipsa fama dicitur res fragilis,⁊ facile potest habere originem a maleuolis,⁊ his qui talem famam esse desiderant,vt per euȝ. Sic itaqȝ remanet firma conclusio ꝙ contra Houerum nulla sunt inditia ad torturã, ⁊ ideo ipse veluti innocens totaliter absolui,⁊ relaxari debet prout etiam concludit D.consulens.

¶Eo etiam addito, ꝙ si aliquod esset inditium diceretur omnino purgatum,⁊ remotum per bonam famaȝ accusati legiti-
12 me,⁊ plene probatam ex†qua non obstante aliquo inditio index impediretur eum torquere vt voluit Bal.in l.fin.col.fina. C.de probat.refert,⁊ sequitur Alex.in l.fi.in apostill.ad Bar. ff.de quest.cum concordantibus vt per Hippolyt. in preallegato.§.diligenter.nu.196.⁊ in consi.cxx.splendore gratie tue. nu.36.⁊ per insignẽ Modern. Thom. Grammatic. in voto iij.eterni numinis presidio.nu.27.⁊ 28.

¶Adsunt preterea plurima argumenta pro innocentia Houeri vt plene per D.consulenteȝ ostenditur ⁊ plurimi facienda
13 est exhibitio illa,†quam sue persone fecit Houerus. cum esset in libertate positus,ex eo enim arguitur innocentia per quam quis coram iusto iudice redditur securus vt per consulentẽ, ⁊ vltra eũ ita voluit Cepol. inter sua cõsilia criminalia cõsi.xxxj. super homicidio nu.8.⁊ apertius hoc dixit, multũ hoc notãs Hippolyt.in preallegato.§.diligenter.nu.204.

¶Considerandum preterea est pro omnimoda absolutione do.Houeri ꝙ illi qui percussisse dicuntur Caleluȝ ad mandatũ eius,⁊ sic illi quibus ipse mandatuȝ dedisse dicitur, de quo accusatur.(videlicet Mattheus Nicoletti, ⁊ frater, ac etiam Petrus Brichlus.) dicuntur omnino innocentes a tali percussione. Negatiua enim ista ꝙ illi aut eorum aliqui non percusserunt loco, ⁊ tempore coarctata optime est approbata. Juxta tradita per Doct. in l.actor. C. de probat. ⁊ in l. optimã.C.de contrahen.⁊ cõmit.stipulat. cũ alijs adductis supra per consulenteȝ.⁊ dixi alias in consil xij. in occurrenti dubitatione. nu.22.ij.volu.etenim probatũ est ꝙ predicti inculpati in die,⁊ hora illate percussionis distabant a loco,vbi percussio facta fuit per multa miliaria,vt sic impossibile fuerit, talẽ percussionem factaȝ fuisse vt in processu constat,⁊ plene D.consulens demonstrauit ad quem me refero.

¶Et hoc posito dico ꝙ ex eo duo inferuntur.

¶Primũ est ꝙ si predicti qui asseruntur mandatarij vere nõ verberarunt Calelum, sequitur non fuisse illum verberatum mandato Houeri,⁊ sic non esse probatũ delictuȝ de quo ipse accusatur, etenim delictũ mandantis, ⁊ exequentis solet dici realiter vnũ numero,⁊ ideo vnũ absqȝ alio probari non potest secunduȝ Bald.in preallegato consil.cclix.j.vol. cum alijs adductis per consulenteȝ. Quibus addo pulchraȝ decisionẽ ⁊ in fortioribus terminis Carol.Ruyn.in consi.vj. visa inquisitione,a,nu.8.vsqȝ in fin.v.vol.vult enim ibi ꝙ si duobus fuerit mandatum homicidiũ,quod sequutuȝ fuit, ⁊ probetur, ꝙ illi duo aderant cum alijs,quando factum fuit, non tamen debet ex eo mandans puniri, quia possibile est ꝙ alij, ⁊ non illi duo mandatarij tale homicidiũ perpetrauerint vt per euȝ, minus ergo isto casu põt dici probatũ quicꝙ̃ cõtra Houerũ, vnde asserti mãdatarij nõ erant presentes verberationi, ⁊ impossibile est,ꝙ illi verberauerint vt dictum est.

¶Secunduȝ quod infertur,est, nam posito ꝙ de asserto mandato aliquo modo constaret.(quod tamen falsum est.) non tamen posset de eo aliquo modo puniri, cum ex eo non fuerit
14 quicquaȝ sequutũ,†quando enim ex mandato ad delinquendũ,non sequitur mandati exequutio, nisi delictum sit de atrocioribus mandans nec extra ordineȝ puniri debet per l. item apud labeoneȝ.§.si curauerit.ff.de iniur. prout declarat Bar. in l.non solum.§.si mandato.ff.eod.tit. ad quod plura cumulat Thom.Grãmatic.in voto suo vj.summi opificis. nu. 15.

vbi

vbi in terminis nostris ita firmat de mandante quē verberari, nō enim verberatio dicit̄ de atrocioribus delictis vt per eū. ¶ Sed posito etiā q̄ essemus in atrocioribus puta in mandato ad interficiendū, adhuc isto casu non posset puniri Houerus, nam licet Bar. in d. §. si mandato meo. velit in talibus puniri mandantē extra ordinem licet non sit sequutum homicidium, illud tamen debet intelligi quando in libello accusatorio cōtinetur locus, & tempus mandati, & ita mandatum probetur vt signanter declarat Ruyn. in dicto consi. vj. nume. 12. sed isto casu tempus, & locus mandati non exprimitur & minus probatur ergo etiam si essemus in atrocibus Houerus nullo modo puniri posset.

¶ Sed hoc dictum sit ex abundanti cū eius omnimoda absolutio ex alijs dictis p̄ me & plene per D. consulentē apertissime colligatur, & ita puto indubitati iuris esse: Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1549.

SVMMARIVM CAPITVM. CONSILII VII.

¶ De assertione, seu confessionem facta in testamento, vtrum alicui preiudicet in eo quod sibi debetur sub nomine certe portionis bonorum testatoris?

¶ De vtente aliqua scriptura, an & quando dicatur consentire omnibus in ea contentis in sui preiudicium?

¶ De filio herede vniuersali non conficiente inuentarium, an sibi preiudicet in detrahenda legitima?

¶ Et quid etiam in trebellianica?

¶ De tutore diuidente bona communia cum pupillo, vtrum desinat esse tutor?

¶ Et de auth. minoris. C. qui dar. tut. vel curat. possint an, & quando procedat in tutore testamentario?

¶ De damnis, & expensis in rebus communibus contingentibus etiam iniuste an, & quando cedāt soli administratori?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Quarta portio quæ debetur superstiti coniugi iuxta terminos auth. preterea. C. vn. vir. & vx. cum sit debita ex legali dispositione non potest tolli aut minui per coniugem præmorientem in præiudicium superstitis.*
2 *Quarta debita filio impuberi arrogato non potest tolli aut minui.*
3 *Confessio non dicitur dispositio, sed quædam probatio eius quod in ea continetur.*
4 *Confitens rem, quæ forte erat sua, esse alienam ex tali confessione probat rem esse alienam, etiam in præiudicium creditorum ipsius confitentis saltem præsumptiue.*
5 *Confessio patris in testamento nō præiudicat filijs in eorū legitima, nec per talem confessionē (si aliud nō apparet) legitima filiorū minuitur.*
6 *Fraudis præsumptio facilius inducitur ex magna quantitate.*
7 *Confessio arrogantis non præiudicat filio arrogato impuberi in quarta quæ illi debetur ex constitutione diui Pij.*
8 *Confessio mariti etiam in testamento, quod receperit certam quantitatem ab uxore pro dote uel eius augumento non nocet creditoribus nisi de uera receptione constaret.*
9 *Confessio patris, quod certa bona fuerint quæsita ex pecunia uel propria industria filij non prodest filio, nec ei standum est.*
10 *Intellectus. l. fin. in prin. ff. de inoffi. testamen. & l. fideiussor. §. pater. ff. de pignor.*
11 *Vnum qui uult, id omne uult sine quo illud eße non potest.*
12 *Consensus tacitus alicui præiudicat quando etiam per eum fit actus aliquis positiuus qui non separatur a ualiditate eius quod sibi præiudicabat.*
13 *Statutum potest augere legitimam filiæ.*
14 *Hæres uniuersalis institutus, licet non expresse, sed per interpretationem quis dicitur ex eo quia non habet cohæredem.*
15 *Hæres uniuersalis ob non confectionem inuentarij, tenetur ad præstanda integra legata uel fideicommissa, etiam ultra uires hæreditarias.*
16 *Restitutio in integrum aduersus cursum temporis dati ad confectionem inuentarij datur mulieri tam uti minori petenti.*
17 *Verbo facultatis inducitur uniuersale fideicommissum.*
18 *Legitima debita filio detrahi potest etiam non confecto inuentario, maxime de fideicommisso uniuersali.*
19 *Hæres ob non confectionem inuentarij non perdit trebellianicam, & ibi late discutitur iste articulus.*
20 *Fauorabilior est qui tractat de damno uitando quam qui de lucro captando.*
21 *Legitimæ non potest aliquod onus imponi, & impositum reijcitur, trebellianicæ uero secus, cum possit in totum prohiberi.*
22 *Mutandum non est quod diu fuit seruatum.*
23 *Tutrix esse non desinit, nisi cum ea sit lis de omnibus bonis neque de maiori parte bonorum.*
24 *Dispositio auth. minoris debitor. non procedit in tutore testamentario, quia eius fides ab ipso testatore comprobata est. nec etiam procedit in matre uel auia tutrice. nu. 25.*
26 *Loquutio simplex simpliciter & indistincte intelligi debet.*
27 *Scientia in facto proprio præsumitur.*
28 *Violentia & quod non iure fit solent inter fortuitos casus numerari, de quibus regulariter non tenetur.*
29 *Domicilium mutare cuique liberum est, & habitare quisque potest ubi uult.*
30 *Tutoris gesta occasione dispositionis & uoluntatis patris pupilli rata haberi solent, & ipsi tutori non imputantur.*

CONSILIVM SEPTIMVM.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Inspectis, & diligenter consideratis, que per Magnificuz & clarissimū dūm Ludouicum Catum mihi vti fratrez carissimū & honorandum in presenti consultatione scripta fuerunt, requisitus, & ipse vt super ea sententiam meam scriberem velim, licet clarissimus Catus omnia diligenter discusserit, & ita vt fere dicendi locus non videatur derelictus, tamen vt consultanti morem geram, qui solam iustitiam cum summa modestia a me requirit, quid super prepositis dubitationibus sentiam inferius subnotabo.

¶ Circa primam igitur dū queritur an dominus Franciscus potuerit in suo testamento declarare, & confiteri, q̄ bona, que ipse tempore mortis habebat, spectabant pro dimidia parte ad Didacum fratrem eius contra ipsam veritatem in preiudicium Illustris, & Magnifice domine Beatricis de Luna eius vxoris, cui ex forma iuris Regni Portugallie ac etiam conuētionis maritalis debebatur, & dicebatur quesita dimidia pars omnium, & quorūcunq; bonorum mariti eius vt mihi in facto presupponitur, omnibus diligenter consideratis placet mihi conclusio excellentis. consultoris vt scilicet assertio, declaratio, & confessio predicta, quatenus repugnet veritati nullo modo preiudicet domine Beatrici, quin ipsa mortuo eius marito habere debeat dimidiam partem bonorum omnium, que vere erant dicti domini Francisci. Nam cum dimidia predicta ex lege Regni predicti debeatur, dicitur debitum necessariuz, & ideo per maritum vti debitorem, nullo modo tolli aut minui potest per quācunq; dispositionem, aut confessionem factam in testamento, sicut† in simili dicimus de quarta illa portione, que debetur superstiti coniugi iuxta terminos authen. preterea, & in corpor. vnde sumitur. C. vnde vir. & vxor. nam cum sit debita ex legali dispositione, & sic debitum necessariuz, nō potest tolli, aut minui per coniugem premorientem in preiudicium superstitis prout volunt Bald. & alij. in d. authen. preterea, vt ibi per Do. Franciscum Pepum Florentinum in viij. notab. in ver. ampliatur hec conclusio. dum concludit illā auth. procedere in fauorem inopis coniugis superstitis etiam contra testamentū predecedentis, sic† etiam videmus in quarta debita filio impuberi arrogato de qua in l. si arrogator. ff. de adoption. vbi plene per Doct. & in §. cum autem in fin. instit. eod. tit. & in alijs similibus portionibus debitis ex dispositione legis de quibus per Alex. in consi. lv. consideratis verbis nu. 2. & 3. lib. j. & per Bartholum de Nucio in tractatulo de materia quartarum cum alijs concordantibus de quibus supra per dominum consultorem, & vltra eum similem casum ponit Matth. de Afflict. in decisio. cccx. fuit in consilio ista dubitatio proposita. in fin. Vult enim q̄ quedam portio debita agnatis pupilli ex forma statuti, non potest per patrem in testamento faciendo pupillarem substitutionem tolli, aut diminui. Sic igitur dicendum est in casu nostro de ista dimidia debita domine Beatrici ex Regni censura vt scilicet non potuerit tolli aut diminui per virum eius in testamento suo.

¶ Sed difficultas oritur ex eo quia dūs Franciscus in suo testamento non dicitur disposuisse in preiudicium vxoris vt scilicet dimidia suorum bonorum ei non detur, sed solum videtur declarasse que erant bona sua confitendo dimidiam bonorum que erant apud eum spectare ad Didacum fratrem eius sicuti etiam per contrarium, nam† confessio nō dicitur dispositio,

sitio, sed quedam probatio eius quod in ea continetur. l. publia. §. fin. & ibi Doct. ff. deposit. & tradit Parisi. in consi. lviij. obtinere. nume. 16. lib. j. seu probationis releuatio vt tradunt Canonist. in Rubr. extra de probat. & Paul. de Cast. in l. j. ff. de confess. & eo respectu videtur quod attendenda sit dicta confessio etiam per Do. Beatricem, seu in eius preiudicium sicut
4 in simili dicimus, † quod si confiteor rem. (Que forte mea erat) esse tuam ex tali confessione probatur rem esse tuaz etiaz in preiudicium creditorum meorum saltem presumptiue vt voluit Bart. in l. cum falsa. C. de iuris. & fact. ignor. prout refert, & sequitur Ruyn. in consil. xc. casus de quo queritur numero 10. v. volu.

Huic tamen difficultati virtualiter (licet eam non ponat) respondet dominus consulens dum dicit quod confessio predicta presumitur fraudulenta, nec debet nocere domine Beatrici quod ego puto verum nisi aliter constet de contentis in
5 dicta confessione, sicut etiam dicimus q † confessio patris in testamento non preiudicat filijs in eorum legitima, eteniz per talem confessionem si aliud non appareat legitima filiorum non minuitur vt voluit Specu. in titu. de confes. §. nunc videndum. versicu. sed nunquid patris confessio. & Bart. in l. cum quis decedens. §. codicillis. versic. preterea testator secundum hoc. ff. de legat. iij. cum concordantibus vt per Alexan. in consil. xlv. habita super his. nume. 17. lib. j. & in consil. lvij. visa breui per totum & in consil. cxliij. viso, & considerato. nume. 2. lib. v. & alibi sepe vt per Do. consulentem, & dixit etiam Jas. in l. si arrogator. in ij. not. in fin. ff. de adopt. in versicu. vltra eos ego confirmo.

Et eo presertim predicta confessio veluti fraudulenta non debet nocere domine Beatrici quia importat maximã quanti-
6 tatez, † nam ex magna quantitate inducitur facilius presumptio fraudis prout post Ant. de But. quez allegat dixit Alex. in preallegato consi. lvij. nu. 2. lib. v.
7 Similiter etiam videmus † confessionem arrogantis non preiudicare filio arrogato impuberi in quarta illa, que debetur ex constitutione diui Pij iuxta dicta l. si arrogator cum glos. & ibi post alios declarat Jas. in dicto ij. notab. in versi. nota tamen perpetuo, quod etiam dixit clarissimus consulens, sic etiã
8 in simili videmus † q confessio mariti etiam in testamento, q receperit certam quantitatem ab vxore pro dote, vel eius augmento non nocet creditoribus nisi de vera receptione constaret, nam nec ipsi marito noceret, quin eam reuocare posset minus ergo nocebit creditoribus prout plene traduntur hec per Ruyn. in consil. cxxxvij. questio que proponitur. nume. 2. 3. & 4. iiij. volumi. & tradit plene de materia patruus. & D. meus Socin. in l. j. per viij. vel x. vltimas. colũ. ff. solu. matrimo. & Bozad. in consi. xxviij. videtur prima facie nume. 18. & 25. & reperio quod ita voluit Lambert. antiquus Doctor vt refert & sequitur Joan. Andr. in additio. ad Specu. in titu. de dot. post diuort. restitu. §. formatis. prout eos refert, & sequitur auus meus Do. Marianus Socin. in consi. lxv. circa primaz questionem iij. colum. versi. xv. probatur, sic igitur in casu nostro confessio domini Francisci in suo testamento (si aliter non iustificatur) non debet preiudicare Magnifice domine Beatrici in sua dimidia sibi debita ex lege Regni, cũ in ea dicatur, quasi creditrix ex dispositione dicte legis ac etiam ex lege conuentionis maritalis vt in facto presupponitur.

Demum confirmatur predicta ex pulchra doctrina Bald. in l. iubemus. §. j. j. questio. in fin. versic. sed quid si cedens. C. ad trebel. ibi vel forte etiam si pater confiteatur, quam refert, & in hoc sequitur Ruyn. in cõsi. xcvj. visis, & bene consideratis.
9 nume. 2. v. volu. volunt † enim predicti quod assertio, seu confessio patris, q certa bona fuerint quesita ex pecunia vel propria industria filij, talis confessio filio non prodest, nec ei standum est, vt per eos, sic ergo nec in casu nostro assertioni, seu confessioni dicti domini Francisci standum est, nec ipsi Didaco prodest in preiudicium domine Beatricis posito, q veritas sit contra dictam assertionem prout in dubio presumitur per predicta &c.

Circa aliam dubitationem, vtrum scilicet Magnifica domina Beatrix videatur assertioni, & confessioni sui mariti in eius testamento consensisse, & ita in debita sibi portione ex lege Regni, & cõuẽtionis preiudicasse ex eo q ipsa visa fuit ad aliud propositum testamento predicto, etiam cuz subscriptione, & approbatione eius facta per Didacum fratrem dicti testatoris, etiaz mihi placet, & verissima videtur conclusio excellentissimi consultoris vt scilicet cuz effectu domina Beatrix sibi non preiudicauerit, & quia dominus consulens hanc dubitationem exactissima diligentia, ac mira subtilitate copiose, & elegãter discussit, ac iuridice resoluit non puto vlterius insistenduz.

10 Modo hoc vnum dixerim, † quod ad l. fina. in princi. ff. de inoffic. testa. & l. fideiussor. §. pater. ff. de pignor. que videbantur facere in contrarium, vltra duas responsiones Jo. Andr. in addit. Spec. in titu. de instrum. edit. §. hoc etiam queritur. super verbo exequi, & alia dicta per dominum consulentem responderi potest, & iudicio meo satis concludenter. Nam illa iura procedunt, quia id cui aliquid agens dicitur consentire etiam in sui preiudicium non poterat separari ab actu gesto per eum, seu per contrarium actus ille separari non poterat a validitate eius, quod illum actum gerenti preiudicabat. nam in dicta l. fina. petitio legati, cui patrocinium, & aduocationem filius testatoris prestitit non separatur a validitate testamenti merito dicitur ille testamentum approbasse, & in dicto §. pater actus ille subscriptionis in obligatione pignoris non potest separari ab ipsa obligatione, & ideo nimirum si per talem subscriptionem ille videtur obligationi pignoris consensisse, & ra-
11 tio est vtraque lege † quia qui vult vnum, vult omne id sine quo illud esse non potest l. nec is. §. j. ff. de acquir. heredit. & l. veteres. & ibi not. ff. de itin. actuqȝ priu. cum similibus, & traditur in l. ij. ff. de iurisd. omn. iud. que consideratio non cadit in casu nostro, quoniam pars testamenti, qua domina Beatrix vsa fuit etiam cum subscriptione predicta videlicet in qua ipsa fuit constituta executrix testamentaria separatur omnino ab illa parte in qua testator asseruit, & confessus fuit bona sua esse cum fratre communia, stant enim ista simul quod talis confessio dicatur simulata, & contra veritatem, & tamen domina Beatrix fuerit relicta executrix testamentaria vt de se notum est, & licet illud vt valeat, presupponat testamentum, quod non negatur, tamen ex eo non sequitur veritas predicte confessionis.

Et per considerationem & responsionem predictam potest etiam tolli dictum Jaso. post alios in l. que dotis. nume. 17. & vltimo casu. ff. solut. matri. & Felyn. similiter post alios in c.
12 nonne. extra de presumpt. nu. 10. dum volunt † quem sibi preiudicare ex tacito consensu, quando etiam per eum fit actus aliquis positiuus vt per eos, nam illud potest intelligi, quando actus ille non separatur a validitate eius, quod sibi preiudicabat. Ex his ergo & alijs subtiliter, & copiose dictis per clarissimum dominum consultorem circa istam dubitationem concludo vna cum eo quod Magnifica domina Beatrix, ex vsu dicti testamenti etiam cum predicta subscriptione in aliquo sibi non preiudicauit.

Circa aliam dubitationem respicientem dominam Annaz filiam eius, & predicti domini Francisci testatoris, cui ex lege Regni pater eius tenebatur relinquere duas tertias partes omnium suorum bonorum dum queritur vtrum ei fuerit preiudicatum in dictis duabus tertijs per assertionem, seu confessionem patris eius de qua supra.

Verissima est conclusio, quod ei preiudicatum non fuerit prout etiam firmat clarissimus Do. consulens, nam siue veli-
13 mus † quod per statutum dicatur aucta legitima dicte filie vsque ad predictas duas tertias quod fieri potest argumento authen. nouissima. C. de inoffic. testamen. & dixit patruus, & dominus meus Socin. in consil. ccxxx. viso testamento. iij. colum. in versic. circa secundam difficultatem ij. volu. & Albert. Brun. in tracta. de statut. exclud. femin. propter masculos in j. articu. in iiij. questio.

Siue etiam simpliciter dicamus quod due tertie predicte debeantur ex lege Regni, semper verum erit, quod in talibus portionibus confessio domini Francisci testatoris non potuit preiudicare predicte domine Anne filie sue per ea, que supra dicta fuerunt circa primam dubitationem dum dictum fuit neque legitimam debitam filio, neque aliam quamlibet portionem ex aliqua l. debitam posse per testamentariam aliquam confessionem diminui.

Sed circa predicta oritur difficultas, q cũ dña Anna repe-
14 riatur in effectu heres vniuersalis instituta, † licet non expresse sed per interpretationem quia scilicet non habet coheredem

iuxta l. j. §. si ex fundo. ff. de heredi. instit. ⁊ propterea nō possit legitimam suam solam acceptare, ⁊ reliquum hereditatis re* spuere iuxta communem * doctrinam Cyn. Bart. Salycet. ⁊ aliorum in l. heres instituta. C. de impuber. ⁊ alijs substitu. ⁊ tradunt Doct. maxime Alexan. in l. quia poterat. ff. ad trebel.
15 videtur † ꝙ ipsa vti heres vniuersalis teneatur ad prestanda integra legata, vel fideicommissa etiam vltra vires hereditarias, attento ꝙ inuentarium non confecit iuxta l. fina. §. si vero postquam. C. de iur. delib. ⁊ §. si vero non fecerit. in authē. de hered. ⁊ falcid. ⁊ vtrobique traditur per scriben. Sed sic est in proposito ꝙ vigore confessionis facte in testamento per dominum Franciscum ꝙ dimidia sue facultatis pertinebat ad Didacum fratrem eius (ex quo ei non est standum in preiudicium portionum debitarum predictis domine Beatrici, ⁊ domine Anne per supra deducta.) dicitur inductum quoddam fideicommissum de dicta dimidia ipsi Didaco restituenda cum onere tamen vt ipse, etiam sua bona communicet iuxta formam testamenti prout hoc probatur in l. Lucius. §. quisquis. lo secondo. ff. de legat. ij. ⁊ in l. Lucius. §. j. de legat. iij. ⁊ probatur in l. qui vxori, ⁊ ibi dicit Bar. ff. de aur. ⁊ argen. lega. ⁊ voluit idem Bar. in l. cum quis decedens. §. codicillis. eod. titu. ergo videtur ꝙ ad talem dimidiam sic per fideicommissum relictam domina Anna vt heres vniuersalis teneatur ex quo vt dixi non fecit inuentarium.

¶ Hanc difficultatem subtiliter, ⁊ docte discussit prestantissimus cōsulens, ⁊ vt ipse voluit facile sopiretur si domina Anna conficeret inuentarium prout posset petendo prius vti minor restitutionem in integrum aduersus cursum temporis dati per l. ad confectionem inuentarij de quo in dicta l. fina. §. sin
16 autem dubius. C. de iur. deliberā. etenim † talis restitutio, vbi illam petat ei concedenda est vt post Ang. dixit Imol. in l. j. §. hec stipulatio. ij. col. ver. ⁊ nota bene secundum predicta. ff. si cui plusquam per l. falcid. ⁊ procul dubio in tuto esset domina Anna si tale inuentarium faceret.

¶ Uerum si quacunq; ratione inuentarium non confecerit adhuc tamen secura erit in eo vt integras suas duas tertias pro sua legitima portione retinere possit quantum sit respectu fideicommissi predicti Didaco relicti, nam quicquid de legatis in eodem testamento factis sit dicendum, (quod nunc non discutiam, quia non expedit) dico, (prout etiam voluit dominus consulens) ꝙ domina Anna duas tertias predictas vti suam legitimam omnino habere debet etiam ad diminutionem predicti fideicommissi licet inuentarium non confecerit, nam predictum fideicommissum dicitur vniuersale videlicet in dimidia parte hereditatis per vniuersum cōsideratę vt important illa verba, la meta in tutta la mia faculta, nam etiam
17 † verbo facultatis inducitur vniuersale fideicommissum. l. cogi in princ. ibi ⁊ si facultates, ⁊ ibi tradunt Doct. ff. ad trebel. ⁊ hinc est ꝙ licet sit tantum in dimidia posset eo casu cogi heres adire vt dicta l. cogi. ⁊ tradunt glo. Bart. ⁊ alij. in l. mulier. §. fina. eod. titu. quod solum contingit de fideicommisso vniuersali. l. si quis ommissa. ff. si quis omis. caus. testa. item etiam dictum fideicommissum dicitur purum, ⁊ statim debitum cum in eo dies, aut conditio adiecta non fuerit, l. omnia. ff. de legat. ij. ⁊ l. j. in princ. ff. de conditio. ⁊ demonstrat. cum
18 similibus, sed legitima † debita filio detrahi potest etiam non confecto inuentario maxime de fideicommisso vniuersali vt post Angel. concludit Imol. in dicta l. j. §. hec stipulatio. ff. si cui plusquam per leg. falcid. mihi in vj. col. versic. Item adde in quantum Ang. tangit. ⁊ ita firmat Paul. de Castr. in consil. xcij. quia dubia supra formata ij. col. versi. interdum querimus. in antiquis in nouis est in ij. parte. consil. clxxxviij. quod etiam iuridice, ⁊ multum subtiliter defendit Ruyn. in consil. lvij. de tribus principaliter in j. dubio. ij. volu. vbi ad hoc pulchras rationes allegat ad contraria respondendo egregie, ⁊ firmat etiam supra clarissimus consulens tribus pulchris, ⁊ subtilibus rationibus, vltra dicta Ruyn. vt per eum.

¶ Et vltra etiaʒ confirmatur quia licet varia sit Doctorū opinio vtrum per non confectionem inuentarij heres perdat tre
19 bellianicam, tamen † ꝙ nō perdat videtur equior ⁊ verior opi* nio, ⁊ forsitan magis communis * vt per Alexā. in consil. xxix. perspectis. iij. col. lib. v. ⁊ refert Ias. in l. Marcellus. in princi. in questio. fina. ff. ad trebel. vbi ita tenet Bart. qui idem tenet in auth. sed cum testator. col. fina. C. ad leg. falcid. dicens ꝙ ista opinio communiter obseruatur. idem etiam dixit Corn. in consil. clxxx. multitudo questitorum. col. iiij. versi. veniamus ad octauam iiij. volu. dicens ꝙ ista opinio fulcitur maioribus authoritatibus, ⁊ seruatur de consuetudine, ⁊ ideo ab ea non est recedendum consulendo, ⁊ iudicando prout etiam dixit Ias. in vltimis verbis in d. l. Marcellus. tametsi contrariam opinionem multi tenuerint, ⁊ aliqui dicant etiam esse communem, ⁊ ita alias mihi visum fuit. Nam vt etiam dixit Corn. vbi supra ex quo illam seruat consuetudo dicemus, ꝙ sit ita de iure tenendum, ex quo consuetudo dicitur optima legum interpres l. si de interpretatione. ff. de legib. ⁊ c. cum dilectus. de consuetu. cum similibus. ⁊ ita post Corn. vbi supra ego dixi in consil. cxxxvij. ser Dulcibonus. nu. 9. j. volu. ⁊ ita etiam nunc videtur omnino tenendum in practica. Quo stante ad propositum dico, ꝙ si non perditur trebellianica de vniuersali fideicommisso detrahenda per omissionem inuentarij, que hereditis lucro ascribitur, minus debet perdi legitima, in qua fi
20 lius tractat de damno vitando cum dicatur filio debita, † est enim fauorabilior, qui tractat de damno vitando, quam qui de lucro captando vt l. fina. C. de codicill. ⁊ l. proculus. ff. de
21 dam. infect. Ac etiam quia † legitime non potest aliquod onus imponi, ⁊ impositum reijcitur. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. trebellianice vero secus cum possit in totū pro* hiberi regulariter loquendo secundum communem * opinionem Bart. ⁊ aliorum vt per patruum ⁊ dominum meum Socin. in d. l. Marcellus. §. quod autem. ⁊ ibi per Iaso. viij. ⁊ ix. col. ⁊ ista consideratio videtur mihi concludentissima, ⁊ ideo per eam, ⁊ alia dicta per dominum consulentem vna cum eo concludo filiam istam etiam ꝙ non confecerit inuentarium posse integrā suaʒ legitimā prout est aucta ex lege Regni retinere etiam ad diminutionem fideicommissi vniuersalis, quod dicitur relictum predicto Didaco vigore confessionis fratris eius in suo testamento, de qua supra ⁊c.

¶ Quantuʒ vero pertinet ad legatuʒ factum Magnifice domine Beatrici de tertia parte hereditatis domini Francisci testatoris seu de reliquo dicte tertie partis, quicquid dixerit clarissimus dominus consulens saluo semper omni meliori iudicio arbitror ꝙ contribuetur cuʒ fideicōmisso quod dicitur relictuʒ Didaco ⁊ legitima domine Anne venit detrahenda ad diminutioneʒ dicti legati, sicut etiaʒ dictuʒ est, ꝙ detrahenda est ad diminutioneʒ fideicommissi Didaco relicti, nec video rationem diuersitatis, quodlibet enim dicitur relictuʒ sub nomine quote ⁊ sic aliquo respectu dicitur vniuersale, fideicommissum enim in illa dimidia cum compensatione tamen dimidie facultatis ipsius Didaci vt in testamento legitur, illud vero legatum in illa tertia demptis tamen omnibus expensis faciendis secunduʒ ipsius testatoris dispositionem vt in testamento exprimitur, cum ergo vtrunque sub nomine quote, ⁊ vtrunque sit pure relictum, non video cur legitima ex fideicommisso facto Didaco magis quam legato facto domine Beatrici sit detrahenda, sic ergo videntur contribuenda vt videtur probari in l. qui quadringenta, ⁊ in l. Marcellus in princi. ff. ad trebel. ⁊ declarat Bart. in dicta l. Marcellus. §. idem Pomponius. que autem dicuntur per Ruyn. in dicto consil. lvij. in ij. dubio. ⁊ que dicit dominus consulens possent forte procedere, quando legatum esset purum, fideicommissum vero conditionale prout in tali casu loquitur Ruyn. ⁊ voluit Bart. in dicto §. idem Pomponius, ⁊ hoc dico non vt intendam aduersari Magnifico ⁊ Clarissimo D. consultori cui plurimum semper detuli, sed vt mentem meam aperiam, prout cū summa modestia a Magnifica domina Beatrice solum pro veritate sum requisitus ⁊c.

¶ Circa aliam questionem mihi propositam vtrum scilicet quando fieret diuisio bonorum inter ipsam dominam Beatricem, ⁊ Annam filiam eius ex vna ⁊ dominam Beatricem Didaci filiam cuius tutelam gerit domina Beatrix predicta eius matertera ex altera, ipsa tutrix, deberet adhuc remanere tutrix? Ego non disputabo an ipsa Magnifica domina Beatrix potuerit esse tutrix vel ne, attento ꝙ est femina, que regulariter repellitur a tutela l. j. C. quan. mul. offic. tutel. cum simi. quia cum illa vti testamentaria fuerit admissa, ⁊ Lusitanie, ⁊ Antuerpie, ⁊ in alijs locis causa cognita confirmata, et ita tutelam gesserit hucusque, ⁊ adhuc gerat non est
22 de hoc facienda questio, † non enim mutandum est quod

diu

diu fuit seruatum. argu. l. minime. ff. de legib. solum ergo tangam questionem de qua queritur presupposito, ꝙ ipsa huc usque iuridice fuerit tutrix.

¶ Dicaꝫ itaqꝫ ꝙ si inter predictas diuisio fuerit amicabiliter, sine strepitu ⁊ figura iudicij, ⁊ absqꝫ aliqua lite, res transit sine aliqua difficultate, quia non reperitur, quod inter causas finiende tutele connumeretur diuisio inter pupillum, ⁊ tutorem bonorum communium vt constat ex lectura tituli. instit. quib. mod. tut. fin. nam quod ibi non ponitur non est modus finiende tutele, sicut in simili arguitur loquendo generaliter, aliqua actio non est bonefidei, quia non enumeratur in §. actionum. instit. de actio.

¶ Si vero talis diuisio per viam litis, ⁊ telam iudiciariam facienda sit

23 † cum non sit lis de omnibus bonis, neque de maiori parte bonorum non desinet Domina Beatrix esse tutrix l. propter litem. in princi. ff. de excusation. tutorum. ⁊ §. item propter litem. institut. eod. titu. ⁊ vtrobique tradunt Doct. Sed ad talem litem peragendam dandus erit curator Domine Beatrici pupille, in ceteris durabit tutela, ⁊ curator ille desinet esse talis lite finita vt est text. in §. fina. institut. de authorita. tutorum.

¶ Et si dicatur ꝙ ille text. ⁊ similes hodie corriguntur per authen. minoris. C. qui dar. tut. vel curat. poss. ⁊ in corp. vnde sumitur attento quod lis presupponit debitum, ⁊ creditum in eos vt dixit glo. in dicto. §. fina. quam ibi, ⁊ alibi in hoc sequuntur Doct. immo etiam attenta communione inter pupillam, ⁊ tutricem in magnis mercibus, ⁊ in iuribus, ⁊ actionibus in quibus debent fieri imputationes, ⁊ reputationes ex eo tantum videtur habere locum dicta authen. minoris. vt ibi per Bart. in sua distinctione, quem etiam sequitur ibi Salyce. in viij. quest. Respondetur, ꝙ esto, ꝙ talis opinio sit vera limitatur vt non procedat in tutore testamentario,

24 † quia eius fides ab ipso testatore comprobata est. institu. de satisda. tuto. in fin. princi. cum similibus vt voluit. glos. in dicto §. fina. ⁊ ista opinio sic simpliciter posita absque distinctione (sciret testator debitum, vel ignoraret, videtur de iure verior cum approbatio fidei per testatorem facta non videatur consistere in eo ꝙ sciat eum debitorem vel creditorem, sed in eo ꝙ cognoscit illum fideleꝫ in rebus alienis administrandis, ⁊ presertiꝫ suis, ⁊ suorum filiorum ob aliquam particularem affectionem inter eos ⁊ ita hanc opinionem indistincte vt scilicet dicta authen. minoris. non procedat in tutore testamentario simpliciter post Joan. ⁊ Azo. firmat ⁊ dicit communiter * obseruari

* Odofred. ibi. j. colum. versi. sed nunquid poterit esse tutor, ⁊ ideꝫ tenet in l. pater filio. ff. de procurat. ideꝫ post plures quos allegat, sequitur Alberic. in l. cum in eo. ff. de pact. ⁊ hanc opinionem tanquam communem sequitur Angel. Aret. in d. §. fina. institu. de autho. tutor. Que confirmatur, nam

25 † dicta authen. non procedit in matre vel auia tutrice vt in authen. ad hec. C. quan. mul. offic. tutel. sed testamentarius tutor preferatur eis. authen. matri, ⁊ auie. eod. titu. solum propter approbatam fidem a testatore ergo in eo minus debet habere locum d. authen. minoris. ⁊ ita ibi arguebat Alberic. Unde cum Magnifica Domina Beatrix sit tutrix testamentaria sequitur, ꝙ in ea non habet locum d. auth. minoris.

¶ Sed aduertendum est quia videtur ꝙ Doct. distinguant an testator sciret debitum illum vel non vt voluit Bart. in dicta auth. minoris. ⁊ in consil. cxlviij. questio ista. ⁊ in l. post legatum. §. amittere. ff. de his quib. vt indign. ⁊ ita etiam post Guiliel. de Cun. firmat Bald. in d. l. cum eo. ff. de pact. ⁊ dicit Fulgos. in d. l. pater filio. ff. de procurat. ꝙ ita se habet communis opinio. Quo stante videtur requiri ꝙ d. scientia testatoris appareat ex verbis testamēti in quo tutor relinquitur vt post Guiliel. de Cun. firmat Saly. in d. authē. minoris. quod non videtur contingere in casu nostro, quoniaꝫ in testamento domini Didaci nihil videtur dici de tali scientia eius ergo ⁊c.

¶ Uerum ad ista responderi potest, ⁊ primo quia (esto ꝙ opinio Salyceti sit vera sine preiudicio veritatis.) dicitur ꝙ immo ex verbis testamenti constat de scientia dicti testatoris vt patet ex illo capitulo testamenti incipiente, ⁊ perche la mia faculta e sparsa in molte ⁊ diuerse parti. ⁊c. ex verbis enim dicti capituli satis constat testatorem sciuisse, ꝙ inter se ⁊ dominam Beatricem relictam tutricem erant communes merces iura, ⁊ actiones ex quibus poterant considerari debita, et credita hincinde merito ergo etiaꝫ secundum opinioneꝫ Saly. valuit datio. d. tutricis, ⁊ ipsa potuit tutelam administrare quantum pertinet ad impedimentum quod alias oriri solet ex d. authē. minoris, ⁊ in corpor. vnde sumitur.

¶ Secundo etiam respondetur ꝙ immo sufficit quecunque scientia testatoris, quicquid dixerit Salyc. in d. authen. minoris. Siquidē Doctores omnes supra allegati, ⁊ alij qui scientiam testatoris requirunt loquuntur simpliciter ⁊ indistincte

26 vt ex lectura ipsorum constare potest ergo simpliciter, † ⁊ indistincte de qualibet scientia intelligi debet l. j. §. ⁊ generaliter. ff. de legat. prestan. ⁊ l. quiqꝫ. §. parentes. ff. de in ius vocan. cum similibus, sed isto casu dominus Didacus testator etiam si nihil in testamento de hoc dixisset, sciebat communionem mercium, iurium, ⁊ actionum, cum ipse dum vixit omnia admini-

27 strauerit, ⁊ alias † scientia in facto proprio presumatur l. fina. ⁊ ibi. glo. ⁊ Doct. ff. pro suo. ⁊ c. ab excommunicato. de rescrip. cum similibus, vt per Alexan. in consi. xliiij. videtur prima facie. nu. 7. lib. iiij. Deci. in consil. cccclxxiiij. viso instrumento in fin. ⁊ dixi alias in consi. lxxxij. cū satis inepte nu. 7. ⁊ 8. ij. volu. ergo sequitur ꝙ ista domina Beatrix non impeditur tutelam gerere propter d. auth. minoris. ⁊ tradita ibi per Doct. ⁊ ꝙ talis aut similis scientia sufficiat in proposito quicquid dixerit Saly. memini hoc anno cum multis prestantissimis Doctoribus consuluisse apud ciuitatem Ancone.

¶ Ex his itaque, ⁊ alijs dictis per D. consultorem concludo vna cum eo ꝙ Magnifica domina Beatrix non desinet esse tutrix ex eo ꝙ diuisio bonoruꝫ communium fiat inter ipsam eiusqꝫ filiaꝫ, ⁊ dominam Beatricem pupillā etiam ꝙ inter eas occasione predicta lis aliqua veniret agitanda.

¶ Circa vltimaꝫ dubitationē super qua sum consultus breuiter instando puto damna omnia que contigerunt occasione recessus ab Antuerpia ⁊ expensas omnes factas per dn̄aꝫ Beatricem vt quietaret Illustrissimam Reginā Mariam debere cedere vniuersis facultatibus vtriusqꝫ partis, ⁊ sic cōmuniter esse supportanda pro rata tamen ⁊c. Nam cum tales expense facte fuerint, ⁊ sic damna fuerint illata absqꝫ culpa predicte domine Beatricis ei particulariter imputari non possunt eteniꝫ predicta videntur euenisse casu fortuito, quia per violentiam contigerunt, ⁊ alias violentia, ⁊ quod non iure fit solent inter

28 fortuitos casus numerari, de quibus † quis regulariter nō tenetur. l. ad eos. ff. commodat. ⁊ l. sed de damno. ff. locat. cum similibus vt per Ruyn. in consil. lxx. quo ad primum. num. 3. iiij. volu. ⁊ in tutore est claruꝫ cum solū de dolo, ⁊ culpa teneatur l. contractus. ibi tutele. vbi Moderni tradunt. ff. de regu. iur. ⁊ l. j. in princi. ff. de tutel. ⁊ rat. distrahen. ⁊ l. quicquid. C. arbitr. tutel. cuꝫ similibus, non autem de casu fortuito. l. si res pupillaris. ff. de administrat. tut. ⁊ l. si fine. §. j. eo. titu. ⁊ ratio est, quia casus fortuitus cum preuideri non possit solum Domino rei nocet, vt per illum text. tradunt Doct. in l. que fortuitis. C. de pignor. act.

¶ Nec dicatur, ꝙ immo culpa dn̄e Beatricis predicta contigerūt, quia scilicet ipsa voluit de Antuerpia, ⁊ toto illo regno recedere, quod Serenissima Regina egre ferens, fecit contra illā quod fecit ⁊ damna illa intulit. Quoniā negatur eam fuis-

29 se in aliqua culpa cum liberum sit † cuique domicilium mutare, ⁊ habitare quisque potest vbi vult l. iiij. l. domicilium. ⁊ l. nihil. ff. ad municip. l. j. l. ciues. ⁊ per totum. C. de incol. ⁊ vbi quis domic. lib. x. cum similibus ⁊ ita presupponunt Doct. maxime Deci. in ij. not. in l. cum quedam puella. ff. de iurisdict. omn. iudic.

¶ Et si iteruꝫ dicatur posito, ꝙ Magnifica domina Beatrix non fuerit in culpa, ⁊ sic ꝙ per Serenissimam Reginam omnia predicta fuerint iniuste, ⁊ arbitrarie facta, tamen videtur ꝙ omnia fecerit in iniuriam ipsius domine Beatricis, ⁊ sic ꝙ ipsa recedendo dederit causam predictorum damnoruꝫ, ⁊ expensarum, quo posito illa sola teneri debet seu ad eius damnū cedere debent predicta etiā ꝙ iniuste fuerint illata arg. l. si merces. §. culpe. ff. locat. ⁊ l. si is cum quo vbi tradit Florian. ff. commun. diuid. ⁊ eorum que scribit Bart. in l. nam ⁊ seruus. ff. de negot. gest. cum alijs adductis per dominum consultorem. Respondetur quod talis recessus per eam factus fuit de ordine, ⁊ secūdum voluntatem dn̄i Didaci predicti qui in suo testamento illam tutricem declarat, ⁊ sic quatenus erat tutrix licuit sibi ita recedere, vt sic nihil pupilla ei possit imputare,

30 nam † que fiunt a tutore occasione dispositionis, ⁊ voluntatis patris pupilli rata haberi solent, ⁊ tutori non imputātur. l. ma

gis puto.§.j.⁊ ij.ff.de reb.eor. cum simi. sequitur ergo ex his q̄ damna,⁊ expense predicte cederent vniuersaliter toti facultati,que per dominam Beatricez gubernabatur sicuti pro eis vniuersaliter conseruandis facte fuerunt.

¶ Et ex his puto satisfactum,⁊ responsum omnibus questionibus seu dubitationibus mihi propositis, que licet quinque fuerint placuit tamē habere pro sex cū ex prima fecerint duas, que omnia libenter subijcio cuiuslibet rectius sentientis iudicio. Laus Deo. Opt. Max.

¶ Socinus Nepos Bononie legens. 1549.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII VIII.

¶ De donatione facta a minore supra legitimam summam absq; insinuatione vtrum,⁊ quemodo rescindi possit?
¶ De iuramento an,⁊ quando suppleat defectum insinuationis vel solemnitatis statutarie?
¶ De statuto ciuitatis Bononie, an comprehendat clericos?
¶ Et an,⁊ quando comprehendat forenses ibi contrahentes?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Minor ætas solet præbere in integrum restitutionem.*
2 *Contractus etiam à maioribus gesti rescinduntur ratione maximæ seu enormis læsionis.*
3 *Donatio ratione defectus solemnitatis iure cōi requisitæ non ualet.*
4 *Donatio à minore facta non ualet, & quomodo id intelligatur.*
5 *Lex iij. & titulus. C. si minor se maiorem dixerit procedit quando minor proprio ore se maiorem dixit, & iurauit.*
6 *Donatio, a, minore facta etiam si adfuisset decretum est inualida.*
7 *Restitutionis in integrum beneficium datur infra quadrienniū post maiorem ætatem, & non ultra, & non datur ijs qui ueniā ætatis impetrauerūt. Beneficium aūt rescissionis donationis datur infra x. annos inter absentes. & datur etiam post ueniam ætatis.*
8 *Læsio enormis, ubi alias donatio ualeret, non posset per se operari rescissionem contractus donationis, quia qui donat iam scit se damnificari & suum iactare, sed tamen quia uult, non potest in eo considerari læsio aliqua.*
9 *Dolus presumitur ex enormi læsione siue enormissima.*
10 *Iuramentum non tollit defectum insinuationis. & nu. 13.*
11 *Insinuatio donationis ad quem finem inducta sit. & nu. 17.*
12 *Iuramentum fraude & dolo obtentum non est obligatorium, item si contra bonos mores.*
13 *Iuramentum non operatur in hijs in quibus deest consensus.*
14 *Donatio supra legitimam summam non insinuata annullatur à lege in odium donatarij qui non curauit donationem insinuari. Et insinuationi per pactum renuntiari non potest.*
15 *Notarij sæpissimè deferunt iuramentum ex consuetudine potius quam quod ipse partes cogitent iurare, aut intelligant quid agant iurando, & maxime si sint minores.*
16 *Opinio communis non est sequenda ubi contraria fortioribus fundamentis nititur.*
17 *Iuramentum semper seruandum est quando eius obseruatio non uergit in dispendium salutis æternæ nisi actus iuramento cōfirmatus sapiat dolum & fraudem saltem præsumptiue.*
18 *Iuramentum unum non potest tollere plures defectus.*
19 *Statuta unius ciuitatis nō uidenī ligare forenses sed solū ꝓprios ciues ī quos talis ciuitas aut eius populus uel dominus habet iurisdictionē.*
20 *Statutum laycorum non comprehendit clericos aut personas ecclesiasticas, quia layci in eos iurisdictionem non habent.*
21 *Solemnitas per statutum requisita nō est necessaria in donatione, quādo donans iurauit obseruantiam donationis, quasi quod per iuramentum tollatur defectus solemnitatis statutariæ.*
22 *Statutū loci in quo celebratur cōtractus semper ēt inter forēses attēdi debet quādo sumus in respicientibus solemnitatem contractus, & ibi plures numerantur casus quibus forenses ligantur statutis locorum.*
23 *Statutum honestum & generale, & non auferens clericis quæ illis in priuilegium conceduntur comprehendit etiam clericos.*
24 *Laycus contrahendo spreta solemnitate statuti dicitur peccare, & in eius fauorem nulla oritur obligatio.*
25 *Statuta laycorum non possunt tollere uim iuramenti, quia est quid spirituale, & spectat ad ecclesiam, nisi facta sint authoritate sedis Apostolicæ.*
26 *Contractus quando inualidatur quia deest probatoria solemnitas, seu sine tali solemnitate fieri prohibetur nō confirmatur iuramento, nec per illud suppletur talis solemnitas probatoria.*
27 *Instrumentum etiam iuratum non probat non obstante iuramento, de quo unus tantum notarius rogatus fuerit, stante statuto, quod instrumentum non probet nisi duo notarij fuerint rogati.*
28 *Assertioni meritorum generaliter non est credendum.*
29 *Assertioni meritorum (etiā quod fuerint specificata, non creditur, etiā quod fuerint iurata, nisi merita legitime probentur, alioquin unicuique licitum eßet legem fraudare interposito iuramento.*
30 *Donatio ut conseruetur ex meritis, requiritur quod merita sint donationi proportionata, uel econtra.*
31 *Donatio per superuenientiam filiorum reuocatur, nisi sit facta ob merita, & merita uere probentur.*

CONSILIVM OCTAVVM.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis ⁊ iustitie.

¶ In facto presupponitur q̄ Reuerendissimus ⁊ Illustr. D. Jo. Baptista Cibo tūc minor. xxv. annis cessit ex causa remunerationis plurium bene meritorū, ac etiam titulo donationis Illustr. quondam Domino Laurentio eius fratri omnia iura, ⁊ actiones sibi quomodolibet competentes circa bona, ⁊ hereditatez patris, ⁊ matris illorum in plenissima forma prout latius cōstat ex instrumēto de tali re confecto in ciuitate Bononie anno Dñi. 1530. Die xj. Januarij cuius copia mihi transmissa fuit. Quo stante cum predictus Reuerendissimus D. Jo. Baptista se lesum arbitretur, ⁊ immodice. Queritur vtrum aliquod remedium illi competat ad rescissionem predicte cessionis, ⁊ donationis? Super quo ego consultus vt sententiam meam in scriptis exprimerem pro ipsa veritate prout infra sequitur de iure respondendum putaui considerando in primis q̄ quadruplex via videtur considerabilis ad rescissionem contractus predicti.

1 ¶ Primo † ratione minoris etatis, que solet prebere in integrum restitutionem vt ff. de minor. ⁊ C. de in integr. restit. per totos, ⁊ alia remedia, erat enim vt asseritur tunc minor Dominus Jo. Baptista predictus.

2 ¶ Item secundo ratione † maxime seu enormis lesionis ob quam sepe rescinduntur contractus etiam a maioribus gesti vt l. ij. C. de rescind. vendit. que loquitur de lesis in dimidia, que dicitur immodica lesio vt ibi traditur, ⁊ dixi in cōsi. cxlvij. Dominus Baptista. nu. 45. ij. volu. ⁊ ita se enormiter lesum asserit dictus D. Jo. Baptista.

3 Item ⁊ tertio ratione † defectus solemnitatis iure communi requisite puta si sit donatio supra quingentos aureos legales, ⁊ non interuenerit solemnitas insinuationis, nam tunc ex defectu talis solemnitatis supra quingentos aureos non valeret iuxta l. Sancimus. §. primo. ⁊ l. si quis argentum. §. sinautem donator. C. de donatio. ⁊ ibi traditur per Bald. Salycet. ⁊ alios que insinuatio, ⁊ eius solemnitas in casu nostro non probatur interuenisse, vnde videtur, q̄ quatenus facta fuerit donatio supra quingentos aureos non valuerit.

¶ Quarto etiam ratione deficientis solemnitatis statutarie videlicet ex forma statuti ciuitatis Bononie requisite sub Rubrica de donatio. solemnitas enim in illo statuto ordinata in donationibus isto casu non interuenit licet contractus cessionis, ⁊ donationis in dicta ciuitate celebratus fuerit.

¶ Discurram itaq; singulas has quatuor vias, ⁊ videbimus an ex aliqua predictus contractus rescindi possit.

¶ Et circa primam viam scilicet ratione minoris etatis si consideremus beneficium restitutionis in integrum certum est quod contractus ille per eam rescindi amplius non potest cum post minorem etatem finitam, hoc est post xxv. annos completos lapsum fuerit quadriennium, ⁊ vltra. iuxta l. super vacuam. C. de temporib. in integrum restitutio. Sed si consideramus quod ipse minor donationem fecerit, ⁊ ita
4 bona sua dilapidauerit cum donare sit perdere, et † tunc certum est quod talis donatio sic a minore facta non valet, nisi iam completis. xxv. annis lapsi fuerint decem anni inter presentes. ⁊ xx. inter absentes vt est text. clarus in l. fina. §. fina. c. si maior fact. alien. rat. hab. et ibi plene per Bald. Salycet. ⁊ alios, ⁊ cum ille text. annullet donationem etiam cum decreto factam a minore, fortius dicitur annullare si sine decreto facta esset, vnde cum in casu nostro donatio facta fuerit a minore, et decretum non interuenerit absque dubio dicetur inualida per illum text. attento, quod nondum decurrere anni viginti post completos xxv. annos prout per illum text. requiritur inter absentes prout D. Joan. Baptista semper fuit absens,

absens, seu pro maiori parte tẽporis cũ fuerit extra prouinciaꝫ
Italie quod sufficit vt l. si. C. de prescrip. long. temp.
Et si dicatur ꝙ immo ipse tempore contractus ⁊ donationis
predicte erat maior vt in fine instrumenti legitur attento iura-
mento per eum prestito ꝙ omnia predicta sunt vera, ⁊ propte-
rea videatur ꝙ ipse amiserit beneficium minoris etatis iuxta
l. iij. in fin. C. si minor se maior. dixer.
¶ Responderi potest primo ꝙ immo do. Jo. Baptista nun-
quã dixit se maiorẽ sed potius vz in cõtractu seu instrumẽto il-
lo presupponi ꝙ sit minor circa principiũ dũ supplicatur sum-
mo Põtifici vt cõfirmet nõ obstãte minori etate, ⁊ verba illa in
fine instrumẽti in ver. ⁊ demũ cõtrahentes predicti licet maio-
res ⁊c. sunt posita a Notario ex cõi stylo maxime in ciuitate
Bononie in delatione iuramenti prout ego pluries vidi ser-
uari. Nec iuramentum ꝙ predicta omnia sunt vera ad talem
assertionem notarij referri debet, sed ad alia supra inter par-
tes conuenta, ⁊ verba illa predicta omnia important ea que
ante dicta erant non in eadem clausula.
5 Secundo etiã respondetur, ꝙ † l. iij. in contrariũ allegata ⁊ to-
tus ille titulus procedit quando minor proprio ore se maioreꝫ
dixit, ⁊ iurauit, quod non fuit in casu nostro vt dictum est, non
enim iurauit se maioreꝫ, sed predicta omnia esse vera, vnde po-
sito etiam, ꝙ supra asseruisset se maiorem, non tamen procede-
ret. d. l. iij. nam solum procedit quando particulariter quis
iurat se maiorem vt signanter voluit Barbat. in consi. lvj. pre-
clare scripsit. j. ⁊ ij. col. ij. volu. ⁊ dixi in consil. iij. nobilis iuue-
nis. nu. 32. ij. volu.
¶ Sed ⁊ tertio respondetur ꝙ contrariũ procedit respectu be-
neficij restitutionis in integrum vt scilicet illud perdat, sed nos
6 loquimur de alio beneficio. s. ꝙ † donatio a minore facta etiaꝫ
si adfuisset decretum sit inualida, quod maius ⁊ fauorabilius
est restitutione in integrũ vt cõstat ex eo quod datur etiam si
decretum interuenerit vt d. l. fina. in fin. C. si maior fact. alien.
rat. habuer. quod regulariter non est in beneficio restitutionis
7 in integrum, item † restitutio in integrum solum datur infra
quadriennium post maiorem etatem vt d. l. superuacuam. C.
de tempor. in integr. restitu. sed istud datur infra x. annos in-
ter presentes, ⁊ xx. inter absentes vt d. l. fin. in fin. ⁊ supra dictuꝫ
est. Item etiam restitutio in integrum non datur his, qui ve-
niam etatis impetrauerunt l. j. ⁊ per totum. C. de his qui ven.
etat. impetrauer. hoc autem beneficium datur etiam post ve-
niam etatis vt d. l. fin. in fin. ibi si minor post veniam etatis ⁊c.
Hec sufficiant de prima via per quam (ni fallor) secure potest
Reuerendus dominus Joã. Baptista obtinere rescissionem
predicti contractus, quatenus in eo continetur donatio, prout
vere continetur, ⁊ de rebus magni valoris.
¶ Circa secundaꝫ viam scilicet ratione enormis lesionis non
8 est insistendum quia † per se vbi alias donatio valeret non pos-
set operari rescissionem contractus donationis, quia qui do-
nat iam scit se damnificari, ⁊ suum iactare, sed tamen quia vult
non potest in eo considerari lesio enormis, aut alia pro aliqua
quota, cum talis donatio non sit correspectiua ad aliud, alio-
quin omnis donatio eo pretextu posset rescindi si sit magni põ-
deris cum semper in ea enorme damnũ consideraretur, quod
non est dicendum arg. §. alie. instit. de donat. ita voluit Bart.
in consi. xc. dilecto domino Franc. ij. col. versi. super. ij. queri-
tur, loquens in remissione non correspectiua, ⁊ sic facta ex cau-
sa donationis ⁊ in terminis in donatione ita dixit Beltran. in
consi. ccxlviij. donatio quã olim nu. 18. j. volu. ex primis.
¶ Fateor tamen ꝙ si tali donationi dolus donatarij dedisset
causam, fuisset nulla veluti dolosa iuxta. l. eleganter in princi. ⁊
que ibi tradunt Doct. ff. de dolo. ⁊ tradunt Canon. post glo.
in c. dilecti. extra de empt. ⁊ vendit. cum concordantibus vt
per Ruyn. in consil. x. questio proponitur, nu. 5. j. volu. Vel
saltem veluti in contractibus stricti iuris daretur exceptio do-
li vt per glo. ⁊ Doct. in d. l. eleganter. ⁊ isto casu posset dici, ꝙ
dolus interuenerit saltem presumptiue attento; ꝙ dominus
Jo. Baptista in rebus maximi pretij, ⁊ fere in omnibus suis
9 bonis damnificatus fuit, ex † enormi eniꝫ lesione siue enormis-
sima presumitur dolus. l. omnes. §. Lucius. ff. de his que in
fraudem creditorum. ⁊ tradit Abb. in c. cum contingat. col.
xix. de iureiur. cum concordantibus vt per Ruyn. in consil.
lxxxij. viso ac perlecto nume. 5. v. volu. ⁊ dixi in consil. cxliij.
decessit quondam Ludouicus nume. 10. j. volu. ⁊ cum talis
dicatur re ipsa licet non videatur verus, sed presumptus ta-
men in hoc videtur equiparari dolo ex proposito vt plene
traditur per illum tex. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. obli-
gat. cum concordantibus vt dixi in d. consil. clxiiij. nume. 12.
Super his tamen non puto insistendum, quia ista magna
lesio, que in donatione consideratur est, illa que inualidat
donationem factam a minore, ita vt non sit opus restitutione
in integrum per d. l. fin. in fin. C. si maior. fact. ⁊c. super predi-
ctis autem esset insistendum quando donatio facta fuisset a
maiore. Hec de ij. via.
¶ Circa tertiam scilicet ratione defectus insinuationis iure
communi requisite cuꝫ donatio de qua agitur in magna quan-
titate excedat summam quingentorum aureorum, tota diffi-
cultas est quia predicta donatio fuit iuramento confirmata,
incidimus enim in arduam illam, ⁊ difficillimam questionem
vtrum scilicet iuramentum tollat defectum insinuationis, in
qua Doctores ita varij sunt, vt non facile cognoscatur, que sit
communis opinio vt (omissis alijs allegationibus) constat ex
his que scribit. Tiraquel. in l. si vnquam. in princ. C. de reuo-
can. dona. nam ibi. nume. 138. enumerat tenentes ꝙ tollatur
talis defectus per iuramentum, ⁊ sunt nume. 23. Doctores, ⁊
postea nume. 154. enumerat totidem tenentes contrarium, ⁊
sic quod non obstante iuramento donatio supra quingentos
aureos sine insinuatione non valeat, ⁊ ego in tali difficultate
semper fui dubius, ⁊ nunquam aliquam parteꝫ firmaui vt con-
stat ex his que dixi in consi. lxix. castrum quoddam. num. 39.
⁊ in consil. lxxvij. cum vigeret bellum nu. 60. j. volu. in consil.
lxvj. Domina Cornelia nu. 20. ⁊ in cõsi. cxviij. Domina Vir-
gilia. nume. 11. ij. volu. ⁊ alibi sepe, nec curaui in dictis locis
resoluere articulum, quia non erat necessarium, vt ex ibi di-
ctis constat, nunc autem cum offeratur in specie talis difficul-
tas, ⁊ sic data sit occasio plenius maturiusq́ꝫ cogitandi arbi-
* tror de iure veriorem esse opinionem * ꝙ per iuramentuꝫ non
10 tollatur † defectus insinuationis prout illam pro clara presup-
ponit Bal. in consi. cxv. verba dicunt, prope fin. j. vol. ⁊ prout
Paul. de Castr. eam esse veriorem affirmat in consil. 100. vi-
sa quadam scriptura. in antiquis, ⁊ dicit Rapha. Cuma. in l.
Modestinus. ff. de donat. quod fere omnes Doctores ita te-
nent, ⁊ sic potest dici quod tunc esset communis opinio pro
ista parte pro qua esse communem asserit illam sequendo vber-
rimus Doctor And. Barba. in consi. xvj. preclare scripsit. co-
lum. x. ij. vol. ⁊ hanc opinionem promptus in casu isto comple-
ctor, quia sumus inter necessarias, coniunctissimasq́ꝫ personas
scilicet inter fratres per l. data iampridem. C. de dona.
¶ Et hoc dico saltem concurrentibus his de quibus supra ⁊
ex pluribus, ⁊ subtilibus rationibus, quibus ista opinio iusti-
ficatur infra notate mihi videntur vigere.
11 ¶ Prima est † quia cum insinuatio donationis supra legiti-
ma summam fuerit inducta publico fauore scilicet ne quis effu-
sa liberalitate inconsiderate ⁊ vno impetu totum suum pa-
trimonium dilapidet, ⁊ ita in egestatem perducatur dolo for-
sitan, vel fraude donatarij, ad que remouenda ob publicam
vtilitatem fuit inductum vt insinuatio requiratur d. l. data. C.
de donat. Nam predicta omnia cessant, si ad presentiam iu-
dicis accedant, ⁊ eius authoritatem interponi postulent prout
hec signanter post Saly. quem allegat, declarat Anto. de Ca-
nar. in tract. insinuationum in ij. parte. quest. xxx. nume. 50.
in versic. Item quia videtur contra ius ob publicam vtilita-
tem inductum. Sequitur ꝙ iuri sic inducto maxime ad remo-
uendas presumptas fraudes non potest contrauenire etiam
cum iuramento iuxta tradita per Doct. maxime Moder. in
12 in l. nemo potest. ff. de legat. j. quia † tunc iuramentum veluti
dolo, ⁊ fraude obtentum non est obligatorium. authen. sacra-
menta puberum. C. si aduersus vendit. cum similibus sicuti
etiam non est obligatorium contra bonos mores. cap. non est
obligatorium. de reg. iur. lib. vj. ⁊ ita arguit Doctor predictus
in dicta questio. xxx. nume. 58. ⁊ ibi hanc rationem defen-
dit a quadam responsione Joan. de Imol. vt per eum, quem
gratia breuitatis non refero.
13 ¶ Secunda ratio est, naꝫ † iuramentũ non operatur in his, in
quibus deest cõsensus. l. fin. vbi Doct. C. de non nume. pecu.
sed sic est, ꝙ quando donatio excedit legitimam summam lex
annullat consensum si non fit insinuatio, seu fingit abesse. l.
Sancimus in princ. ⁊ ibi not. Bald. C. de donatio. inferens
ex eo, quod in tali casu non adest obligatio naturalis, ⁊ ideo
contra non seruantem non potest alteri iudex ecclesiasticus

vt per eum ergo sequitur q interpositum iuramentum nihil potest operari & consequenter donatio supra legitimã summam non insinuata remanet nulla.

14 ¶ Tertia ratio est, quia† donatio supra legitimam summam non insinuata annullatur a lege in odium donatarij, qui non curauit donationem insinuari, & probatur, quia insinuationi per pactum renunciari non potest d. l. sancimus. C. de dona. & ita signanter docet Cyn. in l. pen. in fin. C. de donatio. & tradit Oldr. in consi. clxxiij. quidam habens vnicum filium, & tradunt Doct. in d. l. nemo potest. ff. de legat. j. & supra dictũ est, quando enim in odium alicuius quid inducitur pacto renunciari non potest. l. tametsi & ibi glo. ff. ad senatuscõsult. maced. sed sic est q vbi actus annullatur in odium alicuius non firmatur iuramento secundũ Bart. in l. si quis pro eo. in iiij. membro. ff. de fideiuss. ergo &c. et licet secundum Bar. ibi adsit vinculum iuramenti, tamen non dicitur ex eo firmari donatio, & ab ipso iuramento potest peti absolutio vt per eum, & plerique etiam tenent nullum adesse vinculum, & hoc argumento cum multis alijs vtitur Egregius Moder. Jo. Crot. in d. l. nemo potest. nu. 22. vbi dicit q ista opinio sibi placet, & q pro ea consuleret, & iudicaret.

¶ Pro qua etiam quarto facit, quia qua facilitate quis inducitur ad donandum, eadem inducitur simul ad iurandũ arg. l. doli mali. post principium ibi diuersum est in muliere. ff. de nouat. & ita pro hac opinione inter alia arguit Anto. de Canar. in predicto tract. de insinuatio. in ij. parte. nu. 50. vbi per hanc, & alias plures rationes hãc opinionem firmat.

15 ¶ Que ratio corroboratur, quia† (vt experientia docet) sepissime notarij deferunt iuramentum ex consuetudine potius q̃ q partes ipse cogitent iurare, aut intelligant quid agant iurando, & maxime si sint minores vt erat tunc D. Jo. Baptista, sicut in simili de clausula codicillari dicit Bart. in l. j. in vj. q. ff. de iur. codicil. & in specie de iuramento post Ant. de But. dixit Abb. in c. cum contingat. col. xx. de iureiur. & dixi alias in cõsil. cxliiij. decessit quondã Ludouicus. nu. 37. j. vol. & in consil. clviij. Illustr. D. Andreas nu. 18. ij. vol. &c.

¶ Ex his ergo & alijs pluribus rationibus de qbus per Barbat. in d. consi. xvj. per Ant. de Canario in preallegata quest. xxx. & per Crot. in d. l. nemo potest, opinio ista vt defectus insinuationis non tollatur iuramento verior ostenditur.

¶ Licet alias contrarium consuluisse videatur patruus & dominus Socin. in consi. lxxvij. in presenti consultatione. viij. & ix. col. j. volu. qui tamen in consil. ccxv. visa predicta ij. col. ij. volum. plurimos allegat pro opinione nostra, & illi videtur inherere licet non omnino se firmet forte memor eius quod dixerat in d. consil. lxxvij.

¶ Que opinio etiam multorũ authoritate comprobatur, nã vltra xxij. Doct. quos ita tenere refert Tiraquel. in loco preallegato hanc opinionem sentit Signorol. in consi. clxxxj. factũ sic se habet, nam in narratione facti presupponit prestitũ fuisse iuramentũ, & tamen postea nu. 13. dicit, & concludit donationẽ supra legitimã summã nõ insinuatã non valere vt per eum.

¶ Sic etiã videtur sentire patruus & dominus meus Socin. in consi. xxij. visa predicta. nu. 8. iiij. vol. vbi pro hac opinione allegat plures Doct. & licet dicat se non discutere tunc, nec firmare, quia non erat necessarium, tamen satis videtur in illam partẽ inclinare, & eam expresse firmat longe disputando, & contrarijs respondendo Jo. Crot. in d. l. nemo potest nume. 21. & 22. ff. de legat. j. vt etiam supra retuli.

¶ Et licet plerique Moder. contrarium tenentes dicant eorũ * opinionẽ* cõmuniter teneri tamẽ facile decipi possunt, oporteret enim numerare Doctores hincinde tenentes, & eorum qualitatem, & authoritatem ponderare, & fortasse reperiretur, q opinio nostra est magis communis prout dixit Barbat. in dicto consil. xvj.

16 Preterea etiam & vbi contraria opinio posset dici cõmunis,† non tamen debemus illam sequi cum opinio nostra fortioribus fundamentis nitatur per l. j. §. sed neque. C. de veter. iur. enucl. & ita post Jo. And. dicunt Abb. & alij in c. j. de consti. & docet Mathesil. in tract. de elec. verior. opinionis circa prin.

¶ Ad quod soleo ponderare l. Plautius. ff. ad leg. falcid. nã ibi Paulus Jurisconsultus reiecta opinione Attillicini, Neruę, & Sabini, & sic magis cõmuni sequitur opinionem Solius Cassij, eo quod sibi verior visa fuit. Et sepe maiores nostri cõsuluerunt contra communem opinionem vt Abb. in consil. j. facti contingentia. in fin. lib. j. Jas. in cõsi. cxxx. institutio. nu. 5. lib. iiij. vbi pro hoc plura allegat, & Deci. in consi. cclxxxiiij. viso puncto in fin. vbi etiam plura ad hoc deducit, & alij plures, quos longum esset referre.

¶ Nec huic opinioni, quam verã arbitror obstat, quod alias
17 dici solet semper† iuramentum seruandum esse, quando eius obseruatio non vergit in dispendium eterne salutis. d. c. cum contingat extra de iureiuran. & c. quamuis. de pact. lib. vj. in quo consistit totum fundamentum tenentium contrarium.

¶ Quoniam respondetur q dicta iura, & regula in contrariũ allegata non procedit qñ actus iuramẽto cõfirmatus sapit dolũ, & fraudẽ saltẽ presumptiue prout cõtingit in casu isto per ea quę dicta fuerunt supra in prima rõne & circa secundã viam. Secundo etiam respondetur q allegata in contrariũ nõ procedunt, quando in eo super quo prestatur iuramentũ abest consensus. l. fin. C. de non nu. pec. sed hic abesse dicitur consensus ex dispositione legis l. Sancimus iu princi. & ibi not. Bald. C. de donat. ergo &c. prout hec responsio sumitur ex dictis supra in secunda ratione.

¶ Sed & tertio responderi potest q isto casu certo modo videtur remissum iuramentum per ipsum donatarium, nam cũ ipse non curauerit q donatio insinuaretur infra debita tempora videtur non curasse amplius de validitate donationis, & sic ex hac sua voluntate, & sic ex quodam iure hoc est, nullitate donationis ex ommissione insinuationis superueniente dicitur remissum iuramentum, de quo iure non presumitur cogitatũ arg. c. pen. de iureiur. & voluit glo. in verbo. in mentem in c. ad nostram el ij. de iureiur. sic igitur non obstante iuramento potest dici de nullitate donationis ex causa superueniente sicut in simili dixit glo. in verbo probarent in c. ad nostram. el ij. eod. tit. & hanc responsionem in effectu voluit Feder. de Sen. in cõsil. cclxxxj. statuto cauetur q si donatio. prout refert, & sequitur Crot. in d. l. nemo potest. nu. 21.

¶ Ex his itaque firmanda videtur ista opinio, q iuramentum non tollit defectum insinuationis, que eo magis, & facilius procedit in casu nostro cum non fuerit expresse renunciatum insinuationi, eo enim casu plerique, qui facta tali renunciatione tenent contrarium, ea non facta adherent opinioni nostre, vt Federic. in d. consi. cclxxxj. & ita distinguendo contrarias opiniones concordat Corn. in consi. clxxxvj. de duobus in litera R. ij. vol. quod videtur sentire Dec. in consi. ccccxxxij. inc. cũ sit q Almericus nu. 20. & 21. idem videtur velle Beltrand. in consil. ccclxxxv. ponitur in facto. nu. 5. ij. vol. & in cõsil. clxxxv. quãuis donatio. nu. 9. iij. vol. ex primis. Andr. Barba. in d. consi. xvj. j. col. ij. volu. Gozad. in consi. lxxxvij. prima facie videtur. nu. 13. & Jo. Anto. Rub. Alex. in consi. lix. circa primum du* bium. nu. 2. vbi dicit q est communis opinio.*

¶ Preterea vbi quis de predictis dubitaret, debet cessare omnis dubitatio in casu nostro, quia in eo vltra defectũ insinuationis concurrit etiã alius defectus, immo duplex alius, vnus est, quia donatio fuit facta a minore vt dictum fuit in prima via, item etiam quia deficit solennitas per statutum requi-
18 sita vt dicetur in iiij. via, quando † autem concurrunt plures defectus, & solum vnũ interuenit iuramentũ, actus non confirmatur, quia vnum iuramentum non potest tollere plures defectus ita voluerunt Jas. in consi. cxviij. contra donationẽ. ij. col. ver. & si contra iiij. vol. Deci. in consi. cxxxix. primo non vĩ nu. 3. & Bartbol. Cassa. in consil. vij. visis themate. nu. 26.

¶ His ergo duobus concurrentibus, q nõ sit expresse renunciatum insinuationi, & q cõcurrat alius defectus prout in casu isto accidit puto verissimã conclusionem, q defectus insinuationis non sit sublatus per iuramentũ. Et ita pro nunc firmo, quicquid in alijs casibus sit dicendũ. Hec de ij. via sufficiant.

¶ Circa quartam vero vbi statutum de quo agitur, fuerit, in casu isto seruandum res est admodum clara, nam statutum illud sub Rub. de donationibus ad validitatem donationis excedentis summam, & valorem librarum centum requirit, q fiat in presentia vnius ex iudicibus D. potestatis, & in presentia septem testium, & duorum tabellionum &c. & in statuto postea est clausula q aliter facta donatio non valeat vnde cum in casu nostro talis solemnitas non interuenerit vt est in confesso, sequitur q valere non debet.

¶ Sed difficultas oritur, quia videtur q tale statutum non fuerit seruandum in predicta donatione.

19 ¶ Primo quia † statuta vnius ciuitatis non videntur ligare

forenses

forenses sed solum proprios ciues in quos talis ciuitas, aut eius populus, vel dominus habet iurisdictionem. l. omnes populi. & ibi tradunt Bartol. & alij. ff. de iusti. & iur. Sed dominus Joannes Baptista & fratres contrahentes sunt forenses, quia sunt Januenses ergo &c.

20 Secundo quia† cum statutum predictum vna cum alijs in toto illo volumine sit conditum a laycis non videtur q possit cõprehendere clericos, seu personas ecclesiasticas, eo q layci in eos iurisdictionem non habent iuxta. auth. cassa, & irrita. & que ibi tradunt Doct. C. de sacrosanct. eccle. sicut de consuetudine laycorum dixit Cyn. in l. ij. circa fin. in versic. tertio queritur. C. que sit long. consuet. sed D. Jo. Baptista est clericus prout erat etiam tempore donationis ergo &c.

21 Preterea & tertio videtur q solemnitas† per dictum statutum requisita non sit necessaria, quando donans iurauit obseruantiam donationis, quasi q per iuramentum tollatur defectus solemnitatis statutarie, sicut etiam secundum aliquos tollitur defectus insinuationis a lege communi requisite vt post plures ab eo relatos firmat patruus, & dominus meus Socin. in consi. lxxvij. in presenti consultatione col. vij. & viij. j. volu. licet ego aliter supra dixerim.

His tamen non obstantibus arbitror q donatio de qua agitur etiam ista quarta via debeat dici nulla.

Et circa primam difficultatem, quatenus dicebatur, q predictum statutum non procedit in forensibus, aduertendum est,
22 quia quicquid de alijs statutis tenendum sit, quando† sumus in respicientibus solemnitatem contractus semper etiam inter forenses attendi debet statutũ loci in quo celebratur cõtractus per l. si fundus. ff. de euict. & dixit Bar. quem alij sequuntur in l. j. in j. quest. C. de sum. Trini. & fid. catho. vt ibi per Jas. in ij. lectu. col. mihi. xij. in fin. idem dixit Bart. in l. de quibus. col. xiij. in fin. ff. de legib. & in l. ij. vbi etiam Jas. C. quemad. testa. aper. Bal. in consi. ccclxxxix. statuto cauetur. j. volu. & in l. Titius. §. Rome. ff. de excusa. tuto. sic etiam ex aliorũ intentione firmat Petr. de Anch. in c. canonum statuta. colũ. mihi xlix. ver. quid dices in obligatione. de cõstitu. facit doctrina Bart. in d. l. j. de sum. Trini. in vj. quest. dum dicit q si statuto caueatur q non fiat testamentũ, aut aliud instrumentum nisi coram duobus notarijs tenebitur talem solemnitatem seruare etiam forensis in loco statuti vt per eum, & hanc opinionẽ q forensis teneatur seruare solemnitatem statuti illius loci in quo contrahit vel testatur firmat etiam patruus, & dominus meus Soci. in consi. xliij. circa dubia. nu. 5. iiij. vol. & Jo. Crot. in l. omnes populi. nu. 163. ff. de iusti. & iur. Ruyn. in consi. ccj. proponitur in facto. nu. 3. j. vol. concludens post alios quos allegat q quando statutum requirit certam solemnitatem seruari in contractu, puta minoris ad ipsum contractum solemnizandum, & sic loquitur in rem debet tunc talis forma, & solemnitas seruari etiã per forensem in loco illo contrahentem vt per eum, vnde cum statutũ nostrum loquatur in rem non est dubium, q etiã forenses comprehendit, possent adhoc plura cumulari, sed q puto esse clarum vlterius non insisto, ego enim sepe sic cõsului vt patet in consi. xcv. Reuerendus dominus consului, que Rome facta erat per forensem vt scilicet non valeret nisi interuenisset solemnitas per statuta Romana requisita & ita est sublata prima difficultas.

Et per eandem viam potest tolli etiam ij. difficultas de clerico nam cum simus in respicientibus solemnitatem actus, sicut forensis seruare tenetur, ita & de clerico dicendum est per eandem rationem.

Secundo ad secundam difficultatem, responderi potest, q illa & allegata in ea procederent quando statutum aufferet clericis, ea que competunt illis ex priuilegio, aut alias statutum
23 esset minus honestum, sed † quando esset honestum, & generale, & non aufferet que illis in priuilegium cõceduntur prout est in casu nostro comprehendit etiam clericos secundũ Bart. in d. l. j. C. de sum. Trini. in v. quest. vbi plura iura allegat & cuȝ Bart. videtur transire etiam generalius loquendo Corn. in consi. cxiiij. quãuis primo aspectu. ij. & iij. col. ij. vol. Hoc tamẽ (quia multi tenẽt cõtra Bar. vt Bal. ibi, & per Alex. in consi. ccxj. visa facti narratione iij. col. ver. nec obstat id quod Bar. not. lib. ij.) remitto recto iudicio iudicare debentis.

Et tertio modo dico posse responderi, q contraria procederent, quando statutum esset mere laycoruȝ, quod non est in casu nostro, nam cum ciuitas Bononie sit subdita sedi apostolice non potuerunt statuta fieri sine eius consensu, vel legati ab ea, prout vere facta fuerunt ordine, mandato, authoritate, & cõsensu legati tunc de latere, & pro sede apostolica regentis ciuitatem istaȝ, qui erat Reuerendissimus Cardinalis Bissarionis habens plenissimam authoritateȝ in temporalibus, & spiritualibus, per quem etiam fuerunt statuta predicta immediate approbata, ac etiam approbata, & confirmata per Nicolauȝ quintum tunc summum Pontificem, & demum postea iterum approbata, & confirmata per Julium secundum, & omnes sequentes Pontifices, vt hec constant ex principio statutorum, & ex fine eorum, & fuit facta confirmatio ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, vt constat maxime in confirmatione Julij secundi Pontificis maximi, ex quibus ostenditur, q non sunt statuta laycorum simpliciter, sed etiam sedis Apostolice, & cõsequenter q habent authoritateȝ in clericos, & eos ligant, iuxta tradita per Docto. in c. cum accessissent. & in c. ecclesia Sancte Marie. de constitutio.

Preterea & quarto respondetur, q contraria possent procedere (vbi aliud non obstaret) quando clerici inuicem contraherent, in quos statuentes non habebant authoritatem, sed in casu nostro Reuerendissimus dominus Joannes Baptista contraxit cuȝ layco, quia donauit Magnifico, & Illustri tunc
24 Laurentio Cibo eius fratri. Quo stante dicimus, † q laycus contrahendo spreta solemnitate statuti dicitur peccare, iuxta c. ij. de maior. & obed. & dixit Barto. in authen. sacramenta puberum. iij. col. C. si aduersus vendi. & in eius fauorem nulla oritur obligatio, & ideo cõtractus debet dici nullus ex vtraq parte, ita signanter. declarat Abb. in c. quod clericus. mihi in vj. col. in versic. ego vero in hoc articulo. de foro competen. & sequitur Fely. in d. c. Ecclesia Sancte Marie mihi colũ. xxxvij. in versic. quartus casus, vbi inter cetera allegat pulchram decisionem Federi. de Senis in consi. lxxxv. vt per eum. sic itaq in casu isto remanet, vt donatio, de qua agitur nulla fuerit, licet facta fuerit a clerico, & hoc eo maxime dici debet, quia talis nullitas consideratur in fauoreȝ dicti domini Joannis Baptiste clerici &c.

Ad quod optime facit singularis doctrina Salyc. in auth. cassa, & irrita. in penult. questio. C. de sacrosanc. eccles. duȝ concludit q statutum, q minor non possit alienare rem immobilem sine certa solemnitate, habebit locum, & annullabit contractum etiam cum clerico initum sine tali solemnitate, quem refert, & sequitur Alex. in consi. xciij. visis, & ponderatis num. 4. lib. ij. vnde si illo casu propter inobseruantiam statuti annullatur cõtractus in damnũ clerici fortius id dici debet in casu nostro, vbi annullatio prodest clerico, vt dictum est. &c.

Quantum vero ad tertium quod contra predicta opponebatur de iuramento per dominum Joannem Baptistam prestito de obseruanda donatione predicta. Responderi potest, primo, q tale iuramentum non supplet defectuȝ solemnitatis per statutum predictum requisite saltem concurrentibus illis duobus, videlicet, q talibus solemnitatibus non sit expresse renunciatum, & q etiam alius defectus adsit, sicut dixi supra in tertia via circa finem, sicut eniȝ ibi dixi, q concurrentibus his duobus iuramentum non supplet defectuȝ insinuationis iure communi requisite, ita nec supplere debet defectum solemnitatis statutarie, de qua agitur, & q illa duo concurrant notuȝ est, non enim tali solemnitati fuit expresse renunciatum, vt ex lectura instrumenti constat, & concurrit alius defectus, quia scilicet a minore talis donatio facta fuit, vt fuit dictum supra circa primam viam, Jmmo & alius, quia scilicet deest insinuatio iure communi requisita supra summam quingentorum aureorum iuxta dicta supra circa tertiam viam &c.

Secundo etiam respondetur, q contrarium posset procedere quando vires iuramenti starent in suo robore, sed in casu nostro sunt annullate, ergo &c.

Et hoc probatur in volumine statutorum Bononiensium circa finem, videlicet in conclusione ipsorum statutorum in §. ne autem sub pretextu. in versic. etiam aliquo sacramento &c. etenim ibi expresse disponitur omnia statuta debere omnino seruari, & prohibetur ne quid directe, vel indirecte cõtra ea fiat, nec renunciatio aliqua alicui statuto facta valeat, etiaȝ si fuerit aliquo sacramento firmata, vult enim ibi statutum prestitum iuramentum non habere vires suas.

25 Nec quenquam moueat quod dici † solet statuta laycoruȝ non posse tollere vim iuramẽti eo, q sit quid spirituale, & spectat

etat ad ecclesiam. secundum Bartolum in l. omnes populi. in iij. quest. princip. ff. de iustit. & iur. & declarat Alex. in consi. lix. viso instrumento. nu. 4. lib. 1. Quoniam non sumus in mera dispositione laycorum, cum fuerint facta authoritate legati sedis Apostolice, & a Pontificibus postea confirmata, vt supra plene ostensum fuit.

¶ Tertio respondetur, quod allegata in contrarium, & si in aliis casibus procederent, non tamen procedunt respectu solemni-
26 tatis probatorie, † tunc enim quando contractus inualidatur, quia deest probatoria solemnitas, seu sine tali solemnitate fieri prohibetur non confirmatur iuramento, nec per illud suppletur talis solēnitas probatoria, ita magistraliter declarat Bar. in l. si quis pro eo. in septimo membro, mihi in iiij. col. ff. de fideiussor. refert, & sequitur Panormit. in c. cum contingat. col. mihi antepenult. versic. & sit sextus. quando aliquid. de iureiuran. cum concordantibus, vt per Gozad. in consil. xvj. in hac causa. num. 14. Sed solemnitas, de qua loquitur statutum videtur probatoria cum requirantur septem testes, & quod duo notarij fuerint rogati &c. quod non potest esse nisi ad clariorem probationem, & ne falsitas committi possit argumen. l. hac cōsultissima. in fin. C. qui testamen. facere poss. ergo iuramento non dicitur suppleri.

¶ Et eo presertim hoc dici debet quia scriptura facta contra formam statuti etiam cum iuramento annullatur, ita vt ei fides nulla adhibeatur, nec quicquam probare dicatur, vt in cōclusione predictorum statutorum. §. in predictis vero casibus, qui sequitur immediate post preallegatum. §. ne autem, & talis annullatio scripture potuit fieri per statutum, tum quia non disponitur directe contra iuramentum, sed tollitur tantum fides scripture, vt sic per eam nihil probetur, ita quidem vt nec etiam iuramentum per eam probetur, tum etiam, quia interuenit authoritas sedis Apostolice, vt dictum est.

¶ Et stante nullitate predicta, & quod nihil probetur per talem scripturam, sequitur, quod de iuramento, & de donatione non dicitur legitime constare, ita signanter voluit Panormit. in d. c. cum contingat. d. colum. antepenult. versic. & vt clarius pa-
27 teat ponitur exemplum. vbi † exemplificat quando statutum diceret quod instrumentum non probet, nisi duo notarij fuerint rogati, tunc enim si producatur instrumentum etiam iuratum, de quo vnus tantū notarius fuerit rogatus non probabit non obstante iuramento, quasi quod de iuramento non dicatur constare, vt per eum.

¶ Et licet Abb. ibi dicat, quod posset de contentis in instrumento probari per testes, tamen hoc non obest in casu nostro, quia in statuto nostro expresse dicitur, quod nec etiam per testes admittatur aliqua probatio, vltra quod forte testes, qui interfuerūt pro maiori parte mortui sunt.

¶ Ex his itaque sequitur donationem predictam hac quarta via, & sic ex defectu solemnitatis statutarie esse nullam, non obstante quocunque iuramento.

¶ Sed videtur restare scrupulus nam donatio, de qua agitur, non videtur propria, vera, & simplex, sed ob causam, & propter plurima benemerita donatarij, vt ipse donator confessus fuit, prout in eius instrumento asseritur, in quo casu statutum sub rubrica de donat. non habet locum, nec solemnitas, de qua in eo requiritur, vt patet in eodem statuto post principium ibi. & hoc locum non habeat in donationibus &c. & maxime quia sumus in cessione facta ex causa donationis, in quo casu licet facta sit mentio meritorum, valet etiam quod merita non probentur secundum Bal. in l. per diuersas. C. mandati. in v. quest. & ibi etiam Saly. in quest. xvj.

¶ Sed tuendo predicta respondetur, quod ad hoc, vt dicatur donatio ob causam, & propter benemerita, propter quod defenderetur donatio sine insinuatione etiam supra quingentos aureos de iure communi, & sine solemnitate predicti statuti etiam supra libras centum, oportet quod de causa allegata, & benemeritis constet legitime, quia assertioni donatoris de tali causa, & meritis non creditur, ne alias detur occasio fraudandi leges, aut statuta requirentes, vel requirentia insinuationem, aut aliā
* solemnitatem per doctrinam Bar. cōmuniter * approbatam in l. si forte. ff. de castren. pecul. dum vult quod quando validitas donationis consistebat in benemeritis, sola assertio meritorum non sufficit, vt per eum. sic ergo isto casu dicendum est, quia validitas donationis supra libras centum facte sine solemnitate per statutū requisita, vel supra quingentos aureos facte sine insinuatione iure communi requisita consisteret in meritis donatarij, & sic cessantibus meritis per dictas summas essemus
28 in prohibitis, merito assertioni † meritorum generaliter non est credendum, & ita tenent omnes Doctores in l. si donatione C. de donatio. cum concordantibus, vt per Ruynum in consil. clxxv. visa donatione. nume. 3. 4. & 5. primo volum. & dixi alias in consilio lxxvij. cum vigeret bellum. nume. 56. 57. & 58. primo volum.

¶ Et adeo verum est, vt tali assertioni non credatur, vt procedat etiam si fuissent merita specificata, nam nec tunc tali assertioni credendum est, etiam quod fuerit iurata, nisi merita legi-
29 gitime probentur, alioquin † liberum esset cuique legem fraudare interposito iuramento contra l. si quis inquilinos. §. fin. & ibi tradunt Doctores ff. de legat. primo. ita hanc opinionem tenent Alexand. Corn. & Deci. in l. si donatione. C. de collat. patruus, & dominus meus Socin. in consil. lxvj. frustra plenitudini. colum. vij. versic. quarto respondetur. & ibi per vnam colum. & vltra hanc opinionem prosequitur, & defendit, & vi-
* detur communis opinio, † vt constat ex dictis per Andream Tiraquell. in l. si vnquam. C. de reuocan. donat. in glos. donatione largitus. num. 79. vbi postquam allegauit plurimas authoritates vsque ad numerum 19. subdit quod hanc opinionem credit verissimam ratione de qua supra. Si igitur ita dici debet etiam si fuisset facta specificatio meritorum fortius id procedit in casu nostro, in quo adest solum generalis meritorum assertio, &c.

30 ¶ Ad quod facit, quia, † vt ex meritis donatio conseruetur, requiritur, quod merita sint donationi proportionata, vel ecōtra, vt post alios tradit Decius in d. l. si donatione. iij. colum. versicul. & iuxta predicta notandum est. C. de collat. est nume. 16. quod etiam voluit Ruyn. in consi. clxxij. queritur primo. nume. 12. primo volum. Sed in casu isto non probatis meritis non potest cognosci an fuerint proportionata donationi, vt est notissimum, ergo &c.

¶ Comprobatur predicta conclusio ex eo quod in simili dici-
31 tur de donatione, † que per superuenientiam filiorum reuocatur iuxta l. si vnquam. C. de reuocan. donatio. nam cum talis reuocatio non fiat, si donatio erat facta propter benemerita, vt tollatur dicta reuocatio, non sufficit quod fuerit in donatione dictum quod fiebat ob merita, nisi merita vere probentur, ut concludit egregie Deci. in consi. cclxvj. pro declaratione eorum, num. 11. & 12. quod etiam firmauit Ruyn. in d. consil. clxxij. ita ergo in simili dicendum est in casu nostro, vt scilicet requiratur merita probari, vt per ea tollatur nullitas proueniens ex defectu insinuationis de iure communi, vel solemnitatis ex forma statuti, de quo supra &c.

¶ Nec quicquam obstat doctrina Baldi, & Salyceti in l. per diuersas. C. mandat. in contrarium allegata. Quoniam respondetur quod aliud est vtrum assertio meritorum facta in cessione ex causa donationis suspendat eam in virtutem meritorum, ita vt videatur illa cessio, seu donatio conditionalis, de quo ipsi loquuntur, & tunc dicendum est, quod non inter personas, que libere possunt donare, vt per eos, aliud est si queratur vtrum in tali cessione, & sic in donatione si excedat certam summam requiratur insinuatio, vel alia solemnitas statutaria, & absque dubio dicendum est, quod requiratur, & tunc istud procederet, nisi talis donatio, vel cessio ex causa donationis fieret ob benemerita, per tradita per Bartolum, & alios in l. Aquilius Regulus. ff. de donatio. verum talia merita eo casu probari debet, nec eorum assertio in cessione, vel donatione facta sufficeret, per ea, que supra dicta fuerunt, ista in effectu est declaratio Paul. de Cast. in d. l. per diuersas prope finem in versicu. item dubitauit Bartol. quando fit ex causa donationis, qui dicit ista menti esse tenenda, quia sunt subtilia, vt per eum. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1549.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII IX.

¶ De collegio aliquo, quando dicatur licitum?
¶ Et an, & quando possit statuta condere?

SVM-

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ Collegium scholarium de se licitum, etiam quod non fuerit approbatum est licitum.

2 Collegium scholarium Germanorum Bononiæ potest facere statuta circa ea, quæ respiciunt ipsum collegium etiam abbsque superioris authoritate particulariter requisita.

3 Collegium non potest facere statuta contradicentia iuri naturali, uel diuino.

CONSILIVM NONVM.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Quia nobilissimum collegium Germanorum scholarium in ciuitate Bononie commorantium iam per aliquot annos statuit, & ordinauit quod de cetero quicunque ad ius discendum Bononiam iam ante venerit, vel in futurum veniet pretermiserit spatio bimestri nomen eius in numerum eorum dare, & sic in collegio ipsorum matriculari, amplius in dictum collegium non possit aggregari. Dubitatur nunquid eiusmodi statutum valeat, & seruari debeat? Et ego de hoc consultus arbitror valere, & seruandum esse, & istud esse absque probabili dubitatione.

¶ Et ad hoc demonstrandum, presupponendum est, quod eiusmodi collegium scholarium Germanorum in amplissima hac vniuersitate Bononiensi receptum fuit, per longa tempora, & approbatum a summis Pontificibus, ac etiam a Cesarea maiestate, prout mihi in facto asseritur, licet tales approbationes
1 non viderim, nec videre curaui, † quoniam etiam si talis approbatio non daretur, adhuc tamen eorum collegium licitum esset iuxta textum cum ibi traditis per Doctores in c. quia in causis extra de procurator. & ita inter alia licita collegia enumerat collegium scholarium Fely. in c. accedentes. j. colum. extra de prescript. hoc autem ita presupposito non est dubium, quod
2 eiusmodi † nobilissimum collegium scholarium Germanorum potuit, & adhuc potest facere statuta circa ea, que respiciunt ipsum collegium etiam absque superioris authoritate particulariter requisita, iuxta tradita per Bartolum, Salycetum, & alios in l. fin. C. de iurisdictio. omnium iudic. per Bar. in l. fin. ff. de colleg. illicit. & in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. & ibi etiam Modern. tradunt maxime Jas. colum. viij. sub nume. 37. vbi etiam alios allegat. & tradit Corn. in consil. ccxxxij. quanquam in hac. litera B. iij. vol. Calcan. in consi. vij. quia a me quesitum. colum. xix. sub litera A. & ego alias dixi in consil. xxxviij. Magnifici, & iustissimi iudices, num. 8. j. volu. Et licet Jas. vbi supra post Albericum, quem allegat restringit hoc, quando † sta
3 tuta non contradicunt iuri naturali, vel diuino, vt per eum, tamen hoc nihil obstat conclusioni supra posite, quoniam statutum, de quo agitur, neque iuri naturali, neque diuino in aliquo aduersatur, vnde cum ipsum statutum concernat tantum ipsum collegium, videlicet infra quod tempus nouitij in Bononiensem vniuersitatem studendi causa venientes sint in numerum collegiatorum assumendi non video quin omni iure valeat, & seruandum sit. Et licet alia plurima se offerant ad predicti statuti conseruationem, tamen quia predicta clarissima sunt, ac etiam quia de eis neminem puto hesitaturum breuitati consulendo non putaui vlterius insistendum. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie legens 1549.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII X.

¶ De petitione hereditatis quanto tempore prescribatur?

¶ Et an contra pupillum?

¶ Et quod non datur contra titulo possidentem, etiam quod titulus superueniat post mortem eius, de cuius hereditate agitur?

¶ De emphyteusi recepta pro se, filiis, & nepotibus, an trãseat ad neptes feminas?

¶ De statuto excludente sorores, & descendentes earum stantibus fratribus, aut fratrum filijs masculis, an excludat filiam fratris ab hereditate patrui stantibus fratribus defuncti?

¶ Et plene de materia.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ Veritatem occultans, seu non defendens opprimere uidetur.

2 Hæreditas paterna pertinet ad filium superstitem patri intestato.

3 Præscriptio triginta annorum etiam filiæ in hæreditate patris nocere solet.

4 Præscriptio triginta annorum contra filiam in hæreditate patris, non currit nisi post pupillarem ætatem.

5 Statuta in sua ciuitate seruanda sunt quando sunt circa ea, quæ sunt iuris ciuilis.

6 Petitio hæreditatis regulariter non datur, neque exercetur contra titulo possidentem.

7 Possidentis conditio potior est in pari causa.

8 Petitio hæreditatis excluditur etiam si titulus superueniat post litem inchoatam.

9 Promissa conuenit impleri.

10 Interpretatio in contractibus fit stricta contra eũ, qui se fundat in uerbis contractus.

11 Inuestitura, & tenor eius est attendendus etiam in emphyteusi, sicut in feudo.

12 Statuti uerba regulantur secundum mentem, & intentionem statuentium.

13 Statuta quod stantibus masculis fœminæ non succedant, censentur indistincte fauorabilia, quia bona conseruantur in agnatione, & licet ex eis resultet odium fœminarum, tamen ualent.

14 Soror excluditur à successione fratris extantibus masculis.

15 Persona una exclusa non uidetur exclusa alia quando opus est extensione, secus quando persona, de qua agitur, dicitur inclusa in exclusione alterius propter omnimodam identitatem rationis.

16 Statutum cogens consanguineos, & affines ad compromittendum comprehendit etiam uirum, & uxorem, licet inter se non sint consanguinei, neque affines.

17 Statutum excludẽs sororem propter fratrem fortius excludit neptem ex prædefuncto filio propter patruum, licet de eis in statuto nulla fiat mentio.

18 Lex noua si quid maius concedat passiua quadam interpretatione uigore dictæ regulæ, dicitur concessum etiam quod est minus.

19 Statuta semper debent sic interpretari ne à sapientibus reprehendantur.

20 Statuta semper sic debent interpretari, ne ex eis sequatur inconueniens aliquod, seu absurdum.

21 Regula, quod positi in conditione non censentur uocati, non procedit, si ex ea sequeretur, quod remotior plus iuris haberet, quam proximior.

22 Statuentium mens colligitur ex maioritate rationis.

23 Statutum excludens matrem propter patruum non dicitur excludere sororem defuncti.

24 Statutum Perusinum excludens auunculos propter patruos, & eorum filios non dicitur excludere materteram, licet uideatur eadem ratio excludendi.

25 Illatio non bene fit ex diuersis.

26 Statutum excludens matrem, & alios cognatos extantibus agnatis non excludit filiam fratris, si agnatus superuiuens sit in remotiori gradu, tametsi etiam eo casu uigeat ratio conseruandæ agnationis.

27 Fœmina est finis suæ familiæ, nec per eam potest agnatio perpetuari, dum tamen uiuit agnata dicitur, & conseruat nomen familiæ.

28 Soror propter fratres excluditur ab hæreditate sororis.

29 Statutum uocans tantum fratres, & filios masculos prædefuncti fratris, omnes alios excludit, cum inclusio unius sit exclusio alterius.

30 Statuto stante, quod agnati usque ad quartum gradum succedant, & præferantur filiabus, & aliis fœminis, dicentur exclusi etiam cognati masculi ex ui capitis inclusiui agnatorum, licet non comprendantur in capite exclusiuo. & nu. 31.

CONSILIVM DECIMVM.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ In causis, & litibus vertentibus inter nobiles dominam Cortesiam quondam domini Marci de Grossis de Rauenna agentem ex vna, & dominum Petrum de Grossis eius patruelem se defendentem ex altera. Primo loco responsum fuit a sacratissimo, & excellentissimo Collegio Patauino totaliter in fauorem domini Petri rei conuenti eum scilicet esse a qualibet petitione absoluendum cum quadam tamen reseruatione, vt in eo responso legitur. Secundo vero loco in causa appellationis auenerando, & prestantissimo Collegio Perusino responsum fuit totum contrarium, & sic in fauorem actricis reum in quali bet petitione esse condemnandum: Ego autem nunc requisitus, vt circa predicta sententiam meam, pro veritate, & sic quale ex

preca-

predictis collegiis iustius arma induerit per viam consilij pro ferre velim, diu, multumq; substiti, ⁊ libenter talem prouinciam recusassem cum ob propositarum quęstionum difficultatem, que vel ex eo constare potest, ꝙ in ea predicta amplissima collegia contraria dederunt responsa, tum etiam maxime quia tantis collegiis, aut cuilibet eorum aduersari nefas ducebam, cum eis plurimum deferendum sit.

¶ Veruntamen precibus amicorum deuictus non potui abstinere quin iustissime petitioni morem gererem, quod eo libētius faciam, vt veritatem ipsam (quam pre omnibus habere
1 debemus) pro tenui tamen iudicio meo notam faciam, ⁊ † ne alias eam occultando, seu non defendendo illam opprimere viderer. c. error. lxxxiij. distinct. ⁊ ita etiam peccarem. c. quisquis xj. quest. iij. vtar tamen in re ista breuitate, ⁊ quasi conclusiue loquar, quatenus tamen id fieri poterit pro materie amplitudine, prout est optimus modus consulendi secundum Areti. in consil. vij. procedendum est breuiter in principio. Etenim verborum prolixitas inimica est sapientibus, vt in hoc proposito dicit idem Aretin. in consil. xj. procedendum est breuiter in principio.

¶ Visis itaq; omnibus, que in contingentia facti presupponuntur, ac etiam visis, ⁊ mature consideratis consiliis contrariis predictorum Collegiorum. Quantum pertinet ad primā petitionem domine Cortesie de hereditate sui patris, seu de bonis hereditatis mihi videtur concludendum eam esse audiendam, per ea, que copiose adducuntur per venerandum Collegium Perusinum, habet enim intentionem suam fundatam cum dominus Marcus pater eius, ea sola filia superstite intestatus decesserit, † Ad eam ergo illius hereditas pertinere debet. auth. in successione. ⁊ in corpore vnde sumitur. C. de suis, ⁊ legitimis. Et ideo in petitione hereditatis, quam proposuit obtinere debet, ⁊ ita reus cōuentus restituere debet, quicquid ex hereditate d. Marci pro herede, vel pro possessore possidet, iuxta l. regulariter. cum duabus sequentibus. ff. de petitio. hereditatis.
2

¶ Nec tali petitioni hereditatis obstat allegata prescriptio triginta annorum, iuxta tradita per Doctores in l. licet. C. de
3 iur. deliberan. que † prescriptio etiam filie in hereditate patris nocere solet, secundum quod ibi dicunt docto. ⁊ tradit Bald. in consil. ccccx. primo videndum est. iiij. volum. in qua prescriptione precipue se fundat Excellentissimum Collegium Patauinum absoluendo reum conuentum a tali petitione hereditatis. Quoniam negatur talis prescriptio, quia tempora ad eā necessaria non cucurrerunt, etenim ex tempore quod allegatur decurrisse detrahi debet etas pupillaris domine Cortesie, que fuit vsq; ad annum 1518. a quo tempore postea vsq; ad annum 1545. quo fuit facta petitio non transierunt anni trigin-
4 ta, ergo ⁊c. Et † quod pupillaris etas detrahatur, seu ꝙ talis prescriptio incipiat post talem etatem habetur in l. sicut. C. de prescrip. triginta annorum, vbi doctores tradunt, ⁊ tradit Alexand. in consil. lxxxix. viso puncto. nume. 3. lib. ij. cum alijs adductis per Collegium Perusinum, quod etiam aliis modis fundamēto prescriptionis respondet, sed non insisto, quia predicta responsio est clarissima, ⁊ tollit omnem difficultatem.

¶ Nec preterea obstat quod in contrarium dicebatur dominam Cortesiam remisisse, ⁊ renunciasse iura predicte paterne hereditatis, ⁊ de ea patruos quietasse ratione ꝑsentie eius dotationi, de octuaginta tornaturis sibi facte per patruos eius, ⁊ alijs etiam rationibus, vt late dicitur in consilio Patauini collegij. Quoniam ad hoc multifariam, ⁊ iuridice respondetur per collegium Perusinum, ⁊ inter alia respōsio illa tollit omnem difficultatem, dicendo ꝙ si quo modo diceretur facta predicta remissio, renunciatio, seu inquietatio, nullo modo valuisset in preiudicium domine Cortesie tunc minoris viginti quinque annis sic dictante statuto ciuitatis Rauenne, etenim in eo cauetur inter cetera, ꝙ alienationes, remissiones, ⁊ quietationes feminarum minorum vigintiquinque annis non valeant, sed dolose facte intelligantur, nisi certa solemnitas interuenerit, vt in eo legitur, que solemnitas in hoc casu non dicitur interuenisse, ergo ⁊c. vt late deducitur in consilio Perusinorum.
5 Et † non est dubium statuta in sua ciuitate seruanda esse quando sunt circa ea, quium sunt iuris ciuilis. l. omnes populi. ⁊ ibi Bart. ⁊ alij. ff. de iustit. ⁊ iure. c. ius ciuile. prima distinct. cum concordantibus, vt per Albert. Brun. in tracta. de statut. excludent femi. propter mascu. in primo articulo post principiū.

⁊ per me in consilio xcix. Antonius quondam Francisci. nume. 3. primo volu. ⁊ in simili statuto ita alias dixi in consil. iij. nobilis iuuenis. nu. 22. ij. vol.

¶ Firmanda est itaq; ista conclusio, ꝙ domina Cortesia in petitione paterne hereditatis debet obtinere, prout concludit venerandum Perusinum Collegium, quod etiam aliis quibusdam obiectis respondet, ad quod in hoc me refero cum declaratione tamen, quam statim ponam.

¶ Declaranda tamen est secundo loco dicta conclusio, vt nō procedat respectu bonorum emphyteuticorum, que dominus Petrus reus conuentus possidet, licet aliquando fuerint possessa per dominum Marcum patrem dicte domine Cortesie actricis. Et hoc probatur clarissimo fundamento, nam dominus Petrus ea bona non possidet, vt heres domini Marci, nec vt simplex possessor, sed particulari titulo, videlicet, vt emphyteuta inuestitus per Episcopum Ceruiensem, prout hoc
6 in facto presupponitur, vnde succedit clara regula, † ꝙ petitio hereditatis regulariter non datur, neq; exercetur contra titulo possidentem, vt voluit Iurisconsultus in l. regulariter, prout ponderat glo. fin. in l. pro herede. ff. de petitio. heredi. cum concordantibus, vt per Alexand. in consil. lxxiij. punctus talis est. nume. 1. ⁊ 2. ⁊ in consil. clxxxiiij. viso processu post princip. lib. v. ⁊ Carol. Ruyn. in consil. xxv. circa illud. num. 2. iiij. vol. ⁊ in consi. clx. visis his nu. 5. v. volum. ⁊ ego dixi in consi. lxxv. Illustrissimus dominus Bonifacius. nu. 7. j. volu. ⁊ est glos.
* communis * opinio Docto. in l. hereditatis. C. eod. titu. vbi Bart. ⁊ alij allegant rationem, quia scilicet cum petens hereditatem fundet se tantū in titulo suo, ⁊ possessione defuncti reus, qui etiam habet titulum, ⁊ propriam possessionem de presenti
7 preferri debet, † quia in pari causa potior est conditio possidētis iuxta c. in pari. de regul. iur. lib. vj. vt ibi per Bartol. quod etiam refert, ⁊ sequitur Corn. in consil. lxv. licet presens consultatio. litera R. primo vol. Et in terminis nostris ꝙ petitio hereditatis non detur contra possidentem rem emphyteuticam titulo inuestiture firmat Ruyn. in preallegato consilio clx. nume. 1. v. volum.

¶ Nec quenquam moueat ꝙ predictus titulus inuestiture interuenit post mortem dicti domini Marci, quo dato Bal. in l. fin. in ix. ⁊ xj. opposit. C. de edict. diui adria. tollen. tenet petitionem hereditatis dari posse. Quoniam ex eo conclusio predicta non minus procedit, quicquid dixerit Bald. in d. l. fina.
* etenim communis * opinio est contra Baldum, vt plene demonstrat Alexan. in predictis consiliis lxxiij. nu. 3. ⁊ clxxxiiij. ij. col. in quibus locis opinionem Bal. rationibus, ⁊ authoritatibus conuincit, ⁊ communiter reprobatam ostendit, saltem quando titulus ille non habetur ab eo, contra quem potuisset intentari petitio hereditatis, prout ipse dicit in d. cōsi. clxxxiiij. prout contigit in casu nostro, ex quo inuestitura, ⁊ titulus eius fuit habitus a Reuerendissimo Episcopo Ceruiensi, contra quem petitio hereditatis proponi non poterat, ⁊ ꝙ predicta conclusio procedat etiam habito titulo post mortem defuncti, tenet etiam Ruyn. ⁊ dicit esse communem in preallegatis consiliis xxv. ⁊ clx. vt per eum.

8 ¶ Immo † etiam excluderetur petitio hereditatis si titulus superuenisset post litem inchoatam secundum Bar. in l. cogi. in vltima quest. C. de petit. hered. refert, ⁊ sequitur Alexan. in d. consi. lxxiij. nu. 3. super quo cum plerique contrarium tenuerint (veluti super non necessario) non insisto, nec aliquid firmo ex quo in casu nostro titulus acquisitus fuit ante motam litem, licet ergo dominus Petrus reus conuentus in iudicio petitionis hereditatis patris domine Cortesie possit condemnari ad restituendum quicquid de hereditate dicti domini Marci, seu quod ab illo tempore mortis possidebatur pro herede, vel pro possessore possidebat tamen ea bona, que possidet tanquam emphyteutica titulo predicte inuestiture non tenebitur restituere, etiam ꝙ per dominum Marcum aliquando fuerint possessa per predicta.

¶ Et hoc si recte aduertatur non negat collegium Perusinū prope finem sui consilij in versi. ⁊ ex hoc respondetur quatenus dicitur ⁊c. in fin.

¶ Erit ergo domina Cortesia audienda tantum circa hanc primam petitionem respectu bonorum aliorum, que libera fuerunt domini Marci patris eius, que per reum conuentū pro herede, vel pro possessore tenentur per supradicta.

¶ Putarem tamen tertio loco, ꝙ eo casu socer, ⁊ maxime domine

mine Cortesie tenerentur domino Petro ad omnia, que ipse restituere cogeretur vigore promissionis, & obligationis, quas ipsi promiserunt in instrumento dotis do. Cortesie, ibi etenim
9 de hoc clara sunt verba, † & cum id promiserint, conuenit, vt impleant. l. j. in princip. & l. iurisgentium. §. pretor ait. ff. de pac. & c. j. & c. ij. de pact. cum similibus. poterant enim predicti nō ita promittere, nec ad id aliquo modo compelli poterant, vnde cum placuerit sic promittere, ad promissionis obseruantiā compelli debent, quia contractus ab initio sunt voluntarij ex post facto vero necessarij. l. sicut ab initio. C. de act. & obligat. cum similibus.

¶ Et si dicatur, quod ipsi defendi poterunt quasi contractus ille re ipsa fuerit dolosus dicēdo, quod domina Cortesia fuit enormiter lesa, iuxta ea, que alias dixi in consil. cxxix. Bartholomeus Griffolus. nu. 66. & 67. versi. secūdo principaliter defenditur. j. vol. Respondetur negando aliquem dolū etiam re ipsa, quia vere domina Cortesia non fuit lesa saltem enormiter, & ita in facto mihi presupponitur.

¶ Hec quo ad primam petitionem.

¶ Quantum vero pertinet ad secundam petitionem per eandem Cortesiam propositam circa bona, & hereditatem domini Gregorij eius patrui.

¶ Primo aduertendum est quod circa bona emphyteotica possessa per dominum Petrum reum conuentum, que aliquādo fuerunt possessa per dictum dominum Gregorium. Idem dicendum est, quod dictum fuit supra de similibus bonis circa primam petitionem, nam cum reus conuentus illa possideat ex titulo inuestiture ab episcopo Ceruiensi recepte, & ista secunda petitio sit petitio hereditatis, que contra titulo possidentē non datur, non potest respectu dictorum bonorū exerceri contra dominum Petrum, per ea, que supra dicta fuerunt.

¶ Et si dicatur contra iam dicta, quod etiam Marcus pater, & Gregorius patruus domine Cortesie habebant ius pro sua rata in talibus emphyteuticis bonis, & ideo illis ab intestato decedentibus debent ad eorum heredes, sicut & alia eorum bona peruenire, cum ex forma statuti ab intestato idem disponatur de emphyteuticis bonis, quod de aliis, & ita dicatur, quod domina Cortesia vti eorum heres patris in totum, patrui vero pro rata successerit, vt in eius petitionibus. Responderi potest posito quod Cortesia successerit in aliis bonis, vt illa asserit, (quod tamen quantum ad hereditatem patrui infra negabis.)

¶ Et primo potest teneri, quod quicquid sit in aliis bonis Cortesia respectu bonorum emphyteuticorum, de quibus nunc agimus vti femina non potuit succedere attēto tenore antique inuestiture de talibus bonis facte, dicitur enim in ea, quod ille dominus Petrus Senior recepit pro se, filijs, & nepotibus, que verba cum sint generis masculini non comprehendunt feminas,
10 ex quo sumus in contractibus, † in quibus fit stricta interpretatio contra eum, qui se fundat in verbis contractus. per l. veteribus. ff. de pact. vbi ita tenuit Guid. de Suzar. Doctor antiquus, qui etiam idem tenuit in l. quicunque. C. de ser. fugit. & eum refert, & sequitur Archid. in c. si quis suadente. xvij. q. iiij. & dicit Alex. in consil. cciiij. consideratis. nu. 9. ij. vol. & Corn. in consil. lxxiiij. de duobus. in litera S. j. vol. cum multis concordantibus, vt per Jas. in l. si quis id quod. nu. 23. ff. de iurisdict. omnium iudic. vbi in terminis ita firmat respectu inuestiture emphyteusis, & ita etiam in terminis firmat Alexand. in consil. lxj. super eo, de quo queritur. nu. 2. & 3. j. vol. & in l. sed si hac. §. liberos. in princip. post Jmol. quem allegat ff. de in ius vocan. Corn. in consi. cclxiij. primo aspectu. in princ. j. vol. Quando non esset appositum verbum heredibus, prout isto casu non est. & ita etiam firmat Deci. plures concordantes allegando dicens, quod ita communiter * approbatur in c. in presentia. col. xvij. in versi. prima est, quod in emphyteusi &c. ibi. pro qua assumo fundamentum. extra de probatio. & ita etiam firmat, & multos allegat Gozad. in consil. xx. prima facie videtur dicendum. nu. 1. & 2. & ista opinio videtur tenenda veluti communior, quicquid alias dixerim in consil. ciiij. Angelus de Nobilibus. post principium, vsque ad numerum 8. ij. volum. licet ibi nihil firmauerim.

¶ Et ita tenendo non obstaret statutum, quo cauetur idem ius seruari in successionibus bonorum emphyteuticorum, quod in alijs bonis liberis. Quia responderi potest tale statutum procedere, nisi verba inuestiture iuridice interpretata repugnent,
11 etenim † semper inuestitura, & tenor eius est attendendus, & dicitur derogare omni nature, & regulis emphyteusis, sicut etiam diximus de tenore inuestiture in feudis, vt declarat Barba. in addit. ad Baldum in prelud. feudorum in iiij. diuisio. & Jas. dicit in eiusdem preludiis in iiij. diuisione. & ego dixi in consil. lxxj. nobilis dominus Hieronymus. nu. 2. ij. vol. & in cōs. cix. consideratis his. nu. 13. ij. vol.

¶ Sed si quis de hac prima responsione dubitaret, propter ea, que dixi in d. consil. ciiij. & sic posito, quod alias femina possit succedere. Secundo loco respondetur, quod in presentiarum non agitur quis in dictis bonis succedat predictis Marco, & Gregorio, cum per eos, & alios emphyteusis fuerit deperdita, & redierit ad Ecclesiam Ceruiensem, prout Rome iam iudicatum fuerat.

¶ Et licet a tali sententia fuerit appellatum, tamen virtualiter dicitur talis appellatio fuisse deserta, ex quo isti de Grossis nouam inuestituram, & illis longe grauiorem de talibus bonis receperunt, & magnis expensis dicuntur talem inuestiturā obtinuisse, vt in ea constat. igitur talis noua inuestitura attendenda, vnde cum Petrus reus conuentus talia bona ex predicta inuestitura teneat, & sic possideat ea titulo particulari, & non vt de hereditate predictorum Marci, & Gregorij, sequitur, quod aduersus eum super dictis bonis non potuit proponi per Cortesiam petitio hereditatis, per ea, que supra dicta fuerunt.

¶ Secundo principaliter circa secundam petitionem domine Cortesie aduertendum est, nam licet articulus sit dubius, vtrū scilicet illa successerit pro sua rata in hereditate Gregorij patrui eius stantibus fratribus, & filio fratris premortui dicti Gregorij, ex eo pcipue dubitari potest, quia predicta amplissima collegia in hoc sibi inuicem contradicunt, & quodlibet eorum pulchris, & coloratis fundamentis mouetur, & durum mihi videtur inter predictos patres ita dissentientes verba facere, tamē cum de mea sententia in predicta difficultate requirar, eā proferam sub correctione tamen cuiuslibet rectius sentientis.

¶ Arbitror itaque dominam Cortesiā exclusam fuisse ab hereditate Gregorij patrui, & ita sequor in hoc opinionem venerandi Collegij Patauini, eam enim de iure probabiliorem, & menti statuentium magis consentaneam puto, per ea, que in consilio predicti Collegij deducuntur.

¶ Et magis declarando iuxta animi mei sententiem dico, quod hec conclusio colligitur.

¶ Primo ex omnimoda mente, & ratione statuentium.

¶ Secundo etiam colligitur ex verbis statuti mihi exhibiti illa ad mentem statuentium referendo, & secundum eam intelligēdo, prout fieri debet. c. secundo requiris. extra de appell. cum
12 similibus. † & de hoc in iure est regula infallibilis, vt scilicet verba statuti regulentur a mente, & ratione statuentium, vt dixit Angel. in consilio ccxcvj. in volumine statutorum. j. colum. cum concordantibus, vt dixi in consilio xxj. in nouissimo statuto. num. 4. j. vol.

¶ Et primum sic demonstratur, nam exploratissimum est apud Jurisconsultos statuentes in predicto statuto sicut, & in aliis similibus feminas excludentibus propter masculos eam mentem habuisse, vt scilicet bona in agnatione conseruarentur, & sic dicitur tale statutum editum fauore agnationis in diuitiis, & dignitate conseruanda, publica quadam vtilitate in eo considerata, & in hoc stat vera ratio statuti huiusmodi, & similium, vt plene ego scripsi in consil. j. factum tale proponitur nobilis Jacobus nu. 38. vsque ad num. 45. j. vol. & vltra ibi dicta multa etiam ad propositum dicit, & plures alios allegat Alber. Brun. in suo solemni tract. de statu. exclud. femin. propter mascul. in iij. artic. concludens secundum communem opinionem, quod ista est vera finalis, & vnica ratio similium statutorum, & quod habetur perinde ac si a statuentibus fuisset expressa, vt per eum, qui etiam subdit quod a tali ratione argui potest, allegans ad hoc plures Docto.
* ita vt de hoc sit communis opinio * (licet aliqui aliter tenuerint) vt per illum ibi in iij. & iiij. colum. ad quem me refero, & alias dixi in consil. clxvij. dominus Bernardinus. nume. 21. ij. vol. & alibi sepe.

13 ¶ Et fundamentum est, † quia talia statuta secundum magis
* communem * opinionem censentur indistincte fauorabilia, vt late ostendit idem Brunus in eod. tract. in quarto articulo tertia col. versi. sed verior, & magis cōis opinio, vbi post quamplurimos Doctores per eum allegatos ita firmat, & probat ratione concludenti: Semper enim ratio finalis, & principalis intētio disponentis attenditur per iura vulgaria, sed motus principalis

lis, ⁊ finalis ratio statuentium fuit fauere agnationi, vt dictum fuit, ergo illud debet attendi, ⁊ licet ex eo resultet odium feminaruz, tamen dispositio statuti debet dici fauorabilis inspecto eo quod principaliter intendunt facere statuentes, iuxta l. qui exceptionem. ⁊ ibi tradunt Doct. maxime Bar. ⁊ Jas. ff. de cōdic. indeb. prout hoc plene declarat etiā alia allegando. Brun. in loco predicto vsq; in fin. iiij. articuli.

¶ Istis sic stantibus (prout vera sunt, ⁊ magis cōmuniter recepta) inferendum est in proposito, ꝙ cum statuentes ratione predicta excluserint filiam a successione patris stantibus filiis masculis defuncti, ⁊ etiam sororem a successione fratris stantibus fratribus defuncti, vel filiis fratrum, vt clare legitur in statuto fortius eadem ratione considerata voluerunt excludere filiam fratris a successione patrui propter fratres, ⁊ fratrum filios, vt sic in eis conseruetur agnatio.

14 ¶ Et dico fortius, † quoniam si excluditur soror a successione fratris, que ei est in secundo gradu. §. secundo gradu. in l. Jurisconsultus. ff. de gradib. cum similibus. ⁊ hoc etiaz propter filium fratris, qui est in remotiori gradu. §. tertio gradu. Instit. de gradib. fortius debet excludi filia fratris existens in tertio gradu, ⁊ maxime propter fratrem defuncto proximiorē quia de quo minus videtur inesse, ⁊ inest, ergo, ⁊ de quo magis. authen. multomagis. C. de episcop. ⁊ cleric. cum similib. Minor enim est ratio excludendi proximiorez propter remotiorem, q̃ per contrarium, vt de se notum est.

¶ Ad quod bene facit regula illa, qua dicitur non esse tollerādum plus iuris concedi remotiori, q̃ proximiori, de qua in l. si viua matre. C. de bon. matern. Dispositio itaq; statuti nostri esto, ꝙ solum loquatur de sorore a maioritate rationis arguendo procedet etiam in filia fratris cum in ea concurrat eadem qualitas feminei sexus, propter quaz femine excluduntur per masculos fauore conseruande agnationis, vt dictum fuit, ⁊ vltra etiam sit in remotiori gradu, vt iam dictum est, ⁊ non dicam hoc fieri per viam extensionis, sed quia ob maioritatez rationis dicitur talis casus omnino inclusus, seu comprehensus in dispositione, nam si id est, quando sit eadem ratio secundum Doctores (vt voluit Bald. in l. de quibus. ff. de legib. ⁊ in l. si quis seruo. C. de furt. ⁊ videtur tex. in l. his solis. C. de reuocan. dona. tradit glo. in verbo, Italie. in c. j. de tempo. ordin. lib. vj. cum concordantibus, vt per Deci. in consil. xv. ⁊ ꝑ tenui. iij. col. vnde vbi mēs, ⁊ omnimoda ratio. ⁊ in ꝯs. ccxxvij. in casu ad me transmisso. nu. 8. ⁊ per Parisi. in consilio xxij. licet circa presentem articulum. nu. 51. ij. vol. Et pro quo ego soleo allegare optimum text. in l. fin. ff. de cloac. ibi quia eadez vtilitas sit. etiam quod ratio non sit scripta, sed vnica tantum possit allegari, vt per Alex. in consi. lxxxix. circa primuz dubiū. nu. 17. lib. vj.) fortius debet dici quādo ratio sit maior, prout est in casu nostro, vt dictum est.

¶ Arguendo igitur a maioritate rationis dici debet exclusionem filie fratris ab hereditate patrui propter defuncti fratres, ⁊ eorum filios esse comprehensam, ⁊ inclusam in exclusione sororis ab hereditate proprij fratris propter fratres superstites, ⁊ eoruz filios, ⁊ profecto quanto magis istud considero, tanto magis videtur ꝙ illud omnino voluerint statuentes.

15 ¶ Nec obstat, quod dici solet † exclusa vna persona non videri exclusam aliaz arg. l. si vero. §. de viro. ⁊ ibi tradunt Doct. ff. solu. matri. cum concordantibus, qui adduci possent. Quoniam responderi potest, ꝙ illud potest intelligi quando esset opus extensione, secus quando persona, de qua agitur, dicitur inclusa in exclusione alterius propter omnimodam identitatem rationis, vel saltem (si quis id neget) propter maioritatem rationis, prout ista maioritas consideratur in casu nostro per predicta, ex maioritate enim rationis videtur in iure valere argumentum etiam in statutis exclusiuis feminarum, quia maior ratio minorem includit, vt voluit Bald. in l. quod vero contra. in versi. sed pone ꝙ statutum ff. de legib. concludens, ꝙ statutum excludens materteram propter maioritatez rationis, dicitur etiam materteraz magnā excludere, vt per eum.

¶ Quin etiam in simili ob maioritatē rationis in l. affinitatis. in versi. pone statutum dictat. C. communia de success. conclu-
16 dit, † ꝙ statutum cogens consanguineos, ⁊ affines ad cōpromittendum comprehendit etiam viruz, ⁊ vxorem, licet inter se non sint consanguinei, neq; affines, vt per eum.

¶ Et ꝙ in similibus statutis arguatur a maioritate rationis firmat etiaz Deci. in consil. cccxxxiij. licet propositi mei. iij. col. versi. secundo ista conclusio. concludens ex hoc ꝙ si mater excluditur per filium fratris fortius debet excludi per auum paternum, licet de eo statutum non loquatur, vt ibi per eum, ⁊ pro hac conclusione plures alie authoritates adducuntur per venerandum Collegium Patauinum in eius consilio, ad qđ me refero.

17 ¶ Comprobatur nam † si statutuz excludat sororem propter fratrem fortius excludet neptem ex predefuncto filio propter patruum, licet de eis in statuto nulla fiat mentio quicquid dixerit Bal. in contrarium in l. venia. C. de in ius vocan. ad fin.
* naz eius opinio ibi, ⁊ alibi per Doctores magis cōmuniter * reprobatur, vt plene ego dixi multos allegando in cōsi. clxviij. Magnificus Comes. nu. 45. ij. vol. ⁊ ad ibi dicta me refero, addendo ibi dictis Ruy. in consil. cxl. visa facti narratione. nume. 16. iij. vol. ⁊ si bene aduertatur hoc voluit Alex. in consil. xxxvj. viso themate. in ij. dubio. lib. vj. vult enim ibi ꝙ stante tali statuto nepos ex predefuncto filio excludet neptem ex alio filio predefuncto, ⁊ sic eius sororem patruelem attenta ratione statuti, que fuit fauor conseruande agnationis, vt per eum fortius, ergo vellet Alex. ꝙ illa neptis excluderetur per filium defuncti patruum eius, licet de eo nullum sit verbum in statuto, ⁊ hoc puto indubitatum, quod vbi interne consideretur plurimuz seruit conclusioni supra posite.

¶ Que etiam comprobatur, nam cui conceditur quod maius est, fortius dicitur concedi, quod est minus. l. non debet. ff. de regul. iur. ⁊ regula. cui licet. eod. tit. lib. vj. ⁊ id est propter ma-
18 ioritatem rationis, vnde † si noua lege concedatur quid maius passiua quadam interpretatione vigore dicte regule dicitur cōcessum etiam quod est minus, vt signanter docet Jmol. in l. si vero. §. de viro. mihi in vj. col. versi. in aliis vero casibus conclude. ff. sol. matr. Sed sic est in proposito, ꝙ fratribus domini Gregorij, ac etiaz filio fratris predefuncti conceditur per statutum excludere sororem defuncti ipsi proximiorem, quod est quid maius, ergo etiā concedi, vt excludant filiaz fratris, quod est quid minus, cum sit in remotiori gradu.

19 ¶ Accedat predictis, quia † semper statuta debēt sic interpretari ne a sapientibus reprehendantur. l. Saluius Aristo. ⁊ ibi not. Doct. ff. de legat. prestan. quem text. ad hoc sepe allegat Bald. ⁊ inter cetera in consil. lxxxix. per statutum prohibetur appellatio. iiij. vol. ita etiam dixit Socin. meus in consil. lxiij. in causa vertente. v. col. versicu. ⁊ pro certo in hoc potuissent. j. vol. ⁊ Corn. in consil. xliiij. deueniendo ad primuz. iiij. volu. ⁊ dixi in consil. xv. duplex inspectio. nu. 9. j. vol. sed si statuētes voluissent excludere sororem proximiorē etiā propter filiuz fratris remotiorē, ⁊ non filiaz fratris remotiorez etiā propter fratres proximiores iniquitatez contineret, ⁊ merito a sapiētibus reprehendi possent ⁊c.

20 ¶ Demum predicta conclusio confirmatur, † quia statuta semper sic debent interpretari ne ex eis sequatur inconueniens aliquod, seu absurduz secundum Bar. in l. omnes populi. in vj. quest. princip. versicu. iuxta premissa quero. ff. de iustit. ⁊ iur. ⁊ tradit Bal. per illum tex. in l. ex facto. in princ. ff. de vulgar. ⁊ pupil. ⁊ tradit Jas. in l. diuortio. in princ. in v. notab. ff. solu. matrimo. cum concordantibus, vt per Alexan. in consil. lxxx. viso, ⁊ opportune animaduerso. vj. colum. lib. j. ⁊ dixi in consil. ix. circa presentem consultationem. nu. 7. ⁊ in d. consil. xv. num. 7. j. volu. Sed si statutum, de quo agitur non excluderet filiam fratris in occurrenti casu maximum sequeretur absurdum, ⁊ inconueniens, ergo ⁊c.

¶ Id autem ostenditur primo, quia, vt dictuz est, esset absurduz, ⁊ iniquum, ꝙ exclusa sorore proximiore non excludatur, etiam filia fratris remotior, vt est ista domina Cortesia, vt supra dictum est.

¶ Secundo absurdum demonstratur ponendo, ꝙ alicui defuncto superstit soror, frater, ⁊ filia fratris predefuncti, naz si aliter, q̃ supra dixerim statutum interpretaremur soror excluderetur propter fratrem, sed non filia fratris predefuncti, quia vna cuz fratre vocaretur, licet sit in gradu remotiori, quod ipsi sorori durissimuz esset videre, scilicet feminam se remotiorem vocari, ⁊ se excludi, ⁊ sic remotiorem esse melioris conditionis proximiori, quod etiaz repugnaret. l. si viua matre. C. de bon. mater. cum similib. Quare ne sequatur ista absurditas, ⁊ istud inconueniens, vt scilicet remotior plus iuris habeat, q̃ proximior interpretari debemus, ꝙ intentio statuentium fuit ita excludere filiam fratris, sicut sororem, secundum ꝙ supra dictuz fuit,

fuit, licet de tali filia fratris statutum non loquatur, ea enim ratione licitum est recedere ab illa regula, q statuta excludentia vnam personam non dicuntur aliam excludere, sicut in simili
21 per eandem ratioñe recedimus ab illa regula, q †positi in conditione non dicantur vocati, de qua per glo. Bar. ⁊ alios in l. Lucius. la ij. ff. de here. instit. naz dicta regula (esto q sit vera) non procedit si ex ea sequeretur, q remotior plus iuris haberet quam proximior, vt signanter arguit, ⁊ concludit Carol. Ruyn. in consil. xcix. super his de quibus queritur. nume. 14. ⁊ 15. j. volum.

¶ Et stante hoc in proposito q mens statuentiuz fuerit vt supra, sequitur (ad predictoruz corroborationem) q si statuẽtes de hoc casu fuissent interrogati absq dubio respondissent filiã fratris esse excludendam, sicuti etiam soror excluditur, cum in ea sit maior ratio excludendi, ⁊ consequenter maior intentio
22 statuentium ad excludenduz, vnde † ita ⁊ nos debemus interpretari iuxta glo. illam notab. in l. tale pactuz. §. fin. ff. de pact. * quaz Doct. ibi, ⁊ alibi communiter * sequuntur, ⁊ ego proprie loquens in statutis ita firmando plurimos concordantes adduxi in preallег. ꝯsil. j. nu. 127. j. vol. ⁊ quia ibi videri possunt aliter (gratia breuitatis) non referam.

¶ Sic itaq ex predictis remanet firma conclusio dominam Cortesiam ab hereditate domini Gregorij patrui ex intentione statuentium fuisse exclusam, quicquid in contrariuz conclu serit venerandum Collegium Perusinum, cui in hoc (cum reuerentia tamen, ⁊ ad correctionem cuiusq melius sentientis) non assentio.

¶ Nec obstat q statutum sit exorbitans, ⁊ correctorium iuris communis, ⁊ propterea non debet habere locuz in filia fratris cum de ea non loquatur, sed de sorore per allegata per dictum Collegium, in quo stat totum eius fundamentuz deducendo ad hoc tres singulares decisiones, vt in consilio predicti Collegij apparet.

¶ Quoniam respondetur, sicut etiam supra dictum fuit, q allegata in contrarium procederent, quando procederetur per viam extensionis, secus si dicatur casus inclusus, sed isto casu domina Cortesia vti filia fratris dicitur inclusa per identitatem rationis, vel saltem propter maioritatẽ, vt supra ostensum fuit, ⁊ ita mihi videtur de iure verius, ⁊ menti statuentium omnino consonum, tametsi aliqui quandoq contrariũ dixerint.

¶ Nec obstant tres decisiones per Collegium Perusinum adducte.

¶ Nam ad primam de qua per Ang. in consi. ccx. statutuz supra dictum. ⁊ per alios relatos per Corn. in cõsi. cclxxi. de hac
23 cõsultatione. litera V. iiij. vol. ⁊ alibi sepe. que habet † q statutum excludens matrem propter patruum non dicitur excludere sororem defuncti, quod etiam firmat Deci. in cõsi. lxxi. in casu ad me trãsmisso. iij. col. Respõdetur (posito q talis decisio sit vera) q illud est, quia soror dr̃ agnata, vt est notũ, ⁊ licet vno respectu, scilicet iuris cõmunis videaĩ maior ratio excludendi sororem, q̃ matrem propter legitimam, que matri debetur, ⁊ quia est in primo gradu, soror vero de iure ciuili est in secũdo, ⁊ sibi legitima nõ debetur, tamen respectu statuti maior ratio videtur excludendi matrem cum illa non sit agnata sicut soror ⁊ in statuto illo fuit habita ratio agnationis, sicut hodie habetur fere in omnibus statutis Italie excludentibus matrem, vt supra dictum fuit, nimiruz ergo si in casu illo de exclusione matris non infertur ad exclusionem sororis, ⁊ ita in terminis predicti statuti inter cetera declarat Corn. in consil. lxxxij. licet in hac consultatione. litera N. iiij. volu.

24 ¶ Ad secundam vero decisionem allegatam videlicet, q† statutum Perusinum excludens auunculum propter patruos, ⁊ eorum filios non dicitur excludere materteram, licet videaĩ eadez ratio excludendi, prout consuluerunt aliqui Doct. Perusini, ⁊ Senenses, vt refert Corn. in d. consi. lxxxij. litera M. ⁊ in d. cõsi. cclxxi. litera L. ⁊ etiam in cons. cxvj. difficultas principalis. in litera R. ij. vol. respondetur.

¶ Primo q licet illorum consulentiuz sit magna authoritas, ego tamen eorum decisioni non subscriberẽ, quia absq dubio mihi videtur, q sit contra mentem, ⁊ rationẽ statuentium, naz qua ratione excluserunt auunculum, eadem, ⁊ forte maiori excludere intellexerunt materteram, cum enim ambo sint cognati, ⁊ in eodem gradu si statutum excludat auunculum, qui est masculus, fortiori ratione censetur excludere materteram cum sit femina per ea que dicta fuerunt.

¶ Vel secundo (posito q illa decisio procedat absq veritatis preiudicio) respondetur q de ea ad casum nostrum non debet argui, naz in eo casu auunculus, ⁊ matertera erant defuncto in eodem gradu, sed in casu isto filia fratris est remotior sorore, in quo supra est factum precipuum fundamentum, ⁊ fundatum argumentum a maioritate rationis, merito ergo data casus, ⁊ rationis diuersitate non potest fieri fundamentum in predicta
25 decisione, † cum ex diuersis non bene inferatur. l. fin. ff. de calum. ⁊ l. inter stipulantem. §. sacram. vers. sed hec dissimilia. ff. de verb. oblig. cum similibus.

¶ Nec ẽt obstat tertia decisio per Collegiũ Perusinũ allegata. s. Corn. in p̃alleg. ꝯsi. lxxxij. que vr̃ quasi in terminis, nam, ⁊ ibi agiĩ de filia fratris, concludiĩ. n. ibi vt in consilio Collegij
26 Perusini referĩ, q † statutũ excludens matrem, ⁊ alios cognatos extantibus agnatis, non excludit filiã fratris si superuiuens agnatus sit in remotiori gradu, tametsi eo etiã casu vigeat ratio conseruande agnationis: dico enim q ad hanc decisionem (posito q sit vera) in effectu respondetur vt ad primam, nam cum statutum solum excludat matrem, ⁊ ceteros cognatos nõ potest in capite exclusiuo complecti filiam fratris, quia illa dicitur agnata, ⁊ ideo inspecta mente statuti dicitur minor ratio excludendi eam q̃ matrem, ⁊ alios cognatos secunduz Corn. in d. consil. lxxxij. litera N. ⁊ supra dixi.

¶ Et si dicatur, q contra hanc responsionez facit, quia immo per filiam fratris, nec etiam per sororem (de qua in prima deci
27 sione) potest conseruari dignitas familie, † cum femina sit finis sue familie. l. pronunciatio. in fin. ff. de verb. signif. nam qui ex ea nascuntur, non eius, sed patris eorum familiam sequuntur, vt l. familie. in fin. eo. tit. Respondetur, q bene veruz est, q per eam, seu ea mediante non potest agnatio perpetuari ratione predicta, sed tamen etiam femina agnata dum viuit dicitur cõseruare nomen familie secundum Alex. in consil. lv. ponderatis his, que in themate narrantur. nu. 7. lib. iij. ⁊ Jas. in consil. cxlij. venerabilis quondam. vj. colum. versic. sexto fallit. ij. vol. cum concord. vt dixi in ꝯs. clviij. Jllustr. do. Andreas. nu. 43. in fin. ⁊ 44. ij. vol. ⁊ vltra ibi allegatos, ita signanter dixit Carol. Ruy. in consi. xxij. visis statutis. nu. 8. iij. vol. inquit enim q saltem ipsa viuente dicitur consultum agnationi.

¶ Sed restant duo scrupuli.

¶ Primus est, quia videtur posse negari, q in statuto nostro fuerit considerata ratio conseruande agnationis, ex quo etiaz
28 loquitur de hereditate sororis, a † qua soror excluditur propter fratres iuxta tradita per Paulum de Castr. in consil. xcj. presupposito q dictum statutum. in fin. lib. ij. in nouis, ⁊ in antiquis est. num. 339.

¶ Secundus est, quia sorori videtur tolerabilius, vt excludatur per fratres, ⁊ eorum descendentes ab hereditate fratris, ⁊ que fuit patris eius, quia conseruant agnationem illam in specie, in qua ipse erat. s. sui patris, ⁊ sunt persone sibi multum proxime, ⁊ valde dilecte, quam sint filie fratris, q excludatur a patruo sibi non ita proximo, seu ab ea non ita dilecto ab hereditate alterius patrui sibi non ita proximi, ⁊ consequenter videtur q sit minor ratio excludendi filiam fratris, q̃ sororem, ex quo ruunt omnia predicta cum in eo fundentur, quia videbaĩ maior ratio excludendi filiam fratris vti remotiorem, secundum quod supra dictum est, prout ista duo considerantur per predictum venerandum Collegium Perusinuz in eius consilio p firmitate sue opinionis.

¶ Uerum tuendo iaz dicta ad vtrunq respondetur, vt infra, ⁊ certe parum, aut nihil faciunt, nam ad primum dico, q posset argumentuz procedere, quando statutum disponeret de hereditate matris, aut alterius mulieris illis deferenda, qui non essent de agnatione illius, ⁊ ita proprie loquitur Paul. de Castro in preallegato consilio xcj. ⁊ ratio tunc est, quia qui est alterius agnationis non potest agnationem defuncti conseruare, vt de se notum est, sed in casu nostro statutum loquitur de hereditate sororis deferenda fratribus, aut eorum filiis, qui sunt eiusdem agnationis cum ipsa sorore, merito ergo talem agnationem conseruant, ergo ⁊c.

¶ Preterea etiam in casu Pauli de Castr. potest dici factum statutum fauore agnationis conseruande. s. filiorum defuncte mulieris, prout ipse Pau. de Cast. in discursu dicti consilij declarat, ad quem me remitto.

¶ Posset ⁊ tertio dici, q argumentũ procederet in casu, quo disputaretur de hereditate mulieris, sed in casu isto agitur de

hereditate patrui, circa quam non est dubium, ꝙ procedit ratio conseruande agnationis.

¶ Ad secundum vero respondetur, ꝙ nihil est, quia statuẽtes in sua dispositione non attenderunt presumptam voluntatem persone excluse, sed tantum conseruationem familiarũ, ex qua publica quedam vtilitas oritur secundum ea, que supra dicta sunt, & ideo vocarunt fratres, & filios fratrum, per quos conseruatur, & perpetuari potest nomen familie, & excluserunt sorores, & consequenter etiam filias premortuorum fratrum, vti remotiores, & in quibus consideratur maior ratio excludendi, vt supra fuit ostensum.

¶ Preterea consideratio illa ꝙ soror, seu mulier magis contentabitur, & equiori animo feret excludi per fratrem &c. non videtur in se admittenda, quia immo solet dici contrarium, iuxta illud, fratrum quoqꝫ gratia rara. & facit l. cum oportet. post principium ibi, vel ad fratres quod etiaꝫ grauius multis esse videtur. & in §. fin aũt res, in fin. ibi, maxime inter fratres. C. de bonis que liber.

¶ Nec dicatur, quod ibi loquitur de fratribus, non esse de sororibus, quia non est dubium, quod ibi sub nomine fratrum continentur etiam sorores sicuti etiam fit in l. tres fratres. ff. de pactis, cum similibus.

¶ Sic itaqꝫ ex predictis remanet firmata, & defensata conclusio, ꝙ in occurrenti casu domina Cortesia dicitur exclusa ab hereditate domini Gregorij eius patrui propter existentiam fratruꝫ dicti Gregorij, & filij alterius fratris predefuncti ex omnimoda mente, sententia, & intentione statuentiũ, & consequenter aperte potest dici, ꝙ predictum statutũ exclusa. l. nominis, & rei. §. verbum ex legibus. & ibi Doct. maxime Moder. ff. de verb. signifi. & sic primum, & principale fundamentum fit expeditum, quod solum sufficeret in proposito per predicta, nec esset vlterius laborandum.

¶ Uerum ex abundanti dico etiam secundum fundamentum probari, videlicet ꝙ talis exclusio colligitur etiam ex verbis statuti, de quo agitur recte, & ad mentem statuentium relatis, & intellectis, nam eiusmodi statutuꝫ habet duo capita, scilicet inclusiuum fratrum, & filiorum fratris, & exclusiuum scilicet sororis, & descendentium ex ea, posito ergo ꝙ filia fratris, & sic ista domina Cortesia non diceretur exclusa vigore capitis exclusiui cum in eo solum fiat exclusio sororis, & suorum descenden-
29 tium, tamen dicitur exclusa vigore capitis inclusiui, † nam cuꝫ statutum in eo capite vocet tantum fratres, & filios masculos predefuncti fratris omnes alios excludit, & sic dicitur etiaꝫ filiã fratris excludere cum inclusio vnius sit exclusio alterius. l. cuꝫ pretor. in princ. ff. de iudic. & c. nonne. de presumpt. cum similibus, & ita signanter declarat Bald. in d. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matrimo. & fuit in effectu dictum Barto. in l. ij. §. vidẽdum. ff. ad Tertyl. idem dixit Bald. in l. quod vero contra. versic. sed quid si verba appellatiua. ff. de legib. & in l. maximuꝫ vitium. j. colum. C. de liber. preterit. & in l. si quis filium. colũ. fin. versic. quero retento statuto. C. de inofficio. testamen. & ita signanter arguit, & in hoc sequitur tale argumentum Corn. in consilio lxxxiiij. in hac consultatione. litera C. iiij. volu. & alibi sepe in suis consiliis, sic etiam arguit Deci. in preallegato consilio lxxj. ij. colum. & simili modo arguit etiam Aret. in consilio clix. viso puncto ad me transmisso. ij. colum. versic. preterea statutum nostrum, & ita etiam arguit Ruyn. in consil. xxviij.
30 viso statuto, num. 2. iij. volu. dicens, † ꝙ stante statuto, quod agnati vsqꝫ ad quartum gradum succedant, & preferantur filiabus, & aliis feminis, dicentur exclusi etiam cognati masculi ex vi capitis inclusiui agnatorum, licet non comprehendantur in capite exclusiuo, vt per eum. & licet ibidem postea nume. 12. videatur tenere, ꝙ immo in casu suo ius cognationis dicitur considerabile, tamen loquitur respectu illius persone, que etiã erat agnata, vt est frater vtrinqꝫ coniunctus, concludit enim ibi, ꝙ ratione cognationis iuncte cum agnatione talis frater prefertur fratri consanguineo tantum, seu ex parte patris tantum, verum si quis solum esset cognatus remaneret exclusus per argumentum predictuꝫ, vt per eum, quo argumento etiaꝫ in effectu vtitur Curt. Jun. in consil. v. videretur prima consideratione. sub nu. 15. versic. preterea ex alio, dum concludit ꝙ in statuto, quo dicitur, ꝙ succedant consanguinei dicuntur exclusi non consanguinei argumento, de quo supra, videlicet, ꝙ inclusio vnius est exclusio alterius, vt per eum.

¶ Et licet Corn. in preallegatis consiliis lxxxij. & cclxxj. iiij. volum. videatur dicere, ꝙ eiusmodi argumentum procedit soluꝫ respectu personarum ex vi capitis exclusiui exclusarum, & sic solum respectu personarum, que mediante persona expresse exclusa veniebant, & per eam solum coniungebantur, non autem censentur excluse persone, que venirent ex propria persona, vt per eum, & sic in casu nostro videretur dicendum, quod caput inclusiuum fratrum, & filiorum masculorum predefunctorum fratrum non dicitur importare exclusionem, nisi sororum, & ab eis descendentiũ. Tamen iudicio meo hoc dici non potest, & est omnino contra mentem Bart. Baldi, & aliorum in locis supra allegatis, volunt enim maxime Bald. in d. §. de viro. ꝙ ex vi capitis inclusiui persona aliqua dicitur exclusa per regulam illam, ꝙ inclusio vnius est exclusio alterius, etiam, ꝙ in capite exclusiuo talis persona non videretur comprehensa. Et si predicta declaratio Corn. seu restrictio doctrine Baldi, Bart. & aliorum esset vera, talis doctrina redderetur omnino inutilis, quia tunc cum persona illa iam esset exclusa ex vi capitis exclusiui non esset opus considerare vim capitis inclusiui, & sic predicta doctrina destrueretur, quod dici non debet cum
* illa sit per Doctores communiter * recepta, vt ex predictis cõstat. Et inuenio ꝙ predictam restrictionem reprobat (doctrinam preallegatam Bar. Bald. & aliorum sequendo) Carolus Ruyn. in consil. ccv. circa casum, de quo queritur. num. 4. & 5. ij. volu. declarando tamen secundum Aretin. in consil. clix. supra allegato. mihi colum. vj. in versic. nec obstat ratio allegata per Petrum, videlicet ꝙ per inclusionem vocatorum censentur excluse omnes persone, que sunt eiusdem speciei, vel quali-
31 tatis, cum personis expresse exclusis, puta † ex aliquo statuto agnati vocantur exclusa matre vti cognata, nam eo casu inclusio agnatorum importat exclusionem omnium cognatorum, etiaꝫ ꝙ ex persona matris non venirent, quia in hoc dicuntur eiusdem qualitatis, & speciei cum matre, quia scilicet sunt cognati, & ita dicunt Aret. & Ruyn. in locis predictis debere intelligi, & declarari doctrinam Barto. in d. l. ij. §. videndum. ff. ad Tertyl. & ideo Ruyn. in d. consil. ccv. num. 5. concludit in casu suo, ꝙ cum vocentur masculi, & excludatur filia vti femina per caput inclusiuum masculorum censentur excluse omnes femine etiam ꝙ sint agnate, quia dicuntur eiusdeꝫ speciei, & qualitatis cum filia exclusa, nam & ipsa erat agnata, vt per eum, per quem in terminis videtur decidi casus noster, nam in statuto nostro vocantur fratres, & fratrum filij masculi, & excluditur soror ratione sexus feminei, licet sit agnata, vnde sequitur ꝙ ex vi capitis inclusiui debet dici exclusa ista domina Cortesia filia fratris, licet agnata, cum sit eiusdem speciei, & qualitatis cum ipsa sorore, quia scilicet sicut illa dicitur agnata femina, & vltra etiam est in remotiori gradu, prout dictum fuit supra, & consequenter sequitur predicte Cortesie exclusionem colligi ex verbis statuti intellecti, & declarati ad mentem statuentium secundum predicta. Et sic etiam secundum fundamentum ad ipsius exclusionem iuridice esse probatum ex abundanti tamẽ vt predixi. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1550. 25. Januarij.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XI.

¶ De priuilegio apostolico quando dicatur subreptitium, vel vitietur?

¶ De pena ꝙ ab ea quis excusetur ex consuetudine etiam praua, & irrationabili?

¶ Si Hebrei possunt certas vsuras exigere cuꝫ pignore, & maiores sine pignore sub certa pena, si contrafecerint vtrũ credendo sub hypotheca bonorum immobilium, & pacto precarij, & maiores vsuras recipiendo incidant in penam?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Priuilegium non potest dici surreptitium si quid tacetur quod sit uel exprimitur quod non sit, quo tamen dicto uel tacito concedens eodem modo concessisset, & tam faciliter ut concessit.*
2 *Interpretatio semper fieri debet ut salua sit ratio recti sermonis.*
3 *Rescriptum apostolicum per falsam grammaticam solet uitiari.*
4 *Lex abolita & correcta non potest allegari.*
5 *Nouissima derogant prioribus.*
6 *Consuetudo etiam praua iniqua & irrationabilis excusat a pena.*

Verbum

7 *Verbum, pignus, etiam quoad effectum uerificatur in hypotheca, quia inter pignus, & hypothecam sola nominis differentia uidetur dari.*
8 *Pignus dicitur quod pugno capiatur.*
9 *Verba sunt intelligenda secundum qualitatem personæ, ad quam referuntur.*
10 *Delictum non dicitur nisi sit uoluntarium.*

CONSILIVM XI.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Viso consilio Excellentissimi primi consultoris edito pro absolutione illorum Hebreorum, qui fenus exercent in castro Thaufignani, & ibi more Hebreorum banchuz tenent, ac etiam subscriptione clarissimi subscribentis, matureq; omnibus consideratis, & presuppositis in facto veris his omnibus, que in dicto consilio presupponuntur de simplici subscriptione requisitus absq; dubitatione puto Hebreos predictos omnino esse absoluendos per ea, que copiose, & docte per dominum consultorem dicta sunt, habent enim fundatam intentionem in priuilegio eis concesso de anno 1548. quo ipsi vsi fuerunt, & secundum illud banchum tenuerunt, & fenerati sunt, & animaduerto, q tria contra eos allegantur, in quorum tamen nullo ipsi peccasse dicuntur, nec in aliquo contra ipsos potest fieri fundamentum, ita vt condemnari possint, prout pretenditur.

¶ Primum est, q sine iuridica licentia fenus exercuerunt in castro predicto, & priuilegiuz, quod a Reuerendissimo Camerario obtinuerũt, redarguitur de subreptione, vel obreptione ex pluribus, que omnia discurrit, iuridiceq; resoluit excellen-
1 tissimus cõsulens, ad quẽ me refero: † qñ enim quid tacetur quod sit, vel exprimitur, quod non sit, quo tamen dicto, vel tacito concedens eodem modo concessisset, & tã faciliter vti concessit, non potest dici priuilegium subreptitium, ita vt vitietur, vt tradunt Bart. & alij in l. prescriptione. C. si contra ius, vel vtil. pub. & Abb. & alij in c. super literis. de rescrip. cũ concord. vt per dominum consulentem, & alias dixi in consi. lxxvij. cum vigeret bellum. num. 85. j. vol.

¶ Et presertim si quid taceatur, vel exprimatur per ignorantiam, vt tradit Ruyn. post Abb. quem allegat in consil. clxiij. sicut alias dixi. nu. 19. v. vol.

¶ Et quod opponitur istis Hebreis, q debebant omnes insimul habitare, vt sonãt illa verba in priuilegio, insimul habitaũ. optime resoluitur per do. cõsulentẽ, ẽt q verba illa ita stare deberent, vt per eũ, & mihi plurimũ placet, qd ipse de priuilegio dicit, q corrupte sic legitur, sed legi debet insimul bãchũ vnum dũtaxat &c; put sequitur, ex multis per do. consulentez deductis, & ingeniose, non minus, q iuridice consideratis, vt per euz. & vbi litera non sic emendetur in verbis illis, & sequentibus, non saluaretur rectus sermo, quod tollerandum nõ est,
2 q † semper debet quid interpretari, vt salua sit ratio recti sermonis. l. Plautius. & ibi tradunt Doct. ff. de aur. & arg. leg. &
3 maxime ne vitietur rescriptũ apostolicũ, quod † per falsaz grãmaticam solet vitiari, vt plene tradunt. Canonist. & post alios Fely. in c. ad audientiam. el j. de rescript. in prin. & Deci. in l. si librarius. j. col. ff. de reg. iur. vbi etiam dicit q in dubio debet fieri interpretatio ne sit falsa grammatica.

¶ Secunduz est, quod ipsi Hebrei contrauenerunt proclamati facto de anno 1544. suscipiẽdo maiores vsuras, q in eo permittatur, sed ad hoc responsum fuit, & multipliciter per do. cõsulentem, & satis aperta est illa responsio, q predicti Hebrei p literas Reuerendissimi Camerarij, & Sanctissimi Pape fuerunt restituti in pristinũ ius, qd habebãt ex capitulis per prius illis ↄcessis, in quibus ille grauiores vsure eis permittebantur, & expresse fuit dictũ, nõ obstãte asserto proclamate &c. nõ ergo in dicto proclamate potest fieri fundamẽtũ contra dictos He-
4 breos strazarolos, sicut dicimus, quod † lex abolita, & correcta non põt allegari, vt inquit Bal. in l. fin. in j. oppo. C. de edict. di. Adr. & est tex. in l. j. §. hunc igitur. C. de Justi. Cod. confir. & tradit in d. l. si. sub nu. 22. in vers. in glo. in verb. quiescente.

¶ Preterea cum priuilegium dictis Hebreis concessuz sit de anno 1548. & sic post dictum proclama dicitur illi derogasse,
5 quia † nouissima derogant prioribus. l. pacta nouissima. C. de pact. & ibi Docto. & l. si mihi, & tibi. §. in legatis. ff. de legat. j. cum similibus.

¶ Et demuz circa hoc plana etiam responsio, quod dicti Hebrei non debent quoquo modo puniri ex receptione maioruz vsurarum, quam in dicto proclamate contineatur, quia sic fie-
6 ri in dicto loco consueuit, & per illos, & per alios, vnde † ex tali consuetudine etiam si esset praua, & iniqua, siue irrationabilis debent omnino excusari a pena, vt per dominum consultorem, & clarissimum subscribentem deductum fuit, & vltra eos ita declarat Jason in l. j. §. hoc iudicium. nume. 25. ff. si quis ius dicent. non obtemper. & in l. qui iurasse. nume. 7. ff. de iureiurand. tradit Beltrand. in consil. ccclxj. nihil opponitur, nume. 10. primo volu. ex primis. Deci. in consi. cccclxxiij. queritur in effectu. nume. 8. Parisi. in consil. xxix. contra ipsum. nume. 18 & in consil. clxxj. banna etiam generalia. nume. 19. iiij. volu. & Grammatic. in consil. lx. in causa nobilis. nu. 2. inter ciuilia, vbi aperte dicit, q praua consuetudo quantũcunq; temeraria, iniqua, & iniusta debet a pena excusare, & omnes allegant glos. primam in fin. in c. cum venerabilis. de consuetu: quam ibi Abb. dicit esse notandam, & non tradendam obliuioni, vt per eum.

¶ Tertium, quod obiicitur est, q Hebrei pro mutuo cuz hypotheca bonorum immobilium, cum pacto precarij exercerunt maiores vsuras, q videatur permitti, quia cum pigno-
7 re minores permittuntur, q sine pignore, vnde † videtur, q verbum pignus etiam quo ad effectum verificetur in hypotheca, quia inter pignus, & hypothecam sola nominis differentia videtur dari. l. res hypothece in fin. ff. de pignoribus. & pro vtroq; competit hypothecaria, vt in §. inter pignus, Institu. de actio. cum similibus.

¶ Sed ad hoc vti, & ad alia optime respondet dominus consulens, & sequitur clarissimus subscribens: Nam nomen pignoris in priuilegiis, & concessionibus factis dictis Hebreis, ac etiam in capitulis quibuscunq; cum dictis Hebreis initis capitur, vel pro re mobili tantum, que respectu etymologie
8 proprie pignus dicitur, cum inde † pignus dicatur, q pugno capiatur. l. plebs. §. pignus. ff. de verborum significatio. & q proprie pignus sit in rebus mobilibus ratione predicta firmat Anton. Negusant. in suo tracta. de pignorib. in principio. vel saltem quando res sic traditur, vt transeat in possessionem creditoris, & sic ipsorum Hebreorum, nam etiam eo modo consideratur proprietas pignoris. l. si rem. §. proprie. ff. de pignorat. actio. vnde quocunq; modo ex predictis capias non cadit in hypotheca rerum immobiliũ, que remanent realiter apud debitorem, quia tunc proprie pignus non potest dici, neq; respectu etymologie, neq; etiam respectu declarationis Jurisconsulti in d. §. proprie.

¶ Et licet aliquando factum fuerit pactum precarij, & constitutum per quod solet transferri possessio. l. quod meo. & ibi tradunt Doctores ff. de acquirend. possessio. tamen illa possessio non dicitur actualiter translata, ita vt apud Hebreos fuerit pro ipsorum securitate, vt plene per consulentem dictum fuit.

¶ Et demum dico, q verbum illud pignus in capitulis, & cõcessionibus factis dictis Hebreis debet intelligi secundũ grossum, & communem modum intelligendi, videlicet pro re mobili tradita Hebreis. argumen. l. stipulatio ista. §. hec quoque iuncta glos. ff. de verborum obligatio. non enim est dubiuz, q in hac materia pignus quod Hebreis, datur secundum cõmunem vsum loquendi, intelligitur pro re mobili actualiter tradita, & ideo in casu nostro sic debent illa verba interpretari, iuxta l. librorum. §. quod tamen Cassius. iuncta glo. ff. de legat. iij. & tradita per Bart. in l. labeo. ff. de supellect. lega.

¶ Et presertim quia sic est mos, & consuetudo Hebreorum,
9 † cum alias verba sint intelligenda secundum qualitatem personæ, ad quam referuntur. l. plenũ. §. equitij. & ib tradũt Doct. ff. de vsu, & habita.

¶ Et tanto magis hoc dicendum est, cum agant isti Hebrei de euitanda pena, in quam non inciderunt, nisi quatenus deliquerunt. l. sancimus. C. de pen. & non deliquerunt, nisi fuerit
10 talis animus, † quia, vt dici solet nullum delictum, nisi voluntarium. l. diuus Adrianus. ff. ad legem Corn. de sicar. & l. j. C. eod. titu. sed talis animus non presumitur. l. merito. ff. p soc. & a tali doloso animo quelibet causa etiam bestialis, vt dicunt excusat. l. igitur. §. j. ff. de liberal. caus. cum simil. vt per patruũ & do. meum Socin. consil. liiij. visa breui. in fin. iiij. volu. & per Hippol. in consil. lxij. summi Dei. nu. 3.

¶ Dico itaq; primo, quod vere isti Hebrei in nullo contra fecerunt concessionibus, & capitulis predictis per superius deducta.
¶ Et secundo dico, q si in aliquo contrauenerunt (quod tamen negatur) non tali animo fecerunt, sed credentes id eis licere, sic verba, cum pignore, capientes, vt supra est dictu; solũ quando res mobilis actualiter traditur, & quidem cum ratione tunc minores vsure sunt exigende, scilicet propter maiorem securitatez, vt bene deduxit dominus consulens. Et ita in hac opinione existentes Hebrei exegerunt maiores vsuras, quando pignus actualiter in manus eius non perueniebat, tunc.n. dicebantur eorum opinionem sub fide credere, & propterea cũ hec causa nedum sit colorata, sed etiaz iusta excusatur omnino a delicto, & consequenter a pena predicta. Ex quibus, & aliis deductis supra per dominum consulentem, & clarissimnz subscribentẽ, vna cum eis concludo predictos Hebreos nõ posse aliquo modo condemnari. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie legens. 1550.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XII.

¶ De legitimatione per subsequens matrimonium, vtrum operetur quo ad exclusionem substituti si fiat sine dotalibus instrumentis, vel inter personas, que honeste, & sine dedecore coniungi non poterant?
¶ Et vtrum taliter legitimatus excludat substitutum vocatũ sub conditione, si pater eius decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Matrimonium inter nobilem, & uilem honeste contrahi non põt.*
2 *Instrumenta dotalia in matrimonio interuenire debent ad hoc, vt filij prius nati ex subsequenti matrimonio legitimentur, saltem quo ad ciuiles effectus.*
3 *Ius quodlibet in foro suo seruandum est.*
4 *Legitimatio filiorum non fit per subsequens matrimonium etiam quod fierent dotalia instrumenta quando secundum morem ciuitatis matrimonium non posset contrahi inter personas longe dispares, & inter quas honeste, & absque dedecore contrahi prohiberetur.*
5 *Lex requirens mulierem potuisse matrimonio coniungi viro, debet intelligi non solum de iure, sed etiam de honestate, & secundum bonos mores.*
6 *Ius in spe dicitur considerabile, & non potest quis illo priuari.*
7 *Ius ad feudum fundatum in inuestitura dicitur considerabile in iure, & sola voluntate uasalli possidentis aufferri non potest.*
8 *Legitimatus per subsequens matrimonium admittitur ad dignitatem ecclesiasticam, ut legitime natus.*
9 *Testatoris dispositio cum iuri non refragetur debet pro lege seruari, & contra contenta in ea nec lex, nec princeps uenire possunt, Reipublicæ enim interest suprema hominum iudicia effectum sortiri.*
10 *Legitimatus per subsequens matrimonium admittitur ad feudum, licet lex feudum solum deferat filiis legitimis, seu legitime natis.*
11 *Prouisio hominis fortior est prouisione legis.*
12 *Legitimatus per subsequens matrimonium non succedit in feudo, si in inuestitura feudi sit dictum à concedente, concedo tibi feudum pro te, & filiis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, quia uere talis non est natus de legitimo matrimonio, & tenor inuestituræ semper est attendendus.*
13 *Conditionum uerba debent proprie intelligi quando est conditio uoluntaria, nec possunt uerificari in æquipollenti.*
14 *Dispositio non conuenit cui eius uerba non conueniunt.*
15 *Fictio tantum operatur quantum ueritas in hiis, quæ prouenirent a lege sic fingente, non autem in prouenientibus a dispositione hominis, cuius uerba debent proprie intelligi, & uere, non autem ficte, & improprie.*
16 *Legitimatio dicitur similis alchimiæ, quæ demonstrat illud quod nõ est sed unam speciem in alteram non transmutat.*
17 *Geminatio uerborum multum operatur ad cognoscendam mentem loquentis.*
18 *Legitimatus generaliter loquendo, & sic etiam per subsequens matrimonium non excludit fœminas, stante statuto, quod filij legitimi & legitime nati excludant fœminas, quia talis legitimatus, licet dici possit uere legitimus, non tamen potest dici legitime natus.*
19 *Argumentum de statutis ad testamenta, & econtra, ualet.*

CONSILIVM XII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viaz veritatis, & iustitie.
¶ Quoniã in presenti difficultate plene scriptum fuit per excellentissimum consultorẽ, & ita diligenter, & mature, copioseq; omnia fuerunt discussa, vt eis nihil addi posse videretur, & si que spice post terga optimi messoris remansisse dicerentur eas omnes recolligit clarissimus primo loco subscribens, ideo mihi de subscriptione requisito satis esset predictorum conclusionem vti iuridicam simpliciter confirmare.
¶ Verũtamen vt rez ipsaz uidear degustasse, & simul ẽt cõsulsultanti aliqua ex parte morem gerã paucula quedã subiiciaz. Quare visa facti ꝯtingentia, & bene, ac diligẽter ꝯsideratis his que per predictos patres circa propositam difficultatez deducta fuerunt vna cum eis audacter concludendum puto filium illũ, qui se asserit legitimatũ ꝑ subsequẽs matrimoniũ patris, & matris eius nullo modo excludere posse substitutum patri suo sub illa conditione, si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, per ea, que per alios supra deducta fuerunt.
¶ Primo enim predicta conclusio ꝓbatur ex eo, q assertum illud subsequens matrimoniũ tale, quale fuit non potuit filiuz primo natum legitimare, quo ad ea, que sunt iuris ciuilis, cuz non fuerit contractũ secundum formaz a iure ciuili requisitaz, neq; etiã inter personas, que honeste secunduz ius ciuile illud
1 contrahere potuissent. Etenim † vir ille nobilis erat in splendidissima ciuitate Florentie, mulier aũt vilissima, & abiecta, & meretrix, ac ꝯsequẽter infamis, ita quidẽ q inter eos honeste matrimoniũ contrahi non poterat iuxta l. humilem. §. humiles.
2 & tradita ibi per Alberic. & alios. C. de incest. nupt. Itẽ † etiã in tali asserto matrimonio nõ interuenerũt dotalia instra, put requirit ad hoc vt filij prius nati ex tali subsequẽti matrimonio legitiment. §. fin. Instit. de nup. ibi dotalibus instris cõfectis. cum multis cõcord. vt per Curt. Iun. in cons. cxxxvj. quidam vasallus. nu. 2. Quibus sic stantibus, ꝓut in facto ꝓsupponun
* tur, sequit manifesta, & cõis * ꝯclusio, q licet tale assertũ matrimoniuz quo ad eius vinculũ iure canonico inspecto tenuerit, quo ad ciuiles tñ effectus nõ operatur filij prius nati legitimationẽ quo ad successionẽ in terris imperij, cum secundũ iuris ciuilis regulas legitimatio isto casu non fiat, vt d. §. fi. cũ simil. & sic ius ciuile dicitur in hoc iuri canonico cõtrariari, quo stã
3 te quodlibet † ius seruãdũ est in foro suo iuxta tradita ꝑ Abb. & alios in c. j. & ij. de no. oper. nunciat. cum concord. de quibus per Curt. Iunio. in d. consil. cxxxvj. nu. 4.
¶ Et q legitimatio non sequat, non ꝯfectis dotalibus instris saltẽ quo ad ciuiles effectus, vt s. determinat post longã disputationem Cardin. Alexandri. in c. tanta. in x. q. vers. descendo ad tertiũ. extra qui fil. sint legit. vbi alios allegat, & pluribus rationibus mouetur, ad quẽ cum videri possit me refero. quod etiã firmat Ruyn. in consi. lj. circa casum, de quo querit. nu. 7. v. volu. licet de Cardinali predicto non meminerit, sed allegat alios, & maxime Bal. in c. illud. extra de presumpt. dicens post eum, q ita apud homines obseruatur. & ego ita dixi in cõs. lij. memini me fuisse. nu. 4. j. volu.
¶ Et licet Ang. Aret. in §. fin. Insti. de nupt. videatur tenere contrariuz, quod etiã sequitur Deci. in consi. clv. & diligenter pro tenui. ij. col. versi. non obstant allegata supra in contrariũ. tamẽ eoꝝ opinio non vꝫ tenenda, nisi respectu iuris canonici, & fori, in quo illud contrariuz iuri ciuili sit seruandũ, non ergo vꝫ tallis opin. vera in terris Imperij, & in foro ciuili, in quibus ius ciuile ꝯtrariũ iuri canonico seruari debet, vt dictũ est, quicquid predicti dixerint in ꝯtrium: & ni fallor, errat Deci. dicẽdo q opin. sua sit cõis, vt ex predictis patet, & vltra etiã ita voluit Ange. in consil. xxix. Titius existens. in iij. dubio. quẽ refert, & sequitur Curt. Iun. in consil. cxxxvj. preallegato. nu. 8. volunt enim predicti q legitimatio per sequens matrimoniũ nõ operetur circa successionem respectu bonorum in terris Imperij existentiuz si non interuenerunt dotalia instrumenta, quia tũc talis legitimatio nititur sola authoritate iuris canonici, vt ꝑ eos, quos ego retuli, & secutus sum in consil. 100. Excellentissimus artium, & Medicine Doctor. nu. 26. ij. vol.
4 ¶ Quod autem † inter personas longe dispares, & inter quas honeste secundum morem ciuitatis matrimonium contrahi

non posset absq; dedecore legitimatio filiorum non fiat per subsequens matrimonium etiam q fierent dotalia instrumenta, voluit Bald.in d.c.illud.de presumpt.& aperte dicit Ange.in §.sed & aliud.in authen.quibus modis natural.effi.legit. & ita firmat Ruyn.in consil. ccxj. prima videtur consideratione dicendum.num.5.j.volu.& in aliis consiliis adductis per dominum consultorem,& vltra eum,& dominum subscribentē hanc opinionē videtur firmare Bald.in l.ij.in ix.oppositione.C. quibus res iudi.non nocet.& in authen.item si quis.la prima.
5 C.de natural.liber.Inquit enim q lex † requirens mulierem potuisse matrimonio coniungi viro,debet intelligi non solum de iure,sed etiā de honestate,& secundum bonos mores,quod etiam voluit Bartol. in consil.cxx. Neruccius Corraduccij. quos allegat,& hanc opinionem sequitur Cardin. Alexandrinus in d.c.tanta,colum.mihi antepenult.est in quest.xvj.versi. aduerte ad hoc.qui filij sint legiti. & hanc opinionem consulendo sequutus fuit patruus, & dominus meus Socin. in consil. quodam non impresso.quod est apud me.incipen. in presenti consultatione ex puncto confuse narrato.in prima quest.quod consilium ego alias subscribendo comprobaui, vt constat in preallegato consil.lij.num. 2.j.volu.vbi aliqua ex predictis allegaui.eandem opinionem sequitur Bartholomeus Veron. in cautela cclvij.debes scire,q si quis, presertim si mulier illa erat inhoneste vite,prout in casu nostro presupponitur,& idē egregie firmat Curt.Junior in preallegato consi.cxxxvj.nu.9. & 10.vbi vltra predictos allegat authoritatem glos. Bartol.& Bal.in locis,de quibus ibi per eum, qui etiam optimo simili comprobat,ad quē me refero.& sic patet,q ista opinio dicitur
* communiter * a nostris Doctoribus recepta.

Et consequenter sequitur, q conclusio dominorum consulentium isto primo fundamento optime probatur,prout etiā ipsi dixerunt, & certe Curt.in d.consil.cxxxvj. in terminis nostris sic firmauit, & in vtroq; capite predictum fundamentum sequitur ita vt in specie casum nostrum decidere videatur.

Quod saltem ex eo redditur indubitatum(prout etiam voluit excelientissimus primo consulens) quia agitur in casu nostro de excludendo substituto,& sic de auferendo iure sibi quesito spe probabili,nam cum esset vocatus ipse, si frater decesserit sine filiis legitimis,& naturalibus de legitimo matrimonio procreatis,& testamentum morte testatoris esset confirmatum non poterat frater eius eo modo grauatus sola eius volunta-
6 te predictum substitutum priuare,† hoc autem ius cum illa probabili spe dicitur adeo fratri quesitum, vt impleta conditione sue substitutionis non potuerit illo priuari,& ideo in iure dicitur considerabile iuxta doctrinam Bartoli,quam ibi ceteri sequuntur in l.is potest.ff.de acquiren. heredita. & maxime Aret.ibi iiij.colum.versic.vel tertio adde. dicens q eiusmodi ius potest dici certo modo quesitum,vt per eū,& ita in terminis dixit Alex.in consi.lxvij.consideratis his.nu.16.lib.j.

Et hoc est,quia licet sit ius de futuro,dicitur tamen habere causam subsistentem de presenti, immo de preterito fundatā, scilicet in testamento patris, & in hoc differt a iure simpliciter de futuro pendente ex voluntate viuentis, vt est ius succedendi ab intestato,quod non est ita cōsiderabile, vt declarat Bartol.in l.qui Rome.§.duo fratres.in vj.quest. ff. de verborum obligatio.vbi aliquando dixi.sic dictum Bar. in iure fideicōmissi exemplificando respectu iuris succedendi ab intestato, hoc enim moriens alterum instituendo potest auferre, nō sic in iure fideicommissi,vt est dictum.
7 Sic † in simili dicimus de iure ad feudū in inuestitura fundato,nam & illud in iure dicitur considerabile, & sola voluntate vasalli possidentis auferri non potest, vt docet Bertrand. in consil.cxij.visis quibusdam.nu.26.& 27.ij.vol.ex primis,& voluit hoc Bar.in consil.lviij.ex themate predicto. quod etiā tradit Ruyn.in consil.xxxvj.in causa feudali.nume.15.& 16. iij.vol.& ego alias consulendo plene dixi,si igitur ius istius fratris ad tale fideicommissum est probabile,& certo modo quesitum secundum iuris ciuilis ordinem per predicta non debuit posse ei auferri absq; suo facto,& voluntate.l.id quod nostrū. ff.de reg.iur.nisi ad id interuenerit iuris ciuilis authoritas, q̄ in casu isto defuit,vt supra est demonstratum.

Et hec sufficiant circa primum fundamentum,in ceteris circa illud me remitto ad dicta per predictos patres,& maxime p primum consultorem.

Secundo predicta cōclusio euidenter probatur(etiam posito q predicta non seruirent substituto.) nam vere dicitur impleta conditio substitutionis, quia scilicet ille filius testatoris dicitur decessisse sine filiis legitimis,& naturalibus de legitimo matrimonio procreatis, nam posito q filius eius fuerit p subsequens matrimonium legitimatus,negari tamen non potest quin fuerit illegitime natus,& non de legitimo matrimonio,& non est dubium q testator in dictis verbis, dicitur se retulisse ad legitimitatem habitam tempore natiuitatis, que in dicto filio non reperitur,vt verba sonant.
8 Nec obstat,q immo vt † legitime natus admittitur ad dignitatem ecclesiasticam iuxta notata in c.innotuit.de elect.& in d.c.tanta.qui filij sint legiti.ea ratione, quia fauorabiliter matrimonium retrotrahitur, & fingitur contractum ante conceptionem filij,vt sic saltem dicatur ficte natus de legitimo matrimonio,& alias idem operatur fictio in casu ficto,quod veritas in casu vero,vt in §.sponsalibus.in authen. de sanct. episc. & traditur per Barto. & alios in l.si is, qui pro emptore.ff.de vsucapio.similiter ergo videtur q admittatur ad exclusionem substituti in casu nostro.

Quoniam ad hoc optime respondet dominus consulens post Alexand.in consil.v. attentis narratis. lib.vij. & ego eos sequendo,& clarius mentem meam aperiendo dico,q absque dubio testator vtēdo illis verbis.ex legitimo matrimonio natis,voluit excludere omnes illegitime natos, etiam q aliquo modo legitimati essent.considerauit enim radicem,& tempus natiuitatis,vt scilicet tunc dicantur legitimi,& ex legitimo matrimonio sint procreati,ostendit enim se abhorruisse alio modo natos,quicquid de eis sequatur, & ad eorum exclusionem vsus fuit conditione illa,& presertim isto casu ita dici debet cuī testator iam videret illi suo filio esse filium illegitime natum, & poterat cogitare aliquo modo eum legitimandum, & tamen simpliciter noluit admittere,nisi natos ex legitimo matrimo-
nio,quasi id dixerit,vt talis illegitime natus omnino excludere-
9 retur quicquid de eo sequatur, vnde † talis testatoris dispositio cum iuri non refragetur,debet pro lege seruari.§.disponat in authen.de nupt.cum similibus.& contra tale testamentum, & contenta in eo sicut princeps venire non potest. l.si testamentum cum materia. C.de testamen. & dixi in consil. lxv. in casu occurrenti.num.3.& 21.ij.vol.ita etiam non venit lex, immo lex ipsa dicit,q eius firma,& precipua intentio est, vt testamenta iuridice facta seruentur,vt in authen.de iureiuran. a moriē. prest.in principio cum similibus, & alibi dicitur, q reipublice expedit suprema hominum iudicia exitum habere. l.vel negare. ff. quemadmodum testamen. aper. cum igitur in casu nostro clarissima sit testatoris intentio, vt non legitime nati etiā q legitimentur non excludant substitutum, lex non dicitur cōtra eam venire,licet dicat per subsequens matrimonium purgari omne vitium,& natum prius videri natū ex legitimo matrimonio illud retrotrahendo ad tempus conceptionis iuxta d.c.tanta.cum sua materia.

Nec enim legalis dispositio procedit respectu eorum,que a iure dantur legitime natis,vt est q possint eligi in episcopum,
* iuxta glos.communiter * approbatam in c. innotuit.iuncto c. cum in cunctis.de elect.
10 Et similiter in successione feudi,† nam licet lex feudum solum deferat filiis legitimis,seu legitime natis,vt in c.j.§.naturales.si de feud.fuer.controuer.inter dominum,& agna.tamē legitimatus per subsequens matrimonium ad feudum admittitur,vt per Iser.Bal.Aluaro.& alios in d.§.naturales.

Sed respectu eorum, que fundantur in dispositione hominis, secus est, hoc est dicere quando ex hominis dispositione requiruntur filij nati legitime,seu de legitimo matrimonio nō verificatur talis dispositio in non legitime natis quocūq; modo legitimentur etiam per subsequens matrimonium, q: semper verū erit dicere eos non esse natos de legitimo matrimonio, & sic alienos esse a dispositione testatoris, quam certe lex infringere noluit,licet suam dispositionē sepe tollat,iuxta glo. quam Doct.sequuntur in l.assiduis.C.qui potio. in pign.ha-
11 bean.Et illud est quia † semper prouisio hominis fortior est.l. si filius.§.erit.& ibi glo.ff.de fideicommiss.libertat. vnde illud durius agitur cum homine,q̄ cum lege.l.Celsus.cum glo.ff. de arbitr. Hinc dicimus, q si in inuestitura feudi sit dictum a concedente,concedo tibi feudum pro te,& filiis legitimis,& naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, cuī semper tenor
12 inuestiture sit attendendus, non succedent † legitimati etiā p

sequens matrimoniũ, quia vere nõ sunt nati de legitimo matri
monio, prout signanter voluit Bal. in d. §. naturales. Alex. in
d. consil. v. lib. vij. ⁊ Ruyn. in consi. xcij. de duobus. iij. vol. cuz
concordan. de quibus supra per dominum consultorẽ. ⁊ vltra
eum ita tenet Gozad. in consi. xxv. in hac causa. nu. 2.

¶ Et licet ipse in casu suo concludat pro legitimato, tamen id
facit, qꝛ verba erant ita pregnantia, vt etiam talem compreben
derent, ⁊ quia erat data licentia alienandi ⁊c. vt per eum ibi
nume. 16. ⁊ 21.

¶ Sic etiam firmauit Lucas de Penna in l. eos. C. de his,
qui spont. mun. sub. lib. x. vbi plenissime discutit incipiendo
col. x. versi. contrariuz sic ostenditur. per iiij. col. vbi pulchras,
⁊ subtiles rationes deducit. ⁊ tandem concludit hanc opinio-
nem esse veriorem, licet pleriqz contrariuz tenuerint, vt p euz,
⁊ inter alia dicit ibi. colum. xij. versi. preterea dominus, qui lo-
cauit, ꝙ cum partes loquute fuerint de filiis legitime natis, nõ
debet lex talia verba extendere ad improprium intellectũ, ꝑut
esset si comprehenderentur legitimati per sequens matrimo-
nium, qui vere non fuerunt legitime nati.

¶ Sicut econtra non possunt hoies extendere legẽ, vt per eũ.

¶ Sic igitur est dicendum in proposito nostro de hac substi-
tutione, seu de verbis conditionis eius, nam cum dicant, sine
filiis legitime, seu de legitimo matrimonio natis, non debent
verificari in isto filio, qui vere nõ est talis, nec ex potentia legis
legitimantis filium per subsequens matrimonium, debent ta
lia verba extendi ad casum fictum per rationem predictaz, pre
13 sertim, quia † conditionum verba debent proprie intelligi, qñ
est conditio voluntaria, prout predicta est, nec possunt verifica
ri in equipollenti secunduz Bar. ⁊ alios in l. Gallus. §. ⁊ quid
si tantum. ff. de lib. ⁊ posthu.

14 ¶ Accedat predictis, quia † cui verba dispositionis non con-
ueniunt, non conuenit etiam dispositio. l. iij. §. toties, ⁊ ibi per
Doct. ff. de dam. infect. cum concordantibus, vt per Alexan.
in consi. cxlj. viso testamento. nu. 5. lib. ij. per Felyn. in c. nõnul
li. col. xxxvij. versi. vbi verba legis. extra de rescript. ⁊ p Deci.
in consi. cccclxvj. stante statuto. col. penult. Sed illa verba, de
legitimo matrimonio natis non conueniũt huic filio, ergo nõ
debet excludere substitutum.

15 ¶ Et ex his tollitur quod in contrarium dicebatur † fictionẽ
tantum operari quantum veritatem ⁊c. quia id procederet in
his, que prouenirent a lege sic fingente, non autẽ in prouenien
tibus a dispositione hominis, cuius verba debent proprie in-
telligi, ⁊ vere, non autem ficte, ⁊ improprie. l. non aliter. in prin
cip. ff. de legat. iij. facit l. iij. §. hec verba. el. ij. ff. de neg. gest. cuz
his, que ibi tradunt Bar. ⁊ alij, sed iste filius non est vere legiti
me natus, sed ficte, vt est dictum, ergo ⁊c.

16 ¶ Et id demonstratur quia † legitimatio dicitur similis alchi
mie, que demonstrat illud, quod non est, sed vnam speciem
in alteram non transmutat, vt inquit Baldus in c. primo de
constitu. ⁊ Joan. Lecirier in tracta. de primogenitura in j. lib.
quest. xiij. nume. 12.

¶ Et ista responsio bene probatur in l. fin. C. de his qui ven.
eta. impetr. vbi dispositio hominis loquens de legitima etate,
intelligitur de ea, que vere, ⁊ naturaliter talis est, non de ea, que
ficte, ⁊ per dispensationem dicitur talis.

¶ Et procedit d. l. fin. etiam in conditionibus, ⁊ sic in casu no
stro, vti voluit Aret. in l. Gallus. §. ⁊ quid si tantum. ff. de li-
ber. ⁊ posthum. dicens ita debere intelligi dictum Bald. ibi,
qui in hoc simpliciter loquebatur, prout refert, ⁊ sequitur pa-
truus, ⁊ dominus meus Socin. in l. si cognatis. nume. 22. ff.
de rebus dubiis.

¶ Et hanc opinionem in terminis firmat Bal. in ꝯs. ccclxvij.
quidam tres heredes. v. volu. vbi plures, ⁊ pulchras rationes
adducit cum concordantibus multis, vt per excellentissimum
subscribentem, ⁊ prout ipse dicit apud nostros Doctores, de
* hoc est communis * opinio.

¶ Et vltra eum ita firmauit Alex. asserendo sic cõiter teneri in
consi. ij. visis codicillis. nu. 41. lib. ij. ad quem me refero.

¶ Et eo magis ita tenendum est in casu nostro, quia verba cõ
ditionis fuerunt geminata, videlicet si sine filiis legitimis, ⁊ na
turalibus, ⁊ ex legitimo matrimonio procreatis decesserit, ⁊
17 non est dubium geminationem † verborum plurimum opera
ri ad cognoscendam mentem loquentis. l. balista cuz materia.
ff. ad Trebell. ⁊ si aliter diceremus verba illa, ⁊ ex legitimo ma
trimonio procreatis ociosa essent, ⁊ nihil operarentur, quod
dicendum non est cum semper verba debeant sic accipi, vt ali-
quid operentur. l. si quando in princ. ff. de leg at. j. ⁊ c. si papa.
de priuileg. lib. vj. cum similibus, ⁊ est notissima doctrina Bal
di in rubrica C. de contrahen. emptio. in nona questione.

¶ Et ita in terminis verborum geminationem considerando
voluit Ant. de Butr. in c. per venerabilem. mihi col. xv. in ver
sic. quid si dixit si sine filiis legitime natis. qui fil. sint legi. dicẽs
ꝙ ita voluit Ange. in disput. incip. nobilis quidam genere. vt
per eũ. Et (vt etiam supra per alios dictuz fuit) in hoc casu pro-
pter talem geminationem, ita consentit etiaz Deci. in cõsi. clv.
⁊ diligenter pro tenui, in finalib. verb. duz dicit, ꝙ ita procedit
dictum Bal. in prealleg. consil. ccclxvij. v. vol. licet ipse alleget
alio num. ⁊ lib. sed est propter diuersitatem impressionum.

¶ Et opinio ista, vt scilicet per subsequens matrimonium in
casu nostro iste non sit legitimatus ad effectũ excludendi sub-
stitutũ omnino tenenda est, quoniam contraria opinio aperte
repugnaret voluntati testatoris, vt ex predictis patet.

¶ Et eo ꝓsertiz qꝛ iste filius longe ante cõtractũ assertũ matri-
moniũ inter eius parẽtes natus erat, nã licet ſm aliquos dubi
tari de hac opin. posset qñ postea filius nascereť, licet prius eẽt
ꝯceptus, ⁊ in eo casu ſm illos posset ꝓcedere opinio cõtraria.

¶ Tamen quando prius erat natus, tenendũ est, vt. s̃. indubi
tanter, ꝑut ita distinguendo, ⁊ opiniones concordando tenet
Jacob. Aluaro. in d. c. j. §. naturales. ⁊ hanc opin. ⁊ distinctio
nẽ referũt, ⁊ sequũtur (si quis indistincte eoꝝ opin. nõ ꝓbaret)
Alex. in d. consi. v. lib. vij. ⁊ Ruyn. in d. consi. xcij. iij. vol. prout
etiam supra per do. consulentem dictum fuit.

¶ Et demum contra legitimatũ, ⁊ in fauorem substituti vide-
tur mihi ꝙ plurimum faciat, ⁊ a fortiori decisio Alber. Brun.
in suo tract. de statu. exclud. femin. propt. masc. in xij. articu. in
iiij. q. col. v. in versi. predicta conclusio limitatur, vult enim ibi
18 ꝙ † legitimatus generaliter loquendo, ⁊ sic etiã per subsequẽs
matrimoniũ nõ excludit feminas stãte statuto, ꝙ filij legitimi,
⁊ legitime nati excludant feminas, ⁊ allegat bonam rationem,
quia. s. talis legitimatus, licet dici possit vere legitimus, non tñ
põt dici legitime natus, allegãs Rom. ⁊ alios, vt per eũ, quod
etiam firmat Ludo. de Sardis in tract. de legitimat. dũ tractat
de legitimationis effectu in iij. q. qui ꝓprie loquiť de legitima
to ꝑ subsequẽs matrimoniũ, ⁊ ita ẽt de tali legitimato loquẽs
voluit Ang. Aret. in §. fin. Insti. de nupt. in versi. quero an stã
te statuto, si igitur ita est dicenduz stante ꝑdicto statuto, quod
dicitur legalis dispositio, ita etiam, ⁊ fortius debet dici in casu
nostro stante testamento, de quo agitur, ⁊ sic dispositione ho-
minis cum verbis conditionalibus, de quibus supra, nam va
19 let † argumentum de statutis ad testamenta, sicut ẽt per cõtra
rium. l. fi. C. de reb. alien. non aliená. ⁊ §. disponat. in auth. de
nupt. collat. iiij. cum simil. ⁊ tradit Jas. in l. seruo legato. §. si
testator in fin. ij. notab. ff. de legat. j.

¶ Ex his ergo, ⁊ aliis pluribus docte, ⁊ copiose deductis su-
pra per alios intrepide concludenduz puto in fauorem substi-
tuti contra legitimatum. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1550.

CASVS.

CONSILII XIII.

ILLVSTRIS Dominus don Ennicus senior
de Mẽdosa donauit don Petro Lopes de Mẽ
dosa eius filio contemplatione matrimonij con-
trahendi per dictum don Petrum cum quadam
domina Joanna, loca quedam, ⁊ castra, in qua donatione in-
ter cetera dictum fuit formaliter, quod dictus don Petrus
donatarius non possit ordinare, nec disponere in vita, nec in
morte de dictis locis, ⁊ castris, nisi in filios suos mascu-
los, ⁊ descendentes ex illo masculos legitimos, ⁊ de legiti-
mo matrimonio procreatos de vno in alium seruando ordi-
nem primogeniture.

¶ Et si contigerit dictum don Petrum (habendo filium, aut
filios masculos legitimos, ⁊ de legitimo matrimonio procrea
tos, vel descẽdentes ex illis masculos, ⁊ de legitimo matrimo
nio procreatos) habere filiã, aut filias legitimas, ⁊ de legitimo
matrimonio procreatos, ꝙ si vna sit possit eaz de dictis bonis
dotare in certa summa, ⁊ si plures in alia maiori summa diui-
dendo illam inter eas, vt sibi videbitur.

¶ Et

¶ Et si contigerit dictum don Petruz decedere sine filijs masculis legitimis aut descẽdentibus ex illis masculis legitimis, ⁊ de legitimo matrimonio procreatis, ⁊ cum filia aut filiabus similibus, ꝙ dicta loca, ⁊ castra peruenirent in filiam primogenitam, si viua esset, aut in illã, que reperiretur prima in ordine geniture superuiuens dicto don Petro cum quodam onere contrahendi matrimonium ⁊c. vt in instrumento legitur.

¶ Et si contigerit dictum don Petrum decedere sine filijs, ⁊ filiabus vel descendentibus ex illis legitimis vt supra tali casu dicta loca, ⁊ castra perueniant ad ipsum donatorem si viuus esset, sinautem perueniant ad illum vel illos in quem seu quos ipse ordinaret in dicto casu ⁊ si non ordinauerit perueniant in illum seu illos in quem vel quos dictus don Petrus donatarius ordinaret.

¶ Contracto postea matrimonio per dictũ don Petrum cũ dicta domina Joanna, ex eo nati sunt don Jo. primogenitus, don Ennicus Junior secundogenitus don Aluarus tertio genitus, ⁊ alij duo masculi, ⁊ vna femina.

¶ Decessit postea don Petrus intestatus, nec aliqua facta dispositione, seu ordinatione de dictis locis, ⁊ castris superuiuentibus sibi omnibus dictis suis filijs.

¶ Postea decessit don Jo. eius filius primogenitus sine liberis, ⁊ don Ennicus eius frater secundo genitus don Petri suscepit d. loca, ⁊ castra in cuius fauorem alij fratres ⁊ soror renũciauerunt omnia eorũ iura, ⁊ partes ad eos pertinentia, ⁊ pertinẽtes super dicta hereditate, castris, locis, ⁊ bonis dicti don Petri eorum patris, ⁊ sic don Ennicus Junior possedit dicta loca, ⁊ castra donec vixit.

¶ Ex quo ⁊ eius legitimo matrimonio nati fuerunt don Frãciscus primogenitus ex prima vxore, ⁊ ex secunda postea don Joannes ⁊ domina Eluira.

¶ Decessit inde don Ennicus Junior, ⁊ in testamento heredem fecit vniuersalem presertim in dictis locis, ⁊ castris don Jo. eius secundogenitum, ⁊ natum ex secunda vxore, qui hereditatem patris adiuit.

¶ Et deinde mortuus est sine filijs relinquens in testamento vniuersalẽ heredez omniuz suorum bonorũ ⁊ dictorũ locorũ, ⁊ castrorum dñam Eluiram ipsius sororez vtrinq; coniunctã, que post mortem fratris eius hereditatem acceptauit.

¶ Nunc quia superest don Franciscus primogenitus Ennici Junioris oritur questio super dictis castris, ⁊ locis inter ipsuz don Franciscum pretendentem ea ad se spectare vigore predictorum pactorum nuptialium ⁊ prohibitionis alienationis, ⁊ substitutionum in dictis pactis, facte, ⁊ factarum, ⁊ dominam Eluiram predictam contrarium asserentem.

¶ Unde stantibus predictis queritur quid iuris?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De prohibitione alienationis facta filio nisi in filios, ⁊ descendentes masculos, vtrum censeatur facta etiaz nepotibus, ⁊ alijs descendentibus?

¶ Et an, ⁊ quando prohibitio dicatur realis vel personalis?

¶ Et an ex ea inducatur fideicommissum, ⁊ quando?

¶ Item an ⁊ quando qualitas rei prohibite operetur prohibitionem transire in descendentes?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Descendentium appellatione ueniunt nedum filij sed etiam nepotes, & alij post eos in infinitum.*

2 *Geminatio seu multiplicatio uerborum ostendit magis ennixam & præcisam uoluntatem loquentis.*

3 *Pars una contractuum seu pactorum declaratur per aliam.*

4 *Alienationis prohibitio inducit fideicõmissũ in casum contrauẽtionis.*

5 *Alienationis ꝓhibitio nõ uidetur cõprehendere prohibitionẽ hæredis.*

6 *Decedens intestatus dicitur disponere uoluisse ut omnes sui filij æqualiter succedant.*

7 *Fideicommissum simplex dicitur inductũ post mortem prohibiti, quãdo testator prohibet alienari extra familiam, quia uult bona in familia conseruari, nam tunc clara uoluntas eius ostenditur, quod bona omnino in familia conseruentur.*

8 *Testamentum suffultum omnibus solemnitatibus iuris, ita ut de iure ualeat, debet omnino tanquam lex seruari.*

9 *Alienationis prohibitio etiam in testamento facta dicitur odiosa & stricte interpretanda, quia per eam auffertur homini ingenuo libera rerum suarum dispositio.*

10 *Alienationis prohibitio facta per patrem, filio solum in ipso filio procedit, & non trahitur ad nepotem, licet alias filiorum appellatione ueniant nepotes.*

11 *Alienationis prohibitio facta in contractu inter uiuos minus operatur & est debilioris naturæ quam quæ fit in testamento, quia per eam non impeditur translatio dominij sicut impeditur per prohibitionem factam in testamento.*

12 *Alienatione rei prohibitæ alienari in primogenitum facta, non est locus fideicommisso per contrauentionem.*

13 *Disponens expresse in fauorem uenientium ab intestato non dicitur contrauenisse prohibitioni de non alienando à testatore factæ.*

14 *Fideicommissum præcisum & simplex quando dicatur inductum post mortem prohibiti, de quo etiam supra nu. 7.*

15 *Conditio apposita fideicommisso ubi deficit, deficit etiam substitutio, & onus fideicommissi.*

16 *Statutum excludens filias etiam propter patruos, licet sit factum fauore agnationis, tamen non extenditur in fauorem patruellium, & sic filiorum patrui licet sint agnati, sed illa ratio intelligetur tantum in casu expresso.*

17 *Testatoris uoluntas colligitur ex eius uerbis, unde cum non dixit non dicitur ita uoluisse.*

18 *Prohibitus alienare non dicitur contrauenire instituendo sororem sibi ab intestato successuram.*

19 *Testator prohibens alienare turrim, licet causam aliquam non exprimat, ualet prohibitio, & censetur facere fauore agnationis, ut scilicet turris perpetuo sit apud eam.*

20 *Prohibitio realis nedũ filio, sed etiã eius descendẽtibus facta censetur.*

21 *Prohibitio alienationis quot modis fieri possit, & quomodo in rem, quomodo in personam, & quomodo mixtin.*

22 *Prohibitio alienationis dicitur personalis quando certa persona prohibetur simpliciter alienare, nec transit de persona in personam.*

23 *Qualitas rei prohibitæ alienari solum operatur, ut alienationis prohibitio, quæ alias uideretur sine causa, & ideo uti nuda non ualeret, eo casu ualeat, & nuda non dicatur, quia dicitur habere causam tacitam in dicta qualitate rei fundatam.*

24 *Prohibitio alias inualida nõ efficitur ualida ratione affectionis quam habet prohibens ad rem prohibitam.*

CONSILIVM XIII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie.

¶ Resolutio presentis consultationis admodum dubia videtur, etenim hincinde multa allegari possunt, ego tamen breuius quã potero rem ipsam expediam tangendo pro more meo tñ substantialia, ⁊ ea que videbunt alicuius momenti.

¶ Prima igitur consideratione videtur predictum don Frãciscum esse audiendum vt scilicet loca, ⁊ castra de quibus agitur ad eum pertinere debeant stantibus pactis matrimonialibus, ⁊ prohibitione alienationis in eis contenta, ⁊ hoc principaliter ex duobus.

¶ Et Primo. nam posito ꝙ testamentuz don Ennici Junioris ex alio subsistat, ⁊ infringi non possit prout in puncto videtur presupponi tamẽ videtur ꝙ nullo modo subsistat in eo ꝙ de castris, ⁊ locis predictis testator disposuit in don Jo. secundo genitum, ⁊ non in don Franciscum eius primogenitum, vt videbatur esse disponendum secundum ordinem donatoris, vel saltem videtur, ꝙ don Franciscus predictus vti primogenitus possit ad dicta bona venire quasi iure fideicommissi in predictis pactis, ⁊ prohibitione alienationis contenti precisi, ⁊ simplicis, non autem in casu contrauentionis facti in fauorem primogeniti, ⁊ hoc videt probari, quia don Ennicus de Mẽdosa donator videtur voluisse ꝙ semper dicta loca, ⁊ castra trãseant in masculos descendentes ex don Petro donatario de primogenito, in primogenitum, non autem videtur ꝙ eius dispositio terminetur in filijs dicti don Petri prout primo loco probare videntur illa verba, nisi in filios, ⁊ descendentes masculos ⁊c. de vno in alium seruando ordinem geniture, nam cũ dictum sit, ⁊ descendentes ⁊c. ostenditur, ꝙ disposuit nedum in fauorem filiorum don Petri, sed etiam nepotum, pronepo
1 tum, ⁊ aliorum deinceps, cum † descendentium appellatione
veniant nedum filij, sed etiam nepotes, ⁊ alij post eos in infinitũ vt est tex. in auth. de hered. ab intest. venient. post princ. cuz concordantibus vt per Alexã. in consi. clx. viso themate. nu. 3. lib. ij. per Deci. in consil. ccclxiiij. visis his. nu. 1. ⁊ per Ruyn. in consi. 100. viso testamento, nu. 1. ij. vol.

¶ Secundo etiam probatur in capitulo in quo relinquuntur dotes feminis, dum dicitur, habendo filium, vel filios mascu-

los, vel descendentes ex illis masculos, &c.

¶ Sed & tertio idem probatur infra quando donator substituit filium primogenitum quando dicitur sine filijs masculis legitimis, aut descendentibus ex illis &c. inducendo, & declarando dicta verba vt supra.

2 ¶ Et notandum est† quia videtur quod ex hac geminatione, seu multiplicatione illorum verborum ostendatur magis enixa, & precisa volũtas dicti donatoris, quod voluerit dicta loca, & castra peruenire in infinitum in omnes descendentes masculos arg. l. balista. cum his que ibi, & alibi per illum tex. dicunt Doct. ff. ad trebel. tradit Bar. in l. cum scimus. C. de agric. & censit. lib. xj. cum concordantibus vt per Deci. in consi. cccxv. superioribus diebus nume. 5. per Ruyn. in consi. cx. circa casum de quo queritur. nu. 17. & dixi in consil. xcviij. dominus Petrus de Brandis. nu. 11. j. volu.

¶ Et stante hoc quod vocati fuerint descendentes masculi cuiuscunque gradus ordine tamen successiuo iuxta tradita per Bar. & alios in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & posthu. dico quod ex intentione donatoris semper dicitur vocatus vnus tantum scilicet qui reperitur primogenitus, & hoc videtur importare illa verba de vno in alium seruando ordinem geniture, nã cum dicant de vno in alium, demonstrant vnum tantum esse habiturum, cum subdunt seruando ordinem geniture ostẽdunt solum illum esse habiturum, qui erit primogenitus, alioquin illa verba nihil viderentur importare contra l. si quando. in prin. ff. de legat. j. & tradita per Bal. in rub. C. de contrahen. empt. in ix. quest. cum similibus.

Que donatoris voluntas colligitur etiam ex capitulo illo quando deficientibus masculis substituit filiam primogenitam, aut ea deficiente illam, que reperietur prima in ordine geniture &c. Nam si recte hec verba ponderentur videntur aperte velle, quod vna tantum habeat, & illa scilicet que sit primogenita, & hoc generaliter intelligendum videtur, & sic in quocunque gradu sit scilicet filia, vel neptis dicti don Petri vel deinceps, modo sit primogenita inter viuentes, vnde quod donator sensit de femina quam in defectum masculorum vocat, sensit etiam de masculo per prius vocato, vt sic vna† pars dicte donationis, & pactorum eius per aliam declaretur arg. l. vtrum, & eorum que ibi

3 Ang. & alij tradunt. ff. de peti. heredi. sicut etiam in simili dicitur, quod vna pars testamenti aliã declarat. l. qui filiabus in prin. & l. si seruus plurium in fin. ff. de legat. j. cum similibus, & similiter vna pars statuti aliam declarat. institu. de leg. aquil. §. ex hoc autem. cum concordantibus vt per Corn. in cõsi. clxxxiij. presupponitur statutum litera B. ij. vol. per patruum & dominum meũ Socin. in consi. ix. viso statuto. ij. col. iij. volu. & per Deci. in consi. cccclij. in causa in qua molestatur. nume. 3. & in consi. ccccciij. in ciuitate lucana. nu. 8.

¶ Et stantibus predictis videtur quod don Frãciscus predictus possit optimo iure petere dicta loca & castra, quasi de eis in ei* fauorem videatur factum fideicommissum mediante prohibitione alienationis, nam †non est dubium, quod ex prohibitione

4 alienationis fideicommissum dicitur inductum in casu cõtrauentionis per ea que communiter * traduntur per Doct. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legat. j. & in l. qui Rome. §. coheredes. ff. de verb. obliga. cum similibus. & in casu nostro ille Ennicus Iunior videtur contrafecisse tali prohibitioni, cum illa videatur facta ne alienentur loca, & castra predicta in alios quã in primogenitum per predicta, ille tamen dicitur alienasse in secundo genitum ergo &c.

5 Nec dicatur, quod prohibitio† alienationis non videtur comprehendere institutionem heredis vt videtur velle Angel. in cõsi. vij. ex dicto themate ij. col. cum concordantibus vt alias dixi in consi. cxij. in causa nobilis domine Cornelie. nu. 12. j. volu. quoniam respondetur (quicquid de tali opinione sit dicendũ, quia valde dubia est) quod in casu isto cessat difficultas cum expresse fuerit dictum quod non possit disponere in vita nec in morte. &c. nam per illud verbum in morte clare prohibetur dispositio, seu alienatio testamentaria, que proprie dicitur fieri in morte vt est notũ, sic itaque videtur per dictũ don Ennicũ Iuniorem contrauentum, merito videtur factus locus fideicommisso.

¶ Immo videtur, quod etiam don Petrus eius pater contrauenerit disponendo aliter quam in primogenitum saltem tacite,

6 nam† cũ decesserit intestatus dicitur disponere voluisse vt omnes sui filij equaliter succedant iuxta authẽ. in successione. & in corpore vnde sumitur. C. de suis, & legitim. etenim qui moriẽs non testatur, dicitur tacite relinquere venientibus ab intestato l. conficiuntur. in princ. ff. de iur. codic. & alias taciti, & expressi idem est iudicium. l. cum quid, & ibi per Doct. ff. si cert. peta. vnde si don Petrus contrauenit iam fuit aperta via ad fideicõmissum in fauorem primogeniti de vno in alium, & sic primo fuit vocatus don Jo. eius primogenitus, post eum Ennicus, qui remisit primogenitus, & nũc eo sublato debet vocari don Franciscus eius primogenitus.

¶ Et si quis negauerit in casu nostro fuisse contrauentũ prohibitioni predicte, adhuc videtur quod ex ea fuerit inductum fideicommissum simplex post mortem talia loca, & castra tenentis, & possidentis in fauorem primogeniti cuiuscunque gradus secũdum supra dicta, attento, quod precisa, & clara voluntas donatoris constare videtur quod dicta bona de vno in alium transeant primogenitum, & apud talem semper conseruentur de gradu

7 in gradum vt supra ostensum fuit. nam† quando testator prohibet alienari extra familiam, quia vult bona in familia conseruari dicitur inductum simplex fideicommissum post mortem prohibiti, quia tunc clara volũtas eius ostẽditur, quod bona omnino in familia conseruentur vt voluit Bar. in d. l. qui Rome. §. coheredes prout ibi Aret. & dominus meus Socin. col. vj. intelligunt, & sequuntur eum, & tradunt etiam Moder. in d. §. diui & ibi ego dixi in vlti. notab. Sed hic prohibitio est facta extra primogenitum, vt bona sint semper apud primogenitum, & de vno in alium talem transeant secundum quod supra probatum videtur ergo &c.

¶ Secundo principaliter posito quod don Franciscus non posset venire vti primogenitus, videtur quod saltem venire possit tanquam masculus de familia de mendosa, cum don Joã. frater eius qui vltimo dicta loca, & castra tenebat, decesserit sine aliquibus liberis propter quod debent dicta bona ad ipsum don Franciscum vti proximiorem masculum pertinere, nam donatoris clara voluntas videtur, quod loca & castra predicta semper sint apud masculos, prohibuit enim bona ipsa alienari extra masculos de mendosa & voluit vt apud eos essent, vt ex verbis dicte donationis constat, & satis supra dicitur ostensum, vnde siue velimus ex prohibitione predicta inductum fuisse simplex fideicommissum post mortem prohibiti in fauorem masculorum descendentium, eo quod de eo videatur donatoris clara voluntas, sicut supradictum est respectu primogeniti, & clarũ est, quod tunc don Franciscus fideicommissum illud petere potest.

¶ Siue etiam illud negemus saltem dicitur inductum fideicõmissum in euentum contrauentionis per tradita per Doct. in d. §. coheredes, sed per don Jo. vltimo defunctum fuit contrauentum, quia alienauit extra descendentes masculos don Petri de mendosa instituendo dominam Eluiram eius sororem ergo factus est locus fideicommisso in fauorem dicti don Frãcisci vti masculi descendentis don Petri de mendosa.

¶ Istis tamen non obstantibus, & iuridice remotis, (quia vere casum nostrum non attingunt) contrariam sententiã vti probabiliorem de iure amplector cõcludendo quod immo vigore pactorum nuptialium, seu prohibitionis alienationis, ac substitutionis in dictis pactis contentarum don Frãciscus predictus nullum ius habet super locis, & castris de quibus agitur, & cõsequenter quod testamentum don Jo. nuper sine filijs decedẽtis, ac etiam testamentum don Ennici Iunioris patris eius propter pacta predicta, & cõtenta in eis infringi nullo modo possunt, & sic concludendum est loca, & castra predicta optimo iure pertinere ad dominã Eluiram de mendosa sororem, & vti heredẽ testamẽtariam predicti don Jo. vltimo loco defuncti.

¶ Et fundamentum eius clarum est in testamẽto predicti don Joannis fratris eius in quo ipsa reperitur instituta heres vni-

8 uersalis etiam in dictis castris, & locis, vnde† cum testamentum illud omnibus sit suffultum solemnitatibus iuris ita, vt de iure valeat, debet omnino tanquam lex seruari. §. disponat in auth. de nupt. & l. j. cũ sua materia. C. de sacrosan. eccle. & l. verbis legis xij. tab. ff. de verb. signifi. cum simi.

¶ Quinimmo etiam si don Joannes predictus intestatus decessisset excluso predicto don Francisco fratre consanguineo tantum, ipsa domina Eluira soror eius vtrinque coniuncta in totum successisset vt est tex. in auth. in successione. & in authen. post fratres, la prima. C. de legiti. hered. & in corpor. vnde dicte auth. sumuntur, & quia hec sunt clarissima non est vlterius insistendum pro fundanda intentione domine Eluire.

¶ Sed ũ ergo superest vt respondeatur adductis supra in contrarium

trariũ in quib⁹ ſtat omnis difficultas preſentis cõſultationis.

¶Quare pro reſolutione contrariorum aduertendum eſt, ⁊

9 preſupponendum ante omnia† ꝙ prohibitio alienationis etiã in teſtamento facta dicitur odioſa, ⁊ ſtricte interpretanda, quia per eam auffertur homini ingenuo libera rerum ſuarũ diſpoſitio, quod reputatur iniquum l. ij. ff. ſi quis a paren. fuer. manumiſſ. ⁊ l. dudum. C. de contrahen. empt. ⁊ hinc inter cetera

10 diſponitur, ꝙ † prohibitio alienationis facta per patrem filio ſolum in ipſo filio procedit, ⁊ non trahitur ad nepotẽ licet, alias appellatione filiorum veniant nepotes. l. iuſta interpretatione ⁊ l. filij appellatione. ff. de verb. ſignifi. cum ſimi. hoc enim caſu fit ſtricta interpretatio, ⁊ ſub nomine filij nõ venit nepos prout ita eſt ſecundum ſtrictam verbi ſignificationem, alio enim nomine appellantur filij, alio nepotes l. quid ſi nepotes. ff. de teſtamen. tutel. ⁊ §. fin. inſtitu. qui teſta. tut. dar. poſſ. ⁊ de hac diſpoſitione vt ſcilicet prohibitio alienationis facta filio non intelligatur facta nepoti eſt text. in terminis in §. nos igitur. in auth. de reſtit. fideicom. collat. ix. vbi Jacob. de Beluiſ. Ang. ⁊ alij tradunt. ⁊ eſt notabilis deciſio Bar. poſt Byn. in l. filiuſ

* familias. §. diui in x. q. ff. de legat. j. quã ibi communiter * ſequuntur Doct. vbi poſt alios dixi, ⁊ reſpondi quibuſdam in contrarium adductis ibi per Crottum.

Hoc ita poſito pro vero, prout veriſſimum eſt, ⁊ communiter tenetur, dico, ꝙ ſi id eſt, quando prohibitio fit in teſtamento, que ſolet plenius operari, quã ſi fiat in cõtractu vt per Doct. in d. §. diui. ⁊ in l. ea lege. C. de condict. ob. cauſ. fortius procedet in caſu noſtro in quo prohibitio non fit in teſtamento, ſed

11 in contractu inter viuos, illa† enim minus operatur ⁊ debilioris eſt nature prout inter alia conſtat, quia per eam non impeditur tranſlatio dominij, ſicut impeditur per prohibitionem factam in teſtamento vt per Cyn. in d. l. ea lege. ⁊ per Bart. ⁊ alios in d. §. diui. in iiij. queſt. vbi ego hanc differentiam defenſaui a pluribus in contrarium allegatis.

¶Si igitur prohibitio alienationis facta in teſtamento, que plus ſolet operari vti potentior non facit vt prohibito filio dicatur prohibitus nepos, minus hoc operabitur in caſu noſtro prohibitio facta in pactis matrimonialibus, ⁊ ſic inter viuos, quia ſi de quo magis videtur ineſſe non ineſt ergo nec de quo minus. auth. multomagis. C. de ſacroſanct. eccle. ⁊ de epiſco. ⁊ cleric. cum ſimilibus, ⁊ tradunt legiſte in l. j. in prin. C. de rei vxor. act. ⁊ Canon. in c. per venerabilẽ. extra qui fil. ſint legiti.

¶Ex alio etiam procedit argumentum a fortiori, nam ſi id eſt ꝙ nepos non dicatur prohibitus, quando filio fit prohibitio ſub illo nomine appellatiuo filij, cuius appellatione venit nepos vt dictum eſt fortius hoc erit in caſu noſtro in quo prohibitio fit filio ſub nomine proprio cum dictũ fuerit ꝙ don Petrus Lopes, de mendoſa donatarius non poſſit ordinare, nec diſponere ⁊c. ⁊ alias clarũ ſit ꝙ appellatione Petri nullo modo venit filius eius vt de ſe notum eſt, non ergo poteſt dici ꝙ don Ennicus filius dicti don Petri, ⁊ minus don Jo. dicti don Ennici filius, ⁊ dicti don Petri nepos dicatur cõprehẽdi in ꝓhibitione alienationis predicto don Petro noĩatiꝫ facta.

¶Et ſtantibus predictis, (prout arbitror eſſe veriſſima) apertiſſima colligitur reſponſio omnibus in cõtrarium allegatis.

¶Nam dum primo dicebatur ꝙ predictus don Franciſcus poterat quaſi ad fideicommiſſũ venire vti primogenitus, ⁊c. Reſpondetur negando tale quaſi fideicommiſſũ in eius fauorem fuiſſe inductum, illud enim, quod de primogenito poteſt colligi ex dicta prohibitione poſſet habere locum reſpectu filiorum dicti don Petri qui alienare prohibitus erat, quia fatebor fuiſſe inductum quoddam quaſi fideicommiſſum in fauorem filiorum eius de vno in alium ſecundum ordinem geniture vt verba prohibitionis dicunt, ⁊ ita fuit ſeruatum cum primo fuerit admiſſus don Jo. primogenitus dicti don Petri, ⁊ cũ ille deceſſerit ſine liberis fuit ſecũdo loco admiſſus don Ennicus ſecũdogenitus, q̃ ex viuis reperiebatur primogenitus.

¶Uerum quum ille deceſſerit cum liberis, ⁊ non reperiretur in dictis pactis prohibitus alienare prout ſupra oſtenſum fuit, illud quaſi fideicommiſſum dicitur extinctum ſeu finitum in perſona ſua ſaltem quo ad perſonas filiorum, ⁊ aliorũ deſcendentium ſuorum.

¶Licet etiam dici poſſet ꝙ ſatiſfactum fuit donatori, qñdo don Jo. primogenitus don Petri (⁊ qui tẽpore mortis eius talis erat) fuit admiſſus, ⁊ qui nec ipſe reperiebatur prohibitus, aut illo quaſi fideicõmiſſo grauatus, ⁊ don Ennicus Junior frater eius poteſt dici, ꝙ non habuerit ex vi predictorum pactorum, ſed ex conceſſione illi facta per ſuos fratres vt in pũcto narratur ſed ſuper hoc non inſiſto quia non expedit, nam quicquid ſuper hoc tenere velis non alteratur concluſio noſtra videlicet quod in perſona don Ennici Junioris illud quaſi fideicommiſſum fuerit extinctum preſertim quia cum filijs maſculis deceſſit.

¶Non obſtant fundamenta contraria, nam dum primo ponderantur illa verba, ⁊ deſcendentes maſculos ⁊c. Reſpondetur fatendo ꝙ verbum deſcendentes comprehendit nepotes, ⁊ alios deinceps, ſed dico, ꝙ ex eo non debet inferri vt dicebatur in argumento, ſed importãt ꝙ don Petrus Lopes donatarius prohibebatur niſi in filios ſuos, ⁊ alios deſcendentes diſponere, aut ordinare in vita, nec in morte, que verba importabant, ꝙ don Petrus poſſet, ⁊ quaſi deberet diſponere in dictos filios, ⁊ deſcendentes ⁊c. quod intelligi debet ordine ſucceſſiuo, videlicet in filios ſi extarent, vel ſi non extarent in alios deſcendentes iuxta tradita per Doct. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. ⁊ poſthu. declarando tamen ꝙ in vnum tantum poſſet diſponere ſecundum ordinẽ geniture, ⁊ hoc ſonãt illa verba, de vno in alium ſeruando ordinem geniture hoc eſt dicere in illum veniat qui ex pluribus puta filijs reperietur primogenitus, ⁊ ita etiam dico, de alijs deſcendentibus, ſi filij nõ extarent tempore mortis dicti don Petri qui dicitur illo quaſi fideicommiſſo grauatus, cum ⁊ ipſe ſolus nominatim fuerit prohibitus alienare.

¶Nec ex eo ꝙ ipſe poterat filijs non extantibus in nepotes ⁊ alios deſcendentes diſponere, ⁊ alienare poteſt inferri, ꝙ prohibitio alienandi ſibi nominatim facta, cenſeatur facta ſuis deſcendentibus, ⁊ ſic tranſeat de perſona in perſonam per text. in preallegato. §. nos igitur. ⁊ alia ſupra dicta. Dico ergo (⁊ mihi clariſſimum videtur) ꝙ fideicommiſſum ſi quod fuit inductũ (tale quale fuit) in fauorem eius, qui ex filijs, vel deſcẽdentibus don Petri fuiſſet primogenitus, ſolum fuit inductum ad grauamen, ⁊ onus dicti don Petri, qui fuit alienare prohibitus, poſt eum vero nullus dicitur tali fideicommiſſo grauatus cũ nullus poſt eum reperiatur prohibitus.

¶Et dico etiam ꝙ ipſe don Petrus non poteſt dici ꝙ fuerit grauatus in fauorem don Franciſci eius nepotis, quia tempore ſue vite, ⁊ mortis, viuebant filij eius, ⁊ ſpecialiter inter eos don Jo. eius primogenitus extra quem in effectu erat prohibitus diſponere, ⁊ ordinare vt important illa verba de vno in alium ſeruando ordinem geniture.

¶Et cum dictus don Petrus extra dictum primogenitum non alienauerit non dicitur contraueniſſe, voluntati donato-

12 ris, ⁊ ideo † non poteſt dici, ꝙ ſit factus locus fideicommiſſo per contrauentionem, que facta non fuit iuxta plene tradita per Doct. in d. l. qui Rome. §. coheredes. ff. de verbo. oblig. ⁊ in d. §. diui.

¶Nec verum eſt, ꝙ dicatur tacite contraueniſſe moriens inteſtatus vt in contrarium arguebatur.

¶Primo quia vere nihil diſpoſuit, aut ordinauit, ⁊ ſucceſſio ab inteſtato dr̃ diſpoſitio. legis non hominis. hinc eſt, ꝙ eo modo ſuccedentes dicũtur legitimi heredes vt ff. ⁊ C. de ſuis, ⁊ legiti. ⁊ C. de legiti. hered. ſicut etiam legitima tutela dicitur, que a lege defertur. ff. de legiti. tut. per totũ, ⁊ licet ita moriẽs videatur id tacite voluiſſe, tamen in caſu noſtro videtur, ꝙ fuerit conſiderata ſolum expreſſa, ⁊ aperta diſpoſitio, ⁊ ordinatio vt contraueniatur voluntati donatoris, non autem tacita, cũ, ⁊ alias tacita nõ noceãt, licet expreſſa nocerent. l. nonnunquã. ff. de condit. ⁊ demonſtra. ⁊ l. expreſſa nocent. ff. de regu. iur.

13 ¶Secũdo quia ſi don Petrus expreſſe diſpoſuiſſet† in fauorem venientium abinteſtato non diceretur contraueniſſe. l. cũ pater. §. cum inter. ff. de legat. ij. ⁊ ibi not. Doct. ⁊ traditur in d. §. diui. in vij. queſt. Bar. Paul. de Caſt. in conſil. cclxxxiij. viſis ſtatutis. j. col. ⁊ Alex. in conſil. xxiij. conſideratis verbis. nu. 9. ⁊ 10. lib. ij. minus dicitur ꝯtraueniſſe nihil diſponẽdo. arg. auth. multomagis. C. de epiſco. ⁊ cleri. cum ſimilibus. ⁊ propterea non poteſt dici ꝙ in effectu reſpectu dictorum locorum, ⁊ caſtrorum habuerit locũ ſucceſſio ab inteſtato, quia tunc omnes filij pariter fuiſſent vocati quod non fuit, ſed vnus tantum, ⁊ primogenitus, ea bona habuit.

¶Nec obſtat quod dicebatur fuiſſe inductum preciſũ, ⁊ ſim-

14 plex fideicommiſſum poſt mortem. ⁊c. †Quoniam primo poteſt hoc negari, quia illud ſolet procedere tantũ, quando poſt prohi-

prohibitionem alienationis dicitur ⁊ hoc fecit quia voluit bona de quibus fit prohibitio perpetuo, aut semper remanere in familia vel similia verba prout declarant Doct. in d. §. diui. ⁊ in d. §. coheredes. (licet etiam tunc sit articulus dubius, vt per Doct. in d. locis, ⁊ maxime per Ripam. in dicto §. diui. a nume. 119. vsq; in fin.) in casu autem nostro non sunt talia verba, nec similia ergo ⁊c.

¶ Secundo responderi potest, quod si quod fideicommissum fuit inductum, illud fuit solum in fauorem filiorum dicti don Petri de vno in alium seruando ordinem geniture prout verba sonant, vel solum in fauorem eius qui tempore mortis don Petri repertus fuit primogenitus eius, ⁊ tali fideicommisso solum ipse don Petrus videtur fuisse grauatus cum ipse solus ⁊ non sui descendentes fuerit prohibitus alienare vt supra est demonstratum non ergo potest don Franciscus nepos dicti don Petri ius aliquod pretendere, nec aliquod fideicommissum petere, ⁊ licet ipse veniat appellatione descendentium don Petri de quibus pluries fit mentio in predictis pactis, ⁊ prohibitione alienationis ⁊ etiam in substitutione in qua fiebat fundamentum in allegatis in contrarium, tamen vt etiam supra dixi illud erat attendendum solum respectu prohibitionis, ⁊ oneris iniuncti ipsi don Petro vt scilicet ipse non posset extra filios de vno in alium ⁊c. si ei superfuerint, ⁊ eis non extantibus extra nepotes similiter de vno in alium ⁊c. si extarent, vel alios descendentes qui sibi super extarent semper de vno in alium seruando ordinem geniture, vnde cum don Petrus decesserit cum filijs in eis fuit verificatum fideicommissum, ⁊ onus eius dicto don Petro impositum, ⁊ sic fuit seruata, ⁊ adimpleta voluntas donatoris, quia post don Petrum loca, ⁊ castra de quibus agitur peruenerunt ad don Jo. eius primogenitum ⁊ postea eo sine liberis decedente ad don Ennicum, qui tunc reperiebatur primogenitus vt etiam supra dixi, licet etiam dici possit, q; ille talia bona alia causa habuerit vt etiam supra dixi, ⁊ cũ non reperiatur q; ille don Ennicus Junior fuerit grauatus, aut prohibitus alienare non potest etiam dici, q; aliquis reperiatur, qui ad aliquod fideicommissum venire possit, cum fideicõmissarius, ⁊ grauatus sint nomina correlatiua, sicut emptor, ⁊ venditor, maritus ⁊ vxor debitor, ⁊ creditor, ⁊ similia, ⁊ vnum sine altero non detur, ⁊ ad positionem vnius sequatur positio alterius, ⁊ per contrarium vt bene declarat Signorol. in consi. lxix. in questione Blandisie. nume. 6. non potest ergo don Franciscus aliquod fideicommissum petere nec in eius fauorem potest nunc dici factum cum non reperiatur, qui ad illud fuerit grauatus.

Et dicere q; donator voluit dicta loca, ⁊ castra peruenire in infinitum in suos descendentes masculos scilicet in primogenitum ex eis fauore conseruande agnationis in proposito falsum est, nulla enim verba sunt, que hoc importare possint, sed solum important ipsum don Petrum nominatim esse grauatum vt patet ibi, q; dictus don Petrus non possit disponere, nec ordinare ⁊c. ⁊ etiam dispositum esse de dictis bonis tantum post mortem don Petri vt constat in clausulis vbi fit substitutio dum dicitur, ⁊ si contingerit dictũ don Petrum decedere, sine filijs masculis ⁊c. ⁊ infra etiam dum dicitur, ⁊ si contigerit d. don Petrum decedere sine filijs ⁊ filiabus ⁊c. substitutio ergo solum dicebatur facta, ⁊ onus fideicommissi iniunctum predicto don Petro sub predicta conditione si decesserit sine fi-
15 lijs masculis ⁊c. sed† talis cõditio defecit, quia ipse decessit cum filijs masculis ergo etiam defecit substitutio, ⁊ onus fideicommissi. l. qui heredi. §. plautius. ⁊ ibi not. Doct. ff. de condit. ⁊ demonstrat. l. hec venditio, in princ. ff. de contrahen. empt. ⁊ l. cedere diem. ff. de verb. signifi. ⁊ licet forte quatenus substitutio facta fuit, ⁊ etiam alienationis prohibitio fuerit per donatorem dictum tantum de masculis fauore conseruande agnationis, tamen ex eo non potest dici, q; prohibitio ⁊ fideicommissum protendantur vltra personas in eis expressas per predicta ⁊ ille fauor agnationis, immo etiam fauor primogeniture dicitur consideratus tantum inter filios dicti don Petri prohibiti ⁊ grauati.

16 ¶ Sicuti diceremus in statuto † excludente filias etiam propter patruos nam licet sit factum fauore agnationis vt communiter* dicunt Doct. ⁊ talis fauor pro vnica ratione solet cõsiderari prout post alios plene relatos firmat Alber. Brun. in solemni suo tract. de statut. excludenti. femin. propter masculos in iij. arti. ⁊ ego plene dixi in consi. j. factum tale proponitur, nu. 38. cum multis sequentibus. j. volu. tamen non extẽdetur in fauorem patruelium, ⁊ sic filiorũ patrui licet sint agnati, sed illa ratio intelligetur tantum in casu expresso vt post alios voluit patruus ⁊ dominus meus Socin. in consi. ix. viso statuto iij. vol. ⁊ ego retuli ⁊ sum sequutus in consi. vj. moritur vltimo loco Cassandra. nu. 10. j. vol. cum multis similibus decisionibus, que ad hoc allegari possent, ⁊ in simili in testamentaria dispositione firmat Ruyn. in consi. cij. videtur prima consideratione. nu. 14. ij. vol.

Nec quenquam decipiant illa verba de vno in alium seruãdo ordinem geniture, quasi velint, q; procedatur de primogenito, in primo genitum, ⁊ de gradu in gradum, quoniam dico, q; hoc non important dicta verba, sed volunt tantum de eodem gradu loqui vel filiorum, vel nepotum, vel deinceps, qui reperiãtur tẽpore mortis don Petri vt scilicet in eo gradu ille vocetur, qui reperitur primo genitus, alioquin oporteret dicere alios etiam fuisse prohibitos, ⁊ grauatos vltra predictum don Petrum quod esset contra d. §. nos igitur, ⁊ cõtra predicta.

¶ Preterea proprie inter fratres cõsideratur, ⁊ seruatur ordo geniture cum omnes sint eo gradu, sed vnus genitus post aliũ vt est notum, ⁊ sic eis, ⁊ inter eos bene conueniunt predicta verba, non autem inter plures gradus vt scilicet importent de gradu in gradum, ⁊ si id donator voluisset, dixisset seruando ordi-
17 nem gradus, ⁊ de primogenito, in primogenitum, vnde† cum non dixerit, non dicitur ita voluisse argu. l. j. §. si autem ad deficientis. ⁊ que ibi dicunt Doct. C. de caduc. tollen. ⁊ c. ad audientiam. in fin. de decim. cum simi.

¶ Nec obstat quod dicitur de filia primogenita in substitutione de ea facta vt in contrarium allegabatur. Quoniam respondetur, q; immo talis substitutio, ⁊ consideratio filie primogenite plurimum adiuuat conclusionem nostram, in primis enim dicitur, ⁊ si contigerit dictum don Petrum decedere sine filijs masculis ⁊c. ⁊ sic solum in dicta substitutione consideratur decedentia don Petri sine filijs, vel alijs descendentibus masculis, vnde duntaxat dictus don Petrus fuit in tali substitutione grauatus sub dicta conditione, ⁊ ideo eo decedente cũ filijs masculis, ⁊ sic deficiente conditione non reperitur postea aliquis eius filius grauatus, quicquid de eis contingat l. filiusfamilias. §. cum quis. ⁊ ibi tradunt Doct. ff. de leg. j. facit l. cum vxori. C. quando dies legat. ced. per quam ita dixit Oldrad. in consi. xxj. thema tale est. ⁊ tradit Deci. plures alios allegando. in consi. cccclxxx. in casu qui contingit. nu. 6. ⁊ si aliquis filiorum dicti don Petri non dicitur grauatus, sicut etiam non potest dici prohibitus alienare per predicta, sequitur q; non potest considerari aliquis ex eorum descendentibus, qui possit dici ad aliquod quasi fideicommissum vocatus sicut supra dicebatur.

¶ Preterea ⁊ ij. dicebatur, q; loca, ⁊ castra perueniant in filiam primogenitam si viua sit, aut in illam, que reperietur prima in ordine geniture superuiuens dicto don Petro ⁊c. nam etiam ex his verbis ostenditur q; donator solum post mortem dicti don Petri considerauit substituere masculis deficientibus filiam primogenitam sic igitur verum est, q; ex intentione donatoris non dicitur aliquis grauatus post mortem dicti don Petri, sicuti etiam solus ille fuit alienare prohibitus.

¶ Quo stante nõ potest dici q; don Ennicus Junior, aut don Jo. eius filius in eorũ testamentis dicantur contrauenisse prohibitioni donatoris, quoniam qui non dicitur prohibitus, nõ potest dici contrauenire vt per Doct. in d. §. diui.

¶ Nec etiam potest dici inductum aliquod quasi fideicõmissum in fauorem don Francisci vti primogeniti post mortem don Ennici patris eius, aut don Joã. fratris eius vt ex predictis cõstat. Ex quibus satis superq; ⁊ apertissime constat sublatum esse primum fundamentum dicti don Francisci dum dicebatur, q; ipse vti primogenitus patris eius volebat venire contra predicta testamenta, ⁊ pariter etiam esse responsum omnibus que pro tali fundamento allegata fuerunt.

¶ Et dum dicebatur, q; clara, ⁊ precisa voluntas donatoris videbatur apparere respondetur vt etiam supra satis dictum fuit, q; immo ex verbis pactorum in dicta donatione, ⁊ simpliciter ex prohibitione alienationis ⁊ ex substitutione in tali donatione factis apertissime constat solum don Petrum fuisse prohibitum alienare, ⁊ eum tantum illo quasi fideicommisso fuisse grauatum vt supra plene fuit demonstratum.

¶ Non obstat modo secundum principale fundamentum dũ dicebatur,

dicebatur quod don Franciscus videbatur vocatus vti masculus solus superstes ex dicto don Petro, cum vltimo don Joan. Junior decesserit sine filijs. Quoniam respondetur, quod virtualiter ex predictis etiam hoc fundamentum dicitur sublatum, nam cum fundetur in eo, quod dictus don Joannes contrauenerit instituendo dominam Eluiram feminam, vel etiam qui ipse dicebatur simpliciter illo quasi fideicommisso post mortem grauatus decedens sine filijs masculis vt in argumento dicebatur, et supra probatum sit solum don Petrum donatarium fuisse prohibitum alienare et consequenter etiam illo quasi fideicommisso eum solum fuisse grauatum, sequitur plusquam clare quod predictus don Joannes Junior eius nepos non potest dici aliquo quasi fideicommisso grauatus, sicut etiam non potest dici, quod fuerit alienare prohibitus per preallegatum §. nos igitur. et alia supra deducta merito ergo non potest dici, quod ipse alicui
18 prohibitioni contrauenerit. Ultra† id, quod si etiam fuisset prohibitus non diceretur contrauenisse instituendo sororem sibi ab intestato successuram per l. cum pater. §. cum inter. ff. de leg. ij. et tradunt Doct. in dicto §. diui in vij. questio. Bar. cum concordantibus vt per Ruyn. in consi. cxliij. ponderatis. nu. 2. iij. vol.

¶ Nec etiam potest dici, quod post mortem eius, (licet sine filijs) possit don Franciscus aliquod quasi fideicommissum petere, licet enim donator voluerit masculos preferre feminis, tamen illud voluit solum considerari, et attendi post mortem dicti don Petri, postea autem non protenditur sua dispositio vt ex supra dictis plene fuit ostensum.

¶ Reiectis itaque omnibus in contrarium deductis remanet firma, et clara conclusio in fauorem predicte domine Eluire, et consequenter, quod don Franciscus nullum ius aduersus eam pretendere potest occasione predictorum pactorum nuptialium, seu prohibitionis alienandi et substitutionis in eis contentarum.

¶ Sed restat scrupulus contra predicta nam cum totum fundamentum conclusionis supra firmate sit in eo quod prohibitio alienationis fuit facta tantum ipsi don Petro, et non trahitur ad eius descendentes per d. §. nos igitur. in auth. de restitu. fideicommiss. videtur, quod in casu isto ille tex. non procedat, attenta qualitate locorum et castrorum, que fuerunt alienari prohibita, nam videtur quod talis prohibitio veluti rerum in se continentium honorem, et conseruationem transierit in omnes in quos bona predicta transierunt, vt sic eo modo conseruentur apud agnatos descendentes dicti don Petri pro honore dicte agnationis licet hoc per donatorem non fuerit expressum, nam predicta ratio videtur tacite colligi ex qualitate dictorum bonorum, quia scilicet castra sunt plurimum honorantia (vt ita
19 dixerim) dictam agnationem, sicut† in simili dicitur, quando testator prohibet alienari turrim, nam licet causa aliqua non exprimatur, tamen valet prohibitio, et censetur facta fauore agnationis vt scilicet turris perpetuo sit apud eam vt tradunt Doct. in l. quoties. post glo. ibi. C. de fideicommis. et in d. §. diui. vbi ego plene dixi in ij. notab. et firmat etiam Ruyn. in consi. ccviij. premittendum est primo. nu. 16. in fin. j. vol. considerata igitur ratione predicta videtur quod prohibitio transeat de filio in nepotes, et alios descendentes vt per Doct. maxime Jaso. et Crot. in d. §. diui. in x. quest. Bar. et per Curt. Junior. in consi. xliij. habita diligenti. col. pen.

¶ Preterea cum prohibitio isto casu videatur facta ex rerum prohibitarum qualitate, et propter affectionem, quam donator ad dicta castra habebat, et ea apud suos posteros masculos conseruari volebat, potest dici quod talis prohibitio fuerit realis potius quam personalis quo posito non procedit d. §. nos igi-
20 tur, sed† prohibitio vti realis, nedum filio sed etiam eius descendentibus censetur facta secundum Bald. in l. precibus. colum. pen. versi. extra queritur. C. de impube. et alijs substitu. cum concordantibus vt per Curt. Jun. in consi. cxv. mirandum est summopere nume. 19.

¶ Nec videtur obstare, quod in prohibitione fiat mentio de ipso don Petro. Quoniam ex quo prohibitio fit ne dicta castra alienentur eorum respectu, et propterea videatur, quod fuerit realis non desinit esse talis ex eo, quod de persona don Petri fiat mentio vt signanter concludit Jo. Crot. in d. §. diui. in d. x. quest. in iij. casu dicens, quod ita voluit ibi Alex. vt per eum. sic ergo videtur, quod omnia supradicta ruant.

¶ Sed tamen istis non obstantibus verissima est conclusio supra firmata, et scrupulus allegatus facillime resoluet, et pro clara et aperta resolutione primo considerandi sunt aliqui casus.

21 ¶ Aliquando† enim et primo prohibitio fit in rem, et persona aliqua non exprimitur. Puta prohibeo alienari talem domum et tunc verum est prohibitionem esse realem, et tunc verum est quod transit in quemlibet descendentem, et procederent allegata in contrarium, et ita tenet Patruus et dominus meus Soci. in consi. lxij. viso capitulo. col. pen. versi. preterea ex quo iij. volu. et tunc non est aliqua difficultas, nec dicitur, quod in prohibitione facta filio comprehendantur nepotes, quia vere non fuit facta filio, sed fuit mere realis, et ita memini me declarasse in d. §. diui. in x. quest. et iste non est casus noster, qui donator non dixit prohibitionem in rem, sed in personam dicens, quod dictus don Petrus non possit ordinare, nec disponere, etc.

¶ Aliquando et ij. dicitur prohibeo talem domum alienari per filium meum, et tunc posset dubitari, nam Jo. Crot. in d. x. q. in iij. casu dicit talem prohibitionem dici realem, et transire de filio in nepotes per l. peto. §. fratre. ff. de legat. ij. et dicit, quod ita voluit ibi Alexan.

¶ Sed mihi ista opinio nunquam placuit, quoniam ex quo exprimitur persona filij, qui alienare prohibetur, prohibitio non debet dici realis, sed potius personalis, cum dictum fuerit per filium meum, que verba sonant personalitatem.

Nec obstat d. §. fratre. quia ibi in prohibitione non demonstratur persona prohibita, et verba illa fratre herede instituto institutionem de fratre factam ostendunt, et non respiciunt prohibitionem, que fuit realis, et impersonaliter facta, dixit enim simpliciter, peto ne domus alienetur, et in his, et similibus terminis loquitur Alexan. in d. x. questio. et sic non dixit illud quod credidit Crot. sed tantum dicit alios descendentes prohibitos, quando prohibitio fit in rem, et impersonaliter, sicut etiam loquitur d. §. fratre.

¶ Preterea etiam ad illum tex. respondetur quod ibi testator post illam prohibitionem subdit illa verba, vt in familia relinqueretur, et ita ego tenui reprobando opinionem Croti. in d. x. quest. sic itaque constat, quod si iste esset casus noster talis opinio vti non vera nostre conclusioni non obesset, sed vltra dico, quod nec iste est casus noster non enim donator dixit prohibeo dicta loca, et castra alienari per don Petrum filium eius, sed dirigendo verba in personam dixit quod d. don Petrus non possit ordinare, nec disponere, etc.

22 ¶ Aliquando† et tertio certa persona prohibetur simpliciter alienare, et non est dubium, quod prohibitio dicitur personalis, nec transit de persona in personam, et sic in ea procedit dispositio d. §. nos igitur. de restitu. fideicommis. prout firmant Doct.
* communiter * post Dyn. et Bart. in d. §. diui. in x. quest. et iste est proprie casus noster, nam don Petrus filius donatoris prohibetur alienare, seu ordinare, et disponere in vita, nec in morte etc. merito ergo talis prohibitio vti personalis non debet egredi personam eius, et consequenter non transiuit in filios, aut nepotes eius per ea, que supra deducta fuerunt, et ita etiam firmat Patruus et dominus meus Socin. in consil. lxxij. capiendo primum. nu. 24. iiij. volu.

Nec quemquam moueat, quod subdatur de dictis locis, et castris, etc. quasi quod ex eorum expressione prohibitio fiat realis. Quoniam hoc negatur, et talis expressio ad realitatem nihil facit, quia illa solum dicitur realis, que in rem dirigitur, et impersonaliter fit vt in primo casu supra posito contingit, at in casu nostro prohibitio dirigitur in personam don Petri, et ideo debet dici personalis licet de locis, et castris sit facta prohibitio, nam ipsorum expressio non facit, quin prohibitio dicatur personalis si in personam fuerit directa, alioquin non esset dare personalem prohibitionem, cum semper de rebus fiat mentio vt ostendatur quarum rerum alienatio prohibeatur, et sic prohibitio vti realis semper transiret vltra personam prohibitam, quod nullo modo dici debet, esset enim contra omnia supra dicta, et in specie contra d. §. nos igitur, nam, et ibi fuit expressa res quam testator alienari prohibebat videlicet domum et proastia quedam, siue suburbia secundum nouam translationem, et tamen prohibitio vti personalis non transit de filio in nepotes, et alios deinceps vt ibi dicitur, et quia hoc clarissimum est, et neminem puto hesitaturum aliter super eo non insistam, et ex his apertissime constat ea que in vltima parte scrupuli dicebantur nihil penitus obstare nostre conclusioni supra firmate.

¶ Ad ea vero, que in prima parte dicuntur ij. loco responden
23 do dico, quod similiter non obstat. Nam† in primis dico quod qualitas rei prohibite alienari (puta quia erat turris, que solebat

stare

stare ad protectionem ⁊ defensionem agnationis) solum operatur vt alienationis prohibitio, que alias videretur sine causa, ⁊ ideo vti nuda non valeret iuxta d. §. diui. eo casu valeat, ⁊ nuda non dicatur, quia scilicet dicitur habere causam tacitã in dicta qualitate rei fundatã vt proprie loquũtur omnes Doct. in d.l.quoties.C. de fideicommiss. ⁊ in d.§.diui. vbi ego dixi in ij. notab. ⁊ ita etiam loquitur Ruyn. in d. consi. ccviij. in contrarium allegato. j. volu.

¶ Sed ꝙ tunc prohibitio personalis transeat vltra personaꝫ prohibitam non operatur, id enim esset contra mentem testatoris, qui personaliter prohibuit, vnde in casu nostro cum prohibitio fuerit personalis (esto ꝙ propter qualitatem rerũ prohibitarum nõ possit dici nuda) non attamẽ debet egredi personam prohibitam scilicet dictum don Petrum, qui personaliter, ⁊ nominatim fuit prohibitus vt supradictum fuit.

¶ Secundo etiam dico ꝙ qualitas locorum, ⁊ castroruꝫ, que prohibentur alienari non est talis, ꝙ operetur productionem prohibitionis de persona ad personam (esto quod illud in turri prohibita alienari dici posset absque preiudicio veritatis.) Nam in turri illud esset, quia illa solita erat stare ad tutelam, ⁊ defensionẽ familie, seu agnationis testatoris prohibẽtis prout dicunt Doct. in preallegato. §. diui. ⁊ ego dixi ibi. in ij. notab. que consideratio non cadit in locis ⁊ castris de quibus agitur

14 esto † ꝙ donator potuerit habere ad ea affectionem, nam ex eo non infertur, ꝙ prohibitio alias inualida valere debeat, vt probatur in l. pater filium. §. Julius Agrippa. ff. de leg. ij. dum loquitur de prohibita alienatione predij suburbani, aut domus maioris, ⁊ concluditur ibi, ꝙ ex qualitate dictarum rerum prohibitio nõ desinit esse nuda, ⁊ inualida, ⁊ tamen domus illa, ⁊ predium suburbanum honorabant familiam testatoris seu ad ipsius honorem conseruandũ poterãt dici prohibita alienari.

¶ Nec etiam debet inferri ꝙ prohibitio alias de se personalis de filio transeat in nepotes, ⁊ alios descẽdentes prout hoc aperte probatur in predicto. §. nos igitur. Nã ⁊ ibi prohibitio erat de proauitijs seu de suburbijs secũdum nouã translationem, ⁊ de domo, ⁊ tamen ex qualitate ipsarum rerum non inducitur, ꝙ prohibitio egrediatur personam filiorum, cum ipsi proprio nomine expresso fuerint prohibiti non obstante, ꝙ illa suburbia, ⁊ domus honorem familie, ⁊ agnationis testatoris conseruarent, ⁊ ita proprie dicendum est in casu nostro in quo solum don Petrus donatoris filius proprio nomine fuit ꝓhibitus, ⁊ hic dicitur facta prohibitio personalis vt supra est dictum, nõ enim debet prohibitio egredi personam ipsius don Petri, esto, ꝙ loca, ⁊ castra prohibita essent familie, ⁊ agnationi sue honorifica, seu honorem eius conseruarent.

¶ Nec dicatur, ꝙ saltem in casu isto colligatur donatorem voluisse in sua familia d. loca, ⁊ castra conseruari, ex eo ꝙ prohibuit ea alienari, seu de eis disponi, ⁊ ordinari, nisi in filios, ⁊ descendentes masculos ⁊c. Quasi ꝙ ex eo sumatur, ꝙ voluerit ea bona in familia sua conseruari perinde ac si illud expressisset, etenim si id expressum fuisset, videretur, ꝙ omnes descendentes dicerentur prohibiti per tradita per Doct. in d. §. diui. in x. quest. Bar. ⁊ tradit Curt. Junior in consi. xliij. in contrariũ allegato. Quoniam respondetur primo, ꝙ falsa est consideratio predicta, quia ex eo ꝙ dictum sit, nisi in filios, ⁊ descendentes, ⁊c. non est inferendum, ꝙ voluerit dicta bona perpetuo in suis descendentibus conseruari, sed illa verba limitant prohibitionem alienationis factam don Petro, nam licet prohibeatur alienare, seu disponere, ⁊ ordinare, tamen poterit in predictos filios, ⁊ descendentes masculos disponere, vel ordinare scilicet de vno in alium seruando tamen ordinem geniture vt verba prohibitionis sonant ⁊ supra etiam fuit dictum. Sed ꝙ post mortem dicti don Petri fuerit inductum aliquod onus fideicommissi aut facta aliqua prohibitio absolute negatur vt supra plene fuit demonstratum.

¶ Secundo etiam respõderi potest, ꝙ si quid esset ex illis verbis colligendum de familia donatoris, illud esset solum ne dicta loca ⁊ castra exirent de nomine, ⁊ familia sua, nam tantum videntur importare illa verba, nisi in filios, ⁊ descendentes masculos, ⁊c. quantum si fuisset dictum extra eos, ⁊ sic extra familiam, ⁊ consequenter diceretur facta prohibitio ordinationis, ⁊ dispositionis extra nomen, ⁊ familiam donatoris, quod nõ sufficit vt prohibitio filio don Petri nominatim facta transeat in suos descendentes prout est casus in d. §. nos igitur. nã, ⁊ ibi presupponitur dictum neque eijci, neque alienari a meo nomine, ⁊ mea familia, ⁊ tamen determinatur post filios neminem esse prohibitum, aut aliquo fideicommissi onere grauatum, sed solum dicitur inductum fideicommissum in casuꝫ cõtrauentionis persone prohibite per tradita per Doct. in l. qui Rome. §. coheredes. ff. de verb. obligat. ⁊ in d. §. diui. ⁊ supra etiam dictuꝫ fuit, ⁊ in fortioribus terminis ita voluit patruus ⁊ dominus meus Socin. in consi. cxxvij. presens consultatio. ij. volu. prout ipsum intelligit ⁊ declarat Curt. Junior in consil. cxlv. facti contingentia, sub nu. 10. ver. quartus principalis casus, ⁊ sic in casu isto dicitur inductum fideicõmissum si persona don Petri filij donatoris, cui soli facta fuit prohibitio, cõtrauenisset, qui casus non euenit vt supra deductum fuit merito ergo non potest dici inductum aliquod fideicommissum in fauoreꝫ don Francisci actoris. Sic itaque relecto scrupulo predicto in qualibet sui parte remanet firma conclusio in fauorem dicte domine Eluire. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie legens. 1550.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XIIII.

¶ De substitutione reciproca in qua pater premorienti filio sine liberis substituit filium, ⁊ heredem superstitem, an transeat in filios premoriẽtis pendente cõditione, ⁊ plene de materia.

¶ Verba illa, filium superstitem, habent conditionem, videlicet si fuerit superstes filius.

¶ Declaratur §. cum ita. in l. heredes mei. ff. ad trebel.

¶ Jasonis consi. cliiij. in fi. ij. vol. reprobatur.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Transmissio hæreditatis semper fit, quando decedenti ante euentum conditionis in eo quod illi erat conditionaliter relictum reperitur in eodem testamento facta substitutio, si decesserit sine filijs, tunc enim aperte constat testatorem considerasse nedum primum fideicommissarium conditionalem, sed etiam eius filios, & illis omnibus in suo testamento prospectum esse uoluisse, cum nedum de ipso mentionem fecerit, sed etiam de filijs eius.*

2 *Testatoris uoluntatem ita interpretari debemus, ut ipse uerosimiliter respondisset quando de ommisso interrogatus fuisset.*

3 *Declaratio. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel.*

4 *Primus in re aliqua dicitur quem in ea re nemo præcedit.*

5 *Legis correctio in dubio non uidetur facta nisi aperte appareat.*

6 *Substitutio facta sub conditione, conditione deficiente, non ualet, nec eius effectum sortitur.*

7 *Nepos testatoris & sic filius præmorientis non admittitur ad substitutionem etiam iure transmissionis, si pater eius pendente conditione decessit, quando in substitutione uocabatur filius superstes seu superuiuens.*

8 *Verbum quodlibet debet sic intelligi ut aliquid operetur.*

9 *Fideicommissum licet aliquando ex cõiecturata mente testatoris possit dici inductum, tamen id nunquam procedit quando tali interpretationi repugnat ratio recti sermonis.*

10 *Doctoris dictum intelligitur secundum ea quæ allegat.*

11 *Testatoris uoluntas semper sumitur ex eius uerbis.*

12 *Fauor conseruandæ agnationis licet faciat aliquid ad coniecturandam mentem testatoris, tamen non est potens ad inducendum aliquid contra uim uerborum conditionalium, quin implementum conditionis requiratur, non etiam quando illud ueniret contra rationem recti sermonis.*

13 *Hæres hæredis licet largo modo possit dici hæres testatoris, non tamen est proprie, et cõsequenter non procedit in purificandis cõditionibus.*

14 *Conditiones debent proprie & uere impleri.*

CONSILIVM XIIII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie.

¶ Dubitatio presentis cõsultationis in effectu est vtrum filij masculi domini Joannis Antonij de Gandino Brixiensis possint venire ad fideicommissum mortuo domino Ludouico eorum patruo sine filijs masculis vigore testamenti quondam domini Bartholomei eorum aui paterni, ⁊ patris domini Ludouici in quo post institutionem filiorum suorum

scilicet

scilicet Dominorum Joannis Antonij, et Ludouici legitur substitutio per infrascripta verba videlicet et casu quo vnus ipsorum heredum decederet nullis relictis post se filijs masculis, eo casu ipsi tali morienti substituit, et substitutum esse voluit alium filium et heredem superstitem etc. et casu quo d. Joã. Antonius, et Ludouicus filij et heredes instituti decederent sine filijs masculis, eis substituit dominum Petrum fratrem ipsius testatoris, et eius filios, et heredes prout hec latius in testamento continentur.

¶ In qua dubitatione licet per clarissimum Alciatum Responsum fuerit non esse aliquo modo locum fideicommisso in fauorem dictorum filiorum Domini Joannis Antonij vt in eius consilio mihi exhibito latius continetur, tamen viso ac considerato testamento predicto prima fronte videtur, quod conclusio, et responsio predicta sit valde dubia quoniam videtur quod immo predicti filij possint de iure tale fideicommissum petere saltem ex eo, quod in eos per patrem eorum predecedentem dicatur translatum, licet pendente conditione decesserit, nam vltra considerata per Dominum consulto-
1 rem videtur, quod† semper fiat transmissio quando decedenti ante euentum conditionis in eo, quod illi erat conditionaliter relictum reperitur in eodem testamento facta substitutio si decesserit sine filijs, tunc enim aperte constat testatorem considerasse nedum primum illum fideicommissarium conditionalem sed etiam eius filios et illis omnibus in suo testamento prospectum esse voluisse cum nedum de ipso mentionem fecerit, sed etiam de filijs eius ita recte intelligendo videtur velle Bald. in l. si pater. in iiij. questio. C. de institutio. et substitu. sub condit. fact. dum dicit per filium non transmitti conditionale fideicommissum, nisi testator nedum de filio sed etiam de heredibus eius mentionem fecerit vt per eum, et dicitur testator de filijs fideicommissarij cogitasse, si eos posuit in conditione vt signanter dicit Cuman. in consi. xiij. Titius instituit, j. col. ad fin. sed in casu isto. Domino Joan. Antonio, qui in effectu erat substitutus Domino Ludouico fratri eius dicitur facta substitutio si post fratrem sine filijs masculis decesserit, ergo testator de ipsius filijs masculis dicitur cogitasse, ad eosque habuisse affectionem merito videtur quod in eos fuerit translatũ ius fideicommissi per patrem eorũ predecedentem, et ita quasi in terminis nostris consulendo firmauit patruus, et dominus meus Socin. in consi. vj. in presenti consultatione iiij. col. ver. restat nunc respondere ij. vol. sic etiam consuluit Jas. in consi. cliiij. testator habens tres filios per totum iiij. volu. et ita predictos, et alios plures allegando firmaui, in consi. cxlj. in testamẽto nobilis viri. nu. 14. 25. et 26. ij. volu.

¶ Nec predictis videtur obstare quod in casu isto in reciproca substitutione facta inter filios dicatur, quod substituit filium superstitem seu super extantem, quasi quod per tale verbũ restringatur substitutio ad ipsum filiũ si superuiuat, quoniam respondetur, quod in casu Cumani in d. consi. xij. et Jas. in dicto consil. cliiij. testator vsus fuerat simili verbo, et tamen vterque in suo casu concludit fieri transmissionem vt per eos, et idem firmat Fulgos. in consi. xv. proponitur quod mentes. quod etiam voluit Jaso. in consil. cccxxij. presens consultatio j. col. versic. sed istis non obstantibus ij. vol.

¶ Et predicta opinio quod dicatur facta transmissio videtur posse suaderi ex eo quod testator si de hoc fuisset interrogatus verosimiliter respondisset filios Joannis Antonij debere admitti exclusa filia Ludouici ex eo quod in sua dispositione semper videtur vocare masculos, et consequenter animum habere vt per eos conseruetur agnatio quod de feminis non fit,
2 vnde† si testator ita verosimiliter respondisset, quando de hoc interrogatus fuisset, sequitur quod etiam nos ita respondere, et testantis voluntatem interpretari debemus iuxta illam notabilem gloss. licet vulgatam in l. tale pactum. §. fina. ff. de pact. et ibi tradunt Doct. maxime Jaso. dicens quod sine dubio procedit etiam in vltimis voluntatibus, et ita per illum text. voluit Bart. et alij sequuntur in l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. et posthum. Curt. Senior in consil. lj. super testamentis Alberti. ij. col. versi. confirmantur premissa. Carol. Ruyn. in consil. clxxvij. proponitur, quod testator. nume. 2. ij. volumi. cum concordantibus vt dixi in consil. xc. dominus Marianus nume. 14. primo volumi. et in consil. clxxij. sic inter cetera legitur nume. 19. ij. volumi.

¶ Et quod ita ratione conseruande agnationis per testatorem considerata fiat transmissio etiam si superstes, vel superuiuens sit substitutus consuluit Jaso. in dicto consil. cccxxij. in prima dubitat.

¶ Istis tamen, et alijs quibuscunque, que allegari possent non obstantibus verissimam puto conclusionem Domini consultoris vt scilicet transmissio nulla facta fuerit, et consequenter quod filij Domini Joannis Antonij nullum ius habeant ad bona Domini Ludouici eorum patrui, etiam que habuit a patre eius Domino Bartholomeo testatore per ea que copiose (preter morem suum) deduxit dominus consultor per octo fundamenta, vt per eum.

3 ¶ Et† precipue apud me viget quintum fundamentum d. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. nam (ni fallor) ibi ponitur in terminis decisio nostre questionis, siquidem et ibi fuerunt duo filij instituti, et inuicem substituti si eorum alter sine liberis decesserit, vt proprie contingit in casu nostro, et tamen ibi primus decedens non transmisit spem conditionalis fideicommissi in filium, quem reliquit, prout ibi post glo. fina. tradunt omnes Doct. maxime patruus, et dominus meus Socin. et ibi ego post alios plene scripsi in v. notab. et in ij. oppo. Bart. sic igitur est dicendum in casu nostro cum inter eum, et casum dicti. §. cum ita. non sit aliqua diuersitas facti, vel rationis, que possit diuersam decisionem inducere.

¶ Nec obstant alique responsiones, quas aliqui ibi tradunt ad illum textum. Nam prima responsio datur ibi per Cumanum et dominum meum Socin. quam ante eos considerauit Alberic. de Rosate. in l. vnica. C. de his qui ante apert. tabul. dicunt enim id ibi esse, quia conditio non fuit impleta prout erat a testatore prolata, dixerat enim, si quis decedat sine liberis, quod ibi non fuit, quia prior decessit cum liberis vt per eos. Que responsio vt ibi etiam dixi falsa est, et omnino repugnat menti testatoris, et Jurisconsulti, nam qui decessit sine liberis licet secundo loco decesserit, cum primus cum filijs decesserit dicitur prior sine liberis decessisse, quia
4 ante eum nemo sine liberis decessit et† alias primus in re aliqua dicitur, quem in ea re nemo precedit iuxta tradita per Docto. maxime Dominum meum Socin. in l. si fuerit. ff. de rebus dubijs. et testator totum hoc considerauit, vt scilicet quis decedat sine liberis, sicut si dicam qui prior armatus intrauerit lucretur decẽ, et postea intret Gaius armatus lucrabitur illa decem quia prior armatus intrauit, et ita voluit Ripa in d. §. cum ita. nu. 59. vtens pro hoc alio exemplo vt per eum.

¶ Secunda responsio datur ad illum text. videlicet quod ibi non fit trãsmissio, quia erat substituta Claudia neptis testatoris in quam ipse propter coniunctionem magnam habebat affectionem, quasi aliud esset dicendum si non ita dilecta persona fuisset substituta, ita respondet ibi Socin. noster, et sequitur Ripa. Sed nec ista responsio est bona, quia text. ibi dicit simpliciter cessante prima substitutione, non habito respectu ad qualitatem persone substitute, sed solum quia alter filius non reperitur tempore existentis cõditionis, et sic ille text. in eo quod vult transmissionem non fieri procederet etiam si extraneus fuisset substitutus, et hoc fortasse voluit primus cõsulens, licet verba sua aliud sonent.

¶ Preterea dici potest, quod immo ibi filij institutorũ videntur magis a testatore dilecti, cum et illi sint nepotes, et sint positi in conditione ad exclusionem Claudie substitute.

¶ Et vbi etiam ex affectione substituti nouissimo loco transmissio esset impedienda etiam in casu nostro debet dici impedita cum sit substitutus frater testatoris, qui dicitur fere alter ipse, super his tamen non insisto, quia prima responsio tollit omnem difficultatem.

¶ Tertia responsio colligitur ex dictis patrui, et domini mei Socini ibi, quod dictus §. cum ita procedit de iure veteri, sed hodie aliud dici debet per dicta l. vnicam. C. de his qui ante apert. tabul. Sed ista solutio est peior ceteris, quia † in dubio non debet dici facta legis correctio nisi aperte appareat. l. precibus. in fin. C. de appellatio. cum similibus, et maxime hoc dici debet quia illa. l. j. cum sit Theodosij Imperatoris fuerat in primo C. et sic fuit posita in prima compilatione. C. de qua in §. et cum sacratissimas. in proem. institu. et in prima cõpilatione. C. post quam fuit facta compilatio. fforum vt d. §. et cum sacratissimas. et sic fuit in ea positus. d. §. cum ita. pro

lege seruandus, quod verosimiliter compilatores non fecissent, si fuisset correctus per d.l.j. attento maxime ꝙ compilatio ffoꝝ debuit fieri secundum constitutiones. C.l.j.§. cumque hec. C. de veter. iur. enucl.

¶ Reperio ꝙ ad illum tex. datur virtualiter quarta responsio per Ripam ibi. col. xvj. sub dicto nu. 59. videlicet ꝙ ibi impeditur transmissio, ⁊ substitutioni locus non est, quia fuit substitutus superstes, qui non reperitur tempore existentis conditionis, ⁊ sic dicitur conditio defecisse vt per eum, sed circa istam responsionem dico primo ꝙ in se non videtur vera, quia immo conditio non defecit, sed dicitur impleta, cum vltimus decesserit sine liberis, in quo consistebat conditio substitutionis, ⁊ licet non reperiatur superstes substitutus propter quod in persona eius non potest habere locum substitutio, ⁊ sic videtur defecisse substitutionis quedam conditio iuxta l. heres meus. ff. de conditio. ⁊ demonstrat. cum similibus, tamen posset dici ꝙ fideicommissum esset transmissum, alioquin questio, de transmissione nunquam fieri posset, vnde cum ibi non fiat trāsmissio sequitur, ꝙ nec in casu nostro, vt sic ibi sit casus conclusionis supra firmate.

¶ Secundo dico ꝙ acceptando hanc responsionem prout acceptari potest illa plurimum seruit in casu nostro, quia ⁊ in eo testator substituit alium filium superstitē vnde si ibi transmissio impeditur propter verbum superstitem, idem dici debet in casu isto, ⁊ hoc apertius statim ostendetur. Reiectis itaq; omnibus responsionibus scribentium datis ad d.§. cum ita sequitur ꝙ in eo tex. est casus apertus pro nostra conclusione supra firmata, quam generaliter loquendo firmat glos. ⁊ sequuntur Doct. in l. vnica. C. de his qui. ante apertas tab.

¶ Que etiam secundo corroboratur, ⁊ quidem vrgentissime, nam testator faciendo reciprocā substitutionem inter filios institutos premorienti sine filijs masculis substituit alium filium, ⁊ heredem superstitē per que verba, dicitur in effectu facta dispositio seu substitutio cōditionalis videlicet si filius heres fuerit superstes in quam conditionē verba illa, filium superstitē, ex intentione testatoris resolui debet vnde† cū illa conditio defecerit, quia filius non fuit superstes non potest dicta substitutio aliquo modo valere, aut effectum sortiri eius conditione deficiente. l. qui heredi. §. Plautius, ⁊ ibi Doct. ff. de condit. ⁊ demonstr. l. hec venditio. in princ. ff. de contrahen. empt. ⁊ l. cedere diem. cum similibus. ff. de verb. significa. substitutio ergo non valuit, quia non reperitur, qui erat substitutus, quum solum superstes filius esset substitutus, si igitur dominus Ioan. Antonius vti non superstes non erat substitutus non potuit substitutionem transmittere, ⁊ istud est proprie quod voluit Bald. in l. quidam Eulogio. colum. fin. C. de iur. deliber. dū dicit, quod substitutio facta de superuiuente tacitā habet conditionem si superuixerit, ⁊ ideo predecedens non trāsmittit vt per eum, qui etiam voluit idem in consi. ccccxxxiij. punctus super quo. ad fin. iiij. volu.

7 ¶ Et† ꝙ nepos testatoris, ⁊ sic filius premorientis non admittatur ad substitutionem etiam iure trāsmissionis si pater eius pendente conditione decessit, quando in substitutione vocabatur filius superstes seu superuiuens vltra Bald. vbi supra firmant Alex. in consi. cclij. preclare allegatum. in princ. lib. vj. ⁊ Corn. in consi. cclxc. tota vis consultationis per totum iiij. vol. qui videtur idem sentire in consi. xxix. placet mihi. ij. vol. nam, ⁊ in casu illo erant vocati superuiuētes. similiter etiā patruus, ⁊ dominus meus Socin. consuluit contra filiū premorientis pendente conditione in casu quo per substitutionem vocabatur superuiuens vt per eum in consil. lxxvij. in presenti consultatione in prin. j. volumi. dicens post Fulgos. ꝙ contraria opinio non est tacita, quia contra eam communiter* tenetur.

¶ Sic etiam si dicatur, ꝙ bona veniant ad alium, vel alios remanentes voluit Carol. Ruyn. in consi. cxxxvj. perspectis diligenter. nume. 7. in fin. ⁊ 8. iij. volumi. idem firmat Curt. Iunior in consi. lxix. habita diligenti consideratione. nume. 2. eandem opinionem aperte firmat Ludo. Gozad. in consi. xxix. videtur prima facie dicendum nume. 17. ⁊ infra etiam num. 33. versi. tertio respondeo, ⁊ ex his constat hanc opinionem in terminis casus nostri esse magis communiter receptam ⁊ secundum eam alias consului dum Padue legerem, ⁊ habetur in cōsi. cxxxiij. Nobilis vir ser Iacobus Barisonus in primo dubio maxime nu. 4. cum pluribus seq. j. volu.

¶ Et licet aliqui contrarium tenuerint vt supra in contrarijs dicebatur, tamen non est recedendū a communi opinione in dubio per iura vulgaria, ⁊ maxime quia ista opinio videtur ēt de iure verior per dictum. §. cum ita. ⁊ per fundamentū Baldi de verbo superstitem vt supra dictum fuit.

¶ Que etiā confirmatur vltra predicta tertio loco, quia si verbū illud superstitē non resolueretur in conditionē vt supra est dictū certe superflue, ⁊ ociose fuisset expressum cū persona substituta satis fuisset demonstrata per illa verba alium filium, ⁊ heredem, vnde cum subdatur superstitem debet intelligi ⁊ declarari vt dicatur substitutus filius, ⁊ heres si superstes fuerit primo enim illud participium superstitem, seu superextantem exponitur per verbum ⁊ relatiuum, idest, qui superextabit, vel superstes erit, que verba clarum est, ꝙ important conditionem l. stichum qui meus erit, ⁊ ibi tradunt Doct. ff. de legat. j. cum similibus, alioquin vt dixi, verbum superstitem, seu superextantem nihil penitus operaretur, quod non est dicen-
8 dum, quia† quodlibet verbum debet sic intelligi vt aliquid operetur l. si quando. in prin. ff. de legat. j. c. si Papa. de priuileg. in vj. cum similibus, ⁊ est trita doctrina Bald. in rubr. C. de contrahen. empt. in ix. questio. ⁊ dixi in consi. cxvj. ingrediens religionem. nu. 55. j. volu.

¶ Quarto, ꝙ filij do. Ioannis Antonij ⁊ sic nepotes testatoris non sint admittendi, ⁊ quod non habeant voluntatem testantis ostenditur quia vltra ꝙ testator supra solum de filijs fecit mentionem etiam in sequenti substitutione ibi. ⁊ casu quo dictus Ioan. Antonius ⁊c. solum de filijs loquitur, quorum appellatione proprie non veniunt nepotes. ff. de testamen. tutel. ⁊ sic tam ex precedentibus, quam ex sequentibus declaratur quod in medio scilicet in prima substitutione ponitur vt scilicet tantū de filijs testator loqui voluerit arg. l. si seruus pluriū. §. fin. ff. de legat. j. cum similibus prout in terminis arguebat Ruyn. in preallegato consi. cxxxvj. nu. 12.

¶ Quinto strictius arguendo dico, ꝙ supra nedum de filijs meminit, sed eos expressis proprijs nominibus vocauit scilicet Ioannem Antonium, ⁊ Ludouicum, ⁊ similiter etiam in secūda substitutione expressit nomina propria dū dixit, ⁊ casu quo dictus Ioānes Antonius, ⁊ Ludouicus, ⁊c. vnde pari modo debet intelligi prima substitutio, attento maxime ꝙ dicitur, ⁊ casu quo vnus ipsorum, ⁊c. nam illud relatiuum ipsorum necessario refertur ad supra nominatos, ⁊ sic exponitur scilicet Ioannis Antonij, ⁊ Ludouici, ⁊ ita in simili arguit Gozad. in dicto consil. xxix. nume. 15. vnde cum postea vocat alium filium, ⁊ heredem superstitem necesse est exponere scilicet Ioānem Antonium vel Ludouicum de quibus nominatim supra ⁊ infra loquitur testator, ⁊ non est dubium quod sub nomine Ioannis Antonij non venit nepos ex eo ergo ⁊c.

¶ Sexto comprobatur ista opinio pulchra consideratione,
9 † nam licet aliquando ex coniecturata mente testatoris fideicommissum possit dici inductum, tamen id nunquam procedit, quando tali interpretationi repugnat ratio recti sermonis vt est doctrina Bart. communiter* approbata ⁊ recepta in l. fina. ff. ad Trebellian. pro quo bene facit l. Plautius. in fin. ff. de aur. ⁊ argen. legat. sed verba substitutionis alium filium, ⁊ heredem superstitem, salua ratione recti sermonis ad nepotes referri non possunt, quia non sunt filij, nec heredes ergo ⁊c. Et pariter etiam in filio verificari non possunt si non reperiatur superstes, quia tunc deficeret fideicommissum, ⁊ propterea non conuenit tractare de transmissione eius secundum Cumanum ⁊ Patruum meū Dominum Marianum Socin. in dicto §. cum ita. prout ita in terminis arguendo refert, ⁊ sequitur Curt. Iunior. in preallegato consi. lxix. nume. 2.

¶ Et ex his, ⁊ alijs deductis per primum consultorem conclusio nostra (vt scilicet filij Domini Ioannis Antonij ad fideicommissum de quo agitur, non admittantur) satis superque iustificata redditur.

¶ Superest tantum ad allegata in contrarium respondere, ⁊ licet recte considerantibus responsio ad omnia colligatur ex predictis tamen ad maiorem demonstrationē ad quelibet in contrarium allegata sigillatim vt infra respondetur.

¶ Dum ergo primo dicebatur coniecturam esse, ꝙ transmissio fieri debuerit secundum ꝙ in argumento dictum fuit, respōdetur, ꝙ talis coniectura, que in contrarium ponderabatur,

aut alia quelibet non dicitur potens ad transmissionem, quādo verba ipsa, ac etiam ratio recti sermonis repugnant vt dixi in vltimo fundamento, sed verba illa filium ⁊ heredem superstitem, seu superextantem, omnino repugnantur vt in ij. fundamento dictum fuit ergo ⁊c.

¶ Nec verum est, ꝙ sufficiat testatorem etiam de filijs substituti aliquo modo mentionem fecisse, si ex alio constat solum vocatum fuisse substitutum, ⁊ sub aliqua conditione, que postea deficiat prout contingit in casu nostro propter verba illa filius, ⁊ heredem superstitem, ⁊c. vt supra deductum fuit per doctrinam Bald. in dicta l. quidam Eulogio, ⁊ pro hoc est text. in dicto §. cum ita. vbi testator etiam de filijs substituti fecit mentionem ponendo eos in conditione in substitutione facta vltimo loco ei qui in prima substitutione vocabatur, ⁊ tamen non fit transmissio propterea quia dixerat testator superstiti fratri restituat secundum vnum intellectum traditum ibi per Rip. prout dixi supra dum retuli quartam responsionem ad d. §. cū ita. ⁊ ibi replicaui eam demum acceptando.

¶ Et stantibus istis clare patet non obstare decisionem patrui mei Socin. in consi. vj. in contrarium allegato, nec etiam illam quam ego posui in dicto consi. cxlj. similiter in contrariū allegato. Quoniam in casibus illis non fuerat vocatus filius superstes, sicut in casu nostro, ⁊ consequenter in casibus illis cessat fundamentum Bal. in d. l. quidam Eulogio, quod totum est in defectu conditionis importate per illud verbum superstitem vt supra abunde declaraui.

¶ Et licet plerique doctores consuluerint transmissionem fieri ex coniecturis etiam quando fuerat vocatus filius superstes, vel superuiuens prout in contrarium allegati fuerunt, tamen eorum decisiones vel habent fundamenta que non reperiuntur in casu nostro vel de iure non procedunt, seu attendende non sunt, cum sint contra communem opinionē optimis rationibus fundatam.

¶ Et particulariter decisiones illas discurrendo ⁊ considerando in primis dico quod Decisio Cuman. in dicto consil. xiij. nihil nobis obstat immo si recte ponderetur retorquetur ⁊ facit pro nostra conclusione, nam primo Cuman. ibi arguit in contrarium ponderando verbum superstites dicendo quod importat seu exponi debet, idest eos, qui ex heredibus superessent, sed postea dicit, ꝙ talis sensus stare non potest salua ratione recti sermonis, quia cum verbum superstites sit numeri pluralis in vno verificari non potest l. vbi numerus. ff. de testibus, ⁊ propterea ipse intelligit testatorē intellexisse de pluribus, ⁊ sic de fratre, ⁊ liberis eius vt per eum. Sed quando fuisset testator vsus verbo superstitem in numero singulari Cuman. non negat primum suum argumentū procedere immo aperte illud fatetur, vnde cum in casu nostro sit dictum filium superstitem in singulari numero ex intentione Cuman. procedit conclusio nostra.

¶ Ad consilium Fulgos. xv. respondetur, ꝙ decisio sua in aliqua parte substineri non potest, nimis enim voluit in eo casu subtilizare, ⁊ ita quidem vt se ipsum fregerit, ⁊ istud ego aperte ostenderem, si quo ad propositum nostrum esset necessarium, sed cum pro tuenda nostra conclusione non sit opus singulas partes dicti consilij reprobare breuitati consulendo illud pro nunc dimittam, sed solum dicam quod Fulgos. non considerat argumentum Bald. in dicta l. quidam Eulogio, ⁊ minus illud tollit, cum de illius doctrina nullam faciat mentionem nimirum ergo si aliter dixit, prout facile quisque diceret non considerato illo argumento Bald. ⁊ vltra etiam dici potest quod termini casus Fulgos. sunt diuersi, nam testator ibi simpliciter superstitem substituerat, propter quod dici potest, quod possunt dici comprehensi filij illius Nicolutij, qui superstites erant vt ipse ibi declarat in ij. colum. in versicu. superest altera supra dicta dubitatio ⁊c. sed in casu nostro fuit dictum filium, ⁊ heredem superstitem, filij autem domini Joannis Antonij non possunt dici filij, ⁊ heredes testatoris, merito ad eos verbum superstitem adaptari non potest ergo ⁊c.

¶ Non obstat Jaso. consil. ccxxxiij. ij. volumi. in contrarium allegatum, quia responderi potest quod in eo quod ipse loquitur de transmissione non bene loquatur, quia contra eum stat euidenter argumentum Bald. in d. l. quidam Eulogio. quod Jas. non remouet cum de eo non cogitauerit.

¶ Et eodem modo responderi potest ad consilium eiusdem Jaso. lij. Joannes Bartholomei prope fin. iij. volumi. ⁊ hoc vltra responsiones ad tale consilium datas supra per primum consultorem.

¶ Et hec eadem responsio datur ad consilium Decij. cccxcvij. viso puncto nume. 5. nam nec ipse tollit, nec considerat argumentum ⁊ rationem Bal. ⁊ hoc dico vltra responsiones, quas dedit D. consulens.

¶ Pari modo respondebitur si allegetur Ruyn. in consil. clxxvij. subtiliter, ⁊ abunde ij. volu. cum nec ipse de tali argumento mentionem faciat. Et vltra etiam dici potest, quod ibi concurrit vna fortis ratio in qua precipue se fundat Ruyn. que in casu nostro cessat, nam si ibi ille Melchior nepos non admitteretur sequeretur absurdum, ꝙ ex eodem testamento vocaretur alius a testatore minus dilectus, etenim qui vltimo decesserat remanebat grauatus etiam reiecto ipso Melchiore vt ibi Ruyn. considerat. nu. 5. ⁊ 6. quod isto casu non contingeret, quia reiectis istis filijs domini Jo. Antonij nullus vocabitur ex testamento, ⁊ Ludouicus vltimo decedens potuit libere de bonis patris testari.

¶ Nec obstabit etiam si allegetur consil. Curt. Junioris xvj. presupponitur in facto nume. 6. quia nec ipse tollit, aut aliquo modo considerat doctrinam, ⁊ rationem Bald. in dicta l. quidam Eulogio.

¶ Et vltra etiā pro sua decisione extant alia fundamenta, quibus vt credi debet precipue fuit motus, ne alias videretur sibi contrarius in his que dicit in consil. lxix. supra allegato vbi firmauit non fieri transmissionem vt supra allegaui.

¶ Similiter etiam respondetur ad duo consilia Parisi. scilicet lxxvj. fatentur Excellentissimi aduocati ij. volu. ⁊ quinto, viso testamento iij. volu. nā nec ipse aliquam facit mentionem de predicto fundamento Bald.

¶ Et vltra etiā ad primum dici potest, ꝙ casus erat diuersus non enim fuerat substitutus filius, ⁊ heres super extantis vt in casu nostro, in quo procedit ratio Bal. sed simpliciter fuerunt vocati superuiuentes sub quo verbo videntur includi filij premorientis cū superuiuant vt ibi Parisi. considerat, ⁊ dixi etiā supra respondendo ad consil. Fulgos.

Ad secundum vero dico ꝙ in casu illius cōsilij non erat vocatus superuiuēs, ⁊ sic loquitur extra terminos nostre quest. ⁊ licet post ibi nu. 34. allegādo Cuma. in consi. xiij. ⁊ Fulgo. in cōsil. xv. dicat per eos firmari transmissionē fieri in casibus eorum in quibus testator vsus erat verbo superstites, vel superuiuentes tamē debet intelligi, ꝙ loquatur in terminis in quibus

10 Cuma. ⁊ Fulgos. loquuntur, † cū dictū Doctoris intelligatur secūdū ea que allegat vt est Doctrina Bar. cōiter* recepta in l. non solū. §. si liberationis verba. ff. de liberat. lega. cuꝫ concordantibus vt dixi in consil. clxij. sic inter cetera legitur in testamento nume. 27. ij. volumi. sed predicta consilia Cuma. ⁊ Fulgos. non obstant nostre conclusioni, ⁊ ad ea fuit supra responsum, ergo ⁊c.

¶ Solum restat difficultas circa consilium Jas. cliiij. ij. volu. allegatū supra in contrarium, nam ipse ibi colū. fin. considerat argumentum Bal. in d. l. quidam Eulogio. ⁊ ad illud respondet duobus modis vt per eum.

¶ Sed tamen propter hoc non puto recedendum a conclusione nostra, que procedit secundum communem opinionem, a qua in iudicando in dubio non est recedendum, quicquid ibi dixerit Jas. nec aliqua ex suis responsionibus eneruat fundamentum Bald. de quo supra.

¶ Nam prima fundata in eo, quod Bald. loquitur quando testator vtitur ablatiuo absoluto scilicet superuiuente substituto, vt per eum nihil valet.

¶ Primo, quia eo modo Bald. legitur mendose, debet enim legi superuiuentem substituo, non enim conueniret dicere si vnus decedat sine liberis, superuiuente substituto, quia sic presupponeretur substitutus, qui nondū esset datus, legatur itaqꝫ ꝙ testator dixit superuiuentem substituo, ⁊ de plano procedit, ⁊ constat ita esse legendum ex sequenti versi. si autem nō dixit superuiuentem, sed Petrum filium meum substituo.

¶ Secundo si vis legere superuiuente substituto dicam, quod Bal. tunc (vti fieri adsolet) refert effectum verborū testatoris, non autem quod sic dixerit testator, esset enim tunc modus loquendi insolitus ⁊ impertinens vt dixi.

¶ Secunda etiā respōsio, ꝙ Bal. loquitur de directa substitutione, nos de fideicōmissaria, similiter nō est bona, quia ratio ⁊

fundamentum Bal. viget etiam in fideicõmissaria, cũ semper
verũ sit per illa verba a:iũ filiũ superuenientem importari con-
ditioné, si superuixerit, secundũ ꝙ supra deductũ fuit vt de se
constat ⁊ licet aliquando fideicommissaria procedat per inter-
pretationem, ⁊ per coniecturas, non tamen dici potest, ꝙ sub-
stitutio aliquo modo conditionalis possit deficiente conditio-
ne sortiri effectum per predicta.
¶ Et si dicatur, ꝙ in casu isto vel simili, ꝙ substitutio valeat,
tacite inerat substitutum super viuere, ⁊ ideo eius conditio-
nis expressio nihil debet operari l. iij. ff. de legat. primo cum
similibus. quod videtur sentire Jaso. in dicto consil. in fin.
prime responsionis. Respondebitur, quod inerat ex volunta-
te testatoris cum posset ordinare quod substitutio valeret, etiã
quod substitutus esset premortuus trahendo eam ad filios
eius, quo posito dicte conditionis expressio bene operaretur
per l. talis scriptura. ff. de leg. j. ⁊ ibi, ⁊ in d. l. iij. tradunt Bar.
⁊ alij scriben.
¶ Et sic ex his sequitur decisionem Jas. in dicto consilio non
esse tutam, saltem in eo quod vult fieri transmissionem substi-
tutionis, quando filius superuiuens erat substitutus, sed me-
liorem fuisse decisionem Curt. Junioris in dicto consil. lxix.
quod de directo in eodem casu contra Jas. factuz fuit vt etiaz
dixit clarissimus primus consulens.
¶ Demum predicte conclusioni non obstat quod supra dice-
batur de verosimili mente testatoris propter conseruationem
agnationis vt in argumento dictum fuit. Quoniam ex predi-
ctis satis clara colligitur responsio. dico enim, ꝙ immo testa
11 tor non ita respondisset, sumendo † eius voluntatem ex verbis
suis prout semper fieri debet l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercit.
⁊ l. non aliter in princ. ff. de legat. iij. nemo enim presumitur di-
xisse quod prius mente nõ agitauerit l. Labeo. ff. de supellect.
legat. vnde dicimus, ꝙ nullum est maius nostre mentis testi-
monium, quam qualitas inspecta verborum vt tradit Bald.
in l. generaliter post princi. C. de non nume. pecu. ⁊ in c. super
literis. nu. 10. extra de rescrip. ⁊ dixi in consi. lxvj. elapsis men
sibus consului. nu. 14. ij. volu.
12 ¶ Et † licet alias fauor conseruande agnationis, qui videtur
per testatorem consideratus faciat aliquid ad coniecturandaz
mentem eius, tamen non est potens ad inducendum aliquid
contra vim verborum conditionalium, quin implementũ con
ditionis requiratur. Nec etiam quando illud veniret contra
rationem recti sermonis per ea que supra dicta fuerunt.
¶ Cum igitur pro conclusione nostra sit apertissimus text. in
preallegato. §. cum ita. adsint etiam rationes vrgentissime de
quibus supra per me. ⁊ per do. consultorem, ⁊ sit etiam in ter-
minis nostris magis communiter recepta, non est aliquo mo
do ab ea recedendum.
¶ Pro qua nouissime facio strictissimam rationez, que supra
obiter tacta fuit, nam esto, ꝙ possit dubitari, quando esset di-
ctum substituo filium superstitem per ea que dicunt, qui tenẽt
fieri transmissionem (tametsi ex predictis omnibus responsuz
fuerit) tamen quando testator dixit filium, ⁊ heredem super-
extantem substituo videtur casus procul ab omni dubitatio-
ne, quia illa qualitas heredis non potest reperiri in filijs substi
13 tuti eo premortuo, quia † licet largo modo heres heredis pos-
sit dici heres testatoris. l. fina. C. de hered. instituen. tamen id
non est proprie, ⁊ consequenter non procedit in purificandis
conditionibus. l. qui liberis. §. hec verba. ff. de vulgar. ⁊ pu-
14 pill. ⁊ ibi tradunt Doct. debent † enim conditiones proprie, ⁊
vere impleri. l. qui heredi. ⁊ l. Meuius. ff. de conditio. ⁊ de-
monstratio. ⁊ hinc dixit Bald. in d. l. quidam eulogio ad fin.
C. de iur. deliber. quod si testator dixerit. quisquis mihi heres
erit, sit heres filio meo, non fiet per premorientem transmissio
substitutionis, quia verba omnino repugnant, cum filius ⁊
heres eius non sit proprie heres defuncti per dictũ §. hec ver-
ba. vt per eum. Sed in casu isto testator dixit, filium, ⁊ heredez
superuiuentem, que qualitas heredis non reperitur in filijs d.
domini Joannis Antonij merito in eos non potuit substitu-
tio transmitti, quia verba omnino repugnant, ⁊ istud si bene
consideretur, non parum videtur stringere, ⁊ plurimuz me in-
duxit in opinionem predictam. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1550.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XV.

¶ De substitutione facta de agnatis propinquioribus, an re-
quirat propinquitatem in gradu agnationis? An vero suffi-
ciat esse agnatum ⁊ propinquiorem in gradu cognationis?
¶ Et de qualitate nomini alicui vel dicto adiecta ꝙ ab illo
non separatur?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Agnatorum & cognatorum differentia quando fit per disponentem, & agnati præferuntur cognatis, solum uinculum agnationis attenditur non concursus uinculi cognationis consideratur uti impertinentis.*
2 *Rei plene demonstratæ frustra demonstratio superadditur.*
3 *Qualitas adiecta uerbo determinatur secundum tempus uerbi.*
4 *Medij inhabilitas influit inhabilitatem in extremum.*
5 *Testatoris uoluntatem ita interpretari debemus prout ipse dixisset si fuisset interrogatus.*
6 *Statuto stante quod ad successionem admittantur, et certas fœminas excludant agnati masculi, usque ad quartum gradum secundum computationem iuris canonici intelligitur.*

CONSILIVM XV.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie.

¶ In causa, ⁊ lite vertente inter Magnificos do. Joannez, ⁊ Montagatum de Barbolanis ex vna, ⁊ dominum Franciscum similiter de Barbolanis ex altera occasione testamenti, ⁊ fideicommissarie substitutionis in eo contente, quondam Magnifici domini Tancredi etiam de Barbolanis patrui magni predictorum do. Jo. ⁊ Montaguti.

¶ Nam in eo institutis tribus filijs heredibus, videlicet Petro Francisco Leonardo, ⁊ Hieronymo, ⁊ eis inuicem substitutis, si quis eorum decederet sine filijs masculis. Demum vltimo eorum decedenti, sine filijs masculis substituit vulgariter, ⁊ per fideicommissum omnes, ⁊ singulos superuiuentes masculos legitimos, ⁊ naturales de domo Barbolanorum propinquiores in gradu, in stirpes, ⁊ non in capita. Unde cuz decesserint Petrus Franciscus, ⁊ Leonardus sine filijs masculis. Demum decessit etiam Hieronymus sine filijs, superstitibus predictis do. Joanne, ⁊ Montaguto eius agnatis, ⁊ in quinto gradu agnationis sibi coniunctis. Ac etiam quodam Francisco Federici similiter eius agnato, ⁊ in octauo gradu agnationis sibi coniuncto, sed quia est nepos predicti Leonardi ex domina Margarita eius filia dicitur ipsi Hieronymo coniũctus in quarto gradu cognationis iuxta l. Jurisconsultus. §. quarto gradu. ff. de grad. quapropter dubitatur, quis predictorum vigore predicte substitutionis vltimo loco facte sit admittendus an scilicet ipse Franciscus qui vere est agnatus, cuz sit de domo Barbolanorum tanquam proximior in gradu d. Hieronymo licet proximitas sua sit in gradu cognationis, an vero predicti do. Joannes, ⁊ Montagutus de Barbolanis tanquam proximiores in gradu agnationis?

¶ In qua cõtrouersia cõsultus clarissimus Berous mihi vti pater honorãdus respõdit, ⁊ cõsuluit omnino esse admittẽdos predictos do. Jo. ⁊ Mõtagutũ vti proximiores in gradu agnationis excluso dño Frãcisco tanquã tali in gradu remotiori.

¶ Ego nunc requisitus vt super eadem questione sententiam meam proferam, viso ac bene considerato dicto testamento, ⁊ inspecto consilio predicto in eandem sententiam vti iuridicam
pedibus (vt aiunt) vado, ⁊ quidem intrepide eo ꝙ ex mente
testatoris consideranda solum venit propinquitas in gradi-
bus agnationis, coniunctio vero in gradibus cognationis,
tanquam impertinens non est aliquo modo attendenda, cum
per ipsuz testatorẽ sit posthabita, ⁊ facta differentia inter agna
1 tos ⁊ cognatos. Etenim † quando per disponentem talis dif-
ferentia fit, ⁊ agnati preferuntur cognatis, solum vinculum
agnationis attenditur, nec concursus vinculi cognationis con
sideratur vti impertinẽtis iuxta notabilẽ doctrinam Bal. cõi-
ter * approbatam in l. j. C. de legiti. hered. dum concludit, ꝙ si
per legem aliquam fiat differentia inter agnatos, ⁊ cognatos

quia

quia agnati preferuntur cognatis, frater vtrinque coniunctus nō prefertur fratri cōsanguineo tm̄, q: vinculum cognationis, quod plus reperitur in vtrinque cōiuncto dicitur impertinens, quā doctrinā refert, ꝛ sequitur alias etiā allegando patruus, ꝛ dn̄s meus Socin. in cōsi. lxxxix. circa premissum nu. 12. ꝛ 13. iiij. vol. prout illā doctrinā Bal. egregie deduxit dn̄s cōsules, qui hāc cōclusionē multifariā, docte, ꝛ copiose cōprobauit om nia cōtraria reijciendo vt per eū, qui adeo plene omnia discussit ꝛ ita predicte cōclusionis veritatē ostēdit, vt nihil addi posse videatur, ꝛ ideo mihi de simplici subscriptione requisito nō est vlterius instandum pro meliori demonstratione, etenim †rei plene demonstrate frustra quis demonstrationem superaddere tentat l. j. in fin. vbi glo. ꝛ Doct. tradunt. ff. de dot. prelegat. ꝛ c. j. in princi. xcvj. dist. ꝛ in simili dicitur, q superuacuis laborat impendijs qui querit solem facibus adiuuare c. si omnia vj. quest. j.

¶ Non obmittam tamen conclusionem predictam vrgenti argumento posse confirmari, nam qualitas alicui nomini vel dicto adiecta debet in eo verificari, nec ab eo separari, siue sit in eadem oratione posita, siue copulatiue, seu connexe sicut in simili dicimus, quod †qualitas adiecta verbo determinatur secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ꝛ ibi per Doct. ff. de noxali. cum concordantibus vt dixi in consi. ij. decessit Joan. Peregrini. nume. 5. j. volumi. ꝛ pro hoc faciunt not. per Bart. in l. Aurelius. §. idem quesijt. ff. de liberat. legat. ꝛ Bald. in l. siquidem circa medium sui commenti. C. de exception. ꝛ ita predictorum ꝛ aliorum authoritate, q qualitas a nomine aliquo, vel dicto cui adijcitur non debet separari tradit do. Hieronym. Grat. Moder. Bononiē. in consi. cij. in causa huius incarcerati nume. 22. ij. volumi. sed in casu isto qualitas illa proximitatis, seu propinquitatis adijcitur superuiuentibus de domo Barbolanorum, ꝛ sic agnatis ergo ab agnatione non debet separari, sed in eis verificari, hoc autem non cadit in d. Francisco, quia vti agnatus non dicitur proximior, seu propinquior, sed remotior predictis dominis Joan. ꝛ Montaguto ergo sequitur, q illi in quibus qualitas ista propinquioritatis in agnatione reperitur, debent omnino admitti, ꝛ proximitas cognationis, que in Francisco reperitur non est attendenda quia de ea non est loquutus testator.

¶ Preterea etiam veritas predicte conclusionis ostenditur, nam si Franciscus domine Margarite filius non esset de domo Barbolanorum absque dubio esset exclusus exclusa ma-
4 tre eius, veluti proueniens ex infecta radice, nam †medij inhabilitas influit inhabilitatem in extremum post illud l. tria predia vbi Doct. ff. de seruitu. rustico. predio. ꝛ tradit Fulgos. concordantes allegando in consil. lxxxvj. ex facto proponitur ij. colū. ꝛ in proposito ita firmat Bald. in auth. si quas ruinas. C. de sacrosanct. eccle. si igitur Franciscus esset exclusus licet esset proximior in gradu cognationis sequitur q illa proximitas non est consideranda, sed illa tantum, que reperitur in gradu agnationis, que cum sit in predictis do. Jo. ꝛ Montaguto merito facit vt ipsi sint preferendi.

¶ Accedat quia Franciscus dicitur propinquior per matris coniunctionem paternam, ꝛ agnatitiam vt in facto presupponitur merito ergo ipsi preferri debent cum per testatorem dumtaxat agnati considerentur ꝛ vocentur, ꝛ ex hoc quod solum vocat agnatos sumitur verosimilis mens eius, quod tantum propinquitatem agnatitiam voluerit considerare, ꝛ ita si fuis-
5 set interrogatus proculdubio respondisset ꝛ † ideo etiam nos sic interpretari debemus iuxta glo. notabilem licet vulgatā in l. tale pactum. §. fin. quam ibi Bar. ꝛ alij sequuntur. ff. de pact. nam glos. illa etiam in dispositione testamentaria procedit vt ibi per Jas. in ij. not. ꝛ alibi etiam vt dixi in consil. clxxij. sic inter cetera legitur nu. 19. ij. volu.

¶ Demum ad comprobationem conclusionis supra firmate addo pulchram decisionem Carol. Ruyn. in consi. xxxij. quia ex facti serie nume. 5. 6. ꝛ 7. iij. volumi. dum ipse ibi concludit
6 †quod stante statuto, q ad successionem admittantur, ꝛ certas feminas excludant agnati masculi vsque ad quartum gradum secundum computationem iuris canonici si extent duo qui tali computatione attenta sint in pari gradu pariter vocantur, licet illorum vnus sit proximior computando graduū secundum ius ciuile, ꝛ sic habeat duplex vinculum, ꝛ mouetur quia illud vinculum, seu illa coniunctio iuris ciuilis non debet attendi aut aliquo modo considerari, sed dicitur imperti-nens ex eo, quod statutum solum vult attendi computationem secundum ius canonicum, ꝛ inter cetera allegat doctrinam Bald. ꝛ aliorum in preallegata l. j. C. de legitim. hered. vt per eum. ita ergo est dicendum in casu nostro vt scilicet quia testator solum vinculum agnationis considerauit, illud tantum attendi debet, reiecto vinculo, seu proximitate cognationis tanquam impertinente.

¶ Et his igitur, ꝛ alijs copiose deductis per dominum consultorem concludendum est, ꝛ pro indubitato tenendum in fauorem predictorum do. Joannis, ꝛ Montaguti. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie legens 1549.

CASVS.

CONSILII XVI.

DOMINVS Corradinus de Palatijs nobilis Brixiensis in effectu dicitur suo testamento disposuisse vt infra videlicet, institutis tribus filijs heredibus scilicet Christophoro, Biatta, ꝛ Baptista seu ex dicto Baptista premortuo filijs eius Joanne, Antonio, ꝛ Baptista Juniore in stirpes, ꝛ eis inuicem substitutis respectu dimidie partis bonorum cuiusque quam solam fideicōmisso subiecit alterius dimidie libertatem disponendi relinquendo cum sciret Christophorum eius filium habere filium spurium nomine Ludouicum, ꝛ timeret ne etiam Biatta similes filios haberet inter cetera disposuit, q dictus Christophorus, ꝛ Biatta, aut alter eorum, non possint, nec valeant, nec possit, ꝛ valeat relinquere, neque legare nec alio modo eius, seu eorum filijs seu naturalibus, ꝛ legitimatis, vel aliter natis vltra matrimonium de tota eius hereditate dictorum bonorum cuilibet contingentium plusquam libras bis mille in totum etiam si plures sint filij singulorum. ꝛc.

¶ Deinde Biatta vnus ex dictis heredibus sine filijs decessit, ꝛ sic portio sua ad alios peruenit.

¶ Postea Christophorus predictus decedēs in suo testamēto reliquit libras bis mille Ludouico eius filio originaliter spurio, sed tunc solemniter legitimato per habentem authoritatē ab Imperatore de bonis Corradini primi testatoris que ad eum peruenerunt ꝛ in alijs bonis predictis vltra dictas libras bis mille instituit heredes Corradinum Juniorem nepotem suum filium legitimum, ꝛ naturalem dicti Ludouici, ꝛ similiter quoscunque alios filios masculos nascituros ex eodē Ludouico ex legitimo matrimonio. In alijs vero bonis suis fideicommisso non subiectis instituit heredem d. Ludouicum filium suum legitimatum cum certis substitutionibus vt legitur in testamento eius.

¶ Mortuo postea dicto Christophoro cum aliquē discordie orte essent inter ipsum Ludouicum suo ꝛ filiorum nomine ex vna, ꝛ Joannem Antonium nepotem domini Corradini primi testatoris patruelem d. Ludouici ex altera inter eos post alias quasdam conuentiones tandem de anno 1509. facta fuit quedam transactio in qua inter cetera Ludouicus suo, ꝛ filiorū nomine pro quibus de rato promisit consignauit quedam bona ex his que fuerunt domini Corradini primi testatoris predicto Joanni Antonio, que bona hucusque semper ipse, ꝛ post eū filij sui dominus Troylus, ꝛ Biatta pacifice ꝛ quiete tenuerunt, ꝛ posséderunt.

¶ Nunc filij predicti Ludouici videlicet Corradinus, ꝛ do. Christophorus petunt bona predicta a dicto domino Troylo, ꝛ fratre fundantes se in relicto eis facto per Christophorum eius auum asserentes etiam q Ludouicus pater eorum illis preiudicare non potuit in predicta transactione, contradicētibus in istis omnibus predictis dominis Troylo, ꝛ Biatta fratribus. Unde queritur quid iuris?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De relicto facto per auum nepotibus legitimis ex filio spurio stante prohibitione patris dicti aui ne spurijs etiam legitimatis relinquatur vtrum valeat?

¶ Et vtrum, ꝛ quando tale relictum dicatur factum contemplatione filij spurij?

¶ De transactione facta per patrem illorum nepotum super bonis illis relictis an scilicet valeat, ⁊ seruari debeat per eius filios ⁊ illa bona essent aduentitia?

¶ De vsufructu dictorum bonorum (si sint aduentitia) vtrum fuerit patri eorum acquisitus?

¶ Et de fideicommisso recepto per grauatum vigore compẽdiose, ⁊ reciproce substitutionis vtrum scilicet veniat in restitutionem ex eadem substitutione prouenientem?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Probibitus relinquere proprijs filijs spurijs non probibetur relinquere eius nepotibus ex dicto filio legitimis & naturalibus, si illi non superest legitima soboles.*

2 *Relictum ab auo nepotibus legitimis & naturalibus contemplatione filij spurij eorum patris non ualet.*

3 *Nepos legitimus ex filio spurio institutus ab auo uidetur in dubio institutus contemplatione sui ipsius, non autem patris.*

4 *Indicia, coniecturæ, seu præsumptiones legales sufficiunt ad probandam mentem testatoris, nam ipse dicũtur liquidissime probationes.*

5 *Auus paternus si dotat neptem censetur ex ordine legis id fecisse filij contemplatione, si tamen coniecture sint in contrarium, ut scilicet dicatur fecisse ipsius neptis contemplatione, ita creditur, & receditur à dispositione legis.*

6 *Affectio nulla & nullus amor ad incognita considerari potest.*

7 *Contemplatio habita per disponentem operatur perinde ac si esset expressum, & nu. 16.*

8 *Determinatio una respiciens plura determinabilia debet æqualiter ea determinare.*

9 *Copula facit, ut qualitas unius ex copulatis trabatur ad aliud.*

10 *Bartoli doctrina in l. Gallus. §. quod si is, declaratur.*

11 *Declaratio. l. fin. C. de natural. liber.*

12 *Illatio non bene fit ex diuersis.*

13 *Ius canonicum licet ex pietate uelit spurios esse alendos, non tamen ex hoc tollitur criminis magnitudo, & omnimoda reprobatio.*

14 *Testator si probibeat bona sua uenire in suos descendẽtes spurios, quia intendit quod perueniant in descendentes legitimos, & naturales, nedum dicuntur exclusi ipsi spurij sed etiam descendentes ex illis, licet sint legitimi & naturales, quia non possunt dici legitimi & naturales respectu testatoris, qui solum legitimam descendentiam considerauit.*

15 *Consequẽtia legitima nulla dari potest ex illegitimo nascẽdi principio.*

17 *Bona profectitia quæ dicantur.*

18 *Relictum ab auo nepoti dicitur aduentitium quando auus relinquit nepoti quod poterat relinquere filio.*

19 *Profectitia dicuntur esse patris nedum quo ad usum fructũ, sed etiam quo ad proprietatem.*

20 *Patri in bonis aduentitijs filiorũ quæritur ususfructus, nisi expresse talis acquisitio probibeatur, & ideo habet eorum administrationem.*

21 *Auo non quæritur usufructus, quando nepoti ex filio spurio relinquitur, cui, sola lege probibente nihil relinqui potest.*

22 *Vincula duo sunt uno fortiora.*

23 *Pater cui non queritur usufructus non est legitimus administrator bonorum.*

24 *Lex spuriũ ita odio habet, ut nec uelit ipsum uocari filiũ nec esse alẽdũ.*

25 *Probibitio testatoris ꝓbibentis ẽt legitimatis relinqui per se, uti odiosa, cũ aufferat liberã rerũ suarũ dispositionẽ, est, inquantum põt, restringẽda, sicut ꝓhibitio alienationis facta filijs nõ trahĩt ad nepotes.*

26 *Rogatus restituere bæreditatem non restituit fructus ex ea perceptos regulariter loquendo.*

27 *Verba generalia à testatore prolata important, ut in fideicommisso cõprehendantur prælegata & fideicommissa grauato relicta.*

28 *Fideicõmissa facta simpliciter sine adiectione diei uel conditionis censentur pura ita ut præsenti die debeantur.*

29 *Testator si grauat unum bæredem de restituenda portione sua, in tali restitutione includetur etiã quod ipse acquisiuit ex causa fideicõmissi.*

30 *Fideicommissum uniuersale sapit naturam bæreditatis.*

31 *Habitum per fideicommissum in compendiosa comprehensum uenit in restitutionem fideicommissi, cum distinctione tamen ut ibi.*

CONSILIVM XVI.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie.

¶ Ad veram resolutionem presentis consultationis de duobus principaliter agendum est.

¶ Et primo vtrum relictum factũ per dominum Christophorum nepotibus suis legitime natis ex Ludouico filio eius spurio de iure valuerit?

¶ Secundo posito, quod valuerit (sine veri preiudicio) vtrum predicti filij Ludouici teneantur stare transactioni per eorum patrem facte?

¶ Circa primum videtur prima fronte dicendum ꝙ tale reli-
1 ctũ valuerit, quia licet † quis prohibeatur relinquere proprijs filijs spurijs, non tamen prohibetur relinquere eius nepotibus ex dicto filio legitimis, ⁊ naturalibus si illi non superest legitima soboles vt est tex. in l. fin. C. de natural. liber. ⁊ ibi tradunt omnes scriben. ⁊ licet d. l. fi. videatur loqui in nepotibus ex filio naturali tamen procedit etiam si filius ille erat spurius (vt presupponitur fuisse in casu nostro predictus Ludouicus vt est glo. quedam ⁊ additio noua Francisci Accursij ibi quam refert, ⁊ sequitur alios etiam allegando Benedict. Capra in consi. ij. fuit quidam ciuis Senensis in vj. quesito. mihi est in vj. col. ver. sed his non obstantibus, ita ẽt firmat Corn. in consil. xxv. in presenti consultatione videtur ij. ⁊ iij. colũ. in j. volu. vnde licet Christophorus per testamentum domini Corradini patris eius fuerit prohibitus relinquere dicto Ludouico filio suo vti non nato ex legitimo matrimonio, non tamen dicitur prohibitus relinquere nepotibus ex legitimo matrimonio natis.

¶ Et tanto magis hoc videtur dicendum isto casu cum Christophorus illud tantum istis nepotibus reliquerit in quo per patrem eius data erat sibi libertas testandi vti volebat videlicet dimidiam partem bonorum sibi assignatorum in diuisione per testamentum confirmata vt in puncto narratur, nam si poterat illam dimidiam cuilibet extraneo relinquere l. extraneum etiam penitus ignotum. C. de hered. instituen. videtur, ꝙ fortius potuerit relinquere suis nepotibus, cũ in eis non reperiatur ratio prohibitiua quia ex legitimo matrimonio nati sunt, nec ipse Christophorus erat in illis bonis aliquo modo grauatus immo expresse data erat illi facultas de eis libere disponendi.

2 Nec videtur posse dici † ꝙ isti nepotes fuerint instituti contemplatione domini Ludouici patris eorum, ⁊ filij spurij domini Christophori testatoris, ⁊ propterea in cõsequentiam dicatur ꝙ non valeat tale relictum, seu talis institutio iuxta tradita per Bar. in l. Gallus. §. quid si is. ff. de liber. ⁊ posthu. Quoniam videtur posse respõderi, ꝙ immo sunt instituti propria ipsorũ cõtemplatione cum, ⁊ ipsi nepotes soleãt plurimũ amari, eo, ꝙ per eos videmus seu speramus longiorem propagationem iuxta. l. liberorum. ⁊ que ibi not. ff. de verb. signifi.

¶ Et vltra etiã quia in dubio presumitur quis institutus pro-
3 pria contemplatione, ⁊ † in specie quando instituitur nepos legitime natus ex filio spurio, ꝙ in dubio presumatur institutus sua, ⁊ non patris eius contemplatione videtur velle Bar. in d. §. quod si is. in tertio suo casu. ⁊ aperte dixit Benedict. Capr. in præallegato consi. ij.

¶ Istis tamen non obstantibus contrarium verius de iure puto concludendo ꝙ immo talis institutio siue relictũ de bonis quondã dñi Corradini Senioris fieri nõ potuit, ⁊ facta nõ valuit, ⁊ hoc ex pluribus maxime infrascriptis.

¶ Et primo quia veritas est, ꝙ immo predicta institutio fuerit facta contemplatione domini Ludouici patris institutorum, ⁊ ista proprie fuit mens testatoris, ⁊ sic quod nos sumus in ij. casu Bart. in dicto §. quod si is, ⁊ consequenter non debet talis institutio nepotum valere vt ibi concludit Bartol. quem ceteri sequuntur.

4 ¶ Et ante omnia presupponendum est ꝙ † ad probandã mẽtem testatoris sufficiunt etiam indicia, ⁊ coniecture seu presumptiones legales, nam ipse dicuntur liquidissime probationes l. licet Imperator. ⁊ ibi Doct. ff. de leg. j. ⁊ l. si quis locuplex. ff. de manumiss. testa. cũ cõcordantibus vt dixi in cõsil. lxxvij. lata fuit sententia nu. 6. j. volu. ⁊ ꝙ mens testantis ex coniecturis, ⁊ presumptionibus colligatur traditur per glo. ⁊ Doct. in l. cum proponebatur. ff. de legat. ij. ⁊ eo maxime quando coniecture sumuntur ex dispositis in testamẽto vt per patruum, ⁊ dominum meum Socin. in l. heredes mei. §. cum ita nu. 10. ff. ad trebel. ⁊ tales coniecture ⁊ presumptiones, dicuntur probare, ⁊ rem liquidam facere saltem vt ille qui eas allegat releuetur ab onere probandi, ⁊ tale onus in aduersariũ transferant iuxta glo. ⁊ tradita ibi per Doct. in c. is qui fidem. extra de spõsal. ⁊ dixit Corn. in consi. ccij. pluries. xiij. col. ij. volu. ⁊ alibi vt dixi in consi. xxvj. quatenus dubitatur nu. 14. in ij. vol. ⁊ vltra ibi dicta ita voluit Bal. in l. ita demũ. prope fin. C. de procur. Angel. in l. si quis ex argentarijs. §. pretor. lo secondo. ff. de

eden.

eiden.cum concordantibus, vt per auum meū dominū Marianum Socin.in consil.xxiiij.circa predictam.vj.col. versicu. duodecimo probatur.⁊ tradit Ruyn.in consi.cliiij.quia dubi
5 tatur.nu.13.v.volu. Et in † specie ꝙ coniecture sufficiant, vt quid dicatur factum contemplatione vnius, quod alias diceretur factum contemplatione alterius probatur, nam si auus paternus dotat neptem, censetur ex ordine legis id fecisse contemplatione filij sui.l.dedit dotem.ff.de collat.bono.⁊ tamen si coniecture sunt in contrarium, vt scilicet dicatur fecisse ipsius neptis contemplatione ita creditur, ⁊ receditur a dispositione legis.ita signanter dixit Angel.in l.in quartam.col.fi.nu.10. ff.ad leg.Falci.vbi etiam ita dicit Alex.mihi xv.col.in prin.⁊ sequuntur ceteri Moder.⁊ ego alias dixi in consi.lxxix.Serenissimus Philippus.paulo ante mediū.in versi.secundo idē ostenditur.in iij.vol.nondum impresso.

¶ His ita presuppositis, ꝙ predicti nepotes fuerint a domino Christophoro eorum auo instituti contēplatione, ⁊ intuitu Ludouici eorum patris ob maximum amorem, quo testator eum prosequebatur, ex pluribus probari potest, vt sapienter, ⁊ copiose deducit excellentissimus aduocatus dominus Franciscus Chizola mihi vti frater honorandus, ⁊ olim acutissimus discipulus meus in suis doctissimis allegationibus. Et illud est precipuum, ⁊ clarissimum fundamentum, quia cum instituerit filios dicti Ludouici etiam nascituros non est dubium, ꝙ in eis nulla precesserunt merita, quibus auus potuerit moueri ad eorum institutionem, vt patet ad sensum, sicut etiam nec demerita considerari possunt.iuxta l.si quis in suo.§.fi.C. de inoffic.testamen.nec etiam in eos potest cadere aliqua affectio cum nondum essent in rerum natura, ⁊ sic tunc essent inco
6 gniti, ⁊ † alias ad incognita nullus amor, nulla affectio considerari potest iuxta tradita per Docto.maxime Jas.iij.⁊ iiij. col.in l.qui filiabus.in princ.ff.de leg.j.prout etiam dixit Aduocatus predictus.⁊ vltra eum ita dixit Ange.in consi.lxxviij. Joannes Philippi.nu.2.⁊ Curt.Jun.in l.j.nu.43.C.de sent.que pro eo quod interest.si igitur testator nullam affectionem habebat, nec etiā naturaliter habere poterat ad nepotes illos nascituros, nec in eis poterant benemerita considerari, sequitur ꝙ propria illorum contemplatione non fuerunt instituti, sed solum contemplatione Ludouici patris eorum, ⁊ quia ex eo nascituri erant, ⁊ ideo sequitur, ꝙ talis institutio non va
7 luit per predicta, ad quod facit, quia † cōtemplatio habita per disponentem operatur, perinde ac si esset expressum. l.fideicōmissa.§.hec verba.ff.de leg.iij.⁊ illud inspicitur propter quod fit actus.l.si ita fuero stipulatus.§.fin.cum l.seq.ff.de nouat.⁊ sic in casu nostro perinde est ac si Ludouicus esset institutus, ⁊ ideo talis institutio valere non debet.

¶ Et si dicatur ꝙ saltem vnus erat natus, videlicet Corradinus Junior, quem expresso nomine instituit, ⁊ sic in eum poterat testator habere actionem. Responderi potest.

¶ Primo quia ex hoc non defenderetur tota institutio, sed tantum pro parte eius, qui tunc natus erat, pro alia vero parte, videlicet respectu tunc non natorum defendi nō posset quin eo respectu sit facta institutio contemplatione ipsius Ludouici per predicta.

¶ Secundo etiam respondetur, ꝙ immo etiā pro parte Corradini institutio debet dici facta contemplatione Ludouici patris eius, nam cum de eo, ⁊ de nascituris fecerit simul vnam, ⁊ eandem substitutionem debet vniformiter, ⁊ eodem respectu
8 intelligi facta, tum per regulam, qua dicimus, † ꝙ vna determinatio plura determinabilia determinans debet ea equaliter determinare.l.iam hoc iure.§.j.ff.de vulg.⁊ pup.cum simil. tum ⁊ quia vna pars copulatiue declarat aliam, sicut etiam dicimus de alternatiua, vt scilicet vna pars ex alternatis aliā declaret, vt habetur in l.j.⁊ ibi Docto.maxime patruus, ⁊ dominus Socin.ff.de reb.dub.cum concord.vt dixi in consil.xc. Do.Marianus.nu.16.j.vol.

9 ¶ Jmmo † copula facit, vt qualitas vnius ex copulatis trahatur ad aliud.l.Seie.§.Gaio.ff.de fund.instr.instrum.leg.⁊ l.fin.§.fi.vbi glo.dicit.ff.de vin.tritic.⁊ ole.lega.⁊ tradit Corn. in cons.v.in hac consultatione.ij.col.j.vol.cum concordan.vt scripsi in cons.xcvij.Sempronius in testamento.nu.16.j.vol. Sed in non natis, siue in nascituris est istud ꝙ non sint vocati propria contemplatione, sed Ludouici patris eorum per predicta, ergo idem dicendum est de Corradino tunc nato, cum omnes fuerint simul per copulam vocati, ⁊ maxime cum ille esset adhuc infans, ⁊ vt audio duorum annorum, qui sicut non poterat demereri.d.l.cū in suo.§.fin.C.de inoffi.testa.ita etiā non poterunt in eo considerari benemerita, vt sic contrariorū sit eadem disciplina, vt per Doct.in rub.ff.de acquir.poss.vbi post alios plene tale dictum declaraui.

¶ Preterea, ꝙ institutio istorum nepotū ab auo facta fuerit contemplatione Ludouici eorū patris satis aperte colligitur ex tota testamentaria dispositione, quam fecit testator in fauorem dicti Ludouici in quantum potuit, vt optime deducit excellentissimus Aduocatus.sic igitur mens eius in quantū potuit contemplabatur predictum Ludouicum, quē procul dubio vltra omnes alios diligebat, ⁊ sic in ipsius fauorem in quātum poterat omnia disposuit, propter quod maxima oritur coniectura, immo etiam violenta presumptio, ꝙ pariter nepotes suos, ⁊ Ludouici filios ipsius contemplatione instituerit putans vt verisimile est, ⁊ volens, quod per eos illi vti eorum patri acquiratur saltem vsusfructus, ⁊ bonorum administratio. attento ꝙ nihil ei acquiri prohibuit, sed simpliciter eos instituit cetera dimittens in dispositione iuris iuxta l.illā.vbi Aret.in ij.notab.C.de colla.⁊ l.commodissime.cum similib. ff.de liber.⁊ posthu.⁊ habent Canonist.in c.susceptum.de rescript.lib.vj.⁊ presertim cum Ludouicus iā esset legitimatus propter quod testator facile poterat cogitare, ꝙ ei predicta acquirerentur.

10 ¶ Et † ex his constat non obstare doctrinam Bartoli in d.l. Gallus.§.quod si is.quia (vltra quod ipse loquitur in nepote iam nato in quem cadebat affectio, nos vero in nascituris, vt dictum est) Bar.ibi expresse loquitur, quando testator expresse prohibuit ex relicto nepoti aliquid acquiri ipsius patri etiā vsumfructum, ex eo enim manifesta ostenditur voluntas testantis, ꝙ non fecit proprij filij contemplatione, sed ipsius nepotis ⁊ vt ei pleno iure relicta acquirantur. At in casu nostro talis prohibitio facta non fuit, vt iam dixi.⁊ tali prohibitione non facta (ni fallor) etiam Bar.sentit institutionē non valere, alioquin ad quid requisiuisset fieri dictam prohibitionem ē profecto ratio alia allegari non potest, nisi quia sine tali expressione prohibitionis Bart.sentiebat institutionem in casu suo nō valere, ⁊ sic illa doctrina Bar.nedum non obstat conclusioni nostre, sed eam comprobat, ⁊ retorquetur contra allegantes illā, ⁊ dicimus nos esse in secundo casu distinctionis Bar.quando scilicet constat institutionem nepotum esse factam contemplatione filij, hoc enim casu ita constare asserimus, tum quia ipsū instituendo in eo quod potuit ostendit animum suum esse, vt illi bene faciat, tum quia non prohibendo ei quicquam acquiri videtur velle ꝙ per institutos illi acquiratur, ac etiam quia cum instituerit nepotes etiam nascituros, ⁊ sic in quos nullam habebat affectionem dicitur motus solum propter filium suū patrem illorum, vt supra fuit ostensum.

¶ Et stantibus predictis allegata in contrarium nihil obstāt.
11 ¶ Nam † primo regula d.l.fin.C.de natura.lib.procedit, nisi constiterit auum relinquere nepoti contemplatione filij de medio spurij, alioquin doctrina Bart.cōmuniter recepta in d.§. quod si is.in secundo casu nunquam procederet, quod non est dicendum, ⁊ hoc si volumus tenere, ꝙ decisio.d.l.fin.procedat etiam in nepotibus ex filio spurio, licet loquatur de naturali, vt in contrariis dictum fuit.

¶ Sed si quis vellet tenere, ꝙ si filius erat spurius non procedat d.l.fin.aliter euitaretur illa decisio, scilicet ex diuersitate ca
12 suum, ac etiam rationis, nam † ex diuersis non bene infertur ⁊ arguitur.l.inter stipulantem.§.sacram.versi.sed hec dissimilia.ff.de verb.obliga.⁊ l.fin.ff.de calum.cum vulgar.diuersitas casus est nota, quia alius est filius naturalis, alius spurius vt est notum. Similiter etiam nota est diuersitas rationis, q̄ iura magis concedunt parentibus in filios naturales, vt scilicet certo modo in certis casibus eis succedant, ⁊ eis relinqui possit per eos.authen.licet patri.C.de natur.liber.eo ꝙ nascuntur ex coitu concubinario iure ciuili non improbato, nō sic est in spuriis, qui ex adulterino, vel alio reprobato coitu nascuntur, hi enim nec sunt naturales liberi vocandi, ⁊ omnis paterne substantie beneficio sunt indigni.authen.ex complexu.C. de incest.nupt.

13 ¶ Et † licet ius canonicum ex pietate uelit eos etiam alendos c.cum haberet.in fin.extra de eo qui dux.in matr.quam pol. per adult.tamen nō tollitur criminis magnitudo, ⁊ omnimoda reprobatio, vt ibidem apparet cum ibi omnino separētur.
Nam

Non esset itaq; absonum dicere, ꝙ sicut iura ciuilia prohibent omnino relinqui spuriis, ita etiaz prohibeant relinqui filiis eorum, ad magis refrenandum paternum vitium. In hoc tamē non me firmo propter authoritatem tenentium contrarium, sed submitto prudentissimo iudicio iudicare debentis, ⁊ satis nobis est, ꝙ etiaz reiecta predica consideratione, conclusio nostra saluatur a decisione d. l. fin. quia non procedit quando cōstat, ꝙ contemplatione filij spurij auus relinquit nepotibus.

¶ Non obstat quod secundo dicebatur per l. extraneum. C. de hered. instituen. quoniam vere nihil facit, nam si argumentuz contrarium procederet, vtiq; qui filios legitimos nō habet cū possit cuilibet extraneo relinquere libere, deberet multo magis filijs spurijs cum sint ab eo verisimiliter dilecti, quod tamen est falsum.

¶ Nec dicas, ꝙ in spurijs concurrit ratio prohibitiua, que in casu nostro in nepotibus non concurrit, vt in argumento dicebatur, quia respondetur, ꝙ immo concurrit ex quo sunt instituti contemplatione patris eorum per predicta.

¶ Ad id quod tertio loco dicebatur, ꝙ institutio videbatur facta ipsorū nepotum contemplatione, responsio ex predictis patet, quia immo probatum est, ꝙ isti nepotes fuerunt instituti contemplatione patris eorum.

¶ Et dum nouissimo loco dicebatur, ꝙ in dubio presumitur institutio facta contemplatione nepotis, nihil obstat, quia nego, ꝙ simus in casu dubio, ⁊ sic non sumus in tertio casu Barto. sed in secundo, quia constat institutionem esse factam contemplatione Ludouici per predicta. Ex quibus remanet firma conclusio institutionem predictam fieri non potuisse, ⁊ factam non valere.

14 ¶ Que etiam confirmantur, quia † quando testator prohibet bona sua venire in suos descendentes spurios, quia intēdit, ꝙ perueniant in descendentes legitimos, ⁊ naturales, nedum dicuntur exclusi ipsi spurij, sed etiā descendentes ex illis, licet sint legitimi, ⁊ naturales, quia non possunt dici legitimi, ⁊ naturales respectu testatoris, qui solam legitimam descendentiam cōsiderauit, que certe in eis non est, cum nati fuerint ex spurio, q erat extra talem descendentiam, ⁊ sic ex radice (vt ita dicam) infecta, vt sic spurius ipse vti medium influat in sequentem post eum illegitimam descendentiam respectu testatoris, argumē. l. tria predia. in prin. ff. de seruit. rustic. pred. hinc dicimus, ꝙ

15 † nulla potest dari legitima consequentia ex illegitimo nascendi principio, vt signanter dicit Bald. in l. fin. in fin. C. de verb. signif. quem refert, ⁊ sequitur patruus, ⁊ dominus meus Socin. in consil. cc j. quoniam in presenti. colum. mihi x. versic. secundo quia qua ratione ⁊c. ibi ex qua conclusione infero vnū. ij. volum. vbi proprie loquitur in dispositione testatoris cōcludendo, ꝙ ea ratione, qua per testatorem dicuntur in casu suo exclusi filij, aut alij descendentes spurij, dicentur etiaz exclusi ipsorum spuriorū filij, etiā legitimi, ⁊ naturales, vt per eum. Sic igitur est dicendum in casu nostro, ꝙ ex quo testator Corradinus prohibuit relinqui spurijs domini Christophori de bonis suis vltra libras bis mille, dicatur etiam prohibuisse relinqui filijs spuriorum, licet legitimis, ⁊ naturalibus.

¶ Et maxime hoc dicendum est in casu isto, in quo dominus Corradinus testator totum id fecit contemplatione suoruz descendentium masculorum ex legitimo matrimonio, quos inuicem substituit, si quis eorum sine liberis masculis ex legitimo matrimonio procreatis decesserit, ita vt etiam legitimatos ex-

16 cluserit, vt aperte legitur in eius testamento, ⁊ † ista testatoris contemplatio plurimum attendi debet, ⁊ operatur perinde ac si fuisset facta expressio, vt dixi supra ad aliud propositū, ⁊ tradit Bald. in consil. cxlj. punctus talis est. in fin. lib. v. quod iteratur. nu. 456. eodem lib. v. ex qua consideratione sequitur, ꝙ donec superest legitima soboles predicti domini Corradini, isti qui nati sunt ex Ludouico spurio, licet sint legitimi, ⁊ naturales, non possunt instituti. argumento d. l. final. C. de natural. liber.

¶ Et licet isto casu ex Christophoro non superesset legitima soboles propter quod videretur, ꝙ potuerit istis nepotibus relinquere per d. l. fin. tamen illud esset verum inspecta tantum prohibitione legis, que solum considerauit legitimam sobolez ipsius aui. vt in d. l. fin. verum nos sumus in prohibitione testatoris domini Corradini, qui suam legitimam sobolem considerauit, ⁊ eius contemplatione talem prohibitionem fecit. Et ista consideratio apud me est vrgentissima ad inualidandam predictam horum nepotum institutionem, licet etiam ex aliis inualida sit, vt ex predictis constat, ex quibus sit expedita prima difficultas.

¶ Circa secundam non esset laborandum, quia si non valuit predicta nepotum institutio iam cessat fundamentum eorum, ⁊ dominus Troylus, ⁊ frater veniunt omnino absoluēdi. Verum vt consultanti etiam circa eam morem geram, dicam breuiter, ⁊ conclusiue quid de iure sentiam.

¶ Posito itaq; (absq; veritatis preiudicio) ꝙ valuerit predicta institutio (licet id falsum sit) dico ꝙ predicti filij Ludouici non possunt venire contra transactionem per Ludouicum patrem eorum suo, ⁊ ipsorum nomine factam, sed illam approbando ei acquiescere debent, cum pater eorum haberet legitimam administrationem bonorum filiorum suorum, quoniaz in eius potestate erant.

¶ Et pro ista conclusione demonstranda aduertendum est, q aut volumus dicere ꝙ bona predictis nepotibus ab auo reli-

17 cta essent profectitia, † eo ꝙ ad eos peruenerint ab auo paterno, ⁊ sic a cognato patris iuxta l. sed ⁊ si plures. §. in arrogato. ibi arrogatoris amicus, vel cognatus. ff. de vulgar. ⁊ pupilla. prout ibi not. Bar. ⁊ alij plerique maxime Jas. in ij. col. versicu. vltimo diligenter nota.

¶ Et si quis velit hoc tenere non obstaret quod multi dicunt in l. qui in aliena. §. interdum post glo. ibi. ff. de acquir. heredi

18 ta. videlicet, quod † relictum ab auo nepoti dicitur aduentitiū. Quoniam responderi posset.

¶ Primo, ꝙ forte tale dictū non sit verum cum videatur contra generalitatem d. §. in arrogato. ⁊ contrariuz videtur in dubio tenere Bar. in l. dedit dotem. ff. de collat. bono. cum concordanti. vt per Alex. in consil. clxxv. contingit dubitari. nu. 8. lib. vj. ⁊ ego dixi in consil. lxxvij. iam quinq;, vel sex mensibus, nume. 3. ij. volu.

¶ Vel secundo posito eo dicto pro vero responderi potest, ꝙ procedit, quando auus relinquit nepoti, quod poterat relinquere filio, sicut alia reliquit, vnde cum non fecerit, sed elegerit relinquere nepoti videtur motus propria contemplatione nepotis, ⁊ vt per eum patri de medio non acquiratur, prout illud dictuz ego declaraui in d. consil. lxxvij. nu. 2. Sed isto casu hoc dici non potest, quia ille auus nō poterat Ludouico filio talia bona relinquere propter prohibitionem patris eius domini Corradini in suo testamento, ergo ⁊c.

¶ Preterea eidem domino Ludouico filio reliquit quicquid ei relinquere poterat, vt etiam supra dixi. ex quo colligitur, ꝙ si potuisset plus etiā reliquisset, ⁊ cum plura non posset reliquit filiis illius suis nepotibus motus absq; dubio cōtemplatione ipsius Ludouici, vt sic ei per filios acquiratur, merito ergo potest dici, ꝙ bona, de quibus agitur essent profectitia, ⁊ hoc stante clara res est, ꝙ ipse potuit vti de bonis suis transigendo di-

19 sponere, quia † profectitia dicuntur esse patris nedum quo ad vsumfructum, sed etiam quo ad proprietatem vt est notum, ⁊ probatur in §. j. Institu. per quas personas nobis acquiritur. cum similibus.

¶ Et si dicatur, si eo modo fuerunt acquisita, seu acquiri debebant patri non debuisset valere relictum propter prohibitionē primi testatoris, respondetur, ꝙ pro veritate ita est, vt dictum fuit in precedenti articulo.

¶ Sed posito, ꝙ valeat, quia spurio non fuerunt relicta respectu verborum, sed eius filiis, negari non potest, quin apud eos essent vti profectitia per predicta.

¶ Aut volumus, ꝙ talia bona dicantur aduentitia, prout Doctores Brixienses in hac causa scribentes videntur presupponere (licet mihi magis placeat ꝙ sint profectitia) ⁊ adhuc dicēdū est transactionem predictam debere esse firmam, ⁊ ratam, velut factam ab habente legitimam administrationem bonorum predictorum Corradini, ⁊ domini Christophori, videlicet a Ludouico patre eorum, in cuius erant potestate, nam non est

20 dubium, ꝙ † patri in bonis aduentitiis filiorū queritur vsusfructus. l. cum oportet. C. de bon. que liber. ⁊ §. j. preallegato. nisi expresse talis acquisitio prohibeatur iuxta auth. excipitur. ⁊ in corpore vnde sumitur, que sequitur post d. l. cum oportet, ⁊ ratione predicti vsusfructus lex vult patrem habere illorum bonorum administrationem iuxta tradita per Doctores in locis predictis. ⁊ videtur text. in l. j. C. de bon. matern. ⁊ ibi tradunt Docto. cum concordantibus, vt per Bar. in l. fin. §. j. ff. de verb. obligat. qui ad verbum ita dicit vbi etiam subdit, ꝙ

patris

patris talis authoritas sufficit etiam in alienatione bonorum, in quibus ei erat quesitus vsusfructus.

¶ Sed dicet aliquis, q immo patri in casu isto non fuit quesi
21 tus vsusfructus predictorum bonorum, sicut † etiam non queritur quãdo nepoti ex spurio filio relinquitur, cui sola lege phibente nihil relinqui potest, vt per Bart. in l. Gallus. §. quid si is. in fin. ff. de liber. & posthum. quem ceteri sequuntur vt ibi p Jas. minus ergo videtur, q isto casu queratur, cu3 ipsi spurio nedum per legem, sed etiam per expressa3 testatoris dispositio
22 nem relinqui prohibeatur. Duo † enim vincula sunt vno fortiora. authẽ. itaq3. C. commu. de succes. & in terminis, q prohibitio testatoris concurrens cum prohibitione legis sit potentior, q̃ si sola esset, est communis doctrina * scriben. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legat. j.

¶ Nec videtur obstare, q Ludouicus spurius esset legitimatus, & ita factus capax acquisitionis de bonis patris, quoniam testator dominus Corradinus vltra libras mille prohibuit expresse relinqui etiam legitimatis, vt sunt clara verba testamenti.

¶ Et hoc stante, q dicto Ludouico non sit quesitus vsusfru
23 ctus sequitur, † q ipse nõ potuit esse in dictis bonis legitimus administrator, vt est glo. quam ibi Saly. & alij sequuntur in d. auth. excipitur. C. de bon. que liber. tradit Ang. in l. non solũ. §. si pater. ff. de procur. auus meus do. Marian. Soci. in consil. xxxiiij. prosequendo ordinem questionum. col. pen. & fin. cũ concord. vt per Crot. in l. frater a fratre. nu. 26. ff. de cond. indebit. & per Parisi. in consil. clvij. nobilis olim Franciscus. num. 15. iiij. volum.

¶ Uerum his non obstantibus cõclusio supra posita videtur de iure vera, quia immo ipsi Ludouico fuit quesitus vsusfructus cum per testatorem non fuerit dictum ne illi queratur, & hoc per regulam, qua dicitur patri habenti filios in potestate acquiri vsumfructum, bonorum aduentitiorum. d. l. cu3 oportet. C. de bon. que liber. cum aliis supra allegatis.

¶ Nec obstat conclusio Bar. in d. §. quid si is. quia vt etia3 dixit insignis Aduocatus predictus, illa procedit respectu prohibitionis, ne spurio quicq̃ relinquatur directe, vel indirecte secundum aliquos, & hoc propter odiositatem eius, qua ipsum
24 lex prosequitur. Ita † enim eum odio habet, vt nec velit ipsu3 vocari filium nec esse alendum. iuxta authen. ex complexu. C. de incest. nup. & supra dixi. Que odiositas sublata fuit per legitimationem de ipso Ludouico factam ante predictam institutionem filiorum suorum, Nam legitimatus dicitur restitutus legitimo natali, & a lege recipitur vti filius legitimus, & sic fit capax acquisitionis bonorum patris eius, vt est notum. & sunt d hoc duo illi tituli in auth. quib. mod. natu. effic. sui. & quib. modis nat. effic. legiti. per totos.

¶ Et licet in proposito subsistat adhuc prohibitio testatoris, qui etiam legitimatis relinqui prohibuit, tamen non fuit spurius ita odiosus testatori, sicut legi, nam testator licet voluerit tali etiam legitimato libere relinqui posse, tamen non omnino exclusit, sed certo modo eum diligẽdo voluit ei posse relinqui libras bis mille, & ipsum pro filio suorum filiorum nominauit, vnde cum ipsi testatori non fuerit ita odiosus, sicut erat legi, prohibitio sua non est ita late interpretanda, vt acquisitionem etiam indirectam comprehendat, & que fit non ex expressa dispositione patris, sed ex lege, non vt ex bonis patris testantis,
25 sed vt ex bonis filij ipsius spurij. Etenim † prohibitio illa per se vti odiosa, cum auferat liberam rerum suarum dispositionẽ iuxta l. ij. ff. si quis a par. fuer. manumis. & l. dudum. C. de contrahen. empt. cum similibus. est inquantum potest restringenda, sicut dicimus per eandem rationem de prohibitione alienationis, nam facta filiis non trahitur ad nepotes. §. nos igit. in authen. de restitu. fideicommis. & tradunt Docto. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. j. Sed sic est, q in casu isto Ludouico filio spurio, & tunc legitimato non fuit quesitus vsusfructus ex expressa testantis dispositione, qui in bonis, de quibus agit nihil ei reliquit, sed quesitus fuit ex dispositione d. l. cum oportet. cum similibus. merito talis acquisitio non debet dici comprehensa in prohibitione primi testatoris domini Corradini, & sic dicam q Ludouicus vsumfructum predictum non capit a patre, neq3 vt ex bonis patris, aut aui testatoris primi. Sed capit a lege, & vt ex bonis aduentitiis filiorum suorũ p p̃dicta.

¶ Et predicta comprobantur pulchra consideratione, na3 videtur probabiliter dici posse, q ex tali acquisitione vsusfructus nihil fiat, aut sequatur contra testamentu3 domini Corradini, ipse enim prohibuit ne Christophorus possit relinquere, neq3 legare, aut alio modo alienare eius filiis spuriis etia3 legitimatis de tota eius hereditate, & bonorum sibi assignatorum vltra libras bis mille &c. hoc autem isto casu fuit seruatum, quia ipsi Ludouico de bonis quondam domini Corradini solũ libre bis mille fuerunt relicte.

¶ Et licet ei queratur vsusfructus bonorum aduentitiorum filiis suis relictorum, ex eo tamen non relinquuntur bona quondam domini Corradini, nam talis vsusfructus nunq̃ fuit in bonis eius eo maxime, quia agitur de eo vsufructu, qui post mortem domini Corradini per multos annos consideratur. Clarum etenim est, q illi fructus non fuerunt res hereditarie, licet aliquando illam augeant. l. item videndum. §. fin. cum l. sequenti, iuncta l. item veniunt. §. fructus. ff. de petitio. heredi.
26 Et patet etiam, quia † rogatus restituere hereditatem non restituit fructus ex ea perceptos regulariter loquendo. l. in fideicommissariam. in princi. ff. ad Trebell. & ni fallor, qui contrarium diceret fatuus reputaretur, merito ergo sequitur, quod istius vsusfructus acquisitio in aliquo non aduersatur voluntati domini Corradini, qui predictam prohibitionem fecit, cum tantum de hereditate, & de bonis suis loquutus fuerit, que ad Ludouicum vere non peruenerunt cum remanserint in dominio filiorum suorum, quibus relicta fuerunt. §. j. Institut. per quas perso. nob. acquir. & d. l. cum oportet. cum similibus. Si igitur vera est ista propositio (prout est verissima) Ludouicu3 nihil habere de bonis, & hereditate quondam do. Corradini vltra libras bis mille, licet habeat vsumfructum predictum, sequitur, q ex eo nihil fit, aut sequitur contra voluntatẽ do. Corradini, & consequenter sequitur acquisitionem vsusfructus predicti ex ordine legis prouenientem nullo modo impediri ex prohibitione predicta.

¶ Quo stante sequitur, quod Ludouicus dicitur fuisse legitimus administrator, & quod propterea potuit transigere, prout fecit, & quod tali transactioni omnino standu3 sit p p̃dicta.

¶ Et presertĩ quia (vt audio) in dicta transactione non potest interuenire, aut considerari aliqua lesio ipsius Ludouici, & filiorum eius, & quando hec considero non possum nedu3 vehementer non admirari de istis filiis Ludouici, pariter & de ipso qui ita suaserit, sed etiam aliqualiter non excandescere aduersus eos, qui nulla subsistente causa velint venire contra transactionem per dictum Ludouicum factam, & pluries roborata3 cum promissione, q filij ratificabunt, ex quo equitati conuenit eum obligari ad conseruationem transactionis, & apud me ipse cum filiis non caret suspitione doli in emancipatione, quam Ludouicus fecit de filiis, & ita postea fecit (vt credibile est) presentem litem moueri, propter que putarem bonu3, & circunspectum iudicem omnino esse absoluturum reos conuentos etiam quod in predictis rigor iuris faueret actoribus, ne alias etiam ipse videretur hos dolos, & has circumuentiones fouere. Uerum cum etiam de rigore iuris predicta procedant in reorum fauorem, & sic pro eis concurrat iuris rigor, ac etia3 equitas seruande transactionis iuxta l. non est ferendus. l. fratris. & l. sub pretextu. la ij. cum multis similibus. C. de transactio. non dubito quin prudens, ac iustus iudex sit omnino absoluturus dominum Troylum, & fratres reos conuentos, & vt puto in presenti lite molestatos.

¶ Non omitto, q predicti rei conuenti ex persona do. Joannis Antonij eorum patris, & vt eius heredes potuerunt, & possunt ex causa fideicommissi petere ab heredibus domini Christophori nedum dimidiam sue portionis iuxta formam testamenti domini Corradini, cum ipse decesserit sine filiis masculis ex legitimo matrimonio procreatis, sed etiam portionem bonorum olim D. Biatte fratris eius, que per idem fideicommissum ad ipsum Christophorum peruenit. nam vt puto veritas est etiam illam includi in fideicommisso debito olim domino Joanni Antonio, & postea eius filiis per ipsu3 Christophorum, vel eius heredes. Et hoc ex eo quia testator vsus fuit verbis generalibus dum dicitur, & hoc pro medietate tantum omnium bonorum tempore mortis sic decedentis existentium de
27 bonis predictis &c. Nam † illa verba sic generaliter prolata important vt in fideicommisso comprehendantur prelegata, & fideicommissa grauato relicta. l. cum pater. §. fidei tue. ff. de legat. ij. & l. cum virum. C. de fideicommis. & vtrobiq3 tradunt Doct. & videtur de hoc communis opinio, * vt per Docto. maxime

maxime Alexand. in l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Trebell. in j. col. versic. secundo limitatur. quod etiaz sequitur ibi patruus, & dominus meus Socin. colum. fin. versic. tertia conclusio. & est sub num. 11. qui particulariter post Bartoluz, & alios. de quibus ibi per eũ. loquitur de his, que peruenerunt ad grauatuz ex causa fideicommissi sicut proprie contigit in casu nostro, & hoc modo potest euitari. l. si Titius ex parte. ff. de legat. iij. que in contrarium videbatur vrgere, nam ibi non fuerũt verba generalia, sed simpliciter fuit grauatus restituere hereditatem cuius appellatione, neq; legata, neq; fideicommissa veniunt, vt ibi in fine dicitur.

¶ Et q; talis portio veniat in fideicommissi restitutionez secũdo loco ostenditur, nam testator fecit tale fideicommissum per substitutionem compendiosam virtualiter inuicez factam sub conditione, scilicet si aliquis eorũm decederet sine filiis masculis &c. per que verba videtur testator habuisse considerationez q; pluribus sine filijs decedentibus vno post aliuz bona sua omnia de vno in alium deueniant ad vltimum superstitez, vt declarat Corn. in consi. ccccxx. placet mihi. in litera G. j. volum. Et propterea secundum euz ibi portio, que a primo decedente peruenit ad secundo decedentem vna cum portione secundi decedentis venit restituenda ei qui superstes remãsit, vt per Corn. ibi. qui dicit q; ita ante eum consuluerat Bal. Nouellus, & per hoc deciditur casus noster in terminis, & potest dici, quod in his terminis procedit, & intelligi debet opinio Fulgosij, & Cumani relata per Alexandrum, & alios in dicto §. quidam liberis. in fine.

¶ Et ex hoc sumitur secunda responsio ad d. l. si Titius ex parte. videlicet, q; ibi vtrunq; fideicommissum erat purum, nam coheres puta Gaius erat rogatus restituere suam partem Titio coheredi, & Titius erat rogatus restituere hereditatẽ Meuio, que † fideicommissa cum simpliciter fuerint sine adiectione diei, vel conditionis facta, censentur pura ita vt presenti die debeantur. l. omnia. ff. de legat. ij. l. j. in princip. ff. de conditio. & demonstratio. & l. in omnibus obligationibus. ff. de reg. iur. cum similibus. Et ideo cessante consideratione predicta nõ venit in restitutionez quod habetur ex causa fideicommissi, quia cum de alia mente testantis non constet, statur proprietati verborum iuxta l. non aliter. in princip. ff. de legat. iij. & hoc quod ibi dicitur q; appellatione hereditatis neq; legata, neq; fideicõmissa continebuntur, sed in casu precedenti, & nostro, de voluntate testantis constat per considerationem predictam, ergo ita est dicendum etiam quod esset opus aliquali impropriatione verborum per. d. l. non aliter. Fortius ergo hoc dicendum est in casu nostro, in quo tali impropriatione non indigemus, cuz testator non sit vsus verbo hereditatem, sed dixit, q; alij masculi, scilicet superstites ex linea paterna succedant in omnibus bonis existentibus tempore mortis apud decedentem ex assignatis, vt supra pro dimidia parte tantum, vel verba omnino equipollentia, sub quorum verborum prolatione absq; aliqua impropriatione continentur, etiam que per decedentem acquisita erant per fideicommissum, cum testator nec de hereditate, nec de eius portione mentionem fecerit, & sic non se retulit ad aliquam quotam hereditatis, & ita in simili casu arguit, & concludit Alexan. in consil. lxvj. viso testamento. ad finez. sub nu. 16. lib. ij. & secundum predicta recte intuenti constabit, q; in casu nostro nihil obstat, quod Alex. in d. §. quidam liberis in vltimis verbis. considerat contra conclusionem vtriusq; Raphaelis, quod etiam dominus meus Socin. in d. iij. conclusione, & Claud. ibi. col. fin. considerabant.

¶ Et istam conclusionem in casu isto puto indubitatam vltra predicta, per ea, que tradit Alexand. in d. §. quidam liberis. colum. fin. versic. vnde si testator vsus est his verbis &c. duz cõ-
29 cludit, q; † si testator grauat vnum heredem de restituenda portione sua in tali restitutione includetur etiam quod ipse acquisiuit ex causa fideicommissi, & mouetur per illum textum, qui ita determinat de prelegatis, nam inquit ipse maior erat dubitatio in prelegatis cuz non possint dici portiones hereditarie, & si in eis ita est fortius debet dici illud in acquisitis per fideicõ-
30 missum vniuersale, † quod sapit naturaz hereditatis. l. si filius. ff. quod cum eo. cum aliis allegatis ibi per Alexand. qui dicit, q; ista opinio est ex intentione Imol. Roma. & Rapha. vt per eum. Si igitur ita est quando quis rogatur suam portionez restituere, quo casu verba sonant tantum in propriam ipsius partem, fortius hoc erit in casu nostro, in quo verba sonãt vniuersaliter, quia dicitur in medietate omnium bonorum tempore mortis existentium &c.

¶ Demum hanc nostram opinionem in terminis nostris firmat Carol. Ruyn. in consil. cxl. visa facti narratione. num. 17. iij. vol. etiam presupposita quadam distinctione glo. Barto. & aliorum in d. §. quidam liberis. & in d. l. cum virum. C. de fideicommiss. & alibi sepe, videlicet q; distinguatur an fideicommissum grauato relictum precedat, vel sequatur, de qua quid ego sentiam scripsi alias consulendo in consil. cvij. consului alias. in iij. vol. nondum impresso. Inquit enim Ruyn. q; si plures inuicem substituuntur, vel grauantur, si quis eorum decederet sine liberis, & vnus qui secundo loco decessit sine liberis acquisierit ex eadem substitutione portionem predecedentis etiam illa venit restituẽda vltimo superstiti, & inter cetera mouetur, quia iuris intellectu ille secundo decedens fuit primo honoratus, q; grauatus, & ideo stante distinctione predicta, quod consequutus fuit per fideicommissum venit in restitutionem, vt per euz, & sic in proposito nostro concludendum est, q; etiaz portio habita per dominum Christophorum de bonis Biatte premortui venit in restitutionez fideicommissi, quo posito pro nostra
* conclusione extat doctrina Bar. communiter * recepta in d. §. quidam liberis. col. fin. versi. si vero succeditur ex compendiosa, que valet iure fideicommissi &c. Nam Bart. ibi. aperte con-
31 cludit, † q; habitum per fideicommissum in compendiosa cõprehensum venit in restitutionem fideicommissi, habita tamẽ distinctione, de qua supra, vt per eum, & ita etiam voluit Deci. in consil. lxxxj. in casu proposito. in iij. dubio. dicens quod de hoc est communis opinio.

¶ Hec tamen de portione domini Biatte dicta sint ex abundanti, quoniam ex aliis supra deductis satis, superq; ostensuz fuit dominos Troylum, & fratrem reos conuentos esse omnino absoluendos, fortius ergo hoc dicendum est stante etiaz conclusione supra facta de portione Domini Biatte.

Laus Deo Opt. Max.

¶ Socinus Nepos Bononie legens. 1550.

SVMMARIVM CAPITVM. CONSILII XVII.

¶ De donatione quadam per Ducem Mediolani facta cum clausulis amplissimis an valeat siue res donata esset eius, vel non?

¶ Del. bene a Zenone. C. de quadrien. prescript. vtrum procedat in Duce Mediolani, & similibus?

¶ Exceptio de iure tertij an, quando, & per quem non possit opponi?

¶ Donatio alicui facta an sit personalis?

¶ In dubio standum est declarationi, vel interpretationi donantis.

¶ De prescriptione quadragintta annoruz, q; tollit omne ius, procedat, etiam contra ignorantes, & q; contra eaz non detur restitutio in integrum.

¶ De consentiente vt res sua vendatur, q; preiudicat sibi in dominio eius?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ¶ *Rei suæ quilibet bonus est moderator, & arbiter.*

2 *Donatio principis an possit dici inualida quasi tendens ad diminutionem status, & dignitatis principatus, & an successor in dignitate possit uenire contra contractum præcessoris.*

3 *Qualitas donantis, & donatarij consideranda est ad cognoscendum an quid dicatur magnum, uel modicum.*

4 *Donatio facta de re alias solita donari ualet.*

5 *Rex, uel alius princeps feudum ad ipsum deuolutum per delictum, & demerita uasalli debet alteri concedere.*

6 *Princeps saltem ex iusta causa potest ius unius aufferre, & dare alteri.*

7 *Princeps potest rem alicui subdito aufferre, & alteri concedere ex amplissima potestate sua, modo constet quod tali potestate uti uoluerit.*

8 *Princeps ex clausulis, motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis etiam absolute, declarat quod uoluit etiam tertio præiudicare.*

9 *Princeps qui habet iura imperij, & omnia potest in suo statu, quæ potest Imperator in toto imperio gaudet prerogatiua. l. bene a Zenone. C. de quadrien præscr.*
10 *Dux Mediolani in suo ducatu iura imperii habet.*
11 *Exceptione opposita contra poßeßorem ius tertii per actorem indistincte allegari non potest.*
12 *Donatio personalis extinguitur mortuo donatario.*
13 *Princeps qui facit gratiam potest illam interpretari, inde enim interpretatio prodire debet unde ius prodiit.*
14 *Præscriptione quadraginta annorum tollitur omne ius, & poßidentibus acquiritur plena securitas.*
15 *Præscriptio quadraginta annorum aduersarium excludit etiam à beneficio restitutionis in integrum ex capite ignorantiæ.*
16 *Tempora etiam decursa coniunguntur ad præscriptionem perficiendã.*
17 *Conductio nec emptio non cadunt in re propria.*
18 *Scientia in facto proprio præsumitur.*

CONSILIVM XVII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Perspecta, & bene considerata contingẽtia facti, quam seriose clarissimus consulens preposuit, ac etiam viso, & mature considerato predicti domini consultoris responso sup illa questione, vtrum scilicet Illustrissimum Dominium Venetorum debeat obtinere predia, & tenutam de castro Leone, olim sibi per Illustrissimum Franciscum Sfortiam, tunc Ducem Mediolani donata anno Domini 1524. de Mense Octobris &c.

¶ Et si casus iste videatur primo aspectu difficilis, tamen recte omnia hincinde considerando arbitror, quod eius resolutio sit satis aperta, & sine multa difficultate, & ideo vna cum ipso clarissimo consultore domino Hieronymo Cagnolo mihi vti fratre honorando concludo, quod bona de quibus agitur pleno iure spectant ad Illustrissimum Venetorum Dominium, vel ad habentes causam ab eo, & eidem debent omnino relaxari a sequestro, quod de eis factum fuit, liberata, & hoc principaliter ex duplici capite.

¶ Primo scilicet ex iure ipsius Illustrissimi Dominij.

¶ Secundo vero ex non iure aduersariorum, scilicet istorum nobilium de Salerno. De quolibet distincte tractabo, & quodlibet verissimum demonstrabo.

¶ Circa primum igitur conclusiue loquendo dico verissimũ esse, quod Illustrissimum Dominium Venetorum ius habet sup dictis bonis de Castro leonis, ita vt ad illud pertinere dicant. Et fundamentum clarissimum, & firmissimum est, quia donatio illi facta per prefatum Illustrissimum Ducem Mediolani omnino, & pleno iure valuit, & seruanda est, vel saltem cõtra Illustrissimum Dominium Venetum nihil dici potest, vt bonis illis veniat priuandum.

¶ Et considerandum est, quod aut predicta bona tempore donationis prefate erant ipsius Illustrissimi donatoris, veluti ad eius cameram deuoluta, prout ipse asseruit.

¶ Aut erant aliena.

¶ Primo casu conclusio supra facta transit sine difficultate,
1 etenim † quilibet sue rei bonus est moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. manda. cum similibus, etiam abutendo l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. heredit. Non quidem quod isto casu Illustrissimus Dux talem donationẽ donando fuerit suis bonis abusus, quia perfectissime, & prudentissime vsus fuit donãdo Illustrissimo Venetorum Dominio de se optime merito, & cui longe maiora debuisset largiri, vt ipsemet Dux in donationis instrumento asseruit.

2 ¶ Nec cadere potest hic dubitatio, an † talis donatio possit dici inualida, quasi tendens ad diminutionem status, & dignitatis Ducatus Mediolani iuxta c. intellecto, cum materia. extra de iureiuran. & tradita per Bartolum in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi, aut clam. quo casu successor in dignitate posset venire contra contractum precessoris, vt per Baldum in l. j. post principium. ff. de constitut. princip. & in c. j. in versic. amplius consueuerunt. post princip. de pac. Constan. & tradunt Doct. in c. j. de probat. maxime Felyn. ibi in v. col. versic. quarto declara. & Deci. iiij. col. versi. sic etiam si contractus.

¶ Quoniam talis donatio cum sit rei minime, nec dignitatẽ status respicientis (vt est notum) nec consideratur ex dictis bonis aliqua notabilis diminutio status, quia immo eo respectu dicitur nullius, aut minime considerationis, nec grauiter immo nullo modo leditur dignitas status debet talis donatio omnino valere, quia in his terminis non habet locum decisio d. c. intellecto, vt post Innocen. ibi scribit Abb. ij. col. versic. & quod dixi Regem &c.

¶ Et licet forte ista bona de Castro leone quo ad priuatas personas sint alicuius considerationis, tamen respectu donantis,
3 & etiam donatarij sunt modicissima, quorum † qualitas consideranda est ad cognoscendum an quid dicatur magnum, vel modicum, vt est glo. in verbo, modica. & ibi Bar. & alij tradũt in l. sed & si susceperit. §. j. ff. de iudic. cum simil.

4 ¶ Et † tanto magis ista donatio debet valere, quia facta est de re alias solita donari, argumen. l. pater. §. quindecim. ff. de legat. iij. & eius, quod tradunt Doct. in c. j. §. si vero, vel in totũ.
5 qual. olim feud. alien. poter. nam dicit ibi Bal. in fin. † quod Rex, vel alius princeps feudum ad ipsum deuolutum per delictũ, & demerita vasalli debet alteri concedere, & ita eum refert, & sequitur Grammat. in consil. xlvij. Excellens Magnus. nu. 8. vel saltem potest, vt ibidem dicit Afflic. Sic igitur Illustrissimus Dux Mediolani absque dubio potuit predicta bona de Castro leonis ad Cameram suam deuoluta propter demerita eorum, qui primo ea tenebant cuicunque voluit donare, & propterea indubitatum arbitror isto primo casu donationem factam Illustrissimo Dominio Venetorum valere, & seruandam esse.

¶ Secundo casu si presupponatur bona illa fuisse alterius (licet vere hoc sit falsum) & adhuc idem dicendum est, vt scilicet donatio valuerit, & apud Illustrissimum Dominiũ Venetũ conseruari debeat. Nam cum facta fuerit propter benemerita donatarij in Illustrissimum donantem, & statum eius collata, & consequenter ex causa iusta, & respiciente publicam vtilitatẽ debuit omnino valere etiam in preiudicium alterius subditi
* ipsius donatoris. Est enim notissima, & communis * conclu-
6 sio, quod † princeps saltem ex iusta causa potest ius vnius auferre, & dare alteri. l. item si verberatum. §. j. ff. de rei vendica. per quem tex. dicit ibi Ange. & plerique sequuntur, quod mentitur, qui negat principem libere posse aufferre rem vni, & dare alteri, & ita videtur firmare Alberic. in l. quoties. C. de precib. imper. offer. in prerogatiuam principatus, & hanc opinionem sequitur plures pro ea allegando Hyppol. in l. de vnoquoque. num. 16. ff. de re iudic. & ego alias consulendo plura cumulaui.

¶ Sed quicquid sit dicendum quando non adesset iusta causa, quia tunc dictum Ang. non est omnino securũ, tamen quã-
7 do iusta causa adest consentiunt omnes, quod † princeps potest rem alicui subdito aufferre, & alteri concedere ex amplissima sua potestate, modo constet, quod tali potestate vti voluerit, vt per Corn. in consil. cccxiij. alias per me. litera C. iiij. vol. cum concordantibus multis, vt per Deci. in c. que in ecclesiarũ. col. ix. in versi. & ex ista prima conclusione. extra de constitutio. in consil. cclxix. consultus ab Illustri. iij. col. in fi. & in consil. cccccl viij. viso puncto. j. col. & alibi sepe. Sed isto casu adest iusta causa, & quidem publicam vtilitatem respiciens, vt dictum est, & cõstat Illustrissimum Ducem donatorem voluisse vti plenissima, & absoluta potestate, & quod donatio illa omnino valeat, & sortiatur effectum, vt ex verbis donationis constat, ergo &c. fecit enim talem donationem motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis etiam absolute, vt etiam dominus consulens
8 considerauit, etenim † ex talibus verbis, & clausulis dicimus constare quod princeps voluit etiam tertio preiudicare iuxta doctrinam Bal. & aliorum in l. ij. C. de seruit. & aq. & tradit Pau. de Castro in consil. cvij. donatio predicta. & Curt. Junior in consil. clxxiiij. in causa vertente. ij. colũ. cum aliis allegatis per dominum consulentem.

¶ Preterea Illustrissimus Dux talia bona donauit vti deuoluta ad suam Cameram, & sic tanquam sua, ex quo sequitur, quod Illustrissimum Dominium Venetum donationem recipiẽs dicitur pleno iure Dominium bonorum predictorum acquisiuisse etiam quod vere talia bona fuissent aliena, & pretendenti ius ad dicta bona reseruatur facultas veniendi contra Illustrissimum Ducem donatorem, & fiscum eius per spatium annorũ quatuor, vt est tex. in l. omnes. & in l. bene a Zenone. C. de quadrien. prescript.

¶ Et si dicatur quod dicta iura loquuntur in Imperatore, & non procedunt in principibus inferioribus superiorem recognoscentibus, prout voluit Bal. in c. fin. in fin. de re iudic. cum cõcordantibus

cordantibus, vt alias dixi in consil. lxix. castrū quoddam Biscine. nu. 58. ⁊ sequen. j. vol. Respondetur ꝙ illud procedit respectu eorum principum, qui de iure, ⁊ de facto superiorem recognoscunt, ⁊ non habent iura Imperij, vt in casu de quo in
9 dicto consilio meo lxix. verum † si est princeps, qui iura Imperij habeat, ⁊ omnia possit in suo statu, que potest Imperator in toto Imperio, gaudet prerogatiua. d. l. bene a Zenone. ⁊ precedentis, vt signanter concludit Bald. in consil. cccLxiij. queritur an si per officiales. j. vol. ⁊ in pluribus aliis suis consiliis, vt refert, ⁊ sequitur Corn. in consi. cxxvij. primo aspectu videtur. in litera D. la prima. ij. vol. quod etiam voluit idem Bald. in proem. Decret. vt refert, ⁊ sequitur Marti. Lauden. in tract. de principibus. quest. xj. ⁊ dixit Roma. in consil. lix. ad discutiendaȝ veritatem. in vj. dubio. loquens de quodam domino Pandulpho in ciuitate Fani habente Vicariatuȝ a Summo Pontifice, vt per euȝ, idem etiam dixit Jas. loquendo de Duce Sabaudie in consil. cxxxvij. Carolus olim Illustrissimus. x. col. ij. vol. ita etiam firmat Joan. Franc. Balb. in tracta. de prescript. in viij. quest. secunde partis. quinte partis principa.
10 Sed † Illustrissimus Dux Mediolani talia iura habet, seu tunc habebat in suo Ducatu, vt est notissimum, ⁊ post plures per eum relatos firmat. Jas. in consil. cj. immunitas fuit concessa. iij. col. iiij. vol. ⁊ Curt. Jun. in consil. cj. presupponitur in facto. nu. 3. ⁊ 4. ergo ⁊c. ⁊ ita specifice in Duce Mediolani loquitur Corn. in d. consil. cxxvij. ⁊ in eodem Duce idem concludit Parisi. olim in Patauino Gymnasio honorandus collega meus in consil. j. visa facti narratione. nu. 121. ⁊ 122. vbi etiaȝ alios allegat pro ista cōclusione, ⁊ ita alias in Duce Mediolani post multos Excellentissimos Jurisconsultos, videlicet Andr. Alcia. Ludouic. Catū. ⁊ alios quosdam firmaui in consil. lxv. viso themate presupposito, in iij. volu. nondum impresso. Et licet pleriqȝ aliquando contrarium tenuerint, tamē
* ista videtur magis communis opinio * loquendo presertiȝ de Illustrissimo Duce Mediolani, qui tempore suo habebat iura regalia, ⁊ fiscalia, ⁊ saltem de facto superiorem non recognoscebat; ⁊ (ni fallor) hanc opinionem sentit patruus, ⁊ dominus meus Socin. in consil. xlvj. eleganter, ⁊ subtiliter. nu. 12. nam ibi refert pro responsione d. l. bene a Zenone. ꝙ secundum aliquos illa lex solum procedit in Imperatore, ⁊ non in ciuitatibus etiaȝ superiorem non recognoscentibus, ⁊ sic que habent iura Imperij, sed statim dicit, ꝙ talis responsio non est tuta, ⁊ sic illam non approbat, ⁊ consequenter tenet d. l. bene a Zenone. habere locum etiam in inferioribus principibus modo habeant iura Imperij, ⁊ fiscalia, ⁊ superiorem saltȝ de facto non recognoscant.

¶ Nec predicte donationi per aduersarios Illustrissimi Dominij Veneti, vel habentium causam ab eo potest opponi, ꝙ non reperitur confirmata, seu vt dicunt interinata per venerandum Senatum Mediolanenseȝ, vt videtur requiri. Quoniā respondetur primo, ꝙ talis oppositio cum sit de iure tertij, scilicet camere Ducalis non debet admitti etiam si alias esset tale ius tertij exclusiuum iuris Illustrissimi Dominij, ex quo non constat cameram Ducalem ita velle, vt est doctrina Bar. com-
* muniter * recepta in l. ij. ver. quandoqȝ ius tertij est exclusiuū. ff. de except. rei iudica.

¶ Et hoc procul dubio procedit in casu isto, in quo talis exceptio videtur opponi contra possessorem, ⁊ in effectu reum con-
11 uentum, eo † enim casu indistincte ius tertij per actoreȝ allegari non potest, vt signanter declarat Bal. in l. cum mulier. x. colum. versic. secundo sic probo. ff. solu. matri. quod sequitur, ⁊ pulchram rationem pro eo allegat patruus, ⁊ dominus meus Socin. in d. l. ij. ⁊ dixi in consi. xlvij. decessit vltimo loco. numero 17. ⁊ 18. ⁊ in consil. lxxj. licet excellentissimus consultor. nume. 6. ⁊ 7. ij. vol.

¶ Secundo etiam respondetur, ꝙ immo reperitur interimatio, seu approbatio Senatus, si non expresse saltem tacite, ⁊ virtualiter, nam Senatus approbauit donationem factam Marchioni Pescarie de predicto Castro leonis, in qua expresse dicebatur, reseruata tamen concessione per nos facta Illustrissimo Dominio Veneto de bonis illorum de Battaliis alias camere nostre confiscatis propter ipsorum demerita, nā approbando donationem factam predicto Marchioni dicitur tacite approbare omnia in ea contenta, ⁊ taciti, ⁊ expressi idem est iudicium. l. cum quid. ff. si cer. pet. cum simil.

¶ Et ex his sit expeditum primum caput, ⁊ ostensum bona de quibus agitur omnino esse relaxanda Illustris. Dominio Veneto, aut nobilibus de Battaliis habentibus causam ab eo ex iure ipsius Illustriss. Dominij.

¶ Potest etiam predictis addi, ꝙ isti nobiles de Battaliis possunt obtinere ex iure suo etiam absqȝ cessione eis facta per Illustriss. Dominium Venetum. naȝ ista bona de Castro leonis fuerunt illis donata vsqȝ de anno 1481. ⁊ longo tempore ea tenuerunt, ⁊ possederunt, ⁊ demum ob eorum demerita fuerunt priuati, ⁊ facti rebelles, sed postea de anno 1529. fuerunt vna cum aliis rebellibus restituti ad patriam, ⁊ in gratiam domini, ⁊ ad bona, vt patet in federe Bononiensi anno predicto innito, ⁊ percusso in c. vij. Et ideo nimirum si ab illo tempore citra ipsi pacifice possederunt, nisi a paucis annis citra, quādo per Cesarem fuerunt dicta bona sequestrata, per tale tamen sequestrum, cùm sit factum a superiore, ⁊ sic quasi a iudice isti de Battaliis non perdiderunt eorum possessionem, vt post antiquos declarat Barto. ⁊ sequuntur alij in l. licet. ff. deposi. ⁊ in l. interesse. ff. de acquiren. possess. saltem quo ad ipsius possessionis commodum iuxta declarationem Bartoli in l. si oleuȝ. in principio. ff. de dol. debent itaqȝ isti de Battaliis respectu istius primi capitis, aut ex iure proprio ipsorum, aut ex iure Illustrissimi Dominij Veneti, a quo ipsi causam habent omnino obtinere, vt scilicet eis predicta bona Castri leonis liberé relaxentur.

¶ Sed idem est dicendum etiam ex secundo capite, videlicet ex non iure aduersariorum, scilicet istorum nobilium de Salerno. Et hoc dicam tantum ex abundanti, cum predicta sufficiāt ad victoriam pro Illustriss. Dominio Veneto, ⁊ pro istis nobilibus de Battaliis ab illo causam habentibus.

¶ Et vt hoc clare pateat considerandum est, ꝙ illi nobiles de Salerno, vt etiaȝ dixit Excellentissimus consulens, pretēdunt ius habere ex duplici via.

¶ Primo scilicet ex donatione oliȝ facta d. dictis bonis quondam strenuo armorum ductori domino Jacobatio de Salerno per Illustriss. tunc Dominum Franciscum Sforciam Vicecomitem ⁊c. de anno 1447.

¶ Secundo ex alia donatione de eisdem bonis facta do. Benedicto, ⁊ fratribus de Salerno per Illustriss. Maximilianū tunc Mediolani Ducem de anno 1513.

¶ Sed vere ex neutra ius aliquod habere dicuntur, merito ipsi ex non iure eorum sunt ab eorum petitione excludendi, ⁊ Illustriss. Dominiuȝ Venetū, seu nobiles de Battaliis vti habētes causaȝ ab eo, ac etiā proprio iure debent in dictis bonis cōseruari. l. fin. C. de rei vendica. §. commodum. Institut. de interdict. cum vulgaribus.

12 ¶ Hoc autem sic ostenditur, nam † donatio olim facta illi Jacobatio videtur, ꝙ fuerit personalis, ⁊ eo mortuo fuerit extincta. l. quia tale. ff. solu. matr. ⁊ l. j. §. permittitur. ff. de aqu. quotid. ⁊ esti. cuȝ similibus. vt plene deducit dominus consulens, ⁊ vbi etiam de personalitate esset dubium ita tenendū est, quia sic esse declarauit Illustriss. Dux, qui talem donationem fecerat quando de anno 1453. mortuo dicto Jacobatio dixit, ꝙ dicta bona erant deuoluta camere sue, ⁊ propterea ea donauit cuidam Orpheo de Ricano, sic enim presupposuit virtualiter ꝙ concessio facta dicto Jacobatio fuit personalis, ⁊ sic eo mortuo bona illi concessa, ⁊ donata non ad successores eius transierunt, sed ad cameram Ducalem fuerunt deuoluta, ⁊ tali menti eius, ⁊ in effectu interpretationi ipsius donationis standum
13 est, cum sit facta per eundemmet Ducem, qui concessit, † est enim aperti iuris principem illū, qui gratiam aliquaȝ fecit posse eam interpretari. l. ex facto. in princip. ff. de vulgar. ⁊ pupill. ⁊ ibi tradunt Doct. l. Neratius. ff. de reg. iur. facit c. cū venissent. extra de iudic. inde enim interpretatio prodire debet, vnde ius prodiit. c. inter alia. de sentent. excommunicatio. ⁊ l. fin. C. de legib. cum similibus. ⁊ in terminis, ꝙ declarationi, ⁊ interpretationi concedentis, an scilicet gratia, ⁊ priuilegium sint personalia standum sit docet Specula. in tit. de instrum. edit. §. nunc autem. versic. item ꝙ fuit. prout refert, ⁊ sequitur Alexand. in d. l. quia tale. iij. colum. versicu. predicta procedunt. ff. solut. matrimo.

¶ Et eo presertim ita videtur dicendū in casu nostro, ne alias dicamus, ꝙ tam iustissimus princeps iniuste successores Jacobatij spoliauerit absqȝ eorum demeritis, saperet enim illud iniquitatem non presumendam, argumen. l. merito. ff. pro socio. cum similibus. maxime in predicto Illustrissimo Duce, cuius iustitie,

iustitie, τ supreme benignitatis vsqꝫ ad aures nostras fama personuit.

¶ Preterea posito sine veri p̃iudicio, ꝙ talis donatio potuerit aliquo modo dici realis, τ sic, ꝙ in eo aliquod ius potuisset in successores dicti Jacobatij trāsire, tamen dico ꝙ successores predicti tale ius perdiderunt per longissimā prescriptionez xl. annorum, τ vltra cum post mortem Jacobatij dicta bona cuz titulo, τ bona fide fuerint per alios possessa per 40. annos, 50.
14 τ etiam 60. vt per do. consulentē deducitur, nam † exploratuz est cursu xl. annorū, τ per talē prescriptionem tolli omne ius, τ possidentibus acquiri plenam securitatem. l. omnes. C. de prescrip. xxx. vel xl. ann. τ l. fin. C. de fund. patrim. lib. xi. τ firmat patruus, τ do. meus Soc. in l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. oblig. ad fin. τ ita vt procedat talis prescriptio contra ignorantes, τ etiam contra ecclesiam, modo non sit Romana, aut illi equiparata, vt tradunt Doct. in auth. quas actiones. C. de sacrosanc. eccle. τ ponit Deci. in consi. xxix. τ pro tenui. iiij. colū. versic. non obstat.
15 ¶ Et † ita prodest talis prescriptio vt aduersarium excludat etiam a beneficio restitutionis in integrum ex capite ignorātie secundum veram, τ magis communez * opin. vt plene ego demonstro in consi. lxvj. cum diebus elapsis. nu. 102. j. vol. τ vltra authoritates multas ibi allegatas, que sunt vsqꝫ ad xvj. idē tenet Beltran. in consil. cxxxix. cum supponatur. ij. vol. ex primis. Parisi. in cons. xxiij. prima in huiusmodi. nu. 221. j. vol. Ludouic. Gozad. in consi. viij. in hac causa. ad fin. Rubeus in consi. lx. circa dubitationem. ad fin. qui asserit ita esse communem opinionem. τ Jo. Igne. in l. j. §. si conditioni. nu. 126. ff. ad Syllan. quod etiā sequitur And. Tiraq. in tract. de vtroqꝫ retract. car. 284. nu. 37. 38. τ 39. sic igitur in proposito dicendum est per cursum annorum xl. τ vltra istos Salernos omne ius si quod habebant amisisse, ita vt nec eis sit danda restitutio in integrum, merito ergo dicendum est illos ex non iure eoruz esse omnino excludendos.

¶ Nec obstat, ꝙ dicta bona per predictum tempus annorum sexaginta, vel circa non possederint semper isti de Battaliis, quia ante eos possedit Orpheus de Riccano per annos xviij. vel circa, τ aliquando etiam Camera Ducalis, quoniaz respō
16 detur hoc non referre, quia † omnia dicta tempora coniunguntur ad perficiendam talem prescriptionem iuxta tradita in l. Pomponius. §. cum quis. τ §. quesitum. ff. de acquir. poss. cū concord. vt per repet. in d. §. cuz quis. τ per Ruyn. in cōs. clvj. quia de pluribus. nu. 8. j. vol.

¶ Demum vbi predicta non excluderent istos de Salerno ex alio clare videntur exclusi a proprietate dictorum bonorum, nam ipsi conduxerunt dicta bona ab officialibus Illustrissimi Ducis Mediolani, de anno 1523. obligantes se ad magnaz pensionem singulis annis, τ consenserunt expresse ꝙ Illustrissimo Duci, τ eius agentibus liceret de ipsis bonis locatis ad libitum disponere, prout vellet etiam durante tempore locationis. Dico enim, ꝙ Salerni ita conducentes videntur fateri se
17 non dominos, † cum in re propria non cadat conductio, sicut nec emptio. l. neqꝫ pignus. ff. de regul. iur. τ sic si proprietatem habuissent viderentur ei renunciasse, seu tacite eaz donasse Illustrissimo Duci.

¶ Et licet hoc ex sola conductione non sit securum cum videatur contra l. qui rem. C. de locat. sed debet distingui, vt p̃ Bar. τ alios in l. si aliquam rem. ff. de acquiren. poss. τ per Guiliel. Mayne. in d. l. neqꝫ pignus. tamen attento pacto ꝙ liceat Illustrissimo Duci de dictis bonis disponere absqꝫ dubio procedere dicitur, quod dictum est. Nam sic Salerni dicuntur cōsentire ꝙ Dux disponat libere de talibus bonis, ita quidem vt donatio quam postea Illustrissimus Dux fecit de ipsis bonis Illustrissimo Dominio Veneto dicatur facta de consensu, τ voluntate Salernorum, τ consequenter dicuntur sibi saltez circa bona ipsa preiudicasse arg. l. codicillis. §. j. ff. de lega. ij. τ l. si fundum per fideicommissuz. cum traditis ibi per Bar. τ alios ff. de legat. j.

¶ Ex his itaqꝫ concluditur istos de Salerno nullum ius pretendere hodie posse vigore illius antique donationis facte Jacobatio eorum antecessori.

¶ Similiter etiam dicendū eos ius aliquod habere non posse ex confirmatione donationis, seu noua concessione dictorum bonorum facta domino Benedicto, τ fratribus de Salerno per Illustrissimum tunc Mediolani Ducem Maximilianū Sfortiam, nam ex ea nullum ius isti de Salerno hodie pretendere possunt, vt plene dictum fuit per dominum consulentez, qui variis modis ad predictam concessionem, siue donationē iuridice respondet.

¶ Et illa responsio tollit omnem difficultatez, quia scilicet omnia gesta per d. Maximilianum fuerunt rescissa, τ annullata, vt in facto presupponitur.

¶ Placet etiaz vltima responsio supra data respectu donationis facte illi Jacobatio, nam cum isti de Salerno consenserint ꝙ Illustrissimus Dux de talibus bonis disponeret, dicuntur in iure suo sibi preiudicasse per predicta, nam id fortius procedit respectu quod ipsi pretenderent ex donatione eis per Maximilianuz Sfortiaz facta cum eisdē facta fuerit, qui talia bona postea conduxerunt, τ consenserūt alienationi, vt supra, nā predicte donationis sibi facte ignorantiā pretendere non poterāt,
18 sed habebant certā scientiā, que in facto proprio presumit̃. l. fi. ff. pro suo. cum simil. merito ergo dicunt̃ sibi preiudicasse, arg. l. cuius per errorē. τ eoꝝ, que ibi tradunt Doct. ff. de reg. iur.

¶ Et ex his constat istos de Salerno nullū ius hodie in dictis bonis habere, merito ergo ex non iure eorum, τ sic ex secundo capite supra considerato ipsi sunt excludendi, τ Illustrissimuz Dominium Venetum, ac nobiles de Battaliis causam ab eo habentes vti possessores debent obtinere per predicta, τ alia plura, que per dominum consultorem sapienter, τ iuridice deducta fuerunt, hec tamen, que de secundo capite dicuntur ex abundanti dicta intelligo, cum dicta in primo capite satis, superqꝫ sufficiant ad victoriam. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1550.

CASVS.

CONSILII XVIII.



DOMINVS Ludouicus Fontana nobilis Mantuanus tradidit nuptui dominam Franciscā eius filiam nobili do. Jo. Francisco de Cappo, cui pro dote in publico, τ solemni instrumento promisit mille aureos soluendos post consumatū matrimonium inter eos. Matrimonium fuit consumatum, τ dos nunꝙ soluta.

¶ Decessit do. Ludouicus superstite Aloysio filio, τ do. Caterina vxore relicta tutrice dicti Aloysij.

¶ Deinde decessit Aloysius, cui mater fuit heres.

¶ Que postea nupsit do. Antonio de Tridapaleis, τ decedēs fecit eum heredez relinquendo do. Francisce filie sue 400. aureos subdendo ꝙ ipsa pro dictis 400. ducatis sit tacita, τ contenta de omni eo, τ toto quod petere, τ habere posset in bonis τ hereditate dicte testatricis, τ in bonis quon. domini Ludouici patris do. Francisce.

¶ Decessit postea do. Francisca, τ illi successerunt tres filie, scilicet Honesta, Lucretia, τ Margarita.

¶ Que postea volentes fieri moniales cesserunt omnia earum bona, τ iura do. Jo. Francisco de Cappo patri, qui eis pro dote, τ elemosina promisit ducatos 600. τ fulcimenta solita, τ volens soluere dictos 600. ducatos pro parte delegauit, seu consignauit illud legatum 400. quod filie sue, τ ipse acceptauerūt ignorantes, vt asserunt, qualitatē, seu onus dicto legato iniunctum, solum enim audierant sibi esse legatos 400. aureos ex aliorum relatione, non ex lectura testamenti, quia vere illud, vt dicunt non viderant, licet ista negatiua probari non possit, sed cum contrarium non probetur, videtur sic presumendum.

¶ Et cuz do. Antonius Tridapaleis vti heres do. Caterine dictos 400. aureos promitteret monasterio, quod ille tres sorores intrabant, ille cum patris consensu, τ ipse pater fecerunt finem de dictis ducatis 400. τ sic se eos recepisse confessi sunt, τ ita in effectu tale legatum acceptauerunt.

¶ Quibus sic stantibus queritur vtrum dicte tres sorores, τ pro eis pater vti cessionarius possit petere aureos mille olim promissos pro dote domine Francisce earum matris?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De l. de his. ff. de transact. τ de forma eius, quomodo scilicet ei dicatur satisfactum?

¶ Et an illi renunciari possit?

De acceptatione legati utrum, & quando operetur, quod acceptans teneatur ad onus tali legato iniunctum?
Et quid si acceptans onus ignorabat?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Instrumentum publicum in eo quod continet dicitur probatio indubitata, ueritas apparens, & probatio probata disceptatione fori non indigens.*
2 *Testamentum uidetur approbari ex acceptatione legati in eo relicti.*
3 *L. de his. ff. de transact. & eius formæ non potest renunciari etiam cũ iuramento.*
4 *Ius alicui competens non potest absque eius facto, & uoluntate tolli.*
5 *Ignorantia in facto alieno præsumitur.*
6 *Iuri quod quis sibi competere ignorat non dicitur renunciare.*
7 *Repudiatio legati permittitur propter onus quod in tali legato apparuit prius a legatario ignoratum, licet legatum acceptauerit.*
8 *Transactio etiam generalis non trahitur ad actiones etiam tunc competentes transigenti, si illas sibi competere ignorabat. iura enim semper ignoranti succurrunt, ut non dicatur sibi præiudicasse, maxime si sit ignorantia facti.*
9 *Argumentum a uerosimili ualet.*
10 *Assertioni legatarij standum est cum iuramento, an onus adiectum legato sciuerit, uel ignorauerit, cum id consistat in eius animo.*

CONSILIVM XVIII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

In causa nobilis domini Joannis Francisci de Cappo Mantuani petentis primo loco ducatos mille aureos vti cessionarij filiarum suarum, qui fuerunt promissi pro dote domine Francisce matris dictarum filiarum per dominum Ludouicum Fontanam eius patrem contra, & aduersus dominum Antonium de Tridapaleis heredem, vel pro herede habitum (quibusdam mediantibus) dicti domini Ludouici, & sic ipsius bona tenentem, & possidentem. Uidi dubitationes vltimo loco ingeniose excitatas contra dictum dominum Joannem Franciscum, ac etiam responsiones datas per Excellentissimum Aduocatum dominum Hippolytum Recordatum mihi vti fratrem honorandum, & olim acutissimum, & clarissimum discipulum meum.

Et licet plura sint capita presentis litis, super quibus scripsit dominus Recordatus pro resolutione motiuorum contra dictum dominum Joannem Franciscum. Ego tamen solum super primo capite scribam aliis dimissis, tum quia parue importantie, & super eis copiose, & iuridice scriptum fuit, tum etiam quia ita consultans consensit ob temporis angustiam, & maximas occupationes meas.

Itaque circa ducatos mille principaliter petitos placet mihi conclusio per Excellentissimum Recordatum firmata tam in primis, quam in secundis allegationibus, videlicet quod do. Joannes Franciscus vti cessionarius filiarum suarum debeat omnino obtinere, & consequi predictos mille aureos. habet enim fundatam intentionem in instrumento, quo dicte do. Francisce. D. Ludouicus pater eius dictos mille aureos pro dote promisit cum
1 obligatione omnium suorum bonorum &c. Nam † publicum instrumentum in eo quod continet dicitur probatio indubitata. l. cum precibus, & ibi per Doct. C. de probat. immo solet dici, quod sit veritas apparens, & probatio probata disceptatione fori non indigens, vt docet Bal. in l. Imperator. j. col. ad fi. ff. de stat. homi. in j. lect. cum concord. vt alias dixi in consi. clxxviij. disputatur in presenti. nu. 2. & in consi. clxxxix. mortuo do. Hieronymo. nu. 14. ij. vol. & si dicte do. Francisce dicti mille aurei vti eius dos debebantur, & sic proprium eius patrimonium dicebantur. l. iij. §. sed vtrum. in fin. ff. de minor. de ea dicuntur in suas filias, & heredes translati, seu ius ad illos petendos translatum dicitur, & ius illud dicitur de illis in earum patrem mediante cessione postea peruenisse merito eos petit, & consequi debet, alia vero incumbentia ex parte rei conuenti ex processu constant, & per dominum Recordatum in suis allegationibus primis aperte deducuntur.

Sed predicte conclusioni obstare videtur legatum 400. aureorum factum per do. Caterinam do. Francisce filie sue cum qualitate, de qua in testamento eius iuncta acceptatione dicti legati facta
2 per dictas filias do. Francisce vti heredes eius, ex † qua videntur testamentum illud approbasse, nec contra illud videntur venire posse. l. si pars. §. fi. & l. nihil. in prin. & §. j. ff. de inoffi. test. & ideo non videntur audiende, nec ipse, nec ex earum persona pater ipsarum in petitione d. aureorum mille. Quoniam in testo expresse dicebatur quod pro dicto legato nihil amplius peti possit de bonis dicti do. Ludouici patris do. Francisce, qui dictos aureos mille promiserat, vt in puncto narratur, & in testamento predicto legitur, acceptando enim legatum dicuntur in effectu tacite remisisse omne ius, quod sibi competebat in bonis do. Ludouici arg. l. Imperator. §. si centum. in fin. ff. de leg. ij. & sic adimplesse onus dicto legato iniunctum, prout tenebantur ex forma testamenti alioquin dicerentur circumuenisse testantis voluntatem contra l. si cui. in prin. ff. de condit. & demonstrat.

Sed ad hoc in quo stat omnis difficultas presentis consultationis, Respondet excellentiss. Recordatus, & quidem subtiliter concludendo, quod non potest dici preiudicatum predictis sororibus, neque patri earum cessionario cum non fuerint cognita verba testamenti iuxta regulam. l. de his. ff. de transact. cum simil. allegando ad hoc in simili decisionem meam in consil. lxxviij. do. Jo. Jacob. nume. 3. cum aliquibus sequen. ij. volum. nam sicut ibi illi substituti, qui receperunt certam paruam pecuniam, non preiudicarunt sibi in iure substitutionis, quia non nouerunt contenta in testamento, & qualitatem dicte substitutionis, que eis tacita fuit, & (ni fallor) dolose, vt dico ibi nu. 22. cum aliquib. seq. & totum fundatur in d. l. de his. cum his, que ibi dicunt Doct. ita in casu nostro non dicitur predictis preiudicatum circa mille aureos illis debitos per acceptationem legati 400. quia non nouerunt ipsius legati qualitatem, que illis tacita fuit, & vt puto dolose, & quecunque ibi dixi ad probationem, & defensionem predicte decisionis optime seruiunt in casu nostro, & que ibi videri possunt non repeto. & aliqua posuit do. Recordatus in suis allegationibus. Cum igitur predicte sorores, & pater earum vti cessionarius non cognouerint contenta in testamento ad eorum preiudicium quicquid ipsi egerint in acceptatione legati non debet sortiri effectum in eorum preiudicium, quia nullo modo satisfactum est. d. l. de his. & l. j. §. j. ff. quemad. testa. aper. & quia hoc plenissime declarauit dominus Aduocatus in suis elegantissimis, & doctissimis allegationibus tam primis, quam secundis, super eo non est vlterius insistendum.

3 Nec est † facienda vis in iuramento, aut renunciatione. d. l. de his. cum iuramento facta. Quia primo dici potest, quod d. l. de his. & eius forme non potest renunciari etiam cum iuramento, vt voluit ibi Bar. cum quo alij transeunt maxime Fulgo. quod etiam defendit Corn. in cons. cxxxv. de pluribus. ij. vol. & dixi in cons. cxxix. Batholomeus Griffolus. nu. 63. & 64. j. vol.

Uerum quia in hoc multi tenent contrarium secundo dico quod talis renunciatio non reperitur, nullibi enim in d. instrumento finis dicitur quod tali legi, vel eius forme fuerit renunciatum.

Et licet in motiuis dicatur, quod fuit renunciatum omni legum, & statutorum auxilio &c. in qua generalitate dicitur includi etiam d. l. de his. tamen ego hanc clausulam in dicto instrumento non inuenio, & licet reperiatur in alio instrumento finis facti illis de Aldegato pro quadam summa per eum soluta, tamen clausula nil operatur quo ad finem de legato aureorum 400. cum alteri persone fiat, & de alia summa, vnde cum sint diuersi contractus inter diuersas personas, & de diuersa quantitate, quod in vno dicitur ad alium trahi non debet per iura vulgaria, & de hoc non dubito quempiam dubitaturum.

Ex his itaque, & aliis pluribus in predictis allegationibus tam primis, quam secundis puto bene procedere fundamentum in fauorem do. Jo. Francisci actoris de dicta l. de his. cum simil.

Sed vlterius procedendo, & vbi in iure. d. l. de his. aut similis non reperiretur, nec illa forma in transactione circa dependentia ex testamento nobis tradita esset, adhuc tamen in casu nostro clarissimum puto predictas sorores, aut illarum patrem vti cessionarium sibi non preiudicasse aliquo modo circa dictos aureos mille illis debitos pro dote domine Francisce matris earum, licet legatum 400. acceptauerint, & finem de eo fecerint domino Antonio de Tridapaleis. Nam negari non potest illis ius quesitum fuisse, & competere ad dictos mille aureos,
4 ex quo sequitur, quod † absque eorum facto, & voluntate tali iure priuari non possunt. l. id quod nostrum est. ff. de regul. iur. & ibi Deci. in princip. sed isto casu non constat, quod ipsi voluerint tali iure priuari, ergo &c.

Nec

¶ Nec obstat, quod acceptando legatum sic a testatrice qualificatum, dicantur aliquid fecisse propter quod veniant tali iure priuandi, prout in contrarium arguebatur. Quoniam respondetur, & de plano dico illud procedere quando acceptans legatum sciSSet onus tali legato iniunctum, ex tali enim scientia diceretur tale onus acceptasse, & ius suum remisisse, illiusque amissioni consensisse, sed predicti in casu nostro qualitatem legati ignorabant,
5 vt in facto presupponitur, & † etiam de iure presumitur cum de facto alieno agatur. l. fin. ff. pro suo. cum similibus. facit l. verius. ff. de probat. ergo non potest dici, quod amissioni iuris sui consenserint, in ignorante enim non cadit consensus, sicut nec in errante. l. si per errorem. & ibi per Docto. ff. de iurisd. omn. iudic. & l. Labeo. cum l. seq. cum concordantibus ibi per glos. allegatis. ff. de aqua plu. arcen.
6 ¶ Et ad hoc facit, quia † sicut iuri quod quis sibi competere ignorat non dicitur renunciare. l. mater decedens. ff. de inoffi. test. cum simil. ita similiter eadem ratione, preiudicio, & damno suo incogitato, & ignorato non dicitur quis consentire iuxta doctrinam Bar. in l. que dotis. iiij. col. versi. quero quid de presente. ff. solu. matri. Inquit enim quod in ignorantem non cadit consensus, & allegat dictam l. Labeo. vbi glo. fin. dicit, quod consensus in effectu prouenit ex scientia, & hoc fundamentum puto clarissimum, & indubitatum.
¶ Et si dicatur si voluerunt legatum debent illud habere cum sua qualitate, & cum suo onere per l. si cui. ff. de conditio. & demonstratio. vt in contrariis dicebatur, respondetur, quod ipsi nolunt legatum, sed propter illud onus tunc ignoratum volunt illud dimittere, prout eis iure permittitur, ne alias ob summam 400. dicantur perdere 1000. iure dotis predicte, ac etiam legitimam, que illis debebatur in bonis do. Caterine, que ut audio ascendit ad maiorem summam quam illa 400.
7 ¶ Et quod † eis repudiatio legati predicti permittatur, licet iam acceptauerint propter onus, quod in tali legato apparuit prius per eos ignoratum, bene facit l. cum hereditate. ff. de acquirend. heredita. vbi quis admittitur ad repudiandam partem hereditatis iam aditam propter aliam portionem illi accrescentem post eius aditionem, quam ipse reputabat sibi ad onus, & nolebat teneri ad onera accrescentis portionis, sic igitur in casu nostro licebit predicto cessionario legatum predictum repudiare, vt dictum est.
¶ Et ex his constat allegata supra in contrarium non obstare, nam, vt dixi, omnia procederent si predicte sorores, & earum pater sciuissent qualitatem oneris iniuncti legato 400. sed ignorabant, vt dictum est, ergo &c.
¶ Ad quod in simili facit l. qui cum tutoribus. §. si. ff. de trans-
8 sactio. vbi † transactio etiam generalis non trahitur ad actiones, etiam tunc competentes transigenti si illas sibi competere ignorabat, vt ibi tradunt Doct. maxime Fulgos. qui ita in primis verbis not. vt per eum. Iura enim semper ignoranti succurrunt, vt scilicet non dicatur sibi preiudicasse, maxime si sit ignorantia facti, prout est in casu nostro. l. error. in prin. ff. de iur. & fact. igno. & l. error. C. eod. tit.
¶ Posset etiam dici, quod cum debitum dotis sit in certa quantitate, scilicet 1000. aureorum. & legatum similiter in alia certa quantitate 400. legatum illud sic factum vt debitum in mille remittatur solum operatur respectu concurrentis quantitatis, quia cum in vtroque sit quantitas, onus ad summam legati dicitur constitisse, vt est tex. apertus in l. Imperator. §. si centum. in prin. ff. de lega. ij. & illud procederet etiam in sciente, sed non instabo super eo, quia cum simus in ignorantibus clarum est, quod non possunt dici sibi in aliquo preiudicasse per predicta.
¶ Et si dicatur quod immo saltem do. Jo. Franciscus pater, & cessionarius dictarum sororum dicitur vti vir sagax, & prudens habuisse notitiam qualitatis dicti legati, & oneris illi adiecti, saltem presumptiue cum non videatur verosimile virum prudentem acceptare legatum, nisi per prius habita plena notitia eius, attento maxime, quod in instrumento, de quo supra, fit mentio te-
9 stamenti, domine Caterine, & legati predicti, sumpto † ergo argumento a verosimili iuxta l. sed & si susceperit. §. j. ff. de iudic. & c. sollicite. extra de restitutio. spoliato. cum vulgaribus, videtur, quod possit negari ignorantia dicti domini Joannis Francisci, qui nunc agit.
¶ Respondetur, quod immo veritas est, quod ignorauit, & notitiam legati, & testamenti habuit ex relatione dicti Antonij de Tridapaleis, qui solum dixit, quod domine Francisce quondam vxori dicti Jo. Francisci do. Caterina legauerat 400. aureos. & ipse paratus erat illos soluere, quod facile Jo. Franciscus credidit cum ad eius commodum pertineret, nec curauit vltra informari, sed dictum Antonium pro dicto legato, & summa 400. delegauit monasterio in quod filie eius ingrediebantur, & ita postea de dicto legato 400. finem fecit.
¶ Et ad argumentum a verosimili, de quo supra respondetur illud negando in casu nostro per predicta, quinimo illud argumentum efficaciter retorquetur, nam cum nemo presumatur velle iactare suum. l. cum de indebito. ff. de probat. nulli vnquam fiet verosimile, quod do. Jo. Franciscus vir prudens, & sagax, vt in argumento dicebatur, voluisset cum maximo suo detrimento pro 400. aureis, remittere 1000. & plus etiam legitimam illi do. Francisce debitam in bonis dicte do. Caterine eius matris, dicendum ergo omnino est, quod ipse ignorauerit dicti legati qualitatem, & onus.
10 ¶ Et † cum hoc an tale onus legato adiectum sciuerit, vel ignorauerit consistat in animo eius videtur, quod de hoc standum sit assertioni eius cum iuramento iuxta glo. in c. significasti. de homicid. & est glo. in verbo, dicit. circa medium. cum his que ibi dicunt Doct. in §. sed iste. Institu. de actio. cum concordantibus, vt per Ruyn. in consi. j. reuocatur in dubium. nu. 4. v. vol. vbi dicit ad propositum nostrum, quod in his que consistunt in animo alicuius sicut est, an aliquid sciuerit, vel ignorauerit, statur iuramento suo, & sic ibi Ruyn. determinat in hoc casum nostrum. facit glo. in c. presumitur. de regul. iur. lib. vj. dum dicit quod ignorantia alicuius probatur iuramento suo, & ita etiam dicit Ruyn. vbi supra, si igitur dominus Joannes Franciscus asserat, & iuret se ignorasse qualitatem, & onus dicti legati, ei standum erit, & conclusio supra posita reddetur indubitata, vt scilicet per acceptationem legati, & finem, quem de eo fecit, non dicatur sibi in effectu preiudicasse in debito ducatorum 1000. nec in legitima, de qua supra.
¶ Que conclusio posito millies, quod acceptatio legati diceretur interpretatione iuris facta cum sua qualitate, & onere (licet falsum sit per predicta) adhuc tamen procederet, quia dictis sororibus, & patri earum vti cessionario succurrendum esset propter enormem immo enormissimam lesionem, quam ipsi paterentur, vt plene, & pluribus modis deducit Dominus Aduocatus in suis allegationibus, ad cuius dicta, quia optime loquitur, & copiose me refero. quod etiam equo animo facio, quia non sunt necessaria, quoniam, que supra dicta fuerunt de plano procedunt, & tollunt omnem difficultatem, sic etiam me refero in aliis capitibus presentis litis, vt in principio dixi, instantia enim consultantis, & multiplices occupationes mee non patiuntur me longiorem fore.

Laus Deo Opt. Max.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1550.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XIX.

¶ De Doctore uti iudice electo ad consulendum, quod non teneatur allegare iura, & rationes sui responsi.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Consulens pro iudice electus debet conclusiue loqui absque iurium & rationum allegatione.*

CONSILIVM XIX.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Iam pluribus mensibus elapsis requisitus fui, vt quid de iure sentirem simpliciter responderem in causa vertente inter Montem Pietatis ciuitatis Ariminensis ex vna, & illos de Passioneis ex altera, vtrum scilicet stantibus his, que mihi in facto presupponuntur, isti de Passioneis teneantur ad quinque pro centum de bonis emptis, vel aliter acquisitis, seu acquirendis per ipsos in ciuitate, vel comitatu Ariminensi

tanquam forenses cum sint originarij Urbinates, an vero non teneantur, veluti ciues Ariminenses ex priuilegio? Et licet ab illo tempore citra semper habuerim animum ad predictã con trouersiam, tamen propter multiplices, & maximas occupatio nes, quibus detentus fui, nunquam potui tali negocio manum ap ponere tametsi fuerim de eo sepissime, & cum instantia requisi tus, nunc tandem quando Deo placuit, tali expeditioni manũ imposui, & totum me illi applicui.

¶ Visis igitur, ac diligenter consideratis priuilegiis Aposto licis concessis Monti Pietatis, vt scilicet de rebus immobi libus acquisitis per forenses inibi familiariter non habitantes soluantur dicto Monti quinque pro centum valoris dictorum bonorum, viso etiam, ac mature considerato priuilegio simili ter Apostolico istorum de Passioneis, in quo ciues Arimi nenses fiunt, seu iam facti confirmantur cum expressa declara tione, vt in omnibus, & per omnia gaudeant prerogatiuis om nibus, & indultis, quibus alij dicte ciuitatis originarij ciues po tiuntur, & gaudent. Visis preterea, ac bene introspectis cõsiliis excellentissimorum Jurisconsultorum pro vtraque parte nobis exhibitis. Aliisque omnibus visis, & consideratis, que vidẽda, & consideranda erant, Deum, & iustitiam pre oculis habẽs cõ clusiue loquendo, & absque iurium, & rationum allegatione, pro
1 ut † decet consulentem pro iudice electum, vt volunt Jo. And.
* Ant. de But. Card. Jmol. & alij magis communiter * in c. si cut. de re iudi. extra. & secundum Jmol. ibi ita communiter ob seruatur. & ita etiam voluit Ang. Aretin. in quodam suo consi lio incip. ego Angelus de Castiglione Aretino. impresso inter consi. Petri de Ancha. nu. 212. & quiuis eo modo consultus pauca quedam pro fundamento mee decisionis ego aliquãdo consueuerim deducere, vt patet in consil. lxxix. lxxx. & lxxxj. in j. vol. & in consil. cxxiiij. & clxxij. ij. vol. & alibi sepe. tamen in pre senti casu non sic faciam, quia sic a partibus requiror, vt solum quid de iure sentiam in predicta difficultate simpliciter respon deam, offerens me semper paratum decisionem quam statim ponã iuribus, & rationibus iustificare, cuicunque id desiderãti.

¶ Quare Christi nomine repetito, a quo cuncta recta iudicia procedunt arbitror in presenti difficultate veram esse opinio nem in fauorem istorum de Passioneis, vt scilicet ipsi propter eorum priuilegium ciuilitatis ad predicta quinque pro centum non teneantur, & ita de iure esse consulo, & respondeo.

Ego Marianus Soci. &c. Bononie. 1550. prima Julij.

CASVS.

CONSILII XX.

DOMINVS Perottus Beltramus filie sue domine Joãne reliquit ducatos 12000. com putato quodam credito dicte sue filie, cum hoc, quod amplius de sua hereditate petere nõ posset, alias cassat, & annullat predictum relictum, & illi tantum suam legitimam relinquit, heredem au tem vniuersalem instituit filium suum Joannem Franciscũ im puberem, eidemque pupillariter substituit Ferrerium, & Joan notum eius fratres, & in euentum dicte substitutionis pupilla ris reliquit dicte domine Joãne eius filie ducatos 3000. vltra 12000. prius ei relictos, vt hec latius in testamento cõtinẽtur.

¶ Mortuo testatore Jo. Frãciscus filius se immiscuit pater ne hereditati, & postea fuerunt soluti ducati 12000. predicte do. Joanne, que iã nupta erat do. Consaluo della cauallaria.

¶ Decessit postea Jo. Franciscus in pupillari etate.

¶ Fratres testatoris vigore pupillaris substitutionis suscepe runt hereditatem pupilli, & soluentes postea anno 1534. dicte do. Joanne ducatos 3000. in dictũ casum sibi relictos ab ipsa & marito eius receperunt certam quietationẽ de dicta summa, cum renunciatione satis ampla per eam facta omnibus bonis paternis, seu iuribus sibi ad dicta bona competentibus, vt in instrumento renunciationis latius legitur.

¶ Postea de anno 1546. cum dominus Consaluus promi serit summam ducatorum 6391. in circa certis modis, & tem poribus soluendam domino Joannotto Beltrami, ipsa do mina Joanna vxor eius obligauit se, & omnia sua bona pro so lutione dictorum ducatorum 6391. in circa in casum, quo do minus Consaluus iuxta suam promissionem non satisfaceret, non obstante quacunque lege, aut statuto in contrarium dispo nentibus reiecta omni exceptione, & cauillatione, vt in eius in strumento legitur.

¶ Nunc domina Joanna incepit habere notitiam cuiusdam consuetudinis, siue constitutionis Neapolitane (cum ipse, pater eius, & frater legibus dicti Regni fuerint subiecti) & eius vigore pretendit sibi deberi dimidiam partem bonorum fratris eius, que a communi patre ille fuerat consequutus.

¶ Unde primo loco dubitatur vtrum illa possit dictam dimi diam obtinere vigore dicte consuetudinis, que incipit, & si testa tor filios &c.

¶ Secundo posito, quod sit audienda, queritur vtrum illa sibi i n aliquo circa illud preiudicauerit per illam renunciationẽ, quam fecit anno 1534?

¶ Tertio dubitatur nũquid ipsa domina Joanna vigore pro missionis, & obligationis, quas pro marito fecit anno 1546. possit ad aliquid condemnari, si vir eius integre summam, de qua ibi non satisfecerit?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De pupillari substitutione vtrum consideretur, vt dispositio filij pupilli, an vti patris?

¶ Ad interpretationem cuiusdam Neapolitane consuetu dinis?

¶ De renunciatione amplissimis verbis per mulierem facta in receptione certi legati, an scilicet trahi possit ad ius per eam ignoratum?

¶ Et de exceptione Senatusconsulti Velleiani, an scilicet competat mulieri, que intercedendo aliquo modo pro mari to renunciauit omnibus iuribus, & omnibus exceptionibus sibi competentibus?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ¶ *Substitutio pupillaris solet dici testamentum pupilli, quia pro illo facit, sed uere dicitur dispositio patris. & nu. 4.*
2 *Mater impuberis non habet quærelam contra pupillarem substitutionem, & sic contra testamentum pupillare, licet fuerit in eo exheredata, habet tamen contra testamentum filij maioris ipsam exheredantis.*
3 *Pater potest filio, & heredi instituto imponere quodcunq; onus fideicommissi uoluerit, salua tamen illi legitima.*
4 *Decedens cum pupillari substitutione non dicitur intestatus, sed testatus decedere.*
5 *Testamentum filij, & sic pupillaris substitutio licet fiat a patre, tamen perinde consideratur, ac si per filium factum esset.*
6 *Dictio tanquam, fictionem importat.*
7 *Substitutio pupillaris potest fieri filio exhæredato, idẽ operatur fictio in casu ficto quod ueritas in casu uero. & nu. 8.*
9 *Neapolitani Glossatoris authoritas in ciuitate, & curia Neapolitana seruatur quasi pro lege.*
10 *Dictum generale debet generaliter intelligi.*
11 *Testatoris uoluntas ex eius uerbis colligitur.*
12 *Termini habiles præsupponuntur semper preter id de quo disputatur.*
13 *Tempus semper inspicitur in quod confertur dispositio.*
14 *Substitutio pupillaris ita iudicatur tanquam si ipse pupillus sibi fecerit testamentum.*
15 *Lex præsumit testatorem uoluisse se conformare cum suo iure municipali.*
16 *Renunciare nemo dicitur iuri quod sibi competere ignorat, & nume. 24.*
17 *Ignorantia iuris non prodest, sed potius nocet.*
18 *Princeps præsumitur ignorare statuta, & consuetudines aliarum ciuitatum, quia facti sunt.*
19 *Ignorantia probari potest cum iuramento per asserentem ipsam.*
20 *Ignorantiæ iuris, & masculis, & maioribus non nocet cum de damno uitando agunt.*
21 *Mulieri ut præiudicet renunciatio oportet ut fuerit certiorata de iure cui renunciat, uidelicet quid sit, & quantum ei conferat.*
22 *Relicta in testamento acceptans uidetur testamentum ipsum comprobare, ita ut contra illud amplius uenire non possit.*
23 *Renuncians cum iuramento non potest contrauenire, quando iuramentum seruari potest absque dispendio salutis æternæ, nec redundat in alterius præiudicium, etiam quod iurans in aliquo lederetur.*
24 *Iuri quod sibi competere ignorabat nemo dicitur renunciare.*
25 *Generalitas semper restringitur ad id, de quo particulariter actũ est. & num. 36.*
26 *Renunciationes sunt stricti iuris, & nõ ueniunt in eas nisi quæ fuerint specificata.*

Soluens

27 *Soluens ignoranter, non obstante renunciatione, potest intentare condictionem indebiti.*
28 *Promissio per diuidentes facta de non contraueniendo generaliter occasione fideicommissi, uel substitutionis cuiuscunque, uel alterius iuris præsentis, uel futuri ex testamento, uel ab intestato non præiudicat in fideicommisso conditionali inter ignorantes.*
29 *Renunciatio quantumcunque generalis non trahitur ad ea, quæ quis particulariter non renunciasset.*
30 *Testator (ubi contrarium non probetur) semper dicitur in testamento suo se uoluisse conformare cum iure communi, uel municipali.*
31 *Regula c. cum contingat. de iureiur. & c. quamuis. de pact. in vi. semper intelligitur respectu eius, quod in iuramento continetur.*
32 *Iuramentum appositum contractui intelligi debet secundum naturam eius, nec quicquam auget, aut operari potest.*
33 *Iuramentum non operatur ubi desit consensus, nec illum potest supplere.*
34 *Iuramentum non debet esse uinculum iniquitatis.*
35 *Iuramentum debet habere tres comites, uidelicet, ueritatem, iudiciū, & iustitiam.*
37 *Exceptio Senatusconsulti Velleiani competit mulieri aduersus obligationem a se factam.*
38 *Exceptioni sibi competenti renuncians non potest illa uti.*
39 *Mulier renuncians omnibus exceptionibus, & omnibus legibus, uidetur etiam renunciare Senatusconsulto Velleiano, et exceptioni eius quia qui omne dicit nihil excludit.*
40 *Mulier quæ fragilitate inducitur ad intercedendum eadem etiam inducitur ad renunciandum, ideo etiam ei renuncianti succurritur.*
41 *Intercessio mulieris pro marito ipso iure non ualet, nisi obligatio, pro qua intercedit in ipsius mulieris utilitatem uersa fuerit.*
42 *Renunciatio mulieris in casibus, in quibus ualet debet fieri expresse, et specialiter Velleiano Senatusconsulto, uel eius exceptioni, cum certioratione illius.*

CONSILIVM XX.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Subtilis admodum, & difficillima est presens consultatio maxime in primis duabus dubitationibus.

¶ Et primā capiendo videtur prima facie dicendum dominam Joannam nullo modo esse audiendam, nā licet illa cōstitutio, seu cōsuetudo incip. & si testator filios &c. velit, quod decedens sine liberis non possit testari nisi de dimidia parte bonorum sibi acquisitorum, seu que ad eum peruenerūt a patre, vel matre, & alia dimidia debet remanere apud eius proximiores ex parte patris, vel matris, vt in ea dicitur, & prout in proposito asseruit dicta do. Joanna sibi talē dimidiā deberi.

¶ Tamen non videtur facere ad casum nostrū, quia in eo dictus Jo. Franciscus, qui impubes decessit nihil vere disposuit de bonis paternis, aut aliis cū testari non potuerit, sed substitutio pupillaris per quam veniunt Joannottus, & Ferrerius substituti dicitur facta, & ordinata a patre eius ex legali permissione iuxta l. moribus. in prin. ff. de vulgar. & pupill. & Institu. de pupill. substit. in prin. cum simil. qui pater omnia bona predicta ex ppria industria acquisierat, & ideo libere de eis potuit disponere relicto debito bonorū subsidio filiis vigore alterius constitutionis, vel consuetudinis precedentis, que incip. si aliquis moriens &c. videtur ergo predicta substitutio consideranda vti dispositio a domino Perotto patre facta, qui libere de suis bonis veluti per se acquisitis videtur potuisse disponere per dictam consuetudinem, si aliquis moriens.

1 ¶ Nec † videtur obstare, quod substitutio pupillaris solet dici testamentū pupilli. §. igitur. & §. liberis. Instit. de pupil. substit. & l. moribus. preallegata. & ibi tradunt Doct. Quoniā respondetur, quod illud procedit, quia pro illo facit, sed vere dicitur dispositio patris, & eo respectu procedit. l. patris, & filij. ff. de vulgar. & pupill. dum dicit, quod patris, & filij testamentum pro vno habetur, & eodem respectu pupillare testamentum dicitur paternū, seu paterni testamenti pars. c. si pater. in fin. de testam. lib. vj. & §. liberis. Instit. de pupil. substit. & sic videtur, quod quo ad dispositionem consideretur vti a patre factum, prout vere ab eo factum fuit, & ita alias dixi in consi. xciiij. proponitur in facto, quod quidam Nicolaus. nu. 52. & 53. j. vol. & presertim ita est dicendum quando agitur de ipsa pupillari substitutione conseruanda per tex. singularem licet vulgatum. in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. in prin. & ibi glo. & Doct. tradunt. ff. de inoffi.

2 testa. ibi † enim dicitur, quod mater impuberis non habet querelam contra pupillarem substitutionem, & sic contra testamentum pupillare, licet fuerit in eo exheredata, & hoc solum quia, non ipse, sed pater ei fecit, vt ibi dicitur, & tamen si filius maior in testamento matrem exheredet, potest mater contra tale testamentum querelam proponere. l. j. & l. nam, & si parentibus. ff. de inoffic. testa. & §. j. Instit. eo. tit. cū simil. sic ergo videtur quod in casu nostro, licet si frater do. Joanne de bonis paternis testatus fuisset, debuisset medietatē ei vti sorori sue relinquere, & si non reliquisset, illa posset talem medietatē petere, vt in d. consuetud. & si testator. tamen in occurrenti casu non videtur audienda, quia nō ipse frater, sed pater eius disposuit, qui ex eo, quod dicta bona propria industria acquisierat, poterat de eis libere disponere, vt d. consuetud. si aliquis moriens. & ita videtur, quod substituti pupillariter allegare possint pro conseruanda illa substitutione, sicut fit in simili. in d. §. sed nec impuberis, & hoc fundamentum videtur multum vigere.

3 ¶ Quod etiam comprobatur, † nā dubitandū non est, quin pater potuerit Jo. Frācisco filio, & heredi instituto imponere quodcunque onus fideicōmissi voluerit, salua tamē illi legitima vt est notum, quo stante videtur, quod si poterat illum aliquo fideicommisso grauare, quod dicitur onus. l. coheredi. §. cū filie. ff. de vulg. & pupil. cū simil. fortius potuerit ei facere pupillarem substitutionem, que filio dicitur fauorabilis, vt l. Julianus. alias incip. si pupillus. ff. de acquir. hered.

¶ Hec sunt que contra do. Joannā in fauorem substitutorū prima fronte me plurimum trahebant, & vt verum fatear in iuris subtilitate non parum videntur vigere.

¶ His tamen non obstantibus maturius considerando, & simul Regni Neapolitani consuetudinē, & obseruantiam intuēdo contrariā opin. probabiliorem de iure arbitror, cōcludēdo quod immo do. Joanna admitti debeat ad petitionem dimidie partis bonorū fratris eius in pupillari etate mortui, que ad eū peruenerunt de bonis communis patris: & hoc vigore dicte consuetudinis, seu statuti, & si testator filios &c.

¶ Et ad hoc dicendum moueor primo, nam negari non pōt pupillarem substitutionem esse testamentū filij, vt ex iuribus

4 supra allegatis constat, & ideo † qui cū illa decedit, nō dicitur intestatus, sed testatus decedere. l. vel singulis. ff. de vulg. & pupil. & qui per illā succedit dicitur heres filij, & non patris. Institut. eod. in prin. & l. pater filio. ff. de hered. institut. & est glo. vbi Doct. dicunt in l. si ita scriptum. §. qui filio. vbi etiam hoc probatur. ff. de bon. posses. secund. tab. his sic stantibus in proposito nostro predictus Jo. Franciscus dicitur per pupillarē substitutionem testatus fuisse, & ibi heredes instituisse patruos suos, merito debet habere locum d. c. & si testator. vt scilicet dimidia bonorum paternorum debeatur do. Joanne proximiori d. Jo. Francisci cum ille decesserit sine liberis, & cum testamento, secundum quod disponitur in d. c. & si testator.

5 ¶ Comprobatur secundo, quia † licet testamentū filij, & sic pupillaris substitutio vere fuerit ordinata, seu facta a patre tamen perinde consideratur, ac si per filium factum, vel facta esset, & sic lex fingit filium testamentū fecisse, & sibi heredem instituisse. §. igitur. Instit. de pupil. substit. ibi tanquam si ipse filius sibi he-

6 redem instituisset &c. Dictio † enim tanquam, fictionem importat: vt per illum tex. not. Bald. in l. meminimus. versi. not. dictionem tanquam. C. de legiti. hered. cum concord. vt per Roma. in l. si quis instituatur. in iij. not. ff. de hered. instit. Sed sic est, quod

7 idem † operatur fictio in casu ficto, quod veritas in vero. §. spōsalibus. cum glo. in auth. de sanct. episc. l. qui vxorem. cum gl. ff. de iniust. rupt. testa. cum simil. & tradit Bar. per illū tex. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. & dixi alias in consil. xj. presentis consultationis resolutio. num. 2. ij. vol. hinc dicit Signorol. in consil. clxxviij. pater decessit derelicto filio. ij. col. quod veritas, & fictio equiparantur. allegat l. si filius. ff. si cert. petat. vt per eum, ergo dicendum est ita procedere. d. c. & si testator. ac si Joannes Franciscus vere testamentum fecisset. si vere ipse sic fuisset testatus domina Joanna dimidiam petere posset, ergo similiter isto casu petere potest quo Joannes Franciscus fingitur testatus.

¶ Tertio facit nam non est dubiū, quod dispositio dicte consuetudinis, & si testator. loquitur respectu testatoris, qui de ppriis bonis disponit, vt patet ibi in versicul. sibi obuenientibus &c. & in fin. ibi acquisitis, & pariter etiam loquitur quando dispositio testatoris vti de bonis eius sortitur effectum, & ita est de regulari permissione testandi, vt scilicet quisque tantum de bonis suis

suis testetur, & ita sua dispositio vti de bonis suis procedat, cum de alienis testari regulariter nemo possit. l. conficiuntur. §. j. ff. de iure codicill. & ibi not. Hoc stante dico, quod talis consuetudo non potest verificari in persona patris facientis pupillarem
8 substitutionem, cum illa † non fiat de bonis patris, neque vti de bonis patris valeat vt constat, quia potest fieri exheredato, & sic nihil de bonis patris habenti. §. non solum. Instit. de pupill. substitu. & ita arguendo proprie, & clare dicit Iurisconsultus in l. sed & si plures. §. ad substitutos. ff. de vulgar. & pupill. Sed bene debet predicta consuetudo, & si testator. procedere in persona pupilli, cui fit talis substitutio cum de bonis eius agatur, & vt de bonis pupilli valeat, merito igitur in bonis que ad pupillum peruenerunt a patre suo, non potest pupillaris substitutio, & sic testamentum pupilli valere, nisi pro dimidia parte, alia vero dimidia pertinet ad dominam Ioannam eius sororem, prout aperte dicitur in predicta consuetudine, siue c. & si testator.

¶ Quarto etiam comprobatur predicta conclusio authoritate antiqui, & magni Doctoris domini Neapolitani Glossatoris
9 † consuetudinum Neapolitanarum in c. seu consuetud. si aliquis moriens. preallegata. in glo. super verbo, medietatem. prope finem. in versic. quero ergo nunquid substituti &c. Concludit enim illa glo. quod substituti pupillares solum pro medietate possunt excludere coniunctos pupilli proximiores ex parte patris a bonis paternis, aut illos ex parte matris a bonis maternis, & mouetur quia dicti pupilli (quorum testamentum dicitur pupillaris substitutio) si essent maiores solum de dimidia parte dictorum bonorum disponere possent, vt per eam, & dicit quod ista est veritas, & huius Glossatoris authoritas apud me maxima est, & plurimum me in hanc sententiam induxit. Audio enim quod in ciuitate, & curia Neapolitana seruatur quasi pro lege.

¶ Nec placet, quod talis decisio glo. restringitur, quando pater qui pupillariter substituit disponebat de bonis ei acquisitis ex successione suorum agnatorum, & non de bonis per se propria industria acquisitis, prout audio quosdam velle ita restringere ponderantes, vt mihi refertur eandem glo. post principium. in versicu. sed pone, quod isti liberi &c. volendo, quod in eodem casu loquatur etiam versi. quero ergo. supra ponderatus. & tunc dicunt, quod bene procedit talis decisio, quia in eis videtur ius proximioribus quesitum saltem spe probabili.

¶ Et ad hoc secundo ponderant aliam glo. super verbo possunt. versic. item non obstat. in c. seu consuetud. filiusfamilias. & filiafamilias. vbi illa glo. considerat spem quesitam proximioribus ex parte matris circa bona materna, vt sic de eis pater non possit disponere in eorum preiudicium, vt ibi dicitur, non ergo secundum istos procedit d. glo. quando pater, qui pupillariter substituit disponit de bonis per se acquisitis, prout contingit in casu nostro, quia in eis proximioribus nulla spes probabilis quesita erat, & ideo videtur, quod libere de omnibus potuerit disponere.

¶ Dico enim quod eiusmodi restrictio ad illam glo. nullo modo facienda est, nam loquitur generaliter de bonis paternis respectu ipsius pupilli, quemadmodum etiam loquitur de bonis maternis, scilicet respectu ipsius pupilli, vt est clarissimum. sicut etiam quando loquitur de proximioribus ex parte patris, vel matris loquitur respectu ipsius pupilli, cui facta fuit pupillaris substitutio, vt constat ibi proximiores eorum &c. & de hoc non puto aliquem dubitaturum, vnde cum bona, que pater substituens acquisiuit ex propria industria apud ipsum pupillum sint bona paterna etiam de eis loquitur. d. glo. cum generaliter loquatur de bonis paternis apud ipsum pupillum reper
10 tis, etenim † generale dictum debet generaliter intelligi. l. j. §. & generaliter. ff. de legat. prestan. l. de pretio. ff. de publicia. & l. quinque. §. parentes. ff. de in ius vocan. cum similibus. Et dicere quod loquatur de bonis paternis respectu testatoris vltra, quod est restringere predictam generalitatem contra iura predicta, dicitur etiam quedam uiolatio verborum ipsius glo. nam talia bona respectu pupilli dicerentur bona auita, & (vt dixi) essent paterna apud ipsum testatorem, quo respectu noluit loqui glo. sed tantum de bonis paternis respectu pupilli, hoc est de his bonis, que apud pupillum reperiebantur tempore mortis eius, & ad eum a patre suo peruenerunt, & sic pupillus non per se acquisiuit, vnde cum illud cadat etiam in bonis, que pater testator per se acquisiuit non est dubium, quod etiam de his loquitur, si enim voluisset intelligere tantum de bonis, que testatori obuenerant a patre eius id dicere potuisset exprimendo bona pa
11 terna respectu testatoris, vnde † cum non sic dixerit creditur non ita voluisse sua verba debere restringi. arg. l. j. §. si autem ad deficientis. C. de caduc. toll. & c. ad audientiam. extra de deci. Sed generaliter de bonis paternis respectu pupilli debet. d. glo. intelligi, prout verba illius sonant, vt sic etiam loquatur de bonis per testatorem acquisitis, cum & ipsa apud filium essent bona paterna, vt dictum est.

¶ Non obstant que in contrarium ponderata fuerunt.

¶ Quoniam respondetur.

¶ Et primo ad eandem glo. post prin. in vers. sed pone, quod isti liberi &c. Dico, quod nihil obstat.

¶ Primo quia loquitur in diuerso casu, seu sic dicitur vt alia questio terminetur, videlicet vtrum Gaius frater, & Titius, & Meuius filij alterius fratris premortui sic propriis nominibus substituti vocentur viriliter, vel in stirpem, vt ibi per glo. in qua questione non cadit disputatio, que bona fuerint, sed presuppo
12 nitur talia esse, in quibus habeat locum substitutio, † etenim preter id, de quo disputatur semper presupponuntur termini habiles. l. qui testamento. in prin. ff. de testa. & c. j. de eta. & qualita. lib. vj. & ita ista iura ad hoc allegat Deci. in l. si pater. in ij. notab. C. de institu. & substitu. cum simil. vt per Parisi. in consil. xxx. in causa vertente nu. 1. iiij. vol.

¶ Et glo. predicta post d. versi. sed pone. antequam ponat decisionem per me supra allegatam, multa interseruit, & inter cetera in versi. item est sciendum. fecit vnum premissum in materia substitutionis pupillaris, ex quo statim infert ad quest. nostram. & sic satis potest dici, quod in q. predicta non sunt necessario presupponendi termini, de quibus in versi. sed pone. maxime quia si sic diceremus fieret verborum violatio, & restrictio, vt dixi.

¶ Secundo, quia si recte consideretur dictus versi. sed pone. non loquitur precise quando pater instituit in illa medietate &c. sed statim subdit, vel in omnibus bonis suis, & sic etiam in bonis per se acquisitis, & in his terminis quando filium pater instituit in omnibus suis bonis procedet, postea versi. quero ergo. vbi ponitur decisio nostre questionis. Et sic negari non potest quin glo. illa voluerit nostram hanc questionem decidere, & terminare, & ei (eo in loco) standum est.

¶ Non obstat etiam alia glos. in versi. possunt. in c. filiusfamilias. nam aduertendum est, quod glo. disputat vtrum substitutus pupillariter in illo regno possit consequi medietatem bonorum maternorum, que peruenerant ad pupillum, an vero omnia ad coniunctos proximiores ex parte matris pertineant, & subtiliter arguit, & videtur de quodam rigore concludere contra substitutos, eo quod dictis proximioribus videtur in dictis bonis ius quoddam quesitum spe probabili, ita vt in eorum preiudicium pater pupilli non potuerit facere pupillarem fundando hoc in eo, quod substitutio pupillaris non videtur vere remanere ex proprio velle ipsius filij, prout illa consuetudo, & si testator. concedit illi disponere vsque ad medietatem ponderando ibi illa verba, disponere iuxta velle &c.

¶ Hoc ita posito, respondetur primo, quod argumentum videtur retorqueri, & quod per illud probetur omnia bona debere pertinere ad dominam Ioannam, quia cum bona patris peruenerint ad filium, & apud eum essent vti bona paterna iam erat quesitum ius probabili spe.

¶ Nec obstat, quod quando pater substituit erant bona eius per se acquisita, & eo respectu non potest dici, quod do. Ioanne esset quesitum ius, vt in argumento dicebatur. Quoniam respondetur, quod pater substituendo pupillariter non disposuit vti de bonis propriis, sed vti de bonis filij si eum contingat mori impuberem, vt d. l. sed & si plures. §. ad substitutos. & supra dictum fuit.
13 ¶ Facit † quia semper inspicitur tempus in quod confertur dispositio l. quod spose. C. de dona. ante nupt. & l. in tempus. ff. de here. instit. cum simil. sed tali tempore. s. mortis pupilli bona erant ipsius pupilli, ergo vti sua, ei a patre obuenta sunt considerāda, non autem vti patris cum dispositio illa patris, id est substitutio pupillaris differatur in tempus mortis in pupillari etate.

¶ Vel secundo respondetur, quod glo. illa in verb. possunt. licet secundum quendam rigorem dixerit substitutum pupillariter esse excludendum a bonis matris pupilli, vt per eam, tamen in fine sui aliam partem vti humaniorem amplectitur concludendo, quod immo proximiores ex parte matris solum vocantur ad medietatem bonorum maternorum, & sic alia medietas pertinebit ad substitutum, & dicit ibi.

ibi glo. id procedere tanquam si ipse filius sibi heredem instituisset vt per eā in fin. in versi. sed premissis non obstantibus. Ita ergo est dicendum in casu isto, ꝙ domina Joanna admittatur ad dimidiam bonorum paternorum et substituti ad aliam dimidiam perinde ac si Joannes Franciscus pupillus sibi heredes instituisset iuxta. §. igitur. institut. de pupil. substitut. ⁊ supra dictum fuit.

¶ Remanet igitur decisio illius glo. in verbo. medietatem, firma, ⁊ generalis absq; restrictione de qua supra ⁊ sic in specie decidītur per eam casus noster cuius authoritas vt audio in loco semper pro lege quodammodo seruata fuit.

¶ Quinto, ⁊ vltimo comprobatur nostra conclusio authoritate sacri consilij Neapolitani, quod cum alias in eo de quest. nostra disputaretur, determinauit in fauorem proximioris coniūcti, vt sic ille cum substituto pupillariter diuideret bona paterna, que erant apud pupillum, licet pater illa propria industria acquisierit vt constat in decisionibus Neapolit. per Afflict. recolectis in decisio. cccx. fuit in consilio ista dubitatio proposita. Cum itaque opinio supra posita rationibus, ⁊ authoritatibus constet debet omnino attendi.

¶ Non obstant allegata supra in contrarium, quia recte intuēti ex predictis ad omnia colligitur clara responsio.

¶ Nam dum primo dicebatur, ꝙ d. c. ⁊ si testator. non videbatur facere ad casum nostrum dum dominus Joannes Franciscus vere nihil disposuerit. Respondetur, ꝙ immo dicitur
14 disposuisse legali interpretatione cum substitutio † pupillaris ita iudicetur tanquam si ipse pupillus sibi fecerit testamentū d. §. igitur institut. de pupil. substit. ⁊ ob eam causam dicitur testamentum pupilli vt dictum fuit supra in fundamentis huius nostre conclusionis maxime in primis tribus.

¶ Et ex tali testamento defertur hereditas pupilli, que alia est ab hereditate patris l. ij. §. illud. ff. de heredit. vel act. vendit. ⁊ licet vere quo ad actualem dispositionem talem substitutionem ⁊ sic testamentum pro filio fecerit pater ex legali indulgentia tamen dicitur ab ipso filio factum sic disponēte lege d. §. igitur ⁊ presertim debet hoc dici, quo ad dispositionē d. c. ⁊ si testator. prout sic voluit glossator. ibi. in verbo medietatē. in d. ver. quero ergo nunquid, ⁊c. ⁊ apertius ita dixit in d. c. filiusfamilias. in glo. super verbo. possunt. in fin.

¶ Nec obstat ꝙ mater a legitima, ⁊ a querela dicitur exclusa vt d. c. si pater. de testamen. lib. vi. ⁊ d. §. sed nec impuberis. de inoffic. testam. ⁊ id ex eo quia substitutio pupillaris dicitur facta a patre vt d. §. sed nec impuberis. Quoniam respondetur illud ibi fieri, vt testamentū pupilli, seu pupillaris substitutio conseruetur propter quod licitum est substituto variare vt d. §. sed nec impuberis. Sed postquam talis substitutio sustinetur vti testamentum filij vt scilicet ipse habeat heredem ex testamento debet id intelligi secundum quod iura municipalia
15 disponunt arg. l. nemo potest. ff. de legat. j. immo† lex ipsa presumit testatorem voluisse se conformare cum suo iure municipali vt per Bart. Patruum meum Socin. ⁊ alios. in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. vnde cum in casu nostro substitutio pupillaris de se valeat, ⁊ dicatur conseruari vti testamentum filij debet hoc intelligi secundū, ꝙ iura municipalia Neapolitane ciuitatis disponunt vt solum pro dimidia parte, alia dimidia reseruata proximioribus ex parte patris, ⁊ sic domine Joanne eius sorori vtrinque coniuncte iuxta dispositionem dicti c. ⁊ si testator. ⁊ firmat ibi. glo. preallegata et ita iudicandum puto, cum dicta gloss. authoritas eo in loco veluti lex ipsa seruetur.

¶ Demum non obstat quod dicebatur patrem Joā. Franc. potuisse quodlibet onus ei imponere ⁊c. vt in argumēto dicitur. Quoniam respondetur de plano, ꝙ illud procedit, quando pater vti de bonis suis disponit, fateor enim tunc, ꝙ poterat filium grauare, sed in casu nostro substituendo pupillariter disponit vti de bonis filij, ⁊ taliter substitutus dicitur heres filij vt supra dictum est, ⁊ ideo in tali dispositione ipse filius non grauatur, non tamen nego substitutionem potuisse fieri, sed nō per illud argumentum, potest autem fieri ex legali permissione, qua patri habenti filium impuberem in potestate permittitur pro eo testari d. l. ij. in prin. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ institu. de pupil. substitu. in princ. cum simi. sed cū hoc fiat vti de bonis, ⁊ hereditate filij, ⁊ ideo talis substitutio dicitur testamentum filij, ⁊ tanquam si ab eo factum fuisset vt supra dictū fuit, debet merito habere locū in eo cēsura predicti iuris municipalis vt sic domina Joanna ad dimidium admittatur, ⁊ per ista sit expedita prima questio, in qua longior fui, ꝙ proposueram.

¶ Circa secundam questionem licet amplissima sit, ⁊ plura hincinde dici possint studendo tamen breuitati conclusiue loquendo dicam quid de iure sentio.

¶ Itaq; omnibus in hac difficultate bene consideratis arbitror ⁊ concludo, ꝙ ipsa domina Joanna per renunciationem per eam factam de anno. 1534. in aliquo sibi non preiudicauerit circa dimidiam bonorum, que apud Joannem Franciscū fratrem eius vti paterna reperiebatur, ⁊ que dimidia illi debebatur, ex consuetudine seu. c. ⁊ si testator, secundum ꝙ dictum fuit in precedenti quest.

¶ Et fundamentum istius conclusionis est, quoniam regula
16 iuris est ꝙ † nemo dicitur renunciare iuri quod sibi competere ignorat l. mater decedens. ⁊ ibi tradunt omnes. ff. de inoffic. testam. cum similibus, sed domina Joanna tempore renunciationis predicte ignorabat sibi competere ius ad dimidiam predictam ergo ei non dicitur renunciasse.
17 ¶ Et si dicatur, ꝙ ista videtur ignorantia iuris, † que nobis prodesse nō debet, sed potius nocere l. regula in prin. ff. de iur. ⁊ fact. ignor. ⁊ l. ij. ⁊ l. cū quis. C. eo. tit. cum simi. ⁊ ideo dici solet, ꝙ iuris ignorantia neminem excusat iuxta glo. ⁊ Doct. in c. ij. de constitu. respondetur.

¶ Primo, ꝙ immo dici potest ignorantia facti, videlicet an illud statutum, seu consuetudo, ⁊ si testator. esset in rerum natura, nam domina Joanna, cum esset nutrita, ⁊ educata in ciuitate Venetiarum, vbi etiam fecit renunciationem predictā, ignorabat, seu ignorare presumebatur talem dispositionem, seu
18 consuetudinem vel statutum, extare Neapoli, sicut† princeps presumitur ignorare statuta ⁊ consuetudines aliarum ciuitatum, quia facti sunt iuxta c. j. cum ibi traditis per Docto. de constitu. lib. vj. ⁊ ita in simili arguit Ruyn. in consi. lxxiiij. inter cetera. nu. 10. j. volu.
19 ¶ Et vbi de hac ignorantia dubitaretur probari potest † per ipsius domine Joanne assertionem cū iuramento vt est glo. in verbo doceat. in l. si cui. §. j. quam ibi Bart. not. ⁊ alij sequuntur. ff. de accus. cum concordantibus vt per Jas. in l. admonendi. in ij. lectura. nume. 308. ff. de iureiur. ⁊ vt dixi. in consi. lxx. Anderlinus de Ciurellis. nu. 20. j. volu. licet pro vero non sit opus hac probatione vt in simili dixit Corn. in consi. clxviij. in hac consultatione. litera M. iij. vol.

¶ Secundo etiam respondetur, posito, ꝙ essemus in ignorantia iuris, quia mulier excusatur, cū tractet,
20 de damno vitando nam, † ⁊ masculis, ⁊ maioribus ignorantia iuris non nocet cum de damno vitando agunt l. iuris ignorantia la ij. ⁊ l. error. in fin. ff. de iur. ⁊ fact. ignor. ⁊ est gloss. quam Bar. ibi Saly. Fulgos. ⁊ alij sequuntur. in l. fi. C. de iur. ⁊ fact. ignor. minus ergo nocere debet mulieri, cui talis ignorantia ob sexus fragilitatē facilius permittitur l. regula post princi. ff. eo. titu. ⁊ tradunt. glo. ⁊ Doct. in d. l. fi. ⁊ dixi alias in cōsi. cxvj. Magnificus do. Antonius. nu. 15. ⁊ 16. ij. vol.

¶ Sit itaq; fundata intentio domine Joanne vt scilicet sibi in predicta dimidia non preiudicauerit per renunciationē predictam quantuncunque generalem, ⁊ cū amplissimis clausulis, ex eo quod ignorabat eam sibi competere per predicta.

¶ Et eo presertim hoc dicendum est, quia in predicto instrumento renunciationis non constat, ꝙ ipsa fuerit de aliquo iu-
21 re sibi competenti certificata, etenim† vt mulieris renunciatio illi preiudicet oportet vt fuerit de iure tali certiorata, videlicet quid sit, ⁊ quantum illi conferret iuxta tradita per Alexan. in apostillis ad Bar. vbi alios allegat. in l. fi. §. fin. ff. ad velleian. ⁊ per Deci. in consil. clxxx. visa renunciatione. mihi in v. colū. ver. tertio non obstat, ꝙ specialiter. Et ex hoc dicendum esset, ꝙ domina Joanna sibi non preiudicasset etiā si expresse cōsuetudini Regni Neapolitani renunciasset, nam si certiorata non fuisset sibi nō nocuisset talis renunciatio vt per Alexā. ⁊ Deci. in locis predictis cum alijs per eos adductis, ⁊ ego dixi in cōsi. xlviij. Antonius Cardini. nu. 36. ⁊ 37. j. volu.

¶ Sed contra predictam conclusionem nonnulla obijciū tur. Et primo, ꝙ in d. renunciatione expresse dicitur, ꝙ dicta domina Joanna nihil amplius petet de bonis patris eius aliquo modo, via, vel causa iusta, vel iniusta cognita, vel incognita, ⁊c. ⁊ sic videtur, ꝙ voluerit sibi preiudicare etiam circa ius incognitum, ⁊ sic ignoratum, que voluntas seruanda videtur l. j. in prin. ⁊ l. iurisgentium. §. ait pretor. ff. de pact. cū simi. Unde videtur,

detur, ꝙ nunc allegando se ignorasse nolit obseruare suaꝫ promissionē contra iura predicta merito non videtur audienda.

22 ¶ Secundo obstat, quia †domina Joanna acceptando relictū sibi factum de ducatis. 3000. in casum, quo Joā. Franciscus decedat in pupillari etate, ⁊ sic sit locus substitutioni pupillari illi facte videtur patris testamentum, ⁊ illam substitutionem pupillarem acceptasse ⁊ comprobasse, ita quidem vt contra eam amplius venire non possit. Juxta l. si pars. §. fin. ⁊ l. nihil. in prin. cū ibi traditis per Doct. ff. de inoffi. testam. quod eniꝫ semel approbauit, non debet posse reprobare, regula quod semel placuit. de regu. iur. lib. vj. cum similibus.

¶ Tertio ⁊ fortius obstare videtur quia domina Joanna suā
23 renunciationeꝫ iuramento firmauit vnde †videtur, ꝙ propter vinculum iuramenti non possit contra talem renunciationem venire arg. auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. cū enim tale iuramentum seruari possit absqꝫ dispendio salutis eterne, nec redundet in alterius preiudicium omnino videtur seruandum, etiam ꝙ in aliquo domina Joanna lederetur per c. cum contingat. in fin. de iureiur. ⁊ c. quāuis. de pact. lib. vj. ⁊ ita propter vinculum iuramenti alias consului donationem, ⁊ renunciationem quandam conseruari, etiam ꝙ mulier que renunciauit videatur lesa, ⁊ ibi plura ad id cumulaui in consil. lxvij. domina Cornelia de Lari. nu. 45. in fi. cuꝫ 5. seq. ij. vol.

¶ Sed tamen his non obstantibus, ⁊ iuridice remotis vt infra veram arbitror conclusionem supra positam per iam dicta.
24 Regula enim illa, ꝙ † nemo dicitur renunciare iuri quod sibi competere ignorabat. vt d. l. mater decedens. (Que etiaꝫ probatur in l. tres fratres. ff. de pact. ⁊ in l. fin. §. idem quesiit. ff. de condi. indebi. cum concordantib. vt per Deci. in consil. dcxx. viso puncto. nu. 11.) omnino determinat casum nostrum, naꝫ cum domina Joanna ignoraret statuta, seu consuetudines ciuitatis Neapolitane, ⁊ consequenter predictam dimidiam sibi cōpetere vt supra deductum fuit in sua renunciatione quantumcunqꝫ generali non includitur ius ad dictam dimidiam illi competens, cum esset illi incognitum.

¶ Non obstāt modo adducta in contrarium. nam ad primuꝫ respondetur primo, ꝙ illa verba cognita, vel incognita, cū omni generalitate dicte renunciationis, videtur omnino restringi ad legatum trium millium ducatorum de quo erat actum, naꝫ
25 † semper talis generalitas sic restringitur. l. si ꝯ certa. vbi Bar. Saly. ⁊ alij. C. de transact. ⁊ l. qui cum tutoribus. §. fi. ff. eo. tit. ⁊ illa verba, ⁊ generalitas illius clausule videtur posita potius ex consuetudine quadam notariorum, ꝙ quod partes cogitauerint, vt in simili tradit Cardin. in consil. cx. Titias obligauit. ad fin. cum concordantibus vt per Deci. in consi. ccclij. viso puncto nu. 7. ⁊ in consi. ccclxxix. requisitus. nu. 3. partes enim videntur solum cogitasse liberationem plenariam ab illis ducatis. 3000. vel ad plus ab omni eo, quod ex illo testamento domina Joanna poterat petere, vnde actus iste renūciationis non debet quicquam operari vltra intentionem agentium l. non omnis. ff. si cert. petat. ⁊ l. obligationum substantia. §. j. ff. de act. ⁊ obligat. cuꝫ similibus. merito, ergo talis renunciatio
26 non debet trahi ad ignorata, attento maxime, † ꝙ iste renūciationes sunt stricti iuris, ⁊ non veniunt in eas, nisi que fuerint specificata vt docet Calderinus in consil. v. in titu. de preben. cum concordantibus vt per Deci. in d. consi. ccclxxix. nu. 3.

¶ Secundo etiam respōdetur, ꝙ illa verba, vel incognita ⁊c. veluti indiscreta, ⁊ incōsiderate posita nihil operantur, sicut in simili contingit in eo qui renunciat conditioni indebiti, quan-
27 do indebitum ignoranter soluit, nam† tali renunciatione non obstante potest intentari condictio indebiti, prout determinat Bar. in d. l. fin. §. idem quesijt. ff. de condict. indebit. nam cum ipse crederet, se verum debitorem putabat etiam sibi non competere condictioneꝫ indebiti, ⁊ ideo quo errore ductus soluit, eodem errore tali condictioni renunciauit non renunciaturus verosimiliter si sciuisset illam sibi competere, cum nemo presumatur velle iactare suum l. cum de indebito. ff. de probat. Nō ergo valet dicta renunciatio nisi a sciente fiat per d. l. mater decedens. cum alijs supra allegatis, ad quod bene faciat l. Campanus. ff. de oper. libert. ⁊ licet pleriqꝫ teneant contra Bar. tamen opinionem Bar. defendit ibi Jas. dicens ꝙ est magis cō
* muniter * recepta eamqꝫ pluribus rationibus comprobat, vt per eum, sicut ergo in casu illo renunciatio condictioni indebiti expresse facta non nocet ignoranti eam sibi competere, ⁊ qui putabat se eam nullo modo habere ita in casu nostro expressa

renunciatio etiam cause incognite non debet nocere domine Joanne ignoranti se ius habere ad dimidiam predictā nā ⁊ ipsa putans sibi nullū aliud ius cōpetere receptis. 3000. ducatis ita generaliter renunciauit, que certe non ita fecisset si sciuisset se ius ad talem dimidiam habere per d. l. cum de indebito.

¶ Comprobantur predicta ex doctrina Bart. magis commu
* niter * approbata in l. qui Rome. §. duo fratres. in v. questio.
28 ff. de verb. oblig. nam vult ibi Bar. ꝙ promissio†per diuidentes facta de non contraueniendo generaliter occasione fideicōmissi vel substitutionis, cuiuscunqꝫ vel alterius iuris presentis, vel futuri ex testamento, vel abintestato non preiudicat in fideicommisso conditionali inter ignorantes, ⁊ licet Ang. ⁊ quidaꝫ alij aliter dixerint tamen vt dixi cum Bar. est communis opinio vt ibi per Jas. ⁊ ego ibi post alios eaꝫ defendi, ea presertim ratione, quia nunquam renunciatio licet generalis trahitur ad ignorata, ⁊ ibi dixerunt sic generaliter ex quadam cōsuetudine credentes tamen nullum fideicommissum pendere, non ita renunciaturi si sciuissent, sic ergo ⁊ in casu nostro dicendū est vt supra dicebam, ⁊ fortius cum ibi illa renunciatio videretur fauorabilis aliquo respectu, quia fideicommissum erat reciprocum iuxta l. de fideicommisso. C. de transact. in casu autem nostro dicitur potius odiosa, ⁊ stricti iuris vt iam dixi cum soluꝫ facta sit per ipsam Joannam.

¶ Preterea si quis veritatem fateri velit, dicet ꝙ si dña Joanna ⁊ vir eius dominus Consaluus sciuissent illam dimidiam ad ipsam pertinere specialiter ei non renūciassent cum esset maxime importantie, nec ita patrimonium, ⁊ bona sua iactarent per d. l. cum de indebito, attento presertim ꝙ diligentissimi fuerunt in recipiendis prius ducatis. 12000. ⁊ postea. 3000.
29 quo sic stante dico, ꝙ †renunciatio quantuncunque generalis non trahitur ad ea, que quis particulariter non renunciasset, arg. l. obligatione generali. ff. de pignor. ⁊ c. in generali. de reg. iur. cum similibus, vt dixi in cōsi. cxxix. Bartholomeus Grisfolus. nu. 66. j. volumi.

¶ Ad secundum respondetur, ꝙ parum facit, quia domina Joanna non vult rescindere testamentum patris, nec substitutionem pupillarem, illam enim acceptat, ⁊ consentit substitutos admitti, sed solum petit, ꝙ illa declaretur, ⁊ procedat secūdum ius municipale. hoc est dicere quatenus ipse Jo. Franc. si maior fuisset, disponere potuisset, sed ipse vltra dimidiaꝫ bonorum paternorum disponere non poterat valide propter dispositionem d. c. ⁊ si testator. ergo ⁊c. allegata autem in contrarium procedunt quando quis legatum suscipit ex testamento venit contra testamentum, ⁊ apertam voluntatem testatoris puta proponendo querelam inofficiosi testamenti, vt loquuntur iura in contrarium allegata, hoc certe in casu nostro nō est, quia licet testator pro filio testando substituerit pupillariter fratres eius creditur tamen eos vocasse prout iura municipalia dictant, ⁊ sic solum ad dimidiam respectu bonorum, que illi filio erant paterna, ⁊ similiter etiam, que erant materna iuxta d. c. ⁊ si testator. iunctis duabus. glo. de quibus supra in precedenti questiō. plene loquuti sumus, etenim regula iuris est, ⁊ com
* munis * Doctorum sententia ꝙ†semper testator (vbi contra
30 rium non probetur) dicitur in testamento suo se voluisse conformare cum iure communi vel municipali vt tradunt Bart. Patruus meus Socin. ⁊ alij in l. heredes mei. §. cuꝫ ita. ff. ad Trebel. vbi etiam post alios dixi, tradit Alex. in consi. lv. perspectis his. nu. 4. lib. iiij. Patruus ⁊ dominus meus Socin. in consi. cxxxvij. presens consultatio. col. ix. ver. sexto, ⁊ vltimo. ij. vol. ⁊ Corn. in consi. xxij. in hac consultatione. litera S. la j. ij. vol. cū concordantibus, vt per Jas. in consil. lxxxiiij. omissa longa. post princi. j. volu. ⁊ per Ruyn. in consi. lxxxvj. attenta legitimatione nume. 16. iij. volu. ⁊ dixi in consi. xcv. proponere in facto. nu. 9. j. volu. ⁊ in consil. clxxvij. in facto presupponitur nume. 20. ij. vol.

¶ Demum non obstat tertiuꝫ quod magis vigere videbatur fundatum in iuribus, ⁊ virtute iuramenti, quoniam respondetur
31 ꝙ immo recte intuentibus minus obstat, nam†licet regula in contrarium allegata, de qua in d. c. cum contingat. ⁊ d. c. quāuis. regulariter procedat, tamen semper intelligitur respectu eius, quod in iuramento continetur, hoc est dicere siquis aliquid promittit dare vel facere, ⁊ ita iurat debet illud omnino adimplere saltem vigore iuramenti quando tale implemētum non vergit in dispendiuꝫ salutis eterne nec in alterius detrimentum vt in d. iuribus, verum illud non procedit respectu eius,

eius,quod in iuramento non continetur vt omnibus notum
est,& probatur in l. fina. C. de non numer.pecun. vbi propter
hoc determinat Imperator, quod confessus se recepisse centum
mutuo & promittens ea reddere cum iuramento,nõ impedie-
tur opponere exceptionem non numeratę pecuniæ non obstan
te iuramento,eo quia iuramentum solum id cõtinet, quod est
de natura contractus, cui apponitur, & nihil vltra addit, nisi
eius vinculum ad maius robur d. contractus, & contentorum
in eo sed in illa confessione recepti mutui inerat vt infra tẽpus
ad id præstitutum possit dicta exceptio opponi,& sic in promis-
sione de reddendis illis.c.inerat tacita cõditio, si numerentur
vere vel præsumptiue per lapsum temporis, ergo & in iuramen
to dicitur etiam id comprehensum vt d.l.fina. & ibi declarant
Doct.maxime Saly.ad quod etiam facit l.fina. & quod ibi di-
cunt Doct. ff. qui satisda. cogant. Sed in proposito nostro
in renunciatione non continebatur per se d.dimidia,seu ius ad
eam,eo quod domina Ioanna illud sibi competere ignorabat vt
supra dictum fuit,ergo nec in iuramento potest id contineri,
alioquin diceremus iuramentum addere prædictę renunciatio
ni id quod in ea non continebatur,quod dici nõ debet per præ-
dicta,fuit enim iuramentum in casu nostro simpliciter apposi-
32 tum ad confirmationem renunciationis, vnde† intelligi debet
secundum naturam eius,nec quicquam auget,aut operari po-
test vt voluit Bar. in l.sed & l.si quis.§.quęsitu3.ff.si quis caut.
cum quo est communis opinio * vt ibi per Ias.tradit Deci. in
consi.ccxl. & diligenter.nume.2.& 3.& in consi.ccccxciij.viso te-
nore.nu.26.Corneus in consi.ccxlj.de duobus.litera D.ij.vo
lu.& in consi.xcvj.videtur in hac consultatione. litera M.j.vo
lu.Patruus,& dominus meus Socin.in l.frater a fratre. nu-
me.36.& 37.ff.de condict.indebi.& Ruyn. in consi. cxxvj. su-
per dubio de quo iiij.vol.prope.fin. cũ multis cõcordantibus
qui allegari possent, & dixi, & Alios etiam allegaui, in consil.
cxlv.Baptista de Sanctucijs.nu.60.& 61.j.vol.
33 ¶Comprobatur hoc quia† iuramentum non operatur vbi
deest consensus,nec illum potest supplere vt docet Bart. in l.si
quis pro eo.in viij.membro.ff.de fideiussor.& ita se habet com
munis opinio * vt per Curt.Iunior.in consi.xxiij.præsupponi
tur in facto.nume.5.& dixit Ruyn.in consi.xcviij. visa renun-
ciatione.nu.9.& 23.j.volu.& in consi.cxxxvij. de duobus prin-
cipaliter.nu.16.ij.vol.cum similibus,sed in casu nostro nõ po
test dici quod dominę Ioannę adesset consensus in renunciatione
iuris ad dimidiam prædictam,cum illud sibi competere igno-
raret vt dictum fuit non enim cadit consensus in ignorante, si-
cut nec in errante l.si per errorem.ff.de iurisd.omn.iudic.ergo
circa illud iuramentum nihil potest operari. Alioquin maxi-
ma ex eo resultaret iniquitas vt scilicet domina Ioanna priua-
retur suo iure tunc ignorato, quod esset contra naturam iura-
34 menti,†quod non debet esse iniquitatis vinculum. c. quanto.
de iureiur.& c.inter cetera.xxij. q. iiij. cum similibus vt tradit
Deci.in consi.clxxx.visa renunciatione.iij.col. versi.sed tamen.
supradictis minime obstantibus.& Corn.in præallegato consi.
ccxlj.litera D. ij.vol.Parisi. in consi.xcv. est fere triennium.
nu.14.iij.volu. & dixi in consi.xlviij. Antonius Cardini. nu-
me.21.& in consi.lxxvij.cum vigeret bellum.nu.130.j.volu.
35 ¶Debet† præterea iuramentum habere tres Comites,videli-
cet veritatem iudicium,& iustitiam.c.& si Christus. de iureiur.
& dicunt fere omnes Doct. modo allegati, & Ruyn. in consil.
clxix.de tribus.nu.20.j.vol.& ego vltra loca præallegata dixi
in consi.iij.nobilis iuuenis.nu.33.ij.vol. Sed profecto omni
iustitia careret, & veritate iuramentum isto casu si operaretur
dominam Ioannam esse priuatam iure suo ad dictã dimidiã,
cũ enormissima sua lesione & de quo illa nunquã cogitauit, nec
quicquam sciuit,&c.ita in simili arguit Parisi.in d.consi. xcv.
¶Non obstat si dicatur, quod saltem videtur domina Ioanna
cogitasse in genere cum generaliter renunciauerit, & hoc vide-
tur sufficere arg.l.qui iure militari. ff. de milit. testamẽ.prout
in simili per illum tex.arguit Ang.in l.qui Romę. §. duo fra-
tres.in v.quest.Bar.ff.de verb.oblig.Quoniam respõdetur,
quod falsum est,quod domina Ioã.aliquo modo cogitauerit de di-
cta dimidia, nec etiam in generalibus verbis propter eius igno
36 rantiam,&†quia illa generalitas restringitur ad ea de quibus
est actum per l.si de certa. C. de transact. & supra dictum est,&
ad d.l.qui iure militari,respondetur quod in casu illo res erat cla
ra,quia testator miles dixerat se eius animi esse, vt quicunque
filius illi nasceretur,esset exheredatus,merito erit exheredatus

qui nascetur,etiam quod miles ignoraret vxorem esse pregnantem,
& ita ego dixi in d.§.duo fratres.in d.v.quest. Sed hoc nõ cõ-
stat in casu nostro videlicet quod domina Ioanna voluerit priua-
ri bonis paternis,si ex aliquo statuto sibi essent delata, merito
de illo tex.ad casum nostrum non valet argumentum,& ex his
sit expedita ij.questio in qua remanet firma conclusio,quod domi
na Ioanna in aliquo sibi non præiudicauit circa dimidiam præ
dictam per renunciationem quam ipsa fecit de anno. 1534.
¶Capio modo tertiam & vltimam quest. in qua non est insi-
stendum,quia(ni fallor) eius resolutio clarissima est in iure, &
sic absque dubio, concludendum est dominam Ioannam non
posse cogi ad aliquid soluendum pro marito suo non obstante
promissione,quam ipsa fecit de anno.1546. nec etiam quicquam
de bonis eius ea de causa capi potest, eo quia ipsa dicitur tuta
37 exceptione senatusconsulti velleiani omnis†enim mulier, quę
pro alio quoquomodo intercedit,& sic alienam obligationem
suscipit ex benignitate dicti senatusconsulti propter sexus fragi
litatem introducti potest defendi,& a tali obligatione in effectu
liberari.l.j.& per totum. C.ad senatusconsult. velleian. & l.j.&
per totum.ff.eod.titu.& præsertim si pro marito intercedat, cũ
tunc etiam ante senatusconsultum esset secura.l.ij.in prin. ff. eo.
& procedit hoc nedum si mulier personaliter obligetur pro alio
intercedendo,sed etiam si bona sua pro alio obligauerit, aut
obliganti consenserit l.iiij.& v. & l.si sciens. C. eod. titu. vnde
cum in casu nostro domina Ioanna pro marito suo, & pro exol
uenda pecunia per ipsum debita, & promissa, se, & sua bona
obligauerit vt in puncto narratur clarissimi iuris est illam
tam pro se,quam pro bonis suis posse vti exceptione velleiani
per iura prædicta.
38 ¶Sed dicet aliquis,quod†ipsa tali exceptioni renunciauit,meri-
to videtur, quod illa vti non possit per l.fi.§.pen.vel.fin.ff. ad
velleian.& not.glo.ij.in l.j.in prin.ff.eod. ibi enim ponit plu-
res casus in quibus cessat exceptio velleiani inter quos iij.loco
ponitur,quando mulier renunciat.& allegat d. §. pen. & idem
not.per glo.fin.in l.fin. C.eod.& cum dicta glo. transeunt ple-
rique Doct.in d.locis.& dicit Ang.in dicta l.fina. quod ita serua-
tur de consuetudine. & ita etiam dicit Fulg. & de iure defendit
in d.l.fin.§.fin.ff.eod.
¶Et quod ipsa domina Ioanna renunciauerit ostenditur, quia
postquam ipsa se obligauit,seu omnia bona sua præsentia, & fu
tura pro satisfactione debiti mariti sui vt in instrumento legi-
tur subditur in eo.Non obstante, qualunche legge, & statuto
in contrario disponenti,& remossa ogni eccettione &c. & Pau-
lo infra notarius talia verba recolligendo dixit omni prorsus
iuris,& facti exceptione, oppositione,& defensione remotis,&c.
39 si†igitur renunciauit omnibus exceptionibus & omnibus legi-
bus ergo videtur etiam renunciare senatusconsulto velleiano,
& exceptioni eius, quia qui omne dicit nihil excludit l. Iulia-
nus.in princ.ff.de legat.iij.l.a procuratore.& ibi glos. C. man-
dat.& c.si romanorum.circa medium.19.dist. cum similibus.
facit l.si chorus.in prin.ff.de leg.iij.
¶Verum ad ista pluribus modis respondetur. Et primo po
test dici quod immo exceptioni velleiani renunciari nõ possit, quando
mulier intercedit, & renunciat voluntarie, & extra iudicium,&
40 hoc ex fragilitatis consequentia, nam†qua fragilitate induci-
tur ad intercedendum,eandem etiam inducitur ad renuncian
dum,merito ei etiam renuncianti in eodem contractu succur-
rendum est,ita voluerunt Iacob.de Aren.Petr.Cyn. & Ni-
col.de Mattarel.in d.l.fin.quicquid dixerint ille glo. & in his
terminis ita tenent Bar.Bal.Ang.& Salyc.ibi & est commu-
nis opinio,* quod etiam voluit Bart. & ibi sequitur Alexã.in
apostil.in l.fi. §. fi.ff.eod.& dicit Bar.quod ista est veritas, cui in-
herendum est quicquid dixerit Fulgo.in d.§.fin.
¶Secundo respondetur,quod (quicquid in alijs casibus sit) quando
41 †mulier intercedit pro marito intercessio ipso iure non valet,
nisi obligatio pro qua intercedit,idest pecunia, quę viro data
fuit in ipsius mulieris vtilitatem versa fuerit vt est text. in au-
then.si qua mulier.& in corpor.vnde sumitur.C. ad velleian. &
ita firmat Bart.Bald.Saly.& alij.in d.l.fin.dicentes, quod tunc
renunciatio nihil operatur sed isto casu domina Ioanna in-
tercessit pro suo marito,ergo &c.
¶Tertio etiam respondetur, quod in casibus in quibus valet
renunciatio illa debet fieri expresse,& specialiter velleiano sena-
42 tusconsulto,vel eius exceptioni, nec etiam hoc sufficeret, † sed
opus est,quod mulier ita renuncians certiorata sit, quid sibi præ-
beat

beat talē senatusconsultum, nam illa ratione sexus presumitur
* illud ignorare, & hoc magis concorditer * dicunt Doct. in d. l. fin. & Bal. & alij quidam in l. j. eod. titu. & ita etiam post alios voluit Alexan. in apostillis ad Bar. in d. l. fin. §. fina. ff. eod. & licet ibi Fulgos. & plenius in l. fina. C. eod. disputando dicat posse teneri certiorationem non esse necessariam tamen subdit in fine, quod communis opinio est, quod certioratio requiratur, & quod ab ea recedendum non est, & propterea in suo discursu nō negat, quod debeat specialiter, & expresse velleiano renunciari, sed illud omnino presupponit. Sed in proposito domina Joanna nedum non fuit de beneficio velleiani certiorata, sed nec illi nominatim renunciauit, ergo sequitur quod renūciatio per eā facta ei nō abstulit predicti senatusconsulti exceptionē. Laus Christo Redemptori, & Beate Marie Magdalene cuius festiuitas hodie in militanti ecclesia celebratur.

¶ Socinus Nepos Bononie legens. 1550.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XXI.

¶ De stipulatione, quod post mortē promittentis sub certa conditione stipulator habeat dimidiū bonorum eius, an valeat?

¶ Et de legitimatione facta per Comitem imperialem in dominio Venetorum vtrum valeat, & operetur circa bona in tali Dominio posita?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Donatio inter uiuos habitura effectum post mortem, sub conditione, si donans decesserit sine filijs legitimis & naturalibus ualet.*
2 *Donatio ualet in qua donans sibi reseruauit dispositionem de dimidia bonorum.*
3 *Donatio ex causa remunerationis facta ualet.*
4 *Benemeritorū causa multa permittuntur quæ alijs non concederentur.*
5 *Legitimatio facta non citatis interessatis non ualet.*
6 *Legitimatio facta à comite imperiali in dominio Venetorum non operatur circa bona existentia in eorum dominio absque ipsius dominij consensu.*
7 *Comes imperialis non potest legitimare in terris ecclesiæ.*

CONSILIVM XXI.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis & Justitie.

¶ Diligenter & docte absoluta fuit presens cōsultatio per excellentissimum consultorem dominum Hieronymum Cagnolum mihi vti fratrem honorandum. Ego autem de simplici subscriptione requisitus visis ac mature consideratis, que per ipsum adducta fuerunt cum iuridica, & secundum communes opiniones visa fuerunt libenti animo in eius sententiam deueni in vtraque difficultate.

¶ Et circa primam puto rem esse clarissimam vt scilicet illa conuentio de iure valeat, cum non sit facta per viam pacti de succedendo, sed per solemnem stipulationem, & sic per contractum inter viuos, & virtualiter per viam donationis inter viuos, & sic irreuocabilis. §. alie institu. de donat. Sed habiture effectum post mortem sub illa tamen conditione si donans decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus vt in instrumento legitur, eo enim casu apud omnes Doct. communis * est cōclu-
1 sio talem promissionem, & † donationem valere vt per dominū consulentem, & quia ego plene hoc demonstraui in cōsil. cxliij. in facto proponitur a nu. 11. vsque in fin. j. volu. non insistā vlterius ad ibi dicta me remittendo. Et cum ex eiusmodi promissione & donatione non aufferatur libera testandi facultas ex
2 quo † sibi dominus Jo. Baptista dimidiam bonorum reseruauit non est dubium, quod valere debet per ea que tradunt Doct. maxime Alex. & Jas. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & ibi etiam ego post alios plene dixi.

¶ Et eo maxime in casu isto debet talis conuentio, promissio, & donatio valere, quia facta fuit ex causa remunerationis scilicet quia per prius domina Fidentia, ipsi domino Joanni Baptiste fecerat magnam donationem vt in instrumento predi-
3 cte promissionis narratur, vnde † ipse tenebatur obligatione antidorali ad remunerandum iuxta l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. heredita. que obligatio multos parit effectus vt tradūt Doct. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. vbi Claud. de Seysel. nu. 70. cum multis sequentibus enumerat vsque ad xiij. vel xv. vt per eum, ratione ergo remunerationis, & propter bene merita domine Fidentie debet valere promissio de qua agi-
4 mus etiam si ex alio res esset dubia, plura † enim propter benemerita permittuntur, que alias nō procederent arg. l. Lucius. ff. de euict. & l. Aquilius Regulus. ff. de dona. & ita in simili arguit Deci. in consi. cccclxxviij. viso casu nu. 24. & 25. & ego alias dixi in consi. lxxvj. cum diebus elapsis nu. 22. cum aliquibus sequentibus. j. vol. & latius in consi. xcj. circa petitionem Illustrissimi nu. 14. vsque ad numerum. 20. ij. volu.

¶ Circa secundam difficultatem pari modo arbitror rem claram esse, & resolutam, dico enim impletam esse conditionem predicte promissionis & donationis, & consequenter, quod dominus Joannes Baptista dicitur decessisse sine filijs legitimis & naturalibus, saltem quantum pertinet ad predictam conuentionem, & donationē, quia licet ei supersint due filie illegitime
5 nate, & quas ipse curauit legitimari, tamen † predicta legitimatio non valuit saltem in preiudicium domine Fidentie non citate vt videbatur necessarium iuxta tradita per Doct. maxime Patruum, & do. meum Socin. prope fin. & Moderniores post Bar. & alios. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. dum concludunt substitutum in legitimatione esse citandum, & hanc conclusionem firmauit signanter pluribus fundamentis dominus consulens, ad que me refero.

Et prima ratio sola sufficeret, videlicet quia legitimatio facta fuit per Comitem imperialem de subditis Jllustrissimo Do-
6 minio Venetorum vnde † circa bona in eorum Dominio existentia nihil potest operari absque Jllustrissimi Dominij consensu vt per D. consultorem, & ego pluries idem consului maxime in consi. 100. excellentissimus artium, & Medicine Doctor. nu. 10. & sequentibus vsque ad 28. ij. volu. prout illud allegat D. consulens. vbi allegaui vsque ad xix. Doct. pro ista opinione, & vltra ibi allegatos, & etiam allegatos per dominum cōsulentem. Addo Deci. in l. fin. nu. 6. ff. de iurisdic. omn. iudic. vbi ita firmando dicit, quod ita se habet cōmunis opinio. Carol. Ruyn. in consi. lxvj. perlectis & diligenter. nu. 3. & 4. iij. volu. qui loquitur in terminis nostris scilicet de legitimatione facta in ciuitate Padue per Comitē Jmperialem, & in consi. clxij.
* visa legitimatione nu. 4. j. volu. vbi dicit communem * esse opi-
7 nionem, quod Comes † Jmperialis non potest legitimare in terris ecclesie, & Parisi. in consi. ij. legitimatio de qua in presenti agitur nu. 13. vsque ad 21. ij. volu. vbi plures allegando ita per transit, & loquitur in terminis nostris videlicet de legitimatione facta per comitem Jmperialem in ciuitate Padue concludendo quod non valeat ex defectu potestatis vt per eum, ex quo sequitur, quod authoritas eiusdem Parisij in consi. j. j. vol. & alibi per D. consulentem in contrarium allegata est paruifacienda, cum ipsemet contrarium dixerit in predicto consi. ij.

¶ Ex hac igitur ratione, & ex alijs per dominum cōsulentem deductis vna cum eo concludo ex asserta legitimatione nullum fieri preiudicium dicte dñe Fidentie, quin illa possit dimidiam bonorum domini Joannis Baptiste fratris eius consequi vigore promissionis, & donationis de qua in precedenti difficultate dictum fuit. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie legens 1550. Audiui quod Padue ita fuit iudicatum.

CASVS:

CONSILII XXII.

IN Jnstrumento quorundam maioricatuum per Jllustr. dominum Hectorem ordinatorum, & a Regia Maiestate comprobatorum inter cetera continetur quod filius primogenitus legitimus & naturalis succedere debeat in dictis maioricatibus, & si primogenitus decederet sine filijs legitimis secundogenitus, & si non esset, sui filij scilicet nepotes succederent, & descendentes ex illis, alioquin succederet proximior ex suo genere, cum hac tamen declaratione, quod si primogenitus esset religiosus, & professus ordinis

ordinis sancti dominici, sancti Francisci aut alterius cuiuscunque religionis, vel ordinis, in quo professi non possint contrahere matrimonium, tali casu talis religiosus professus habeatur perinde ac si non esset, et maioricatus predicti deueniant cũ titulo Casalis magni cuicunque alteri proximiori ex descendentibus, et non dicto religioso, et quod ipse proximior descendẽs debeat habere dictos maioricatus vt illos possideat in vita sua, et post mortem suam eius descendentes succedendo vnus post alium semper habeant cum formis, conditionibus, et vinculis appositis in dictis maioricatibus. Attamen si talis filius primogenitus sit Episcopus, seu Cardinalis, aut habuerit aliam dignitatem, aut fuerit magister ordinis sancti Jacobi Calatrana, vel alterius loci, aut fuerit Prior sancti Joannis Hierosolimitani non existente alio propinquiore habeat dictos maioricatus per totum tempus vite sue, et post decessum eius habeat proximior de suo genere, qui succedere deberet, et cui competeret successio dictorum maioricatuum, et fuerit maior, et de legitimo matrimonio genitus, et in defectum filij legitimi et naturalis succedant non legitimi secundum formam, et ordinem de quibus in dictis maioricatibus.

¶ Postquam dicti maioricatus fuerũt cõstituti, et ordinati plures filij, et nepotes descendentes in eis successerunt, et eos possederunt prius tamen maioricatus ex illis (vocatus Casale magnum) fuit vsurpatus per quendam R.

¶ His sic stantibus vltima successio deuenit in Achillem, qui habuit duos filios legitimos, et naturales, videlicet Menelaũ et Vlissem, et tres filias.

¶ Post Achillem successit in dictis Maioricatibus Menelaus primogenitus, tunc d. Vlisse filio secundo genito religioso, et professo ordinis sancti Dominici.

¶ Qui Menelaus mouit litem super d. Casali magno cõtra Scipionem intrusum, et obtinuit sententiam in sui fauorem cõtra dictum Scipionem in Regia cancellaria, a qua sententia fuit supplicatum ad Regium consilium, et hodie pendet lis.

¶ Et dicta lite pendente decessit Menelaus sine filijs legitimis viuente Vlisse religioso, cui in d. maioricatibus successit Agamemnon frater dicti Achillis vti proximior consanguineus, qui possedit dictos maioricatus, et prosequutus fuit litem de d. Casali magno.

¶ Cui Agamemnoni postea decedenti successit Tarquinus eius filius primogenitus, qui hodie dictos maioricatus possidet, et litem predictam prosequitur. Stantibus modo predictis de pluribus dubitatur.

¶ Et primo vtrum Vlisses, qui decedente Menelao fratre eius fuit exclusus, quia erat religiosus, et fuit admissus Agamemnon, dicatur perpetuo exclusus etiam si postea fieret Cardinalis, vel Episcopus, vel similis?

¶ Secundo vtrum quod dicitur, quod primogenitus Cardinalis, vel episcopus, aut in simili dignitate existens habeat maioricatus in vita sua intelligatur etiam si talis Cardinalis, vel episcopus, vel similis fuisset religiosus, et expresse professus ordinis sancti Dominici, vel similis?

Et sic consequutiue tertio queritur vtrum si Vlisses religiosus promoueretur ad episcopatum, vel similem dignitatem possit aufferre dictos maioricatus de manibus Tarquini nunc eos possidentis vt in vita sua retineat?

¶ Quarto posita negatiua in precedenti dubio queritur vtrum saltem admitti possit ad Casale magnum recuperandum, cum illud Tarquinus adhuc non possederit?

¶ Quinto et vltimo vtrum si Tarquinus decederet sine filijs Vlisses tunc ad episcopatum, vel similem dignitatem promotus succedere possit in dictis maioricatibus in vita sua excludẽdo alios agnatos proximiores?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De maioricatibus in quibus proximior primogenitus succedere debet, nisi professus in aliqua religione, et cum declaratione quod episcopus, Cardinalis vel similem dignitatem habẽs admittatur in vita sua, vtrum si religiosus, qui vt talis fuit exclusus, fiat episcopus, vel similis sit admittendus ad exclusionem iam admissi?

¶ Et an saltem si postea vacent per mortem possidentis sine liberis debeat religiosus factus episcopus, vel similis admitti etiam ad exclusionem proximiorum?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Exclusus simpliciter & perinde ac si non esset, dicitur perpetuo exclusus.*
2 *Exceptio debet esse de regula.*
3 *Religionem profitenti iniungitur caracter quidam religionis qui semper in eo remanet, & dicitur indelebilis.*
4 *Matrimonij uinculum & caracter remanet usque ad mortem, licet aliquando fiat separatio thori.*
5 *Dispositio simpliciter loquens de episcopo siue cardinali uel simili absque aliqua distinctione simpliciter & indistincte de quolibet talem dignitatem habente debet intelligi.*
6 *Dispositio competit ei cui competit eius dispositio.*
7 *Substitutio facta, si sine filijs quis decesserit, intelligitur tam de fœminis quam de masculis.*
8 *Dictio, tamen, dicitur aduersatiua.*
9 *Professus in aliqua religione non admittitur ad maioricatum, nisi sit Episcopus uel Cardinalis.*
10 *Locus ab identitate rationis est fortis modus arguendi.*
11 *Diuitiæ sunt præcipuum substentaculum dignitatis, sine quibus sordescunt homines.*
12 *Ratio si non sit scripta non potest, ab ea argui, quando non est unica ratio tantum, sed si sit unica, illa habetur pro scripta, & ab ea arguitur tanquam à ratione scripta.*
13 *Ratio cum nulla alia allegari aut considerari possit, debet illa quæ allegatur uelut unica haberi pro expressa, & pluralitas rationum non præsumitur.*
14 *Episcopus uel Cardinalis existens in episcopatu uel cardinalatu licet non possit matrimonium contrahere & in tali statu permanere, tamen talem statum dimittendo, si non sit in sacris positus, posset matrimonium contrahere.*
15 *Filia per statutum exclusa à successione patris simpliciter, & sic perpetuo, licet nõ sit reintegranda mortuo fratre sine filijs, tamen non excluditur à successione fratris, si ei de iure deferatur.*
16 *Causa cessante non cessat effectus iam consumatus.*
17 *Causa acquirendi maioricatus & quamlibet successionem seu hæreditatem non respicit effectum successiuum, sed momento fit acquisitio.*
18 *Matertera quæ fuit admissa ad feudum propter defectum masculorum non debet postea priuari licet superueniant masculi.*
19 *Facta multa tenens quæ fieri impediri possunt.*
20 *Actionem habere minus est quam rem.*
21 *Habere quis dicitur apud se aliquid, quando ad id habet actionem.*
22 *Actionem ad recuperandam possessionem amittere, & amittere ipsam possessionem, paria sunt, cum contrariorum sit eadem disciplina.*
23 *Interdictum recuperandæ habens, quia fuit spoliatus, debet in petitorio obtinere partes rei, perinde ac si rem illam possideret.*
24 *Interpretatio illa semper fieri debet per quam euitantur absurda.*
25 *Rei melius est incumbere quam actioni.*
26 *Dominij acquisitio aut seruitus sicut per sententiam in reali iudicio uel in confessoria non inducitur, sed declaratur seruitus iam constituta, & dominium esse actoris, ita & in interdicto recuperandæ seu per iudicis sententiam in eo non datur de nouo possessio, sed restituitur, & sic declaratur olim possedisse.*
27 *Proximior quando uocatur an inspiciatur proximitas personæ ultimo defunctæ, an uero testatoris, uel alterius disponentis, & ibi ponitur consideratio quæstionis ad partes.*
28 *Proximiores ubi uocantur in fideicommisso post mortem alicuius sine liberis, in dubio semper inspicitur proximitas ipsius grauati ultimo defuncti.*
29 *Feudum si sit susceptum pro se & descendentibus, ita quidem ut sub nomine illo collectiuo comprehendantur plures, & sit deferendum gradatim proximioribus, si postea contingat post ultimo decedentem reperiri aliquem qui sit proximior defuncto, sed non primo stipulatori cui alter erat proximior, admittetur ille qui defuncto erat proximior.*
30 *Instrumenti uerba cum sunt clara, non est ulterius dubitandum.*

CONSILIVM XXII.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, et iustitie.

¶ Ardua, et difficilis videtur presentis consultationis resolutio, conabor tamẽ aperte, et breuius quam potero eam resoluere.

¶ Et sequendo ordinem propositarum questionum circa primam aduertendum est, quia potest dupliciter intelligi.

¶ Vno modo an fuerit Vlisses propter eius religionẽ perpetuo exclusus, ita, quod factus episcopus, Cardinalis vel similis non potuerit aufferre maioricatus de manu Agamemnonis, qui propter religionem Vlissis fuerat admissus.

¶ Alio

¶Alio modo, an fuerit perpetuo exclusus, ita quod postea decedente sine liberis eo, qui fuerit aliquando admissus non possit succedere illi in dictis maioricatibus.

¶Sed quia intelligendo isto ij. modo cadimus in effectu in quintam questionem in puncto propositam immo re ipsa cadimus etiam in secundam questionem, que in virtute a quinta non videtur differre, ibi de eo dicam, et nunc tantum de primo modo intelligendi tractabo, tametsi superflue de eo agatur cum iam decesserit Agamemnon, et ad maioricatus fuerit admissus Tarquinus.

¶Ut tamen questioni proposite in totum respondeam cóclusiue loquendo circa istam primam questionem primo modo intellectam, arbitror, quod de manu Agamemnonis non potuissent maioricatus aufferri per Ulissem etiam, quod fuisset factus Cardinalis, episcopus, vel similis.

¶Et moueor quia predictus Ulisses vti religiosus fuit simpli-
1 citer exclusus, † et perinde ac si non esset, vnde debet dici perpetuo exclusus. c. j. §. quinetiam. et ibi not. Bald. in ij. not. et alij sequuntur in titu. episcop. vel Abb. in vsibus feud. vbi in simili dicit Bal. quod si filia simpliciter excludatur per statutum stantibus masculis dicitur perpetuo exclusa, ita quidem, quod etiam si filij masculi postea moriantur illa non debet reintegrari ad successionem a qua fuerat exclusa. Idem dixit Bald. in authē. sed et si quis. versi. et per hoc infertur ad aliam quest. C. de se-
* cund. nupt. et ita se habet communis opinio, * vt scribit Deci. alios plures allegando in consi. ccclx. viso puncto in quo nu. 5. licet aliud esset dicendum si statutum excluderet filiam temporaliter, puta donec. vel quādiu fuerit masculus vt ibidē Deci. declarat, cum infinitis cócordantibus, quos ego allego in cósi. j. factum tale proponitur j. et ij. col. j. vol. si igitur Ulisses, quia fuit simpliciter exclusus dicitur perpetuo exclusus, et ideo non esset reintegrandus mortuo Agamemnone, minus debet id dici eo viuēte licet sit factus episcopus, vel similis, quia nō fuit exclusus donec, vel quandiu non esset episcopus vel similis, et sic temporaliter, sed fuit simpliciter, et absolute exclusus super hoc tamen viterius non instabo, tum quia reputo clarissimum, tum et maxime, quia hodie impertinens est predicta disputatio ex quo Agamemnon iā decessit, et ei successit Tarquinus eius filius vt in puncto narratur.

¶Circa secundam questionē (que videtur admoduz dubia, et difficilis) videtur prima fronte, quod Cardinalis, vel episcopus, aut similem dignitatem adeptus non possit habere maioricatus de quibus agitur, si ante talem dignitatem fuit in aliqua religione professus per quam matrimonium contrahi prohibeatur, et hoc videtur probari.

¶Primo, quia professio in religione, que precessit, fecit eum inhabilem ad tales maioricatus etiam quod fuisset proximior, et primogenitus, vt clare dicunt verba instrumenti secundum, quod in puncto narratur. Et talis inhabilitas, et sic exclusio dicti professi videtur, quod possit dici perpetua vt dictum fuit in precedenti quest.

Nec huic argumento videtur obstare, si dicatur, quod tali regula scilicet quod professi in religione aliqua vti inhabiles excludantur a maioricatibus, excipitur casus si quis illorum professorū fuerit Cardinalis, vel episcopus, aut similis. Quoniam respondetur, quod versiculus attamen si talis, etc. in quo fundari posset predicta exceptio, non videtur habere illum sensum, sed alium, videlicet, quod ibi fiat exceptio non a regula predicta, sed ab alia quē dicitur, quod professi in religione, vel ordine in quibus matrimonium prohibetur, sunt inhabiles ad tales maioricatus, nam a tali regula excipitur Cardinalis, episcopus et similem dignitatem habentes, nam etiam Cardinales, ac episcopi sunt in professione in qua matrimonium prohibetur, vt est notum, et omnes fatētur clericos omnes debere seruare celibatum maxime
2 episcopos, et Cardinales et sic † exceptio dicitur de regula vti esse debet l. nam quod liquide. ff. de pen. legat. cum concordātibus vt per Deci. in consil. xl. viso tenore commissionis post princi. et in consi. ccccxc. testator reliquit prope fin. Unde cum in casu nostro dominus Ulisses in religione professus iā esset exclusus, debet dici perpetuo exclusus licet postea reperiatur Cardinalis, episcopus, vel similis.
3 ¶Secundo idem probatur, nam † profitenti in religione iniūgitur caracter quidam religionis, qui semper in eo remanet, et dicitur indelebilis vt tradit Abb. in c. non potest. post princ. de senten. et re iudic. Unde licet iam professus in religione aliqua fiat episcopus, vel Cardinalis, aut similem dignitatē adipiscatur, tamen semper dicetur homo in illa religione professus, et religionis caracter iniectus in eo semper remanebit, hinc videmus tales Cardinales, et episcopos semper portare habitum, vel signum aliquod predicti caracteris, et sue religio-
4 nis, sicut † de vinculo, et caractere matrimonij dicitur, etenim semper remanet vsque ad mortem, licet aliquando fiat separatio thori. c. j. et ij. et ibi glo. xxxij. q. vij. quod ergo in predicto instrumento dicitur, quod Cardinalis episcopus, vel similes admitti possent ad predictos maioricatus per eos donec vixerint retinendos videtur intelligendum dummodo per prius nō fuerint in aliqua religione professi per pdicta, sed dominus Ulisses licet nunc in dignitate reperiatur, fuit olim professus in religione vt in puncto narratur, ergo etc.

¶Istis tamen non obstantibus maturius verba predicti instrumenti et mentem authoris eius considerando contrariam partem vti probabiliorem amplector, concludendo in hac ij. quest. quod exceptio facta in tali instrumento de episcopo, vel Cardinali etc. simpliciter intelligitur etiam, quod tales ante predictam dignitatem fuissent in aliqua religione ex supra dictis professi.

¶Et hoc ostenditur. Primo quia author dicti instrumenti voluit et verba eius etiam important, quod si filius primogenitus sit episcopus, seu Cardinalis, etc. simpliciter, et indistincte ha-
5 beat dictos maioricatus toto tempore vite sue, et † cum simpliciter de episcopo, siue Cardinali vel simili loquatur absq; aliqua distinctione simpliciter, et indistincte de quolibet talem dignitatem habente debet intelligi. l. de precio. ff. de publician. l. preses la ij. in fin. ff. de offic. presid. l. j. §. et generaliter. ff. de legat. prestan. cum similibus.
6 ¶Et ex his ij. loco fit alia ratio, nam † cui competunt verba dispositionis, competit, et ipsa dispositio. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accus. cum similibus, vt per Patruum, et dominū meum Socin. in consi. ij. in causa testamentaria. ij. col. iij. volu. et dixi in consi. clxviij. Magnificus Comes. nu. 8. ij. volu. sed domino Ulissi competunt verba instrumenti, quia scilicet est proximior, et est episcopus vel Cardinalis ergo etc.

¶Tertio facit, nam sicut quando primogenitus non haberet aliquam ex predictis dignitatibus declaratur, quod non admittatur, si fuerit in religione aliqua professus ita etiam quando de habente predictas dignitates, aut earum aliquam loquitur dixisset eum non debere admitti si esset in aliqua religione professus, si eum admitti noluisset, et facile erat ei illud dicere, sicut dixerat respectu non habentis dignitatem, vnde cum de eo nihil dixerit arguitur, quod noluerit talem limitationem apponere habenti dignitatem, et sic, quod voluerit habentem dignitatē admitti siue fuerit in religione professus, siue non arg. l. j. §. sinautem ad deficientis. C. de cad. toll. et c. ad audientiam. in fin. extra de decim. bene facit c. inter corporalia, post medium, versi. vnde si circa translationē extra de translat. episcopi. Ad quod etiam facit decisio Joannis de Anania in consi. xxij. ad appro-
7 bandam, dum concludit, quod † substitutio facta si sine filijs quis decesserit intelligitur tam de feminis, quam de masculis, attento quod testator in alia substitutione tantum de masculis erat loquutus, nam sicut in ea se restrinxit ad masculos, ita fecisset in alia si voluisset ita cum sibi facile fuisset, ita loqui, sicut in alia loquutus fuit, nō dixit ergo dicitur noluisse, sic igitur in casu nostro in simili dicendum est, vt dictum fuit.

¶Quarto hoc idem ostenditur, considerando quod in predicto instrumento recte considerato, in ver. volumus, quod vocatio maioris, etc. dicitur in effectu poni regula, a qua postea in ver. Attamen ponitur, quedam fallentia, seu exceptio per moduz ad-
8 uersandi, † nam dictio, tamen, dicitur aduersatiua vt per plura iura dixit Bar. in l. j. in princ. j. col. in versi. est igitur melior litera, non tamen. ff. si quis ius dic. non obtemp. et dicitur precedentium limitatiua vt per Aret. in l. j. §. pupillus. in princi. ff. de acquir. possess. et sic in effectu operatur seu ponit exceptionem a regula, que precedit vt declarat Beltrād. in cósi. ccxxiij. viso consultationis themate. nu. 3. iij. vol. ex primis. dico itaq; in proposito, quod in d. versi. volumus, etc. ponitur regula, quod
9 † professus in aliqua religione, de qua ibi, licet sit proximior primogenitus non admittatur, a qua regula in ver. attamen si talis filius, etc. excipitur casus, quādo talis filius scilicet professus in aliqua religione reperiretur episcopus, Cardinalis, vel in alia dignitate de qua ibi, et sic satis clare in predictis verbis, et

toto illo capitulo determinatur, quod professus in religione nō admittatur, nisi sit episcopus, vel Cardinalis, ⁊c. Ad quod bene facit uis illius dictionis, si talis, ⁊c. nam importat eum de quo statim loquutus erat, ⁊ cū sua qualitate, sed statim loquutus erat de primogenito professo in religione ergo de eodem loquitur si in dignitate sit positus.

¶ Quinto, ⁊ vltimo predicta opinio comprobatur per locum
10 ab idētitate rationis, † qui est fortis modus arguēdi. l. illud. ff. ad leg. acquil. l. a Titio in fi. prin. ff. de ver. oblig. l. fi. C. ad leg. falcid. ⁊ c. cōstitutionē. de regular. lib. vj. cum similibus, sed in episcopo aut Cardinali, vel simili professo in religione est omnino eadem ratio, que in non professo, merito debet ille versi. attamen. ⁊c. ⁊ exceptio ibi posita intelligi tam in professo in religione, quam in non professo propter eandem rationem.

¶ Quod aūt sit eadē ratio probatur, nam ratio exceptionis predicte, ⁊ quare author instrumenti, ⁊ maioricatuum erector voluit Cardinales, episcopos, ⁊ similes (licet ex eis non sperentur proles) admittendos esse ad maioricatus per totum tempus vite eorū nulla alia potest reddi, aut cōsiderari ratio, nisi vt ipsi in tali dignitate positi, eam honoratius tenere possint, ⁊ talis dignitatis onera facilius sufferre valeāt mediantibus red
11 ditibus, seu fructibus dictorum maioricatuum, etenim † precipuū substentaculum dignitatis sunt diuitie sine quibus sordescūt homines. l. quisquis. C. ad leg. Juliā maiest. hinc dicebat Augustinus lib. iij. de ciuitate Dei c. ij. ꝙ per diuitias decus, ⁊ honor apud homines, ⁊ familias conseruatur, ad quod plura adduci possent vt per Andr. Barbat. in consi. lvij. clementissimū Deum. col. xj. ver. facit ēt ꝙ iste. iiij. vol. ⁊ ego dixi in consil. j. factum tale proponitur. nu. 38. ⁊ 39. j. vol. Sed ista ratio ita vigebit in domino Vlisse aliquā ex predictis dignitatibus habente, si per prius fuisset professus in aliqua religione, sicut si non fuisset professus, cum vtroqꝫ casu dignitatem illam haberet, ⁊ onera eius passurus esset, ergo ⁊c.

12 ¶ Nec dicatur, ꝙ † ex quo predicta ratio non est scripta, nō debet ex ea posse argui vt voluit Bar. in l. liberorum. vj. col. ver. quero pone retento eodem themate. ff. de verbo. significatio. Quoniam respondetur illud verum, quando ratio non sit vnica tantum sed si sit vnica illa habetur pro scripta, ⁊ ab eo arguitur tanquam a ratione scripta iuxta singularem illam glo. com
* muniter * ab omnibus receptā in l. quāuis. C. de fideicōmis. cum concordantibus vt per Deci. in consi. ccccclxiij. in causa in qua agitur ij. col. per Ruyn. in consi. xxxj. visis ac diligenter pōderatis. nu. 3. iij. vol. per Parisi. in consi. lxxxiij. pro resolutione. nu. 23. iij. volu. ⁊ per Beltrand. in consil. ccc. in casu. nu. 3. j. vol. ex primis. ⁊ dixi in consi. clxvij. dominus Bernardinus de Panigaleis. nu. 21. ij. vol. ⁊ alibi sepe.

¶ Nec dicatur non probari ꝙ ratio predicta sit vnica, ⁊ ꝙ in dubio presumūtur plures rationes vt voluit Alexā. in l. si constante. in ix. q. j. partis. ff. solut. matr. ⁊ Jas. in auth. quas actiones. ij. col. C. de sacrosanct. eccles. Quoniam respondetur, ⁊ de plano, ⁊ (ni fallor) ista est veritas, ꝙ immo vnicam esse rationē satis constat, ex eo, ꝙ illa in promptu est omnibus, ⁊ alia allegari, aut considerari non potest.

¶ Nec sufficit dicere immo sunt plures nisi alia colorata allegetur, per quam ea quam quis vnicam asserit reddatur dubia, ⁊ incerta, ⁊ vbi alia non allegetur, illa remanet vnica, ⁊ ab ea semper arguitur, alioquin regula glo. in d. l. quamuis commu
* niter * per omnes vbiqꝫ approbata nunquam posset verificari, quia cōtra arguentem a ratione non scripta tanquam ab vnica facile esset dicere ꝙ immo sunt plures, quod valde absurdum esset, ⁊ destrueretur illa communis regula, ⁊ ita ego sepissime dixi legendo, ⁊ dixi etiam in d. consil. j. nume. 53. vbi ostendi ita voluisse Salyc. in l. serui vestri. C. de noxal. Claud. de Seyssel. in d. l. si constante. ⁊ Curt. Jun. in consi. lxxx. ⁊ ad ibi dicta me refero, ⁊ idem recte intuenti voluit Parisi. in consil. v. viso testamento. nu. 23. ⁊ in consil. xvj. videtur prima facie nu
13 me. 36. iij. vol. dum in vtroqꝫ loco dicit † cum nulla alia ratio allegari aut cōsiderari possit, debet illa que allegatur velut vnica haberi pro expressa. Idem voluit Cassan. in consi. viij. super duabus. nu. 4. ⁊ 5. dum post Jas. quem allegat dicit pluralitatem rationum nō presumi, intendens in hoc post Jas. reprobare Saly. in d. l. serui vestri. qui secundum eos contrarium voluit, licet ego aliter Saly. intelligam vt dixi in d. consi. j. ⁊ hanc materiam (ni fallor) ita intellexit Deci. in consil. xv. ⁊ pro tenui ij. col. ⁊ plenius in consil. ccclxxij. visis, ⁊ diligenter considera

tis. nu. 4. in fin. ⁊ nume. 5. dum aperte dicit ꝙ in casu suo ratio per eum considerata videlicet fauor conseruande agnationis dicitur certa, ⁊ ab ea arguitur, cum illa sola, ⁊ non alia reddi possit arg. l. ij. ff. de liber. ⁊ posthum. vult ergo manifeste, ꝙ nō sufficiat dicere, ꝙ sint plures rationes, sed opus est, ꝙ aliqua alia probabilis ratio allegetur, ⁊ ideo post Bal. quem ibi allegat reprobat dictum, ⁊ rationem Bart. in d. l. liberorum. ff. de verbo. significa. vt per eum. Cū igitur in proposito nostro ratio predicte exceptionis de positis in dignitate sit illa scilicet vt dignitatis honorem, ⁊ onera facilius ferre valeant, nec alia allegari, aut considerari possit, ⁊ illa procedat etiam si talis habēs dignitatem per prius fuisset professus in aliqua religione ergo sequitur, ꝙ etiam in eo procedit exceptio predicta.

¶ Et ex his quinqꝫ fundamentis ex vltimo presertim constat allegata in contrarium nihil obstare, nam dum primo dicebatur ꝙ professio in religione facit aliquē inhabilē, respondetur illud esse verū nisi ei superueniat aliqua ex dignitatibus predictis, nam per eam de inhabili efficitur habilis per ea, que dicta fuerunt maxime in quarto, ⁊ quinto fundamento.

¶ Et licet illa exceptio que ponitur in ver. attamen, ⁊c. possit forte importare quod in argumento dicebatur, non tamen negatur quin etiam importet vt dictum fuit in quarto fundamento, ⁊ alia etiam fundamenta important. Immo credo, ꝙ talis exceptio magis sit aptanda simpliciter ad regulam, qua erat dictū professum in religione admitti nō posse scilicet nisi talis reperiatur in dignitate ⁊c. vt supra deductū fuit, ꝙ particulariter ad id qđ dictū erat de impeditis cōtrahere matrimoniū, ⁊ ma
14 xime quia licet † existens in episcopatu, vel cardinalatu matrimonium non possit contrahere, ⁊ in tali statu permanere, talem tamen statū dimittendo si non sit in sacris positus posset matrimonium contrahere. c. j. c. iij. c. diuersis. ⁊ c. cū dedecorem. de cler. coniugat.

¶ Non obstat secundum, qr respondetur, esto ꝙ caracter ille imprimatur, ⁊ sit indelebilis, non tamen per se facit quē inhabilē ad maioricatus de quibus agitur, sed inhabilitas nascebatur in casu nostro ex volūtate ordinantis dictos maioricatus, vnde cum ex eiusdē voluntate habilitetur, qui reperitur in dignitate caracter predictus per se nō impedit, sed bene impedimentū, qđ oriebatur per professionē in religione, qr sic ordinauerat erector dictorum maioricatuū dicitur postea sublatū superueniente dignitate ex eiusdem erectoris ordinatione.

¶ Nec predictis obstat, ꝙ d. Vlisses exclusus fuerit vti religiosus simpliciter, ⁊ sic perpetuo, vt dictum fuit in precedenti quest. Quoniā respondetur, ꝙ ex eo solū impeditur reintegrari, vt ibi dictū fuit, ⁊ hoc in casu ij. quest. fatemur. sed non fuit exclusus, quin factus habilis posset admitti, si nouiter ei deferentur maioricatus, per ea que tradunt Docto. communiter *
15 in l. j. §. veteres. ff. de acquirend. posses. dum volunt, ꝙ † filia per statutum exclusa a successione patris simpliciter, ⁊ sic perpetuo, licet non sit reintegranda mortuo fratre sine filijs tamen nō excluditur a successione fratris si ei de iure deferatur vt ibi plene per Alex. do. meum Soci. Jas. ⁊ alios. sic enim in casu nostro dicendum est, cum Vlisses propter dignitatem sit habilis vt in vita sua tenere possit, ⁊ hec sufficiant pro resolutione secunde questionis.

¶ Capio modo iij. quest. in qua non videtur insistendū quoniam arbitror eam decisam ex dictis supra circa primam questionem illo primo modo intellectam, de quo ibi pertractaui, concludenter igitur loquendo arbitror, ꝙ si dignitas, episcopatus, Cardinalatus, vel similis conferatur predicto dn̄o Vlissi in religione professo, ⁊ istud contingat postquā dn̄s Tarquinus realiter admissus fuit ad dictos maioricatus non poterit dn̄s Vlisses illos aufferre de manibus Tarquini, sicut ēt in d. j. quest. dictum fuit, ꝙ nō potuisset de manu Agamemnonis aufferre per rationem de qua ibi. Nam predictus Vlisses decedente Agamemnone fuit exclusus per Tarquinum nedum vti religiosus, ⁊ professus, sed etiam vti remotior, ⁊ exclusio ipsa ex vtroque capite fuit perpetua igitur durante vita Tarquini de manu eius aufferri non possunt maioricatus predicti per Vlissem iam exclusum licet postea factus esset episcopus, Cardinalis, aut similis.

¶ Primo qr superueniens illa dignitas nō debet aufferre qđ iam perfecte erat acquisitū licet eīn propter talem dignitatē videatur eo respectu cessare ratio inhabilitatis ꝓpter quā ex vna
16 causa fuit exclusus tū nō cessat † effectus cū iā esset cōsumatus

vt docet Bar. in l. ij. §. fin. ff. de dona. cum concordantibus vt per Dec. in consi. xxiiij. & pro virili mea. ij. col. ver. ij. suadetur ex eo, & probatur in l. fina. in prin. ff. vnde liber. prout eam l. ad hoc expendunt Bar. & Deci. in locis predictis, & maxime hoc
17 est in casu isto dicendum, quia† causa acquirendi maioricatus predictos, & quamlibet successionem, seu hereditatem non respicit effectum successiuum sed momento fit acquisitio vt post Petr. declarat Bal. in l. generaliter mihi iiij. col. in princi. dū loquitur de causa finali. C. de episc. & cleric. & tradit Dominus meus Socin. in consi. lxxxj. non est dubium v. colum. versicu. non obstant iij. volu. & sicut id est in causa acquirendi pari modo erit in causa excludendi, nam cum vni acquiritur alius excluditur, dico enim in proposito q causa acquirēdi dicto Tarquino fuit, qr erat proximior habilis, & causa excludendi Ulissem (vbi alia ratio non subesset.) fuit, quia propter religionem erat inhabilis, que cause momento operate sunt effectum suum acquisitionis, & exclusionis, & sic produxerunt effectum consumatum merito nō est postea attendendum, q Ulisses efficiatur habilis propter dignitatem superuenientem.

¶ Ad hoc bene facit Decisio Jac. de Beluis. Nicol. de Neapoli, Bald. & Aluarotti in c. j. de duob. fratr. a capit. inuestitu.
18 dum† volunt q matertera, que fuit admissa ad feudum propter defectum masculorum non debet postea priuari, licet superueniant masculi vt per eos, & licet plerique teneant contrarium, tamen ista est communis * vt ibi dicit Aluar. & Jacobi. de sancto Georgio in sua inuestitura in versicu. & feminis. in fin. Sic ergo & de Tarquino isto casu dicendum est vt scilicet postquam fuit admissus nō debeat priuari per Ulissem, licet sit factus habilis.

¶ Secundo ēt qr Ulisses fuit exclusus ēt vti remotior, cū Tarquinus esset filius dicti Agamemnonis, & ista causa adhuc durat, qr semper Tarquinus ipsi Agamemnoni patri eius dr̄ proximior Ulisse filio fratris dicti Agamemnonis, & sic in hac iij. q. procul dubio cōcludendū est per Ulissem (licet sit habilis ppter dignitatē) nō posse auferri maioricatus istos de manu Tarquini adhuc viuētis, ex his tñ non est inferendum, q si in posterū vacarent maioricatus, quin Ulisses admitti posset si reperiretur proximior cum sit habilis vt in ij. q. dictum fuit.

¶ Sequitur quarta questio videlicet stāte pdicta resolutione iij. quest. vtrū Ulisses nūc habilis ppter dignitatē factus possit obtinere Casale magnum si vnquam recuperabitur, de quo hucusq litigatū fuit & nunq̄ fuit realiter acquisitū Tarquino.

¶ Et prima fronte videtur pro Ulisse respōdēdū, nā cū in precedēti qōne cōtra eū fuerit determinatū inter cetera, qr maioricatus predicti fuerūt iam acquisiti Tarquino, & ob eam causam non conueniat, q ab eo auferantur vt ibi dictum fuit sequi videt, q id quod nō fuisset acquisitū debeat ipsi Ulissi posse acquiri. Sed sic est, q maioricatus Casalis magni nunq̄ videtur ipsi Tarquino acquisitus, cū per Alios possideatur, & litigiosus semper fuerit ergo vr̄ q si finita lite in fauorē istius Nobilissime familie ei realiter acquirat dn̄s Ulisses debeat ad illum admitti attēto, q nunc reperitur habilis, & est proximior quōdam Menelao fratri eius, qui sine liberis decesserat, & sic videt, q Tarquinus talē maioricatum habere non possit, cum nunc de nouo videatur acquiri tāquā a predicto Menelao proueniēs cui dn̄s Ulisses qui nunc est habilis proximior erat, licet ergo ipse non possit auferre maioricatus, quos Tarquinus vere, & realiter acquisiuit, tamen per predicta vr̄, q Casale magnum habere possit. & sic impedire ne Tarquino acquiratur, multa
19 † enim impediuntur fieri, que tamen facta tenerent. l. patre furioso. & ibi Bar. & alij. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. cum concordantibus, de quibus ibi per glo. & Canonist. tradūt per illum tex. in c. ad apostolicam. de regular.

¶ Facit, & illud turpius eijcitur, quam nō admittitur hospes, de quo in c. quemadmodum. de iureiur. & not. glo. in c. quanuis. de donat. inter vir. & vxor.

¶ Nec videtur obstare si dicatur, q Tarquinus, & sui antecessores habuerūt, & habēt ius ad Casale magnum recuperandū vnde videntur etiam illud habuisse. per l. qui actionē. ff. de re-
20 gu. iur. Quoniā respondetur, q† minus est actionem habere, quam rem l. minus. eod. titu. & d. l. qui actionem procedit non vere, sed per interpretationem vt dixit Bartol. in l. Gallus. §. videndum. in fin. ff. de liber. & posthu.

¶ Sed tamen his non obstantibus contrarium puto verius, & sic concludo q si quando Maioricatus Casalis magni recuperabitur viuente ipso Tarquino ad eum pertinebit, & non ad Ulissem, licet tempore recuperationis reperiatur habilis propter dignitatem episcopalem, vel similem, quam haberet, dico enim, q licet realiter & quo ad naturalem possessionem Casale magnum non peruenerit ad dictum Tarquinū, sicut nec ēt ad Agamemnonē, nec ante eū ad Menelaum, quia iniuste per alium occupatū fuit, tamen dr̄ ad predictos ordine successiuo vna cū alijs maioricatibus peruenisse ius, & actio ad illud, quo iure vsi fuerunt, actionem ad recuperandum tale Casale magnū proponentes, & adhuc prosequitur eā dictus Tarquinus, vnde saltē quo ad hoc dicitur, & videtur ad eos, & sic hodie ad
21 Tarquinum peruenisse quia† quis dicitur apud se habere id ad quod habet actionem l. id apud se. ff. de verb. significatio. & l. qui actionem. ff. de regu. iur. & ad hoc facit glo. super verbo. quod non suum in l. fina. C. vnd. vi. prope finem. dicta gloss. ibi primo casu, &c. vult enim quem teneri, quod expulsus fuerat perinde ac si haberet rem ipsam, ex quo habet interdictum ad recuperandam, id enim videtur parificari possessioni rei, fortius ergo erit, vt supra, dicendum in casu nostro, cum Tarquinus, & antecessores nedum habuerint tale interdictum, sed illud in iudicio proposuerint, et iam vnam sententiam pro restitutione obtinuerint, & nunc prosequantur in causa supplicationis.

¶ Facit etiam quod dixit Bart. in l. si prius. ff. de no. oper.
22 nunciat. in j. questio. nam† sicut paria sunt amittere actionem ad possessionem recuperandam, & amittere possessionem ipsam vt ibi dicit Bar. arg. d. l. qui actionem. Ita per contrarium paria esse debēt, q Tarquinus, & antecessores re ipsa habuissent maioricatum Casalis magni, & q habuerunt, & habet hodie Tarquinus ius ad eius recuperationem, cum contrariorum sit eadem disciplina vt per Doct. & ibi post alios plene declaraui in rub. ff. de acquir. poss.

¶ Accedat predictis pulchra decisio Carol. Ruyn. in consil. clxj. premittendum est in primis. nu. 13. & 14. j. vol. vbi per d.
23 l. qui actionem determinat, q† qui habet interdictum recuperande, quia fuit spoliatus debet in petitorio obtinere partes rei perinde ac si rem illam possideret. & pro hoc etiam allegat glo. in d. l. fi. & Bart. in d. l. si prius, & alia quedam vt per eum.

¶ Sed quid plura dimissis alijs argumentis, que fieri possent dico, q hoc aperte colligitur ex verbis instrumēti dictorum maioricatuum, seu in capitulis eius, nam dum excluditur primogenitus proximior professus in aliqua religione, & vocatur qui post illū reperitur proximior expresse dicitur, q vocetur, & admittatur ad illos maioricatus cū titulo Casalis magni, ex quibus verbis ostenditur q Casale magnum vel eius titulus debet esse vnitum, vel vnitus cum alijs maioricatibus. l. si cui fundum. ff. de fund. instr. & dixit forte cū titulo, & non cum Casali magno, quia forte iam Casale magnū erat occupatū, vt sic solū apud eū & vocandos ad maioricatus solus titulus remanserat cum iure ad recuperandum vsq ad actualem recuperationem.

¶ Et si dicatur q forte iste non est sensus illorum verborum cū titulo Casalis magni, vt scilicet titulum, & ius ad Casale magnū coniungat cum alijs maioricatibus, sed q omnes maioricatus debent teneri pro vno & sub titulo Casalis magni, vt sic omnes simul vocentur vno nomine scilicet maioricatus Casalis magni, & sic dicatur, q cesset argumentum.

¶ Respondetur primo, q precedens intellectus videt magis congruere narratis in puncto, nam solum de dicto titulo Casalis magni fit mentio quādo vocatur proximior post professum in aliqua religione non autem aliquid dr̄ de eo in principio puncti, quando ordinatur q filius primogenitus succedat &c.

¶ Et licet in particula instrumenti mihi exhibita legatur cum dicto titulo, &c. per que verba ostenditur, q supra etiam de dicto titulo aliquid erat dictum, tamen cum non viderim precedentia in dicto instrumento non possum pro certo firmare quid talia verba importent.

¶ Sed vbi sensus quem primo dixi esset verus prout narratis in puncto conuenire videtur in dictis verbis poneretur determinatio huius quarte questionis.

¶ Uel secūdo respondetur (si cui talis sensus non placeat, sed secundus) q si omniū maioricatuum titulus & nomen debeat esse maioricatus Casalis magni, nō conueniret, q in Menelaū, Agamemnonē, & Tarquinū successiue peruenisset maior pars dicti maioricatus absque iure competente ad Casale magnū, eo quod erat caput ipsius maioricatus, & si nunq recuperaretur

raretur absurdum esset, q Tarquinus haberet alios maioricatus sub titulo, & nomine Casalis magni, & Casale magnū esset dñi Vlissis, vnde ratione euitandi talis absurdi, & incōuenien-
24 tis illud dici nō debet, semper† enim fieri debet illa interpretatio per quam euitantur absurda l. duobus. ff. de liberal. caus. l. sed & si vnius. §. si. ff. de iniur. & l. heredes mei. §. cū ita. vbi no taui. ff. ad trebel. cum vulgaribus, & concordantibus vt alias dixi in consi. j. factum tale proponitur. j. vol. & in consi. x. abunde & subtiliter. nu. 16. ij. vol.

¶ Tertio ēt dico, q vbi argumentū de dictis verbis cū titulo Casalis magni nihil esset, tamen conclusio supra posita ex alijs supra deductis optime iustificatur, quibus demum accedat, q habilitas reperta in persona vlissis propter dignitatem solū est attendenda vt ille admittatur, qñ per mortē possidentis maioricatus vacaret, venit enim deferēdus proximiori primogenito, & ideo si tunc Vlisses erit talis admittetur nō obstāte sua professione in religione, quia ob dignitatē reperietur habilis vt fuit dictum supra in ij. q. tunc enim apud aliquem non reperitur maioricatus, nec ius ad illum, sed vacat. Sed propter recuperationem dicti Casalis magni hoc non contingeret, quoniam maioricatus, & ius ad Casale magnum reperiretur apud Tarquinū igitur Vlisses admitti quoquo modo non potest, nec aufferre debet de manibus Tarquini quod sibi iure iam erat acquisitum vt in prima. & iij. q. fuit dictū.

¶ Non obstant modo allegata supra in contrarium, quia vere nihil faciunt, & ex iā dictis colligitur clara, & vera respōsio.

¶ Nam dum primo dicebatur, quod Casale magnum non fuerat acquisitum Tarquino, illud non obstat quia satis est quod fuit acquisitum ius ad illud, & titulus eius, nam ex eo rem ipsam, seu possessionem habuisse dicitur per dicta l. qui actionem, vt dictum est.

¶ Nec obstat, q l. illa videatur loqui per interpretationem, & q minus sit habere actionem, quam rem. Quoniam respōdetur illud esse verū respectu ipsius, quia vere minus, & fragilius
25 ius habet, cum† melius sit incumbere rei, quam actioni. l. plus cautionis in rem. ff. de regn. iur. maxime propter commoduꝫ possessionis, iuxta. §. commodum. institu. de interdict. & propter alia vt per Deci. in d. l. qui actionem. qui ēt dicit, q illa regula procedit largo quodammodo loquēdi, & que nō procedit in materia stricte interpretanda prout loquitur Bar. in d. §. videndum, & declarat Ruin. in dicto consil. cxxj. sed in casu nostro loquimur respectu alterius, & plus etiam non sumus in materia stricte interpretanda, immo in fauorabili iuxta. c. reintegranda. iij. q. j. ergo &c.

¶ Et preterea si quando recuperabitur Casale magnum non dicetur vere acquiri de nouo, sꝫ potius declarari quod ad Tarquinum iam pertinebat. arg. l. sicut. §. sed si queratur. ff. si ser-
26 uit. vendicet. Nam† sicut per sententiam in reali iudicio, vel in confessoria non inducitur acquisitio dominij, aut seruitus, sed declaratur seruitus iam constituta, & dominium esse actoris singula, singulis congrue referendo vt ibi iuncta. l. ex diuerso. §. j. ff. de rei vendicat. & his, que vtrobiqꝫ dicunt Doct. ita & in interdicto recuperande, seu per iudicis sententiam in eo non datur de nouo possessio, sed restituitur, & sic declaratur olim possedisse vt in l. j. post princ. & per totum titu. ff. de vi & vi arm. & in §. recuperande. institu. de interd. cum similibus vt constat ex his, que tradunt Doct. in l. naturaliter. §. nihil commune. circa primam lecturam. ff. de acquir. possess. & in c. sepe. de restitu. spoliat.

¶ Nec secūdo obstāt illa duo vulgata. s. multa impediuntur fieri, &c. & Turpius eijcitur, &c. que in contrariū allegabantur, q sunt omnino extra propositū, qm in casu nostro nō agimus de impediēdo Tarquino, quin admittatur, cū dicamus eū vere fuisse, & esse admissum ad successionē maioricatuū, & simul ēt ad Casale magnū respectu eius, quod in eo haberi potuit, scilicet ad ius ad illud recuperandū, licet nō ad naturalem possessionem, quia illa iniuste per aliū tenebatur, sed quantum pertinet ad Vlisseꝫ, & alios agnatos Tarquinus dicitur admissus, etiam ad Casale magnū, per ea que dicta sunt. Non enim debet attēdi tempus accipiende corporalis possessionis, sed tempus delate & acquisite successionis in maioricatibus predictis, vt ex predictis constat, vnde cum tunc Vlisses esset inhabilis absqꝫ dubio nihil ex talibus maioricatibus habere potest, & sic nec etiam Casale magnum si recuperaretur, & ita sit expedita quarta questio.

¶ Sequitur quinta, & vltima questio vtrum. s. Vlisses iam factus habilis propter dignitatem posset succedere in dictis maioricatibus si Tarquinus sine liberis decederet exclusis omnibus alijs ēt proximioribus? in qua questione pro eius resolutione aduertendū in primis est si tempore mortis Tarquini nullus ei reperietur proximior dicto Vlisse proculdubio stantibus predictis Vlisses vti proximior admitteretur, cum reperiretur habilis, & nullus eum precederet per ea que dicta fuerunt supra in ij. quest.

¶ Verum si illo tempore superesset aliquis ipsi Tarquino proximior, quam sit Vlisses, puta frater Tarquini, aut predefuncti fratris filius, aut quis alius, res videretur dubia, & difficultas consistere videtur, quomodo intelligātur verba, que circa principiū puncti ponūtur, quādo in eo dr̄, alioquin succederet proximior ex suo genere, & videtur totū pendere ab illa magna
27 & trita difficultate† vtrum. s. quando vocatur proximior inspiciatur proximitas persone vltimo defuncte, an vero testatoris, vel alterius disponētis de qua per Bar. Patruum, & dominū meum Socin. & alios in l. si cognatis. ff. de reb. dubijs. & per eundem Socin. in consi. ccxlix. materia presentis consultationis. col. mihi xiij. cum sex sequentibus. incipiendo in ver. circa secundam difficultatem. ij. volu. & plene ego tractaui in consil. cxxvj. in testamento egregij viri Petri Michelini, a nu. 21. vsque in fin. j. volu. nam si diceremus attendendam esse proximitatem disponentis & sic illius Illustris domini Hectoris, si non extaret frater Tarquini vel patruus, nec alius superior Vlisses veluti proximior do. Hectoris admitteretur non obstāte sua professione in religione per dicta supra in ij. q.

¶ Sed si extaret frater Tarquini cū ipse pari gradu diceretur cum Vlisse proximus, seu coniunctus dño Hectori esset considerandū, quis illorū esset maior natu, naꝫ ille solus vocaretur, cum in predicto instrumento ordinetur, q semper succedat vnus, & primogenitus ex proximioribus.

¶ Si vero diceremus esse attendendaꝫ proximitatem vltimo decedentis, & sic in casu nostro Tarquini si sine liberis decederet, tunc siue frater eius, siue fratris filius superesset, siue alius quilibet, qui ipsi Tarquino esset proximior dicto Vlisse putarem, quod ipse talis proximior admitteretur Vlisse tanquam remotiori excluso.

¶ Nec iudicio meo quicquam faceret quod eiusmodi maioricatus iam fuerunt Achillis patris & postea Menelai fratris dicti Vlissis, quoniam cū Menelao iuridice successerit Agamemnon cui postea successit Tarquinus semper excluso Vlisse veluti inhabili, & quidem perpetuo certe proximitas, quam habuit Vlisses cum patre, & fratre non est habenda in consideratione quia iam excluso Vlisse effectus acquisitionis fuit consumatus in persona Agamemnonis vt fuit dictum supra in j. & ij. q. solum autem considerandum est si Tarquinus sine liberis decedat, ad quem maioricatus isti perueniant vti per mortem illius vacantes? & deferentur absqꝫ dubio proximiori ex genere suo vt in instrumento dicitur, & sic proximiori agnato. Et locus erit disputationi de qua supra. s. cuius proximitas sit consideranda an domini Hectoris, an Tarquini?

¶ In qua difficultate licet amplissima sit, et plura validissima argumenta hinc & inde allegari possent vt per do. meum Socin. in dicto consi. ccxlix. & per me in dicto consil. cxxvj. ta-
28 men† in fideicommisso in quo post mortem alicuius sine liberis vocantur proximiores, in dubio semper mihi placuit vt inspiciatur proximitas ipsius grauati vltimo defuncti prout pluries firmauit dominus meus Socin. legendo, & consulendo vt ego deduco in dicto consi. cxxvj. nume. 40. ita enim solitus sum tenere in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia. & ita cōsulendo pluries sum secutus, vt constat in ꝯsil. cxvj. ingrediens religionem nume. 6. et 25. in consil. cxxxiij. quia presens consultatio. nume. 27. & in consil. cxxxv. stante testamento domini Antonij nume. 3. j. volu. & plenius in d. consil.
* cxxvj. vbi lōge hanc difficultatem disputando tandem pro veriori opinione * firmaui proximitatem vltimo defuncti & grauati esse attendendam.

¶ Et vltra multas & cōcludētes rōnes allegaui plures Doct. ita tenentes vsqꝫ ad xxij. & sic ostendi hanc opinionem nedum veram esse in puncto iuris, & ēt equam, sed ēt communem fere omnium doctorum. Et nūc vltra ibi allegatos addo q eandē opinionē tenuerūt Carol. Ruin. in consi. cxcj. proponit in thema q testator nu. 7. cū sequentib. ij. vol. Parisi. in consil. xl.

iste abnepos descendens nu. 17. ij. volu. & Gozad. in consi. xl. prout potui ex narratis. nu. 17. & 32. si igitur illud est in fideicommissis vt proximitas grauati vltimo decedentis sit attendenda vt dictum est, idem paribus rationibus dicendum est in casu nostro, in quo ad instar fideicommissi habens maioricatum videtur grauatus, vt si sine liberis decedat proximiori restituat.

¶ Sed magis in simili confirmatur opinio ista in casu nostro
29 de eo quod dicimus in feudis, nam † si feudum sit susceptum pro se, & descendentibus, ita quidem vt sub nomine illo collectiuo comprehendantur plures, & sit deferendum gradatim proximioribus, si postea contingat post vltimo decedentem reperiri aliquem qui sit proximior defuncto, sed non primo stipulatori, cui alter erat proximior, admittetur ille qui defuncto erat proximior vt bene probatur, & ibi tradunt Isern. & alij feudiste in c. j. de nat. success. feud. & dixit dominus meus Socin. in dicto consi. cclix. in vj. suo fundamento, & ego dixi in dicto consi. cxxvj. in quinto argumento quod pro ista opinione feci, ita ergo & in casu nostro in istis maioricatibus dicendum est, nam maioricatus isti multum assimilantur feudis, quoniam sicut feudum oritur ex prouisione primi stipulatoris, & ex gratia concedentis, & transit gradatim in proximiores descendentes, ita isti maioricatus habent originem ex prouisione Illustris domini Hectoris, primi erigentis, & ex gratia Regis confirmantis, & sunt transituri in proximiorem descendentem primogenitum vt instrumento continetur, merito ergo sicut in feudis inspicitur proximitas vltimo morientis vt dictũ est, debet etiam in casu nostro inspici proximitas Tarquini, qui dicetur vltimo mori sine liberis, si casus ille vnquam continget, vt sic proximiores ipsi Tarquino excludant predictum Vlissem licet habilem vti remotiorem.

¶ Et ista conclusio videtur probari ex verbis dicti instrumenti satis aperte. Primo dum dicitur quod si primogenitus decedat sine filijs, succedat secundogenitus, & si non esset sui filij scilicet nepotes succedant, & descendẽtes ex illis, vnde si forte post mortem Tarquini reperietur frater eius, aut ex dicto fratre descendentes per expressa verba illius instrumenti vocarentur
30 & sic Vlisses diceretur exclusus, & † cum verba illa sint satis clara non est vlterius dubitandum l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. iij. sed ipsis verbis standum, & inseruiendum est l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercit. cum similibus.

¶ Secundo & apertius, quia dum in instrumento dicitur, quod adeptus dignitatem Episcopatus, aut similem admittatur ad istos maioricatus, aperte non stante alio propinquiore illo, & sic verba illa tunc admittunt habentem aliquam dignitatem ex predictis, quando esset proximior ei qui vltimo decedit, sed si illi reperiatur alter proximior, quam sit habens dignitatem, ille talis ratione propinquioritatis debet admitti, & quia etiam in hoc verba predicta sunt explicita & aperta, non est facienda alia questio per predicta. Et sic infertur in hac v. & vltima quest. quod dominus Vlisses si Tarquinus decederet sine liberis non excluderet alios agnatos proximiores.

¶ Et ex his sunt expedite omnes quinque questiones mihi proposite, in quibus, & qualibet earum secundum predicta concludendum puto, & ita iudicarem si causa mihi commissa fuisset. Laus Deo Optimo Maximo.

¶ Socinus Nepos Bononie legens. 1550.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XXIII.

¶ De statuto loquente de casis vel domibus an procedat in apotheca?

¶ De re communi solita locari, quod possit locari per vnum ex consortibus, qui habet maiorem partem?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Statuti uerba cum sunt clara, non est facienda alia disputatio.*
2 *Casæ ille proprio dicuntur quæ sunt ad habitationem hominum deputatæ.*
3 *Statutorum generalis natura est, ut intelligantur secundum uerba in eis contenta, illa proprie accipiendo.*
4 *Statuti uerba sunt intelligenda secundum communem usum loquendi*
5 *Illatio non potest fieri ex diuersis.*
6 *Diuersitas nominis inducit diuersitatem rei.*
7 *Captura à statuto prohibita in domo, non censetur prohibita in apotheca, quia differt apotheca à domo.*
8 *Locatio utiliter facta à consorte habente rem pro indiuiso cum alio debet per consortem approbari seu ratificari.*
9 *Consortes si sint discordes in locando rem communem ille præferendus est qui maiorem partem habet in ipsa re.*

CONSILIVM XXIII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie.

¶ Docte plurimũ ac copiose resoluit presentem cõsultationem in vtraque difficultate Magnificus & excellentissimus cõsultor dominus Angelus Nicolinus mihi vti frater honorandus, & ita diligenter omnia discussit, vt additioni locus non videatur relictus, vnde de simplici subscriptione requisitus omnibus diligenter consideratis vna cum domino consultore puto concludendum circa primam difficultatem quod magister Thomas Bondolus admittatur ad recuperandum sextam partem illius apothece de qua agitur. Venditam per illam mulierem eius sororem ipso magistro Thoma consorte sibi in alijs quinque partibus non requisito, & hoc vigore statuti Pistoriensis sub rubrica de prohibita alienatione rei communis irrequisito consorte. Quod statutum loquitur generaliter de rebus immobilibus, & sic etiam istam apothecam comprehendit, que erat communis ipsi magistro Thome habenti quinque partes cum domina Anastasia eius sorore habente sextam partem, facta enim alienatione per vnum ex consortibus de parte sua alio irrequisito statutum dat illi ius redi-
1 mendi, & † cum in hoc verba statuti sint clara non est facienda alia disputatio. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. iij. cum similibus.

¶ Difficultas solum consistit in statuto sequenti sub rubrica de casis non alienandis, &c. in quo videtur dari licentia cuilibet consorti transferendi seu adiudicandi casas, vel domos pro sua parte certis personis puta sorori, nepoti vel nepti, ex filio, vel filia, vel ex fratre, vel sorore, & econuerso, vnde fortius videtur quod domina Anastasia potuerit proprio filio, authen. multomagis. C. de episcop. & cleric. & quod in dicto statuto dicitur de casis vel domibus videtur habere locum, etiam in ista apotheca, quia & ipsa videtur casa quedam vel domus cum ex eisdem partibus constet veluti ex solo, pariete, & tecto, vnde cum domina Anastasia suam partem vendiderit proprio filio videtur id facere potuisse non obstante primo statuto cui per sequens videtur derogatum in casis, vel domibus respectu certarum personarum.

¶ Sed ad hoc multifariam multisque modis respondit Dominus consulens, et multum concludenter, & licet quelibet sua responsio stare possit, illa tamen videtur apertissima, quod secundum statutum loquitur de casis, vel de domibus ad ha-
2 bitationem hominum ordinatis. Ille † enim proprie case dicuntur iuxta. §. littorum. institut. de rer. diuisio. ibi casam imponere in quam se recipiat. Vnde Virgilius in Buccolicis Atque humiles habitare casas, sicut etiam domus proprie dicitur, que ad habitationem ordinatur l. lex Cornelia. §. domum. cum §. sequenti. ff. de iniurijs. cum alijs per dominum consulentem deductis. Et vltra eum ita voluit Ruin. in consi. lxxxi. in questione alimentorum. nu. 9. ij. volumi. & in casis vel domibus statutum ita disposuit mixta quadam consideratione habitationis, & coniunctarum personarum de quibus loquitur vt scilicet habitatio in illas personas coniunctas transire possit ex arbitrio consortis, nos vero loquimur in apotheca non ad habitandum ordinata, sed ad merces conficiendas, vel vendendas, & talis apotheca semper adlocata fuit, vnde cum statutum illud secundum veniat quodammodo ad correctionem seu limitationem precedentis debet intelligi pro-
3 prie & stricte in casis, vel domibus prout loquitur, & † prout est de generali natura statutorum, vt scilicet intelligantur secundum verba in eis contenta, illa proprie accipiendo adnot. per Doct. in l. quicquid astringende. ff. de verbo. obligatio. & in l. serui vestri. C. de noxal. cum similibus, vt plene deduxit

Dominus cõsulens vnde dici solet verbis statuti tenaciter in-
herendum esse, quia tantum disponunt quantum loquuntur
secundum Bal. in l. testamentum non ideo. C. de testamen. ⁊
tradit Corn. in consi. xc. scrupulosa videtur col. vj. iij. volu.
4 ¶ Facit † etiam quia verba statuti sunt intelligenda secundum
communẽ vsum loquendi iuxta tradita per glo. ⁊ Doct. in l. li
brorum. §. quod tamen cassius. ff. de legat. iij. cum similibus
vt scripsi in consi. x. abunde, ⁊ subtiliter nu. 9. ij. vol. sed ex com
muni vsu loquendi sub nomine case vel domus non venit apo
5 theca vt est notum cum diuersa sint ergo ⁊c. non enim † ex di-
uersis fieri potest illatio. l. fina. ff. de calumniat. l. inter stipu-
lantem. §. sacram. versi. sed hec dissimilia. ff. de verb. obligat.
cum vulgar.
6 ¶ Et ꝙ sint diuersa satis constat † ex diuerso nomine l. si idem.
C. de codicil. ⁊ tanquam diuersa presupponit Ruin. in consi.
clxxix. de validitate donationis nu. 4. j. volu. vbi ad hoc plures
allegat cõcludens ex eo, ꝙ si vnus testis deponat quid factum
fuisse in domo alius in apotheca ita non erunt contestes, quia
7 deponunt de diuersis locis vt per eum, ⁊ hinc est, quod † si lege
vel statuto prohibeatur ne quis in domo capiatur poterit ca-
pi in apotheca, quia scilicet differt a domo vt voluit Paul.
de Castr. in l. plerique. ff. de in ius vocan. vbi idem sequun-
tur alij maxime Alexand. in j. notab. ⁊ Iaso. in iij. colum. sub
nu. 17. ex his ergo ⁊ alijs per Dominum consulentem dedu-
ctis concluditur statutũ predictũ non obesse magistro Tho
me, quin ad sextam partem redimendam admittatur iuxta di
spositionem precedentis statuti.
In secunda difficultate dum queritur posito ꝙ ius redimendi
non competat (licet vere competat vt est dictum.) vtrum Lau-
rentius ipsius apothece conductor possit per filium domine
Anastasie expelli ratione sue sexte partis ex quo a solo magi-
stro Thoma locatio fuit facta? Breuiter pretermissis plури-
bus que hinc iudici possent vna cum domino consulentem cõ-
cludendum puto ꝙ expelli non possit, sed locatio predicta de-
bet omnino conseruari, nam cum illa pro parte pro indiuiso
expediri non possit quilibet ex consortibus maxime si essent pa
8 res, potuisset illam facere (intelligo de preueniente) ⁊ † vtiliter
locando debet talis locatio per consortem approbari, seu rati
ficari vt in terminis est doctrina Bart. in l. ⁊ hec distinctio. §.
cum fundum. in fin. ff. locat. cum concordantibus vt per Dec.
in l. si socius. in fin. ff. si cert. petat. prout etiam dixit dominus
consulens, ⁊ vltra eum dico ꝙ ita etiam firmat Ruin. ⁊ alios
etiam allegat in consi. cxliij. viso instrumento. nu. 3. iiij. vol.
¶ Et conclusio ista confirmatur vltra Dominum consultorẽ
9 concludenti ratione, nam † si locatio predicta facta non esset, ⁊
in locando essent discordes condomini puto absqꝫ dubio ꝙ
magister Thomas esset preferendus eo, ꝙ maiorem habeat
partem in apotheca arg. l. maiorem. ff. de pact. cum fine l. pre-
cedentis, nam sicut ibi statur voluntati maioris partis credito
rum, ⁊ dicitur maior pars respectu maioris summe debite, ita
in proposito deberet inter dissentientes stari voluntati, seu loca
tioni maioris partis, dominorum, ⁊ maior pars debet conside
rari respectu maioris iuris quod quis haberet, ⁊ sic in proposi
to magister Thomas vti maiorem partem habens diceretur
maior pars dominorum ⁊ ita semper in locando esset preferen
dus, ⁊ ita puto seruandum esse in futurum si ille nollet dictam
sextam partem redimere, quo posito, (prout verissimum est)
dico ꝙ fortius debet locatio per ipsum facta conseruari argu.
eius, quod dicitur turpius eijcitur, quam non admittitur ho-
spes de quo in c. quemadmodum extra de iureiuran. ⁊ etiam
quod dicitur multa impediuntur fieri, que tamen facta non
infirmantur. l. patre furioso. vbi Bart. ⁊ alij. ff. de his qui sunt
sui vel alien. iur. cum similibus. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1550.

CASVS.

CONSILII XXIIII.


OBILIS quidam N. cũ habuisset duos fratres alterum consanguineum tantũ, seu vt aiunt ex eodem patre natum, ⁊ alterum vtrinqꝫ coniunctum ambobus precedentibus superstitibus ex vtroqꝫ filijs masculis decessit intestatus, filius illius fratris consanguinei tantum existimans se exclusum per filios alterius fratris vtrinqꝫ coniuncti ipsius N. parua aliqua summa recepta finẽ fecit predictis filijs fratris vtrinqꝫ coniuncti, ⁊ sic patruelibus suis de bonis ⁊ hereditate dicti N. ⁊ eis omnia, ⁊ quecunque iura sua vendidit pro dicta parua quantitate vt latius publico instrumento constat, in quo adest iuramentum.

¶ Nunc predictus filius consanguinei tantũ pretendens se pariter cũ patruelibus successisse eorũ patruo N. petit portionẽ suam patruelibus ipsis reclamantibus. Queritur quid iuris?

¶ Et presupponitur, ꝙ in loco extat statutum sub rub. ꝙ nulla mulier ascẽdens, nec aliquis alius cõiunctus ex linea feminina succedat, ⁊c sub infrascriptis verbis, vel eqpollẽtibus, vcꝫ.

¶ Nulla mulier ascendens succedere possit descendenti ab intestato, idem in auo materno, ⁊ alijs vlterioribus in gradu coniunctis defuncto ex linea materna, siue sit de linea collaterali, siue de alia linea, ⁊ ita seruetur in quacunqꝫ alia persona coniuncta defuncto ratione feminini sexus, sed bona defuncti perueniant in agnatos masculos, siue parentes paternos proximiores in successione iuxta iuris ciuilis ordinem, ⁊c. vt latius ex ipso statuto constat, cuius copia transmittitur vna etiam cũ copia instrumenti finis, ⁊ venditionis, de quo supra.

¶ Et vbi iustitia patiatur petitur cõsiliũ in fauorẽ predicti filij fratris consanguinei tantũ, qui describetur per literam F.

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ Stãte statuto, ꝙ agnati excludãt cognatos vtrũ frater ↄsanguineus tm̃ admittaẽ ad successionẽ simul cũ vtrinqꝫ cõiũcto?

¶ De renũciatione, fine ⁊ vẽditione an. s. ab ea possit quis recedere, ꝑpter enormissimã lesionẽ, nõ obstãte, ꝙ fecerit plenã renunciationẽ, ⁊ ẽt plene iurauerit de non contraueniendo?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Coniunctus defuncto duplici uinculo præferendus est coniuncto ex uno uinculo tantum.*
2 *Statutum dum simpliciter uocat agnatos debet intelligi & interpretari secundum ius commune, & nu. 14.*
3 *Statutum debet interpretari ut unius lædat ius commune quam fieri poßit.*
4 *Statutum si præfert fratrem sorori, solum admittetur frater utrinque coniunctus.*
5 *Ciuitas q̃libet facit sibi ꝑpria statuta quæ in ea omnino seruãda sunt.*
6 *Dispositio conuenit ei cui conueniunt eius uerba, & econtra.*
7 *Agnati proximiores succedunt in feudis antiquis.*
8 *Cognatio uti impertinens non consideratur in succeßione feudi.*
9 *Statutum uocans consanguineos uel attinentes masculos ex parte patris usque ad certum gradum, habet locum, nedum si quis sit coniunctus utrinque, sed uocat etiam consanguineum tantum.*
10 *Frater consanguineus tantum in emphyteusi ecclesiastica accepta pro se filijsque suis & nepotibus masculis, fratri defuncto succedit una cum fratre utrinque coniuncto.*
11 *Statuto stante, quo ad succeßionem admittantur, & certas personas excludant agnati masculi usque ad quartum gradum secundum ordinem iuris canonici si contingat duos extare, qui attento ordine prædicto, sint in pari gradu uocabuntur simul, quamuis unus eorũ sit proximior, secundũ ordinem & cõputationẽ iuris ciuilis, ratione ut ibi.*
12 *Lex quando facit differentiam inter agnatos & cognatos, uidelicet, uocando agnatos & cognatos excludendo frater ex parte patris tantum uocatur cum utrinque coniuncto simul.*
13 *Vinculnm duplex habens prefertur habenti uxum, & hoc de iure communi, in quo hodie non fit differentia inter agnatos & cognatos, secus in dispositione statuti.*
14 *Statutum debet interpretari secũdum ius commune, nisi talis interpretatio repugnaret menti et intentioni statuentium. Et nisi statutum ueniat ad correctionem iuris communis, quia tunc non conuenit & à iure communi recipiat interpretationem.*
15 *Statutum loquens de agnatis debet intelligi de hijs qui sunt agnati ordinarie secundum communes regulas, & non de filio sororis qui ex noua lege Iustiniani factus est agnatus.*
16 *Statutum reducens nos ad ius ciuile antiquum debet dici fauorabile.*
17 *Illatio non bene fit ex diuersis.*
18 *Maior qui contrahendo iurauit an poßit uenire contra contractum suum, quando solum adesset enormis læsio.*
19 *Dolus re ipsa, & ex proposito uidentur æquiparari.*
20 *Maior si sit enormißime læsus, ita ut læsio excedat dimidiam in magna quantitate potest uti remedio resciforio, petita saltem & obtenta absolutione à iuramento, & hoc quia ratione enormißimæ læsionis præsumitur dolus aduersarij.*
21 *Iuramentum debet habere secum tres comites, scilicet iustitiam, ueritatem, & iudicium, & non debet esse iniquitatis uinculum.*

22 *Remedium l.ij.C.de rescinden.uend.habet locum in transactione quando in ea excessus seu deceptio transigentis esset ultra dimidiam iustæ æstimationis dubij euentus litis in magno excessu.*
23 *Iuri quod sibi competere ignorabat non consueuit, etiam cum iuramento renuntiare.*
24 *Iuramentum non tollit defectum insinuationis in donatione supra legitimam summam.*
25 *Renuntiatio etiam cum iuramento non operatur, nec trahitur ad casum enormissimæ læsionis.*
26 *Dolus aduersariorũ ex pposito psumitur ratione enormissime læsionis.*

CONSILIVM XXIIII.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Pro vera resolutione presentis consultationis duo veniunt discutienda.

¶ Primo vtrum stante predicto statuto predictus F. vna cum patruelibus N. eorũ patruo successerit, an vero per eos fuerit exclusus?

¶ Secundo posito q successerit vtrum ei ius suum nunc prosequi volenti obstet predicta finis, & venditio, attento maxime q fuit iuramento firmata?

¶ Circa primam questionem videtur prima facie dicendum
1 predictum F. per eius patrueles fuisse exclusum, nam † cum ipsi descendant ex defuncti fratre vtrinq; coniuncto, & ipsum representent velut habentes duplex vinculum scilicet agnationis, & cognationis debent preferri ipsi F. descendenti ex fratre consanguineo tantum, et sic coniuncto cum defuncto solum vinculo agnationis de quo est casus in authen. cessante. C. de legiti. hered. & in authen. itaq;. C. communia de success. & in corpore vnde sumuntur.

Nec huic fundamento videtur obstare q statutum de quo in puncto excludat cognatos, & simpliciter vocet agnatos, & omnes predicti patrueles sint pariter agnati, & sic propterea videatur pariter admittendi, quoniam videtur posse responderi, q
2 † statutum dum simpliciter vocat agnatos debet intelligi, & interpretari secundum ius commune iuxta tradita per Doct. in l. si serui vestri. C. de noxal. & in c. cum dilectus. extra de consuetudin. cum concordantibus vt dixi in consi. lxxv. quia coraz doctissimo viro nu. 4. ij. volu. & sic quod qui veniunt ex vtrinque coniuncto preferrantur.

¶ Et tanto magis in casu nostro ita dici debet, quia in statuto videtur exprimi quando in eo dicitur iuxta iuris ciuilis ordinem. Unde cum secundum ordinem iuris ciuilis filij fratris vtrinq; coniuncti excludant filios consanguinei tantum vt dicta auth. cessante cum similibus res clara videtur, quod etiam sic voluerit statutum.

3 ¶ Secundo probatur opinio predicta, quia† semper facienda est interpretatio vt statutum minus ledat ius cõe, q fieri possit vt per Abb. & alios in d. c. cum dilectus, vnde satis videtur q statutum de quo agimus, excludat cognatos, qui forte essent proximiores absq; q operetur consanguineum tantum equiparari in successione vtrinq; coniunctis contra regulam iuris communis, vt d. auth. cessante. cum socia supra allegatis.

Tertio probatur authoritate maiorũ nostrorũ ita enim in primis determinat Petr. de Anch. in c. canonum statuta in xiiij. quest. principali mihi col. lxxij. in versi. occurrunt alie questiones ibi interpreta non puto quendam Doctorem, &c. de constitu. & mouetur ratione illa, quia scilicet statuta semper debẽt intelligi secundum ius commune vt supra dicebam vt per euz. Idem videtur firmare Fulgos. in cõsi. lxxxv. in proposita que-
4 stione, in fortioribus terminis, vult enim q † si statutum prefert fratrem sorori solum admittetur frater vtrinq; cõiunctus vt per eum. Et demum hanc opinionem in terminis firmat Carol. Ruin. in consi. xxviij. viso statuto. in primo dubio, vbi etiam alios allegat & inter cetera dicit, q cum Petro de Anchar. simpliciter transit Jo. Baptista de sancto Seuerino in l. omnes populi in xv. q. ff. de iusti. & iur. mihi est colũ. lxvij. ac et Patruus, & dominus meus Socin. in consi. cclij. visis instrumentis col. mihi xiiij. ver. secundo ego respondeo.

¶ Ex his ergo videtur in proposito concludendũ predictũ F. filium fratris consanguinei tantũ fuisse exclusum per illos patrueles eius cum sint filij fratris vtrinq; coniuncti.

¶ Uerũ tamen istis non obstantibus maturius omnia considerando cõtrariũ verius esse puto, & sic concludo predictũ F. vna cum suis patruelibus patruo eorum successisse, & fundamentum est quia quicquid iure cõmuni dicendum esset in proposito casu consideranda est dispositio iuris municipalis, siue
5 statuti in loco existentis, nam † cum quelibet ciuitas abundet in sensu suo, facit sibi propria statuta, que in ea omnino seruanda sunt iuxta l. omnes populi. cum materia. ff. de iusti. & iur. Modo dico, q cum statutum de quo in puncto excludat coniunctos per feminas, & sic cognatos, & deferat hereditatem, & bona defuncti agnatis masculis, & paternis parentibus proximioribus, dicitur in eo solũ considerari vinculum agnationis, & coniunctio paterna, qua consideratione habita ille F. dicitur omnino par dictis suis patruelibus merito pariter cũ illis eius patruo succedere debet, cũ & ipse sit filius fratris eius, sicut illi
6 sui patrueles, vnde succedit regula, q† cui cõueniunt verba dispositionis, cõuenit, & ipsa dispositio sicuti ẽt per contrariũ vbi verba non conueniunt nec dispositio adaptatur l. iiij. §. toties. vbi Doct. tradũt. ff. de dam. infect. & plene tradit Fely. in c. nõnulli col. mihi. xxxvij. in versi. vbi verba legis vel statuti. de rescrip. sed verba dicti statuti conueniunt, & adaptãtur predicto F. quia dicitur agnatus masculus, & (vt ita dicam) parens paternus in eodem gradu cum dictis suis patruelibus, ergo &c.

¶ Et hoc eo magis dicendum est, quia vltra verba viget etiaz ratio dicti statuti, nam clarum est statuentes motos fuisse ad sic disponendum fauore conseruande agnationis vt est notuz, & tradit Jo. Andr. in addit. Specu. in rubr. de success. ab intest. & dicitur talis ratio in hoc, & in similibus statutis vnica, finalis, & indubitata vt inquit Roma. in consi. ccccxj. qualiter sunt, cum multis concordantibus vt plene scripsi in consil. j. factum tale proponitur nume. 44. j. volumi. & vltra ibi allegatos ita etiam concludit, & alios allegat Albert. Brun. in tracta. de statut. exclud. fem. propter masculos. in tertio articulo per totum vnde cum agnatio pariter conseruetur per dictum F. sicut per eius patrueles, sequitur, q etiam ipse debet admitti per locum ab identitate rationis l. a Titio. ff. de verb. oblig. cum vulgaribus.

7 Secundo predicta cõclusio confirmatur optimo simili naz† in feudis antiquis succedunt proximiores agnati vt docet summus Feudista And. de Isern. in c. j. in fi. de natur. succes. feud. cum concordantibus, vt per Deci. in consi. ccccxlv. in casu ad me transmisso. nu. 19. & si contingat reperiri consanguineum tantum cum vtrinq; coniuncto pariter admittentur secunduz Bal. in l. j. ver. & per hoc determinatur questio. C. de legitim. hered. dicens, q ita ante eũ tenet Jacobus de ardizone in sua summa feud. in rubricella an frater ex vtroq; parente, idem dixit Bal. in c. j. §. his vero. de success. fratr. in consil. clxx. ad euidentiam. ver. item sciendum est ij. vol. in cõsi. liiij. proponitur, q quidam, & in consi. ccxxj. casus talis est iij. vol. & vbiq; mouetur quia licet in vno concurrant agnatio, & cognatio, scilicet in vtrinq; coniuncto, tamen illa cognatio non est considerabilis, quia in successione feudi dicitur impertinens, cũ in eo quis non succedat, vt cognatus, sed tantum vt agnatus, & ideo cum
8 ambo sint pariter agnati, pariter succedẽt, & cõiunctio, †quaz alter habebat per matrẽ vti impertinens in tali successione nõ consideratur vt per eum, quem sequitur Preposit. in cap. j. §. & quia. colum. fin. versicu. quero an vtrinque coniunctus. qui feud. dar. poss. ita etiam voluit Alexan. in consi. ix. ponderatis his in fin. lib. v. cum concordantibus vt per Deci. qui ita firmat in consil. ccccxliij. concurrit patruus. nume. 5. & 6. & per Curt. Junior. in consi. lxxviij. proponitur in facto sub nume. 5. sic igitur in casu nostro dicendum est, nam cum statutum excludat cognatos, & solum vocet agnatos, isti ad successionem patrui solum vocantur, quia sunt agnati, & coniunctio, quam pater aliquorum habebat per matrem vti impertinens non est consideranda.

¶ Tertio bene facit d. l. j. C. de legiti. hered. est enim ibi text. q soror consanguinea tantum simul vocatur cum vtrinq; coniunctis & ratio est, quia tunc hereditas solum iure consanguinitatis, vel agnationis deferebatur, & alia coniunctio nihil operabatur, vnde infertur, q idem in casu nostro dicendum est cum propter statuti dispositionem hereditas solum deferatur iure agnationis, & cum decisio illa fundetur in eo, quod tunc erat differentia inter agnatos, qui vocabantur & cognatos qui excludebantur & in casu nostro per statutum inducatur dicta differentia sequitur, q debet eadem decisio habere locuz prout ibi Bal. & alij considerant.

¶ Quarto

¶Quarto pro hoc in simili facit pulchra decisio Benedi. Capre in consil. viij. punctus fuit quidam Franciscus, nam ibi con
9 cludit Capra, ꝙ † statutum vocans consanguineos, vel attinẽtes masculos ex parte patris vsq; ad certum gradum, habet locum, nedum si quis sit coniunctus vtrinq;, sed vocat etiã consanguineum tantum, ꝛ mouetur, tum, quia in eo verba statuti verificantur, tũ ꝛ maxime quia ratio conseruande agnationis, que mouit statuentes etiam in eo verificatur, vt per eum ibi, dico igitur ita dicendum esse in casu nostro cum in predicto F. verba statuti pariter, ꝛ mens statuentium verificentur, vt ex predictis constat.

10 ¶Quinto facit, quia † in emphyteusi ecclesiastica accepta pro se, filiisq; suis, ꝛ nepotibus masculis fratri defuncto succedit, frater consanguineus tantum vna cum fratre vtrinq; coniuncto, vt est pulchra decisio Curt. Junio. in d. consil. lxxviij. per totum, ꝛ mouetur quia in concessione talis emphyteusis fuit considerata tantũ agnatio, ꝛ eius conseruande fauor, non autem cognatio, ꝛ sic in effectu facta est differẽtia inter agnatos, ꝛ cognatos, propter quod sequitur, ꝙ vinculũ cognationis, quod de pluri reperitur in fratre vtrinq; coniuncto non est cõsiderandum veluti impertinens, sicut dicimus fieri in feudo, vt supra dictum fuit. Et sicut ibi cognatio dicitur reiici vt impertinens, ꝛ sic frater consanguineus tantum simul cũ vtrinq; coniuncto admittitur. Ita ꝛ in casu nostro dicendum est de isto F. licet sit filius fratris consanguinei tantum, vt scilicet admittatur cum filiis fratris vtrinq; coniuncti, ex quo per statutum predictum facta est differentia inter agnatos, ꝛ cognatos, vt etiam supra dixi.

11 ¶Sexto accedat, quia † stante statuto ꝙ ad successionem admittantur, ꝛ certas personas excludant agnati masculi vsq; ad quartum gradum secundum ordinem iuris canonici, si contingat duos extare, qui attento ordine predicto sint in pari gradu vocabuntur simul, quamuis vnus eorum sit proximior secundum ordinem, ꝛ computationem iuris ciuilis, ꝛ sic habeat duplex vinculum, ꝛ hoc quia vinculum illud, seu coniunctio iuris ciuilis vti impertinens non debet attendi, cum statutum velit attendi computationem secundum ius canonicum, ita signanter determinat Carol. Ruyn. in consil. xxxij. quia ex facti serie. nu. 5. ꝛ 7. iij. vol. ꝛ inter cetera pro hac sua decisione allegat in simili doctrinam Bald. ꝛ aliorum in d. l. j. C. de legiti. heredi. sic ergo in simili dici debet in casu nostro, vt scilicet vinculum cognationis vti impertinens non consideretur ad exclusionẽ consanguinei tantum.

¶Septimo ista opinio comprobatur ex vi illorum verborũ statuti, in parentes paternos proximiores, nam ex illis constat ꝙ statutum solum considerauit coniunctos per patrem, ꝛ propterea necesse est dicere in tali statuto comprehendi etiam consanguineos tantum, cum ꝛ illi sint parentes paterni, capiendo verbum parentes, largo modo pro coniunctis, ꝛ cum super hoc verba statuti sint clara, non debet fieri alia questio voluntatis eius. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. iij.

¶Demum predicta opinio comprobatur per locũ ab authoritate nostrorum maiorum, dico enim primo, ꝙ hanc opinio
12 nem omnino voluit Bald. in d. l. j. dum vult, ꝙ † quando per legem fit differentia inter agnatos, ꝛ cognatos, videlicet vocando agnatos, ꝛ cognatos excludendo, frater ex parte patris tantum vocatur simul cum vtrinq; coniuncto, ꝛ ita proprie reperitur in casu nostro, nam per statutum vocantur agnati, ꝛ excluduntur cognati, ꝛ cum Bald. ibi transeunt Docto. maxime Paul. de Castr. Raph. Fulgos. ꝛ Corn. qui omnes in specie dictum Bal. referunt, ꝛ sequuntur, ꝛ hanc opinionem in fauorem fratris consanguinei tantum, vt scilicet cum vtrinq; coniuncto simul succedat stãte statuto de quo supra, vel simili aperte firmat Roman. in consil. ccccxj. quatuor sunt que refragantur, in princip. ꝛ in fin. licet de Bald. in d. l. j. mentionem non faciat, ꝛ mouetur considerando fauorem agnationis, quẽ considerauit statutum, vt dixi supra in primo fundamento, ita etiã firmat Alexand. in d. consil. ix. in fin. lib. v. ꝛ eandem opinionẽ sepe firmauit patruus, ꝛ dominus meus Soci. vt in ꝯ. cccciij. viso statuto. in fin. ij. vol. repetito in iij. vol. nume. 25. ꝛ in consil. lxxix. circa premissum consultationis articulũ. nu. 12. ꝛ 13. iiij. vol. dicens post Bald. in d. l. j. C. de legi. hered ꝙ per eiusmodi statutum reducimur ad ius ciuile antiquum, de quo in d. l. j. videlicet, ꝙ caput vnde agnati preferatur capiti vnde cognati, quo stante frater consanguineus tantum simul vocabatur cum vtrinq; coniuncto, quia in vtroq; erat par ius agnationis, ꝛ vinculum cognationis, quod erat in vtrinq; coniuncto dicebatur impertinens, ꝛ non considerabatur, vt est tex. in d. l. j. ꝛ ita proprie est dicendum hodie in locis vbi extat statutum, ꝙ agnati excludant cognatos, vt ibi per eum, qui dicit, ꝙ ita alias fuit consultum in ciuitate Ferrarie per Ange. Aretinum, per Alexan. de Imol. Ludo. de Barzis, ꝛ per Hugolinum de Arimino, ꝛ alios plures, idem etiam voluit Deci. in preallegato consil. ccccxliiij. nu. 5. ꝛ 6. ꝛ etiam Curt. Junior in allegato consil. lxxviij. nu. 5. ꝛ secundum hanc opinionem consuluit Jo. de Pra. in ciuitate Parme, vt refert, ꝛ sequitur Jo. Bertachin. in suo Repertorio in versicu. statutum de vltimis voluntatibus. versic. xxvj. eandem opinionem firmauit in publica disputatione habita Padue in aula Episcopali Anton. Rosel. vt refert Brun. in preallegato tract. de statut. excluden. femin. in xiij. articu. in iiij. quest. ꝛ idem Rosel. in tract. de succes. ab intest. vt refert, ꝛ sequitur Crot. in l. re coniuncti. nu. 7. ff. de legat. iij. ꝛ Ripa in l. ex facto. nu. 98. ff. de vulga. ꝛ pupil. qui etiam allegat Jas. ꝛ quosdam Moder. vt per eum, ꝛ illaz opinionem nouissime sequutus fuit elegans Alciat. in lib. j. de verb. signifi. col. xj. versic. lex mortuo succedant proximi ꝛc. ꝛ
* sic constat ex predictis, ꝙ ista est communis opinio, * quam etiam recte intuenti sentit Bart. in l. j. §. qui habebat in ij. questio. ff. de bon. poss. contra tabu. dum loquitur de fratre ex parte patris tantum, ꝛ satis clare idem voluit Benedic. Capr. in consil. viij. allegato supra in quarto fundamento.

¶Et licet pleriq; contrarium tenuerint, tamen non est in dubio recedendum a communi opinione per iura, ꝛ doctorum scripta vulgaria, ꝛ tanto magis talem opinionem sequi debemus, quia vltra quod est communis in casu nostro presertim, dicitur niti optimis, ꝛ concludentibus rationibus, vt ex predictis constat.

¶Et ex his colligitur clara responsio ad allegata supra in con
13 trarium, nam dum primo dicebatur, † ꝙ habentes duplex vinculũ preferri debent ꝛc. respondetur, ꝙ illud, ꝛ iura pro eo allegata procedunt de iure communi, in quo hodie non fit differentia inter agnatos, ꝛ cognatos iuxta §. nullam. in authen. de hered. ab intest. venien. nos loquimur secundum dispositionẽ statuti, de quo in puncto, in quo fit differentia inter agnatos, ꝛ cognatos, primos vocando, ꝛ secundos excludendo, ꝛ sic res reducitur ad antiquum ius ciuile, de quo in l. j. C. de legiti. hered. ꝛ ideo sicut illa lege determinatur consanguineum tantũ admitti simul cum vtrinq; coniuncto, quia vinculum maternum, ꝛ sic cognationis vti impertinens non considerabatur, vt ibi per Baldum, ꝛ alios, ita ꝛ in casu nostro dicendum est, cum per statutum predictum fiat eadem differentia inter agnatos, ꝛ cognatos, vt supra dictum est.

¶Et in forma ad argumentum de duplicitate vinculorum respondetur, ꝙ tunc attenditur, quando consideratur adesse, ꝛ effectum auget, sed quando per disponentem non consideratur, habetur perinde ac si non adesset, ꝛ propterea non attẽditur, ꝛ ita in effectu respondent fere omnes tenentes hanc partem, de quibus supra, ꝛ ita in simili dicit Gozad. in consil. xix. dubitatur an Anselmus. nu. 20. tunc enim duo vincula vnum vincunt, quando per se sunt efficacia. l. spadonem. §. qui iura. ff. de excusa. tut. ꝛ dixit Deci. in l. cum quid. nu. 17. ꝛ 18. dum illum tex. allegat. ff. si cer. pet. vnde cum vinculũ cognationis in vtroq; coniuncto sit inefficax quo ad exclusionem cum per statutum solum fuerit consideratum vinculum agnationis merito nihil debet operari.

14 ¶Et ex his constat non obstare quod dicebatur statuta † debere interpretari secundum ius commune, quia illud procederet nisi talis interpretatio repugnaret menti, ꝛ intentioni statuentium, que fuit vt totaliter reiecto vinculo cognationis attendatur coniunctio paterna, ꝛ agnatitia tantum, vt ex predictis constat.

¶Preterea regula in contrariũ allegata non procedit quando statutum venit ad correctionem iuris communis, quia tũc non conuenit vt a iure communi recipiat interpretationẽ, ita voluit Bald. si recte aduertatur in l. ita pudor. C. ad leg. Jul. de adulter. ꝛ clare dixit in l. maximum vitium. iiij. col. versi. vlterius queritur de tali questione. C. de liber. preterit. cum concordantibus, vt per Joannem Baptist. de Sancto Seuerino in l. omnes populi. nu. 99. versic. limita etiam hanc glos. ff. de iusti. ꝛ iur. ꝛ quando clarum est, ꝙ statutum corrigit ius commune

mune (prout est in casu nostro) voluit patruus, et dominus meus Socin. in preallegato consi.lxxxix.nu.9.et 10.et ita etiam post alios, quos allegat firmat Carol. Ruyn. in consi.xxxij. iij. vol. supra allegato.nu.15.

Nec predictis obstant illa verba statuti, iuxta iuris ciuilis ordinem, prout in contrarium ponderabantur, quoniam respondetur, ꝙ illa verba intelliguntur, prout etiam sonant respectu proximitatis gradus in agnatione considerati, vt scilicet qui proximiores sint in gradu iuxta dispositionem iuris ciuilis, quod potest intelligi quo ad gradus computationem, vt scilicet fiat secundum ius ciuile, et non secundum ius canonicum. Item etiam potest intelligi quo ad ius ciuile antiquū, quo soli agnati vocabantur, et secundum quod consanguineus tantum simul vocabatur cum vtrinque coniuncto. nō aūt pōt intelligi respectu maioris iuris, quod hodie habet vtrinque coniunctus ex noua lege Iustiniani, hoc enim videtur ius quoddam nouum, et noua prouisio Iustiniani, ad quam non debet referri statutum, sed referri debet ad ius ciuile, quod erat prius, sicut in simili dicimus, ꝙ † statutum loquens de agnatis intelligi debet de his, qui sunt agnati ordinarie secundum communes regulas, et nō de filio sororis, qui ex noua lege Iustiniani factus est agnatus, prout voluit Bal. in l. meminimus. C. de legiti. hered. et declarat Beci. C. vnde legiti. in rubrica.

16 Facit, † quia cum istud statutum reducat nos ad ius ciuile antiquum debet dici fauorabile iuxta glos. in verbo numerandum. in c. statutum. de preben. lib. vj. et tradunt Doct. maxime Ias. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Corn. in consil. clxxxviij. in presenti. iij. col. in fin. cum sequen. ij. vol. Beci. in consil. lxxxviij. et pro tenui. ij. col. cum concordantibus, vt per Curt. Iun. in consi. v. videretur prima consideratione. nu. 29. et per Cranett. in consi. clxxiiij. nobilis Guido. nu. 7. quo dato debet late interpretari secundum ius illud ad quod nos reducit, vt per Doct. in locis predictis. et certe cum statutum aperte velit solum paternum vinculum, et agnatitium considerari sibi ipsi repugnaret si vellet, ꝙ vinculum cognationis in vtrinque coniuncto aliquid operaretur, quod dici non debet per l. non ad ea. cum materia ff. de condit. et demonstr. debet itaque statutum intelligi de proximis in successione iuxta iuris ciuilis ordinem, scilicet illius ad quod nos reducit.

Preterea statutum loquitur de proximis in successione, que proximitas ita est in consanguineo tantum, sicut in vtrinque coniuncto, quia ambo erant fratres, et proprie, et in secundo gradu secundum ius ciuile. §. secundo gradu. Instit. de grad. iuncto §. sunt autem agnati. Instit. de legit. agnat. success. nec esse ex eadem matre facit quem in gradu proximiorem, vt de se patet.

Et ex his colligitur responsio ad secundum fundamentum, nam et illud procedit nisi talis interpretatio repugnaret menti statuentium, sed repugnaret satis cum statuti manifesta sit intentio cognationis vinculum non esse attendendum, sed tantum paternum, et agnatitium, et cum ratio statuti, scilicet conseruatio agnationis pari modo vigeat in consanguineo tantum, sicut in vtrinque coniuncto absque dubio etiam dispositio pariter vigere debet, vt etiam supra dictum fuit.

Demum non obstat tertium argumentum ab authoritate, quoniam respondetur, ꝙ immo tale argumentum seruit nobis, quia quicquid dixerit Anchar. et qui eum sequuntur communis opinio * fere omnium est pro nobis contra ipsum, vt patet ex dictis supra in vltimo fundamento, vbi enumeraui vltra xviij. Docto. tenentes hanc partem contra Petrum de Anchar. et vltra supra enumeratos eandem opinionem in terminis firmauit ille Doctor, qui per Anchar. refertur pro ea consuluisse, et licet Anch. contrarium determinauerit, tamen eius opinio non est vera, nec aliquo modo tenenda, tum quia contra eum est communis opinio, cum quia ratio, et fundamentū eius de iure non subsistit, vt supra dictum fuit, et opinionem Ancharani reprobat patruus, et dominus meus Socin. in preallegato cons. lxxxix. iiij. vol. et attento hoc, ꝙ communis opinio est pro nostra conclusione, non est attendendū, ꝙ quidam alij fuerint allegati pro opinione Anchar. cum vt dictum fuit a cōmuni opinione in dubio non sit recedendum.

Preterea etiam dici potest, ꝙ Fulgos. in consi. lxxxv. in contrarium allegato, loquitur in terminis diuersis, nam statutum de quo ipse loquit non excludebat cognatos inter eos, et agnatos constituens differentiam, prout loquitur statutum nostrum, sed simpliciter excludebat sororem propter fratrem, vt

17 per eum, et † ex diuersis nō bene infertur. l. naturaliter. §. nihil commune. cum vulgarib. ff. de acquir. poss.

Item dominus Ioannes Baptista de Sancto Seuerino non se firmat, nam postꝙ retulit opinionem Anchar. dicit, ꝙ contra eam obstant doctrine Bal. in l. ita pudor. et in l. maximū vitium. que fuerunt supra allegate. et propterea super illo articulo. reliquit cogitandum, et sic in eius authoritate non potest fieri fundamentum.

Similiter nec in authoritate domini mei Socini in consilio cclij. in contrarium allegato, quia ipse bis postea contrariū firmauit, vt in d. consil. ccciiij. et lxxxix. et preterea in dicto consil. cclij. obiter, et simpliciter referendo illud dicit, sed in d. consil. lxxxix. articulum disputauit, et firmauit, vt supra est dictum.

Solum ergo remanet in contrarium authoritas Anchar. et Carol. Ruyn. vt in contrarium allegabantur, sed propter eos non est recedendum ab opinione Bal. Roma. Soci. nostri, Alexā. Antonij Roselli, Becij, Crotti, Ripe, et aliorum supra allegatorum, quorum omnium, et communis opinionis absque dubio maior est authoritas, ꝙ sit illorum duorum, immo si essent sex, aut octo idem dicerem per predicta.

Et si cum Ruyn. in d. consil. xxviij. nu. 12. dicatur, ꝙ de casu d. l. j. C. de legit. hered. et casu Bal. loquentis de feudis non debet argui ad casum nostrum, quia in illis casibus cum nunꝙ fuissent cogniti, aut admissi cognati per illam interpretationem nulla resultat correctio iuris, secus in casu nostro, quia cum iam per Iustinianum cognati fuissent admissi, ex statuto illo inducitur iuris correctio, et ideo debet fieri stricta interpretatio, vt per eum respondetur fatendo, ꝙ sit correctio, sed dico, ꝙ talis correctio exprimitur per statutum, nam statutum expresse excludit cognatos, nec tale vinculum vult considerari, sed tantum, ꝙ quis sit agnatus, et de parentibus paternis, vt sonant verba statuti, vnde cum consanguineus tantum sit cognatus, et de parētibus paternis merito, et ipse debet admitti, et si quis de hac responsione dubitaret, licet dubitandum non sit, consideret, ꝙ contra Ruyn. est communis opinio, a qua non est recedendum in dubio, vt dictum est.

Et preterea Ruyn. ipse contra suum argumentum in simili determinat in consil. xxxij. allegato supra in sexto fundamento. ibi nu. 6. et 7. et hec sint satis quo ad primā difficultatem.

Circa secundam pro eius resolutione presupponendum est, ꝙ predictus F. in renunciatione, et venditione, quam fecit pro parua illa quantitate librarum 900. deceptus fuit, nedum vltra dimidiam iusti pretij, sed etiam vltra, et quidem in magna quātitate, ita quidem vt nedum enormiter, sed etiam enormissime lesus fuerit. Quo posito non videtur magna difficultas vtrum possit dictus F. venire contra contractum predictum, quoniā

18 licet † quando solum adesset enormis lesio alta, et profunda sit dubitatio vtrum maior qui contrahendo iurauit, possit uenire contractum suum, de qua per Docto. in d. c. cum contingat. et in l. ij. C. de resc. inden. vendit. et multi teneant, ꝙ possit non obstante suo iuramento, quasi contractus videatur dolosus, saltem re ipsa propter enormem lesionem, et ita iuramentum vti dolose prestitum non obliget, saltem quin ab eo possit peti

19 absolutio, cum † dolus re ipsa, et ex proposito videantur equiperari. l. si quis cum aliter. et ibi tradunt scribentes omnes. ff. de verb. obligat. Ita enim voluit Abb. in d. c. cum contingat. num. 23. cum concordantibus, vt per Beci. in cons. clxxx. visa renunciatione. iij. et iiij. col. vbi multa dicit ad propositum, et dixi ego in consi. cxxix. Bartholomeus Griffolus. nu. 40. j. vol. Aliqui vero teneant contrarium tamen quando lesio est enormissima, et sic excedit lesionem supra dimidiam in magna quantitate, et summa, sumus extra predictam disputationem, quia

20 Docto. eo casu concorditer volunt, ꝙ † etiam maior possit vti remedio rescissorio, saltem petita, et obtenta absolutione a iuramento, et hoc quia ratione lesionis enormissime presumitur dolus aduersarij argumen. l. creditor. §. Lucius. ff. mandat. et

21 iuraméti vires tolluntur ex enormissima lesione, quia † iuramentum debet habere secum tres comites, scilicet iustitiā, veritatem, et iudicium. c. animaduertendum. in princip. xxij. q. ij. et c. et si Christus. de iureiuran. cum similibus. et non debet esse iniquitatis vinculum. c. quanto. eodem titulo. Et sunt hec nota omnibus, et tradit Beci. in preallegato consil. clxxx. col. iij. versic. sed tamen supra dictis minime obstantibus cum concordantibus, vt dixi in consil. lxxvij. cum vigeret bellum. nu. 130. j. vol. et in consil. iij. nobilis iuuenis. nu. 33. ij. vol. sed in casu nostro

nostro si predictus F. ex vi sui iuramenti obligaretur effectualiter pati talem enormissimam lesionem iuramentum careret iudicio, & iustitia, & esset iniquitatis vinculū, quia illi sui patrueles locupletarentur cum iactura ipsius, & quidem grauissima. contra l. nam hoc natura. ff. de condict. indebit. ergo &c.

22 ¶ Et comprobantur predicta in simili, nam † licet magna sit inter Docto. disputatio, nunquid remedium l. ij. C. de rescin. vendit. habeat locum in transactione, de qua ibi per Docto. & alibi sepe, tamen quando in ea excessus, seu deceptio transigētis esset vltra dimidiam iuste extimationis dubij euentus litis in magno excessu videtur per Modernos communiter* teneri q̄ procedat d. l. ij. vt signanter voluit Corne. in consil. clxvi. circa primum consultationis articulum. litera R. & l. & s. j. vol. dicens, q̄ tunc recedendum omnino erit a transactione etiam iurata, & ita solitus fuit tenere Deci. vt patet in consi. cciij. vt vera resolutio. ij. col. versic. negari tamen non potest. in consilio ccxvj. visa transactione. ij. col. versic. negari tamen non potest. & in consil. cccclxxix. in controuersia. colum. fin. versi. ex quibus patet, q̄ non facile &c. cum concordantibus, vt per Parisi. in consil. xcvj. in presenti causa. num. 65. & 66. j. vol. & Crauett. in consil. cxcij. casus ita habet. nu. 3. j. vol. & ego dixi in dicto consil. cxxix. nu. 48. versic. possumus etiam. j. vol. & in consi. xcviij. dominus Ioannes Iacobus. num. 17. ij. vol. sic igitur in casu nostro dicendum est, vt scilicet procedat remedium d. l. ij. non obstante iuramento, attento q̄ deceptio supra dimidiā est in magno excessu.

¶ Ex eo presertim quia d. F. ignorabat sibi deberi partē hereditatis predicti. N. patrui sui, etenim suasum fuerat eam totam pertinere ad illos suos patrueles veluti filios fratris vtrinque coniuncti, & illud quod accepit, credidit sibi datum occasione fideicommissi eius aui, de quo fit mentio in predicto in-

23 strumento finis, & venditionis, vnde † non conuenit vt d. F. dicatur renunciasse iuri hereditario quod sibi competere ignorabat. l. mater decedens. ff. de inofficio. testamen. Nec vis iuramenti debet quicq̄ operari ne alias sit iniquitatis vinculum, & ipse ea opinione, & facilitate, seu errore, quibus ductus fuit ad quietandum, & vendendum fuit etiam ductus ad renunciandum, & iurandum, argumen. l. doli mali. §. j. versic. diuersū tamen in muliere. ff. de nouat. sicut in simili dicunt Bar. Paul. de Castr. & Moder. in l. fin. §. idem quesiit. ff. de conditio. & demonstratio. & in simili etiam de renunciatione exceptionis non numerate pecunie dixit Alexan. in consil. clxxix. visa scriptura priuata. nume. 1. lib. ij. & de clausula iuramenti in simili etiam ita dicit Anton. de Canario in tracta. de insinuat. in ij. parte sub nume. 50. vbi per eandem considerationem conclu-

24 dit, † q̄ iuramentum non tollit defectum insinuationis in donatione supra legitimam summā, & in terminis nostris ita voluit Abb. post Anton. de Butr. in d. c. cum contingat. sub nume. 23. ad finem. dicens id esse, quia sepe notarij deferunt iuramentum ex quadam consuetudine, vt per eum, qui quasi in terminis nostris, quando fit enormissima lesio dicit, q̄ etiam maiores possunt eo pretextu venire contra proprium iuramentū saltem absolutione ab eo petita etiam q̄ iuramentum sit late prestitum de non veniendo contra aliqua ratione, vel causa, quoniam dicitur iurasse illa facilitate, & illo errore ductus, quo principalem contractum faciebat, & ita proprie contingit in casu nostro in d. F. qui renunciauit latissime, & iurauit etiam de non contraueniendo eo errore, quo finem, venditionē, & quietationem fecit, quia scilicet nesciebat partem predicte hereditatis sibi acquisitam, & ita, q̄ maior etiam possit venire contra, non obstante iuramento de non cōtraueniendo aliqua ratione vel causa post multos, quos allegat dicit Thomas Gramma. in consil. cxxviij. in causa huius Magnifice Lucretie. nu. 10. 11. & 12. in ciuilibus.

¶ Et si dicatur, q̄ error d. F. erat error iuris, qui non solet prodesse. respondetur, q̄ si non prodest in acquirendis, non tamen nocet in damnis. l. error. in fin. ff. de iur. & fact. ignoran. cum similibus.

25 ¶ Et q̄ † renunciatio etiam cū iuramento non operetur, seu non trahatur ad casum enormissime lesionis vltra Abb. vbi supra cōcludit Corn. in consi. ccxiiij. viso puncto. sub litera F. in fin. iij. vol. Et cum simus in venditione, & F. predictus credidisset se vendere tantum, quod ex causa fideicommissi debebatur, & non cogitaret se heredem dicti sui patrui, licet verba venditionis essent ampliora constat, q̄ fuit deceptus longe vltra dimidiam, sed ipse credidit se recipere iustum pretium rei vendite, & cum ista credulitate renunciauit, & iurauit in ampla forma, vt declarat Abb. in d. c. cum contingat. sub d. nu. 23. sed non conuenit propter vim iuramenti illum ita enormiter immo enormissime ledi, ne alias iuramentum sit iniquitatis vinculum, prout esse non debet, vt supra dictum fuit, merito ergo concludendum est ipsum omnino audiendū in sua iustissima petitione sue portionis, non obstante quacunq; renunciatione

26 & quocunq; iuramento per eum prestito, tunc † enim ratione enormissime lesionis presumitur dolus aduersariorum ex proposito, vt voluit Bal. in consil. ccxxij. punctus talis est. A. B. C. & D. j. vol. cum concordantibus, vt per Crauett. in d. consil. cxcij. num. 3. vbi ita firmat. dolus autem semper dicitur exclusus a iuramento. authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. d. c. cum contingat. de iureiuran. & c. quamuis. de pact. lib. vj. cum similibus. & vbi etiam non adfuisset dolus ex proposito negari non potest quin fuerit re ipsa per d. l. creditor. §. Lucius. ff. mand. qui in proposito equiparatur dolo ex proposito. preallegata l. si quis cum aliter. & ibi tradunt Docto. ff. de verb. obliga. & supra etiam dictum fuit. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1550.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XXV.

¶ De pacto inter emptorem partis rei, & venditorem, q̄ alia pars alteri non vendatur post retroemptionē partis vendite, vtrum operetur etiam ante retroemptionem partis?

¶ De clausula saluo iure talis quid operetur?

¶ Et de errore iuris, vtrum scilicet propter illum quis excusetur, quando de damno eius agitur?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Pacta, & stipulationes debent stricte, & prout loquuntur intelligi.*
2 *Pactum debet interpretari secundum contrahentium intentionem.*
3 *Voluntas etiam facto declaratur.*
4 *Clausula, saluo iure talis, nullum ius ei confert, sed subintelligitur si quod habet.*
5 *Statutum dum excipit consentientem, uel ratificantem debet intelligi quando de tali ratificatione clare constat.*
6 *Iuris ignorantia prodest cum quis tractat de damno uitando.*

CONSILIVM XXV.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Placet mihi conclusio excellentissimi domini cōsulentis, vt scilicet Sempronius omnino sit audiendus, vt partem illam domus que est, pro latitudine sue coquine, petere possit, vt sibi pro iusto precio vendatur, cum habeat eiusdem domus aliam partem, que cum illa dicitur sub eodem tecto. tum ex virtute pacti inter eum, & Titium venditorem initi in versicu. & cum pacto inter dictas partes expresse conuento &c. tum etiam virtute statuti Bononiensis sub rubrica de rebus communibus inter coniunctos, nisi certo modo non alienandis &c. prope fin. in versi. & idē dicimus seruari in quocūq; &c. prout plenissime vtrunq; fundamentum deduxit, & defensauit do. cōsulens, & ego de simplici subscriptione requisitus ad eius dicta me refero.

¶ Et primum fundamentum de pacto corroboro pulchra cōsideratione, presupponendo primo, q̄ pactum ita cantat, q̄ volente vllo vnq̄ tempore dicto Titio venditore dictam rem, vt supra venditam post dictam retroemptionem alicui alteri vendere vna cum residuo partis dicte domus, videlicet quantū protendit latitudo coquine dicti Sempronij emptoris vsq; ad certam curiam &c. teneatur dictus Titius requirere dictū Sempronium per vigintiquinq; dies ante. &c.

¶ Et difficultas solum fit in eo quod dicitur post dictā retroemptionem &c. quasi pactum sit restrictum ad dictum casum,

1 cum † pacta, & stipulationes debeant stricte, & prout loquūtur intelligi

intelligi.l.quicquid astringende.cuz materia.ff.de verb.obli. sed Titius alteri vendidit illud residuum antequam partem venditam retroemeret, quia nunquam illam redemit, ergo non videtur suppositus pacto predicto.

Sed ad hoc (vltra responsiones domini consultoris, que satis probabiles videntur) respondetur, quod intentio contrahentium fuit pactum illud respectu illius residui habere locum etiam si Titius voluerit illud vendere, non facta retroemptione partis Sempronio vendite, et probatur hoc a fortiori, nam si Sempronius voluit, et stipulatus fuit residuum cum re prius empta per eum, post ipsius retroemptionem omnino sibi vendi, si Titius vendere voluerit, quo casu Sempronius non erat cum eo habiturus domum communem, fortius credendum est, quod voluerit illud residuum sibi, et non alteri vendi, si iam per eum empta pars non retroematur, quia tunc haberet domuz communem ratione cuius communionis solet induci, quod quis cogatur partem suam vendere suo consorti potius, quam alteri, prout in multis ciuitatibus Italie statuta disponunt, et nondum est mensis, quod vidi tale statutum in ciuitate Pistorij, et super eo habui consulere, et in specie tale statutuz est in hac splendidissima ciuitate Bononie, vt dictum est.

Ouinimmo in iure nostro habemus l.sancimus.que est Federici Imperatoris de iure protomiseos, quam plene comentatus fuit egregius Doctor Mattheus de Afflict. que vbique seruanda est, vt ipse ibi dicit in iij.notabi.

Cum igitur maior sit ratio, quod Sempronio magis, quam alteri vendatur residuum predictum si pars per eum empta non sit retroempta propter communionem, quam si esset retroempta per predicta, sequitur, quod si voluerũt contrahentes illud residuum Sempronio vẽdi vbi nulla esset communio, scilicet post retroemptionem partis per eum empte fortius dicuntur voluisse, quando esset communio.authen.multomagis.C.de episcop. et cleric.cum similibus.

Et in pacto posita sunt illa verba post dictam retroemptionem etc. propter partem venditam, de qua etiam loquitur pactum, et in ea verificari non posset, nisi fuisset retrouendita, vt est notissimum.

Sed quo ad residuum illud intentio contrahentium fuit, vt etiam non facta retroemptione partis iam vendite alteri quaz

2 Sempronio vendi non possit, si illud emere velit, et † secunduz hanc contrahentium intentionem debet tale pactum interpretari.l.semper in stipulationibus.in prin.ff.de reg.iur.

Hinc dicitur, quod in emptis, et venditis sequenduz est potius quod actum est, quam quod dictuz sit.l.sed et Celsus.§.si fundus. ff.de contrahen.empt.et alibi inspicitur quod gestum est, non quod scriptum.l.iij.C.plus vale.quod agi.et dicitur inter contrahentes quid agi nedum si exprimatur, sed etiam si tacite id colligatur, vt per Barto.in d.l.semper in stipulationibus.vbi etiam Deci.nu.6.et nouissimi nu.4.

Et quod predicti contrahentes ita senserint ostenditur ex his,

3 que postea sequuta sunt, nam † voluntas etiaz facto declaratur l.Paulus.ff.rem rat.hab.cum concordantibus, vt dixi in consil.lxxvj.cum diebus elapsis.nu.78.j.vol.et in consil.lxj.reperitur quedam scriptura.nu.36.ij.vol.

In primis eniz Sẽpronius tenuit semper, et possedit illam partem domus pro latitudine sue coquine, ac etiam quod Titius quando secundo emptori vendidit reliquum domus, expresse dixit, saluo iure dicti Sempronij etc. quod non poterat in alio verificari, nisi quod illa pars pro sue coquine latitudine erat omnino vendenda Sempronio volenti magis, quam alteri.

4 Et † licet alias clausula illa saluo iure talis, nullum ius ei cõferat, sed subintelligitur, si quod habet.vt l.fin.in princip.et ibi not.Bal.C.de temp.appell.et Ange.in l.omnes. per illas C. C.de prescript.triginta, vel quadraginta anno. cum concordãtibus, vt dixi in consil. lxv. Illustrissimus Hermannus. nume.81.primo volum.et tradit Ruyn.in consi.xcvij.primo per ordinem.num.9.ij.vol.

Tamen satis est, quod ex tali reseruatione ostẽditur, quod Titius pro firmo habebat se teneri ad vendendum dicto Sempronio vt supra, et consequenter, quod intendebat se obligatum ad illud etiam si non redemisset partem per eum venditam secundum quod supra ego declaraui.

Circa fundamentum vero quod Sempronius potest facere sui per statutum, vt per dominum consultorem, et supra fuit dictũ addo quod cum Sempronio obiicitur, quod videatur ratificasse venditionem per Titium factam videndo, et patiendo emptorem edificare. Potest responderi, quod † statutum dum excipit

5 consentientem, vel ratificantem debet intelligi quando de tali ratificatione clare constat, puta quod expressis verbis facta fuit, vel quod fiat aliquid per quod talis ratificatio necessario inducatur, et hoc modo procedit quod dicitur in l.Paulus.ff.rem rat.habe.preallegata, sed isto casu patientia edificandi non infert necessario ratificationem, potuit enim Sempronius pati sciens ius suum sibi saluuz fore, vt in simili dicitur in l.sicut re. §.non videtur.ff.quib.mod.pign.vel hypo.sol.ergo etc.

Preterea responsio domini consulentis satis potest tollerari dum dicit, quod ideo Sempronius passus fuit, quia credebat se non posse obtinere, nisi quando venditio fuisset libera, et non resolubilis per redemptionem propter expressum pactuz, et satis colorate, quia Titius potuisset dicere non intendo stare dicte venditioni, et volo redimere sicut pactus sum mihi licere.

Et posito, quod hoc non sit iuridicũ eo, quod videatur iuris ignorantia, tamen † prodest Sempronio etiam ignoranti ius cum

6 ipse tractet de damno.l.error.in fin.ff.de iur et fact.ignor. et quod de damno in effectu tractet ostenditur, quia agitur de perdendo iure emendi iam sibi quesito per venditionem factam per Titium ipso Sempronio non requisito, et licet acquirere illud ius ab initio posset dici lucrum, tamen cuz de eo iam acquisito perdendo agitur, dicitur tractari de damno.glo.est in versicu. per in integrum.in l.j.§.si quis autem.ff.de itin.act.priu.quaz ad hoc allegat, et alias etiam authoritates Alex.in consi.clxiiij. presupposito primo.ij.col.versi.et hoc procedit saltem attento, quod etc.lib.v.merito igitur propter erroreз predictum debet excusari ne in tali damno moretur, et sic stantibus predictis Sempronius etiam in predicto statuto habet fundatam intentionẽ suam, et audiri debet. Laus Deo Opt. Max.

Socin. Nepos Bononie. 1550.

CASVS CONSILII XXVI.

ARTHOLOMEVS olim Joannotij Antonelli de Sanctis nobilis Florentinus in testamento suo Joannotium eius filium masculuz, et quoscunque alios filios masculos sibi nascituros heredes instituit equis portionibus, quos, et quemlibet eorum inuicez substituit vulgariter, et pupillariter, et in casu quo ex dicto testatore nasceretur, et superesset aliqua filia femina voluit eam nuptui tradi, et tempore nuptus ei tradi pro dote floren. 200. et illud plus quod eius heredibus, et executoribus placebit tempore nuptus eius, et si dictus Joannotius, et alij eius filij masculi si alios ei nasci contigerit decederent omnes sine filiis legitimis, et naturalibus, tunc eis substituit vulgariter, pupillariter, et per fideicommissum Raphaelem Antonelli patruum suuz, et filios, et descendentes masculos dicti Raphaelis premortui, si premoriatur, pro vna dimidia, et pro alia dimidia filios, et descendentes masculos olim Amphrionis dicti Antonelli similiter eius patrui in stirpes, et eos inuicem substituit cum onere quod dictus Raphael, et descendentes eius, et filij, et descendentes Amphrionis, si eos succedere contingat, teneantur filiabus dicti testatoris, si qua sibi nascatur dare cuilibet earum floren. 200. vltra alios 200. cuilibet earum relictos per ipsum testatorez, ita quod quelibet earũ habeat pro suis dotibus floren. 400. in casu predicto.

Et in quo casu similiter quando de dicto testatore non remanerent filij masculi, vel quando remanerent, et decederent omnes sine filiis, vt supra voluit, quod predicti substituti iure legati dent hospitali floren. 100. amore Dei etc.

Item in casu, et casibus predictis quando ex dicto testatore non remaneret aliquis, vel aliqui filij masculi, vel quando remanerent, et decederent omnes sine filiis reliquit pauperibus amore Dei etc.

Item iure legati in casu, et casibus predictis, videlicet quando ex dicto testatore non remanerẽt aliqui filij masculi, vel quãdo remanerent, et decederent omnes sine filiis legitimis, et naturalibus reliquit eius matri etc.

Et successiue fecit sex alia legata distincta semper cum repetitione

titione eorundem verborum, videlicet item in casu, & casibus predictis, videlicet quando ex dicto testatore non remanerent aliqui filij masculi, vel quando remanerent, & decederent omnes sine filijs legitimis, & naturalibus &c. vt hec latius in testamento leguntur, cuius copia transmittitur.

¶ Decessit testator superstitibus sibi dicto Joannotio filio, & herede vniuersali, & domina Lucretia filia, que nupta, & dotata fuit.

¶ Deinde decessit dictus Joannotius sine filiis masculis, sed superstite sibi domina Maria filia, & herede vniuersali, & superstitibus aliquibus ex predictis Raphaele, & Amphrione descendentibus, & substitutis in testamento.

¶ Queritur modo nunquid sit locus substitutioni, an vero nō propter superexistentiam Marie filie dicti Joannotij?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De cōditione substitutionis si sine filijs decesserit an, & quādo intelligatur genraliter, etiam de feminis, an vero restringatur ad masculos?

¶ Et plene de materia, etiam quando substituuntur illi de agnatione testatoris?

¶ Et tandem determinatur quod ex variis coniecturis, varie est respondendum.

¶ Et videtur reprobari consil. Decij xv. in fine.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Agnationis conseruandæ causa uerba testatoris, sine filiis, restringenda sunt ad masculos, quia illa uerba sunt generis masculini. & num. 3.*
2 *Verba, sine filiis legitimis, & naturalibus, non sunt ad masculos restringenda, sed generaliter intelligenda, vt etiam fœminas comprehendant.*
3 *Masculinum genus semper continet fœmininum.*
4 *Fœmina etiam comprehenduntur in conditione, si sine filiis &c. nisi sit adiectum, masculis, non obstante quod testator propriam filiam excluserit, ac etiā quod lege municipali masculi excludāt fœminas.*
5 *Testator semper censetur se uoluisse conformare cum dispositione tam iuris communis, quam municipalis, quatenus uerba statuti non repugnent. & nu. 12.*
6 *Testatoris dispositio semper debet sic interpretari, ut minus hæres dicatur grauatus.*
7 *Testator simpliciter loquens de filiis de masculis tantum loqui uoluisse censetur.*
8 *Orationes quum sunt perfectæ in qualibet parte testamenti non debet fieri relatio.*
9 *Dictio uidelicet, declaratiue, & restrictiue ponitur.*
10 *Substitutio uulgaris non habet locum post aditam hæreditatem, et maiorem ætatem.*
11 *Substitutio uulgaris, et pupillaris expressa non continet fideicommissariam.*
13 *Præsumptio una fortior tollit aliam.*
14 *Singula quæ non prosunt plurima simul iuncta iuuant.*
15 *Decij decisio in consi. xv. perpenditur multipliciter.*

CONSILIVM XXVI.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Considerato testamento, de quo in puncto vna cum facti contingentia apparuit presentis consultationis resolutio valde dubia, & multum periculosa, agitur enim de inuenienda voluntate testantis in occurrenti casu, qui nobis illam aperire nō potest, cum iam decesserit, oportet igitur, q illam ex verbis in testamento prolatis percipiamus, & ex aliis argumentis legalibus.

¶ Et cū dubitatio tota consistat vtrum verba illa si sine filiis legitimis, & naturalibus intelligantur generaliter ita vt etiam feminas comprehendant, an vero restringantur ad masculos, ex hoc ipso videtur maior oriri dubitatio, etenim super hoc articulo pleni (vt dixerim) sunt libri legales, sepe enim fuit de hoc disputatum, prout casus talis frequenter euenit, & reperiuntur in tali difficultate varia, & sepe contraria responsa, que tamen ex varietate facti possent aliquando concordari, & ego pluries super simili questione consultus aliquando respōdi restrictionem ad masculos faciendam esse, aliquando non, secundum q mihi visum fuit testatoris voluntatem posse colligi. In presenti autem contingentia facti videbatur prima fronte dicendum talia verba restringenda esse ad masculos, & consequēter q existentia domine Marie non fecerit conditionem substitutionis euanescere.

¶ Nam testator cū excludit ab eius hereditate filias feminas, & masculos instituit, & eisdem si sine filiis decesserint substituit patruos eius, & ex eis descendentes masculos, in quo certe videtur habita ratio conseruande agnationis, in quo casu (licet in aliis videatur aliqua difficultas) videtur omnino concludē-
1 dum verba illa † sine filiis, restringenda esse ad masculos, ita signanter firmauit Paul. Castren. in consil. lxxix. casus iste. & multum solemniter articulum disputando, ita tandem determinauit patruus, & dominus meus Socin. in l. cum auus. col. m. hi lij. versic. quartus casus. ff. de conditio. & demonstratio. vbi allegat Paul. de Castr in d. consil. & alios, vt per eum, & ego hanc opinionem solitus sum sequi legendo, & consulēdo, & inter alia sic firmaui in consil. clxviij. Magnificus Comes. per totum maxime nume. 40. ij. vol. & in discursu dicti consilij plures allegaui ita tenentes, & vltra ibi allegatos reperio, q ita firmauit Ruyn. in consi. cxli. viso testamento. per totum. maxime nū. 9. & in consil. cxlv. videtur prima facie. prope fin. ij. vol. & idem etiam concludit in consil. cxlvj. & cxlvij. ibidem sequen.

¶ Nec predicte conclusioni videtur obstare, q testator post substitutionem faciat mentionem pluries de conditione predicta semper dicendo eadem verba videlicet, sine filiis legitimis, & naturalibus simpliciter non adiiciendo masculis, ex quo videtur, q etiam filie femine contineantur per l. iusta interpretatione. ff. de verb. signifi. & quia semper masculinum concipit femininum. l. qui duos mulos. in fin. ff. de legat. iij. cum simılib. Quoniam ad hoc respondet Deci. in consi. xv. & pro tenui. ad finem consilij, vt per eum. in casu enim suo facta erat repetitio dicte conditionis in legato, quod postea testator fecit in illum casum, & tamen eo non obstante determinat verba illa substitutionis, seu conditionis eius, videlicet sine filiis restringēda esse ad masculos. Hec sunt, que pro substitutis contra dominam Mariam me primo aspectu dubium reddebant, & licet alia etiam contra eam allegari possent, vt ex illo meo consil. clxviij. colligi potest, tamen his paucis volui esse contentus, que sunt vigentiota, & veniunt proprie ad terminos nostros.

¶ Predictis tamen non obstantibus maturius mentē testatoris considerando contrarium in casu isto verius puto, cōcludendo, q immo per existentiam domine Marie defecit con-
2 ditio substitutionis, quia † illa verba sine filiis legitimis, & naturalibus. non sunt ad masculos restringenda, sed generaliter intelligenda, vt etiam feminas comprehendant. d. l. iusta. & l. quisquis. ff. de verb. significa. & l. si quis ita. in princip. ff. de testam. tut. cum similibus.

¶ Nec quicq̄ obstat q illa verba sine filiis &c. sint generis ma-
3 sculini, quia † masculinum genus semper continet femininum d. l. qui duos. in fin. ff. de legat. iij. & l. seruis legatis. in princip. eod. tit. & l. si ita scriptum. in princip. ff. de lega. ij. cum simılib. & potest dici, q istud fiat ex proprietate sermonis, cum in d. l. qui duos. Jurisconsultus vtatur verbo continet. quod proprietatem importat secundum Bar. in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postul. & in terminis ita arguit Deci. in cons. cccclxx. casus, de quo queritur post principium. & idem ex alio firmat Alciat. in l. inter stuptum. §. fin. ff. de verb. significa. quod quidem puto procedere propter iustā, & legalem interpretationē,
4 de qua in d. l. iusta. & in proposito † q in conditione si sine filiis &c. etiam femine comprehendantur est tex. in l. j. & ibi plene tradunt scribent. C. de condi. insert. cum similibus, vt plene scripsi in consil. clviij. illustris dominus Andreas. nu. 32. cum aliquibus sequentibus. ij. volu. & hanc opinionem pulchris, & pluribus rationibus firmauit Curt. senior in consil. xliiij. statuto, seu consuetudine. vij. col. cum multis sequen. incip. in versi. premissis omnibus non obstantibus. & in consil. lxiij. antiquissima, & nobilissima familia. colum. x. cum aliquibus sequenti. in versic. sed premissis tribus obiectis. & fuit originalis opinio Jo. Andr. in c. Raynaldus. extra de testam. dicentis, q quando non exprimitur sine filiis masculis, etiam femina facit conditionem deficere, quem ibi sequuntur Anto. de Butr. Jmol. & alij. eandem opinionem firmat consulendo Roman. in consil. cxlviij. visis themate, ac supra consultis. Alexan. in consi. lv. ponderatis his. nu. 10. lib. iij. & in consil. xvij. circumspectis verbis.

bis.nu.9.lib.7.& alibi sepe. Patruus, & dominus meus Socin. in consil.clxxxij.licet filia.& in consil.cxxxvij.presens consultatio.col.fin.versic.secundum quod videbatur.ij.vol.& in consil.lv.visis consiliis.iij.volu.Corn.in consil.xcj. visa facti narratione.in primo dubio.& in consil.ccij. pluries, & pluries.iij. volu.Ludouic.Bologni.in consil.liij. inuocato diuino suffragio.in iiij.lib.consiliorum.Alexand.Jas. longe prosequens in consil.cxlij. venerabilis quondam dominus Augustinus.ij. volu. Deci.in consil.ccclxx. viso testamento.in consil.cccccl xx.
* preallegato.& alibi sepe, & dicit ibi, quod Doct.ita communiter * tenent, Curt.Junior in consil.xlix.babita diligenti.ij.col. & in consil. clxiij. in causa vertente.iij. colum. vsque in fin.consilij. & etiam alibi.& late Carol.Ruyn.pro bac parte sepe consuluit, vt constat in consil.cxliij.cxliiij.clij.cliij.& cliiij.ij.volu.in omnibus enim predictis consiliis concludit in terminis nostris filiam excludere substitutum, idem firmauit Alciat. in d.l.inter stuprum.§.fin.de verborum significat. Parisi.etiam bonis rationibus motus ita consuluit in consil.xlj. Joannes testator. nume.25.& 26.iij.volu.non obstante quod testator propriam filiam excluserit,ac etiam quod lege municipali masculi excludant feminas dicens se idem Alciat.ita firmare consilio quamplurium virorum note prudentie,vt per eum, & eandem opinionem pro filia grauati contra substitutum,sequitur nouissime Hieronymus gratus.in consil.lxiiij.profecto casus iste a nume.16.vsque in fin.ij.volu.& licet ipse loquatur quando erat dictum sine liberis &c. tamen plura ex dictis suis procedunt etiam quando fuisset dictum sine filiis &c. Sic itaque videtur quod ista opinio vltra rationem, de qua supra confirmetur quamplurium Doctorum(& quidem maximi nominis)authoritate.

¶ Tertio considero,& plurimi facio,quod domina Maria, que superfuit ab intestato successura fuisset tam patri suo grauato, quam etiam auo testatori,nec per substitutos potuisset excludi, nedum de iure communi,sed etiam municipali ciuitatis Florentie,nam licet statutum dicte ciuitatis,filiam, vel neptem in aliquibus casibus excludat,non tamen isto casu excluderetur per predictos substitutos,cum non sint de personis propter quas filia,vel neptis excluderetur,quo stante dico, quod quando testator dixit si decesserit sine filiis,& substituit, quos substituit censetur de omnibus filiis tam feminis,quam masculis intellexisse,cum etiam per feminas substituti fuissent ab intestato excludendi.
5 nam † semper testator censetur se voluisse conformare cum dispositione iuris tam communis,quam municipalis, vt per Bart. patruum meum Socin.& alios in l.heredes mei.§.cum ita.ff. ad Trebell.cum concordantibus, vt per Grat. qui ita arguit in d.consil.lxiiij.nu.37.& 38.

¶ Et per hoc tollitur maximum fundamentum quod alias solet fieri pro substituto,quando scilicet in loco extat statutum, quod masculi excludant feminas,prout arguit Deci.in consil.xv. & pro tenui.iiij. colum. & ego dixi in preallegato consil. clxviij. nume.63.cum aliquibus sequentibus,nam tale argumentum procedere posset respectu persone testatoris, si ei ab intestato decedenti substituti de agnatione excluderent filiam grauati, vt plene ego dixi in d.consil.clxviij.nu.70.71.& 72.& qui aliter intelligunt,videntur in argumento,quod faciunt de statuto paralogizare,vt inquit patruus, & dominus meus Socin. in preallegato consil.lv.in fin.iij.volu.

¶ Et demum ista opinio in fauorem domine Marie comprobatur iuris presumptione, quia † semper testatoris dispositio
6 sic debet interpretari,vt minus heres dicatur grauatus. l.vnum ex familia.§.si rem.ff.de legat.ij.l.nummis. ff.de legat.iij. & l. qui filiabus.& ibi Paul.de Castro.ff.de legat.primo. cum similibus, sed in casu nostro agitur de substitutione fideicommissaria,que dicitur onus.l.coheredi.§.cum filie. ff.de vulga. & pupill.cum similibus.merito debet intelligi,vt difficilius habeat locum, & sic solum quando sine aliquibus filiis decesserit filius,& heres,non autem si sine masculis,quia tunc heres magis grauaretur.

¶ Et licet aliqua ex predictis videantur procedere generaliter in trita ista disputatione inter filiam grauati,& substitutum,ego tamen non ita generaliter affirmarem, sed ex variis coniecturis,varie semper iudicandum putaui, vt constat ex dicto consil.clxviij.vbi pro substitutis consului.& ex preallegato consilio clviij.vbi pro filia contra substitutum.& hoc quia in dictis casibus particulares erant coniecture ad conclusionem quam diuersam in eis feci,vt in eis videri potest,& alias etiam reperies me varie ex diuersis coniecturis respondisse, in occurrenti autem casu vltra supra deducta ex particularibus coniecturis arbitror intentionem testantis fuisse in conditione illa si sine filiis &c.comprehendi tam feminas,quam masculos.

¶ Et prima coniectura,& potentissima est, quia testator quando sensit loqui de masculis tantum,illud expressit, vt patet ibi alios filios masculos &c.& infra ibi,& alij eius filij masculi &c. & infra etiam quando vocat filios Raphaelis, & Amphrionis, nam exprimit filios,& descendentes masculos,& inferius etiam sepe exprimit de masculis,quando loquitur de propriis filiis, dico enim quod ex hoc clare arguitur, quod quando tacuit qualitatem masculinitatis,sed simpliciter dixit sine filiis legitimis, & naturalibus(prout fecit quando Joannotio,& aliis filiis suis substituit)simpliciter intellexit de omnibus filiis tam feminis, quam masculis,quoniam si tantum de masculis intellexisset, vtique expressisset sicut in aliis locis fecit,quando ita sensit, & hoc ei faci
7 le erat sicut in aliis locis expresserat,vnde † cum non fecerit,sed simpliciter de filiis loquutus fuerit, noluisse dicitur tantum de masculis loqui iuxta l.j.§.sin autem ad deficientis. C.de cadu. tollen.& c.ad audientiam.in fin. extra de deci. & in vtroque loco Docto. tradunt. facit c. inter corporalia.circa medium. extra de transla.episcop.cum similibus.& ita arguendo in simili concludit Jo.de Anan.in consil.xxij. ad approbandam. sic etiam arguit, & concludit Alexand.in consil.xxxviij. perspectis his. num.6.lib.vj. Patruus,& dominus meus Socin. in consilio lxxix.viso testamento.vij.colum. versi. addo tamen in casu &c. iij.volum.cum multis concordantibus, quos citaui in preallegato consil.clviij.nu.40.

¶ Et ex hoc tollitur argumentum si per aliquem fieret,quod qualitas masculinitatis posita in vna parte testamenti referatur ad aliam,vt sic vna pars per aliam declaretur, quoniam dico, quod immo argumentum retorquetur,quia ex eo quod de masculis in vno loco expressit, & non in alio, ostenditur, quod in alio noluit per predicta.
8 ¶ Preterea † quum in qualibet parte testamenti sint orationes perfecte non debet fieri relatio,vel declaratio iuxta tradita per illum textum in c.cum dilecti.extra de donatio. & maxime quia ex tali relatione, vel declaratione augeretur onus fideicommissi, quod fieri non debet ita Curt. Senior in dicto consil.lxiij.& Deci.in consil.ccccclxvij.in casu occurrenti.ij.colum. versic.secundo principaliter.

¶ Secunda coniectura,& vrgentissima est, quia quando testator in euentum substitutionis fecit plura legata dicendo in casibus predictis,semper in filiis suis refert qualitatem masculinitatis, sed in eorum filiis in conditione positis semper simpliciter dixit sine filiis &c.& hoc septies,vel octies per eadem verba fecit,nam ex hoc ostenditur,quod in eadem opinione perstitit,vt fiat differentia inter filios proprios per eum institutos, quos volebat esse masculos,& eorum filios, quos in conditione ponebat,in quibus masculinitatem non requirebat, etenim cum hanc differentiam nedum geminasset,sed etiam multiplicasset dicendum est,quod ita ipse resolute loquebatur,non autem a casu, & inaduertenter tacuit masculinitatem in positis in conditione, sed consulto ita semper loquutus fuit, quia ita precise volebat, nam geminatio,& multo magis multiplicatio enixam, & precisam voluntatem testantis demonstrat, &,quod multum deliberate voluerit sic simpliciter loqui de filiis in conditione positis ad not.per Docto.per illum text.in l.Galista. ff.ad Trebell. tradit Bart.in l.cum scimus.C.de agric.& censit.lib.xj.Doct.in c.ex literis.de diuort.cum concordantibus,vt per Felyn.in c. si cautio.nu.14.de fide instrumen.per Deci.in consil.cccxv.superioribus diebus.nu.15.& dcxxxviij.visa prohibitione. nu.19. & per Ruyn.in consil.cx.circa casum,de quo queritur. nu.17. ij.vol.facit c.si quis reatus,cum glo.ij.q.iij.& l.si mulier. la ij. C.ad Velleia.& ita arguunt Curt.Sen.Bologni.& Jas.in consiliis supra allegatis.vbi pro filia consulunt.

¶ Et ista coniectura fortificatur,quia quando testator dicit in casibus predictis subdit,videlicet,quando &c. repetendo eandem differentiam, † nam dictio videlicet,declaratiue, & restri
9 ctiue ponitur.l.videlicet.ff.de pact.l.si in venditione.ff. communia pred.& c.ex literis.& ibi per Docto.de proba. cum simílib. tradit Bal.in l.cum mulier.ff.sol.matri.Bar.in l.j. ff.ad leg. Acquil.do.meus Soci.in consil.50. viso testamento Pauli. j.col.ad fin.iij.vol.Deci.in consi.xlvij.& pro viribus. ij. col. & per Ruyn.in consi.xcvij.primo per ordinem.nu.13.ij.vol.

¶ Tertia

¶ Tertia extat coniectura apud me multum valida, nam testator in casu substitutionis per eum facte si sui filij decesserint sine filiis, filiabus suis si quas sibi nasci contigerit, & quibus iam dotem reliquerat, & quas iam excluserat, reliquit vltra dotem florenos 200. neptibus vero ex filiis suis nihil reliquit, ex hoc. n. arguitur, quod nolebat illas esse exclusas, & consequenter, quod ille facerent deficere fideicommissi conditionem, alioquin vtrosimiliter eis aliquid reliquisset, sicuti reliquit filiabus, ne respectu sue dispositionis nude quodammodo remanerent, quod non conueniret auite affectioni, nec verosimile est. arg. l. cum acutissimi. in fin. C. de fideicōmis. & alias validum est argumentum ab eo quod est verosimile. l. tale pactum. §. fin. & ibi glo. & Doct. ff. de pact. l. cum pater. §. pater certam. ff. de lega. ij. & c. solicite. de restitu. spoliat. cum vulgarib.

¶ Nec videtur posse dici, quod de eis non cogitauit, cum non essent in rerum natura. Quoniā sicut de filiabus cogitauit, & circa eas disposuit, quia eas volebat esse exclusas, licet tunc nate non essent, ita etiam creditur de neptibus cogitasse saltem in genere, quando simpliciter filios filiorum posuit in conditione, sed eis nihil expresse reliquit, quia intendebat eas admittendas ad exclusionem substitutorum.

Quarta coniectura est, &, ni fallor, satis concludens subtiliter considerando verba testamenti, nam quando testator plures filios masculos (si eos sibi nasci contigerit) inuicem substituit, solum substituit vulgariter, & pupillariter, & non dixit per fideicommissum, quod tamen solet communiter poni in similibus substitutionibus, & ipsemet testator illud posuit in alia substitutione si omnes filij decesserint sine filiis &c. eo enim casu substituit vulgariter pupillariter, & per fideicommissum, vt in testamento legitur, dico nunc quod ex hoc infertur, quod testator noluit filios inuicem grauare per fideicommissum, sed bene voluit facere fideicommissum si omnes filij sine liberis decederēt, quod intelligitur post aditam hereditatem, & maiorem etatem, quo

10 † casu habere locum non posset vulgaris substitutio. l. post aditam. C. de impuber. & aliis substitut. nec etiam pupillaris. l. in pupillari. ff. de vulgar. & pupill. & §. masculo. cum sequen. Instit. de pupill. substitutio. & ex hoc sequitur, quod si testatori plures superfuissent filij, quilibet illorum, qui predecessisset potuisset de bonis disponere, & valuisset dispositio pro tunc, & vsque quo omnes nō decederent sine filiis, vt signanter declarat Alexand. in sua distinctione in l. pater filiam. §. fin. ff. ad legem Falcid. & summarie idem dixit in l. heredes mei. §. cum ita. post principium. ff. ad Trebellian. Fingamus quod vnus illorum decessisset sine filiis, vel cum filia femina post aditam, & maiorem etatem superstitibus fratribus certe nullum fideicommissum per fratres peti posset cum de illa non sit dispositum in testamē

11 to, nec † vulgaris, & pupillaris expressa continet fideicōmissariā ad tradita per Doctores in l. j. & ij. & in l. Centurio. ff. de vulgari, & pupill.

¶ Ex his modo ad propositum duo inferuntur. Primo, quod premoriens non dicitur per fideicommissum grauatus fratribus suis, per quos magis proxima agnatio testatoris conseruaretur minus debet aliquis eorū dici grauatus filiis patruorum respectu agnationis conseruande cum ipsi sint in agnatione remotiores. auth. multomagis. C. de episc. & cler. cum similibus, solum ergo erit grauatus. quatenus verba fideicōmissi important, & sic si sine filiis decesserit, quorum appellatione veniunt etiam femine, vt dictum est, & vltra predicta probatur respectu conditionis si sine filiis &c. in l. cum auus. ff. de condit. & demonstra. iuncta d. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. ibi sine filiis, vel filiabus &c.

¶ Secundo, quod cum vnus ex fratribus premoriens post aditā potuisset, & in extraneos bona transferre, & sic extra agnationē, sequitur, quod testator non dicitur in sua dispositione respexisse fauorem agnationis, & consequenter sequitur, quod illa conditio si sine filiis non debet ad masculos restringi, nec est attēdenda eo casu consideratio, & distinctio Pau. de Cast. in consi. lxxix. casus iste frequenter contingit, quam in effectu sequitur patruus & do. meus Soci. in d. l. cum auus. in prealleg. versic. quartus casus, & ego in illo meo cons. clxviij. in ea feci magnū fundamētum, semper enim quod stante dispositione testatoris euenire potest, quod bona trāseant in extraneos, nō procedit predicta distinctio Pau. de Cast. vt multū nota. voluit Alex. in discursu suo in consi. xxxviij. perspectis his, que in themate. nu. 4. lib. vj.

¶ Adest demū & quinta coniectura, quia. s. per statutum loci ista

12 do. Maria ab intestato erat successura, & nō substituti, cui † statuto, & eius dispositioni cēsetur in dubio testator se voluisse cōformare, quatenus verba eius non repugnent per tradita per Bar. & alios in d. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. & quia de hoc supra in tertio fundamento fuit abunde dictum aliter non instabo, ne repetam iam dicta.

¶ Ex his igitur coniecturis vltra alia supra deducta in occurrenti casu intrepide puto conditionē illā si sine filiis &c. debere intelligi ita de feminis, sicut de masculis, & consequenter sequitur do. Mariā excludere substitutos. & licet forte aliqua ex d. cōiecturis per se posset dici dubitabilis, tamen simul iuncte debēt operari, vt dictum est, iuxta illud, singula que non prosunt multa connexa iuuant, vt etiam infra dicam.

¶ Superest nūc ad allegata in contrarium respondere, & certe ex. s. deductis recte intuenti ad oia colligitur responsio, sed vt veritas magis appareat particulariter, vt infra respondetur.

¶ Nam dū primo considerabatur quod testator excluserat proprias filias, & ideo videretur, etiam quod neptes voluisset excludere, ne sint melioris cōditionis ipsis filiabus arg. l. si viua matre. C. de bo. mater. Respondetur, quod hec coniectura per se non est sufficiēs vt recedamus a generali importantia illorum verborum sine filiis, vt etiam filias comprehendant. l. iusta. ff. de verb. sig. cum aliis supra allegatis, vt voluit Pau. de Cast. in prealleg. consi. lxxix. & do. meus Soci. in d. l. cum auus. cum concord. multis, vt dixi in d. consil. clviij. nu. 47.

¶ Et eo maxime in casu nostro ita dicendum est, quia manifeste colligitur, quod testator noluit suas neptes ita excludere, sicut filias, per ea que dixi supra in iij. coniectu.

¶ Et si dicatur, quod in argumēto hec sola coniectura nō cōsideratur, sed vna cū alia. s. quia substituit eius filiis masculis sine filiis decedentibus alios de agnatione, vt dictū fuit, & in hoc vt verum fatear stat omnis difficultas presentis consultationis. Dicam, quod ex predictis colligitur responsio, nam cū totum argumentū fundetur in presumpta voluntate testantis, & in casu nostro ostensum fuit pluribus efficacibus coniecturis testatoris intentionē fuisse, quod illa conditio si sine filiis non restringatur ad masculos

13 iam cessat contraria presumptio. Nam † cū vna presumptio fortior tollat aliam. l. Diuus. & ibi glo. notat in verb. extimari. ff. de in integ. restit. & tradit Azo in sum. C. de probat. cum multis concor. quos allegaui in consi. xxxvj. ex processu ad me trāsmisso. nu. 7. & in consi. lxj. reperitur quedā scriptura. nu. 45. ij. vol. facilius tolletur vna presumptio per plures, & vrgentissimas presumptiones, que supra fuerunt deducte cū duo pluraue vincula sint vno fortiora auth. itaque. C. commu. de succes. cū simil. Et hoc sufficit pro defensione nostre conclusionis.

¶ Non omittā tamen (& sit dictū ex abundanti) quod predicta cōiectura secundū quod plurimos Doct. intelligi debet solum quando testator substituit proprios descendentes masculos in quo casu loquitur Paul. de Cast. in d. cōs. lxxix. sic. n. intelligit Curt. Seni. in d. consi. xlix. & lxiij. ita etiā vr intelligere patruus, & do. meus Socin. in consi. vj. in presenti consultatione. col. pen. vel fin. versi. & tandem distinguit &c. iij. vol. & in consil. xiij. viso testamento. col. fin. versi. postremo Pau. de Cast. eod. vol. Alex. in preallegato consi. xxxviij. lib. vj. sub nu. 4. versi. & dum vltimo contigisset iste casus. Item And. Barbat. in quodam consi. incip. circa hanc dubitationem. col. vij. quod reperitur inter consilia Alex. in cons. lij. lib. iiij. & Deci. in preallegato consi. xv. col. pe. versi. tertio, & vltimo. ibi, sed tamen tunc deuictus instātia amicorū. & ita etiā videtur intelligere Curt. Jun. in cons. xj. thema tale proponitur, & Goza. in cons. lxxxix. in hac causa Tridētina. nu. 5. in vers. quinta sit conclusio. dū refert predictū consil. Pau. de Cast. lxxix. sed in casu nostro nō sunt substituti filij, aut alij descendentes testatoris, sed patrui, & filij patruorū, ergo &c.

¶ Super hoc tamen per se non facerē fundamentū, quia plura possent in contrariū considerari, & ego in preallega. cons. clxviij. videor tenere, quod sufficiat substituisse proximiores agnatos, sed tamen ex abundanti cum aliis considerationibus supra factis placuit allegare ad augumentum do. Marie, vt licet per se tātum non sit attendendum cum aliis tamen aliquid operetur, & fundamenta do. Marie fortiora faciat iuxta illud singula, que

14 † non prosunt plura simul iuncta iuuant, iuxta not. in l. instrumenta. C. de probatio. & tradita per Docto. in c. cum causam. extra eod. tit. cum simil. vt scripsi in consi. cxij. in causa nobilis do. Cornelie. in fin. j. vol. & in consi. viij. in presenti consultatione. in fin. ij. volu.

¶ Nec quenquam moueat illud consilium meum clxviij. quoniam arbitror eius decisionem verissimã esse in casu suo, ⁊ cõclusionem supra positam similiter esse verissimam in casu isto ex maxima diuersitate facti, ⁊ rationis, que inter tales casus consideratur, nam ibi clarissime apparet testatorẽ considerasse fauorem conseruande agnationis, cum gradatim vocauerit illos de sua agnatione incipiendo a filiis suis iam institutis, ⁊ ꝓcedendo vsq; quo aliquis de ea reperiatur, item stante dispositione testatoris, ⁊ existente aliquo de sua familia non poterant bona transferri in extraneas personas, vt ex forma testamenti apparet. Item ⁊ tertio ibi extat statutum quo masculi feminas excludebant, ⁊ ibi etiam filia premorientis sine filiis masculis litigabat cum filiis testatoris, quod non videtur parue cõsiderationis secundum eos, qui distinctionem Paul. de Castr. in d. consil. lxxix. restringunt ad descendentes testatoris, de quibus iam dixi.

¶ Que omnia cessant in casu nostro, primo enĩ testator in casu nostro non processit vocando gradatĩ omnes de sua familia vsq; ad vltimum. sed solum vocauit eius patruos, ⁊ eorum descendentes, item stante dispositione testatoris bona sua potuissent transire ad extraneos etiã existentibus substitutis, vt supra demonstraui in iiij. coniectura. Itẽ non extat in proposito statutum, vt dixi in v. coniectura, ⁊ in tertio fundamento. Et demũ do. Maria filia Ioannotij non contendit cũ filiis aut aliis descendentibus testatoris, sed cum filiis patruelium ipsius testatoris. ⁊ preterea in casu dicti consilij clxviij. non poterant considerari coniecture, quas supra ego consideraui.

¶ Ex predictis ergo diuersitatibus in facto nimirum si fieri debeat diuersa determinatio, ⁊ vt verum fatear apud me nulla est dubietas, quin casus iste pro domina Maria sit terminandus, ⁊ ita puto, ꝙ non erit apud quemlibet prudentẽ virum, qui predicta voluerit diligenti animaduersione intueri.

¶ Et ex predictis facile poteris euitare omnes decisiones Doctor. (que alias essent probande) que pro substitutis contra filiam allegari possent, nã si recte ille considerabuntur, cessabunt in casibus earum coniecture, que in presenti casu pro filia sunt supra ponderate.

¶ Sed particulariter (vt nihil ex allegatis in contrariũ omittatur) non obstat decisio † Decij in consil. xv. que in fine eius
15 ponderabatur in effectu contra secundam coniecturam supra in fauorem do. Marie consideratam.

¶ Nam primo responderi potest dicendo, ꝙ illa decisio facile potest ex predictis in dubium deduci, nec videtur multũ secura, quoniam in effectu in casu illo solum considerabatur, ꝙ testator excludendo filias proprias substituit illos de agnatione sua, que duo sola si aliud non concurrit non videntur sufficere vt per Curt. Senior. in preallegatis consil. xliiij. ⁊ lxiij. per do. meum Soci. in d. consi. xl. inter consi. d. Curt. ⁊ per Ias. in d. consi. cxlij. cum concord. multis, de quibus supra. ⁊ hoc idẽ satis patet ex supra deductis. ⁊ maxime decisio illa videt̃ dubia, quia Deci. in fin. non videtur bene respondere vltimo fundamento supra facto in contrarium, vt statim dicam.

¶ Secundo etiã respondet̃ posito ꝙ illa decisio sit vera (absq; tamẽ preiudicio veritatis) dico enim ꝙ in illo casu desunt multe coniecture in fauorem filie, que isto casu reperiuntur, maxime tertia, ⁊ quarta, ⁊ forte etiam quinta, igitur ex diuersitate facti pariter, ⁊ rationis de illa decisione ad casum nostrum non debet inferri per iura vulgaria, quinimmo potest dici, ꝙ in illo casu desit etiã secũda coniectura talis qualis est in casu nostro, hic enim testator octo, vel nouem vicibus faciendo mentionẽ de conditione substitutionis semper dixit sine filiis simpliciter ⁊ de filiis propriis semper fecit mentionem cum qualitate masculinitatis ex quo clara voluntas eius ostenditur, ꝙ in conditione noluit loqui de masculis tantum, attento maxime, quod quasi semper vtitur dictione videlicet, que est declaratiua, ⁊ restrictiua precedentium, vt dixi in d. ij. coniectura, in casu vero Decij solum bis verba conditionis protulit, ⁊ sine dictione videlicet, ergo non est ita potens coniectura, sicut est in casu nostro, igitur ⁊c.

¶ Et licet predicta sufficiant pro tuenda secunda nostra coniectura, placet tamen addere, ꝙ Deci. non bene tollat coniecturam, licet sumptam ex bina tantum expressione illorum verborum sine filiis ⁊c.

¶ Nam prima sua responsio, nihil est, quia effectus substitutionis non indiget illa repetitione, sed bene repetitio verborũ sine filiis absq; verbo masculis arguit deliberatam mentem testantis, ꝙ non sensit de masculis tantum, vt supra dixi.

¶ Nec obstat, ꝙ repetitio videatur facta ad alium effectum, quia talis est, ꝙ ex ea constat testatorem deliberate sic loquutum fuisse.

¶ Nec etiam placet alia responsio dum dicit, ꝙ presumptio sumpta ex dicta geminatione purgatur contrariis presumptionibus fortioribus. Quia dico, ꝙ immo contrarie presumptiones vti generaliores, ⁊ debiliores per illam particularem, ⁊ fortiorem eliduntur, etenim due presumptiones supra allegate. s. exclusio filiarum. ⁊ institutio agnatorũ per se sole non sunt habiles, vt ex supra deductis constat.

¶ Posset etiam dici, ꝙ in casu Decij filia contendebat cum descendentibus testatoris, prout ipse ibi considerat sic declarando distinctionem Paul. de Castro in dicto consil. lxxix. vt etiam supra dixi, sic itaq; reiectis omnibus contrariis remanet firma conclusio in fauorẽ domine Marie contra substitutos. Laus Deo Opt. Max.

¶ Socin. Nepos Bononie. 1550.

CASVS CONSILII XXVII.



SERENISSIMVS Rex Ludouicus vendidit Gulielmo Petrino eius subdito duo predia Pompeianum scilicet, ⁊ Tusculanũ precio iusto cum pacto redimendi in perpetuum pro voluntate venditoris, ⁊ heredum eius, modo tamen infra bienniũ non redimant, sed deinde aliquibus annis decursis idem Rex eidẽ Gulielmo uendidit predium Sempronianum cum simili pacto redimẽdi, hoc tamen declarato, quod una cũ aliis prediis de quibus supra redimi deberet.

¶ Paulo post idem Rex vendidit eidem Gulielmo super camera Regis, ⁊ super omnibus bonis, seu reditibus Regiis cẽsum, seu pensionem annuam perpetuo prestandam ad rationẽ quinq; pro centenario ex regali camera, vel ceteris eius bonis, veluti florenos decem pro precio florenorũ ducentorũ cũ pacto similiter redimẽdi ad libitũ Regis, ⁊ heredũ, vt in instr̃o dñ. Eodẽ die separato tamen, ⁊ speciali instrumẽto d. Gulielmus propter eius benemerita de speciali gratia Regis obtinuit ab eo, ꝙ Rex ipse pro se, ⁊ heredibus in meliori forma renunciauit premissis pactis redimendi per spatiũ duodecim annorũ, ⁊ ꝙ post dictum tẽpus non possint predia redimere, nisi simul etiam pensionem predictam redimant cum solutione precij dicte pensionis, ⁊ omnium pensionum tunc debitarum.

¶ Ex post longo interuallo Rex ipse, successores eius, ⁊ heredes variis modis dicuntur approbasse contractus predictos, ⁊ maxime his verbis, videlicet ratũ habemus, approbamus, ⁊ confirmamus dictos omnes contractus, ⁊ obligationes, ac conditiones quascunq; desuper, ⁊ circa eosdem factas ⁊c.

¶ Pensio predicta non fuit soluta iam annis triginta sex cũ Rex ipse decesserit iam annis viginti sex, etenim ex parte Gulielmi, ⁊ heredum nunquam fuit petita dicta pensio, neq; ex parte Regis oblata.

¶ Et presupponitur, ꝙ post mortem Regis venditoris creditoribus ipsius quibuscunq; per edictũ renunciatũ fuit, ꝙ infra certum tempus creditum suũ profiterentur sub pena amissionis eius, at Gulielmus comparuit, ⁊ alia sua credita professus est, pensionem tamen prefatam non solutam, aut preciũ, quo illam emit nõ indicauit, eo ꝙ extimabat sibi satis per priora eo nomine cautum, ⁊ ꝙ pensio predicta cum precio, quo illã emerat, tunc solui deberet, quando illa vna cum prediis redimeretur, ac etiam quia illam pecuniam Regi mutuo non dederat, sed pro precio pẽsionis sibi perpetuo prestande numerauerat, ⁊ sic quo ad illam summã putabat se non esse in numero, neq; in conditione creditorum, ob quam causam eã non indicauit.

¶ Istis sic stantibus de tribus in effectu contingit dubitari.

¶ Primo vtrum valuerit omni iure ille contractus emptionis de illa pensione de decem annuis pro precio ducentorum, an vero possit dici contractus simulatus, seu in fraudem vsurarum factus, attenta illa gratia speciali eodem die facta, ⁊ ipsi Gulielmo concessa ⁊c.

¶ Secundo

¶Secundo, vtrum Gulielmus, ⁊ sui heredes posito, ꝙ contractus ille valuerit sibi in aliquo preiudicauerint non indicando tale creditum, nec pensionem illam exigendo per annos triginta sex?

¶Tertio, quid iuris sit circa contractum predij Sēproniani, quod Gulielmus emit a Rege viginti, cum tamen Rex per prius emisset xxxij.

SVMMARIVM CAPITVM.

¶De venditione cum pacto de retrouendendo, vtrum dicatur simulata?

¶De annuo reditu vtrum vendi possit etiam cū pacto de retrouendendo, ita vt emptor non dicatur vsurarius?

¶De edicto Regio, ꝙ quisq; profiteatur, quod sibi debetur a Rege sub pena amissionis vtrum liget eum, qui annuum reditum sibi deberi non indicauit aliqua causa, licet forte erronea?

¶Et quanto tempore annuum debitum prescribatur?

¶Et de pacto de retrouendendo cum paucitate precij, vtrum sufficiat ad inducendam simulationem?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Vsura est quicquid sorti accedit, etiam quod non sit pecunia. & num. 4. & 8.*

2 *Vsura est lucrum quoddam pacto debitum ex mutuo.*

3 *Vsura est ista, si testator legat certam summam alicui, cum hoc, quod hæres donec distulerit soluere dictam summam, soluere debeat quid annuum, puta triginta, & donec annuam illam summam soluere uoluerit, cogi non possit ad solutionem legati principalis, nam talis nō poterit dictos triginta annuos recipere quin sit usura.*

5 *Simulatio contractus non inducitur ex solo pacto de retrouendendo. & num. 18.*

6 *Contractus uidetur fœneratitius, in quo quis emit annuum reditum quinquaginta pro pretio mille, quia ille reditus est infallibilis, & perpetuo eiusdem tenoris, nisi in eo loco frequenter inter bonos uiros, & mercatores, quia tunc est licitus.*

7 *Mercatorum usus & communis eorum reputatio tantum potest, quod uere si aliquis contractus esset usurarius, non tamen pro tali haberi debet, si per mercatores cōmuniter licitus reputatur, et exercetur.*

8 *Vsura regulariter non cadit in emptione, sed in mutuo.*

9 *Reditus annuus æquiparatur rebus mobilibus, uel immobilibus, uel pro eis habetur.*

10 *Reditus annui perpetui emptio an licita sit.*

11 *Emptio facta conuenienti pretio non potest dici fœneratitia.*

12 *Contractus in dubio non debet usurarius, & illicitus iudicari, saltem in foro contentioso.*

13 *Emptio etiam perficitur conuentione, seu consensu.*

14 *Aretini decisio in consi. clij. reprobatur.*

15 *Emptor bonæ fidei facit fructus suos licet a non domino emerit.*

16 *Beneficio pro se introducto quis renunciare potest.*

17 *Emptio cum expresse fit, nec causa aliqua, aut præsumptio sit quæ simulationem arguat, standum est uerbis.*

19 *Pactum de retrouendendo per se non inducit præsumptionem simulationis.*

20 *Pretium iustum uidetur id in quod reditus uiginti annorum conuertitur. utputa quinque pro centum.*

21 *Regium edictum uidetur pro lege habendum.*

22 *Soluens indebitum scienter dicitur donare.*

23 *Reditus annuus in re mobili præscribitur triennio, in immobili, decem annis inter præsentes, & uiginti inter absentes.*

24 *Actio personalis tollitur cursu triginta annorum.*

25 *Accidentia nulla sunt non entis.*

26 *Priuatio nostri iuris solet uocari pœna.*

27 *Causa quælibet etiam bestialis, & iniusta excusat quem a doloso animo, & delicto, & consequenter a pœna.*

28 *Factum quod potest fieri malo, & doloso animo, & alia qualibet causa, præsumitur semper factum alia causa, & sine malo animo, ne pœnam patiatur.*

29 *Consuetudo etiam praua, & irrationabilis excusat a culpa, et a pœna.*

30 *Donatio non præsumitur quando alia sit coniectura etiam leuis.*

31 *Possessor malæ fidei non præscribit.*

32 *Præscriptio in annuis præstationibus requirit ad minus cursum triginta annorum.*

33 *Simulatio contractus præsumitur ex modicitate pretij, & pacto de retrouendendo, quod autem negatiua sit uerior, uide nu. 34.*

35 *Principium semper spectari debet.*

36 *Contractus tempus inspicitur ad cognoscendum iustum pretium.*

37 *Res uendita cum pacto de retrouendendo semper minoris æstimatur, quia illud pactum solet dici pars pretij.*

CONSILII XXVII.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie.

¶Sequendo ordinem propositarum questionum. Circa primā videretur prima fronte (vti hoc modo loquēdi vtitur Celsus Jurisconsultus in l. quingenta. ff. de proba.) ꝙ ille contractus possit dici simulatus, ⁊ ꝙ vere fuerit mutuum sub vsuris quinq; pro centenario.

¶Et primo hoc probari videtur, nā dedit Gulielmus Regi summam certam puta ducenta, ⁊ sibi erant danda decē singulis annis, quousq; ducenta redderentur, ⁊ sic illa decem vti sor
1 ti accedentia debēt dici vsura, qr † quicquid accedit sorti vsura est. c. plerisq;. ⁊ c. seq. xiiij. q. iij. ⁊ tradit glo. j. in fin. in l. rogasti. §. si tibi, ⁊ ibi dicunt Doct. ff. si cert. pet.

¶Et clarius secundo hoc videtur ostendi, qr illa ducenta videntur Regi mutuo data cum pacto de dandis decem quolibet anno, ⁊ sic illa decem dicuntur lucrum quoddā pacto debi
2 tum ex mutuo, prout proprie diffinitur vsura † per Hostien. in summa de vsur. quē refert, ⁊ sequitur Pau. Cast. in cōs. xix. presens dubium. post prin. ac etiam Laur. de Rodul. in tract. de vsur. in prin. dicunt enim prefati, ꝙ vsura dicitur, lucrum ex mutuo debitum ex pacto, vt per eos.

¶Sed ⁊ tertio confirmatur idem ex pulchra decisione Areti.
3 in consi. clij. viso themate. dum vult, † ꝙ si testator legat certā summam puta quingentos aureos Gaio hoc declarato, ꝙ heres donec distulerit soluere dictam summam soluere debeat quid annum puta triginta aureos, ⁊ donec annuam illā summam soluere voluerit cogi non possit ad solutionē legati principalis, non poterit Gaius dictos triginta aureos annuos recipere, quin sit vsura, quia cum sibi pecunia debeatur iure legati, ex ea alia pecunia non producitur, vt per eū, qui etiā, ⁊ aliis rationibus mouetur, ⁊ eius decisionem refert, ⁊ sequi videtur Jas. in l. j. in j. lect. nu. 60. C. de sum. Trin. ⁊ fid. cath. sic ergo videtur isto casu, ꝙ cū Gulielmo videatur debita pecunia illa ducentorum, quam Regi numerauit, non debet ex illa summa pecunia aliqua accipi quin sit vsura.

¶Et vlterius etiam vsurarium contractum, ⁊ simulatum vꝫ quarto loco demonstrari, nā cū Rex, ⁊ heredes eius per spatium annorū duodecim non possent redimere dictā pensionē, nec etiā predia propter illud pactū, quod fecit Rex, seu specialem gratiam, quā cōcessit Gulielmo speciali instrumento, vt in puncto narratur, ipsi Gulielmo magna superuenit cōmoditas, vt. s. pro illo tempore predia retineat, ⁊ fructus percipiat ēt inuito Rege, qui promissionē suā de non redimendo per annos duodecim seruare tenebatur. l. iurisgentium. §. pretor ait. ff. de pact. c. j. ⁊ c. iij. extra de pact. ⁊ l. sicut ab initio. C. de act. ⁊ obli. cum simil. ⁊ similiter etiam illa decē annua habeat, hec enim omnia vti accedentia summe ducentorum mutuo datorū
4 vsura dici debēt, quia † vt dixi, quicquid accedit sorti vsura est, etiam quod non sit pecunia. d. c. plerisq;. cū seq. xiiij. q. iij. ⁊ ita alias arguendo dixi in consil. lxvj. elapsis mensibus consului. nu. 1. ⁊ 2. in ij. vol. ⁊ in hoc vt audio Regij agentes faciunt magnum fundamentum, dicentes propterea colligi, ꝙ vere non fuit initus emptionis contractus, sed mutuum potius cū vsuris, ⁊ in fraudem vsurarū fuit tale mutuum velatum sub nomine emptionis, ⁊ venditionis, que vera non fuit, sed simulata.

¶Predictis tamen non obstantibus maturius omnia considerans contrarium puto verius, ⁊ indubitanter concludo predictos contractus omnes pleno iure valuisse, ⁊ fuisse veras emptiones, ⁊ venditiones, ⁊ non simulatos contractus in fraudem vsurarum.

¶Et in primis loquendo de emptione prediorum Pompeiani, ⁊ Tusculani non est insistendum cum de eis non fiat questio, nec etiam fieri potest, quia, vt in puncto dicitur, fuerunt empta iusto pretio.

5 Nec † ex solo pacto de retrouendendo inducitur simulatio cōtractus, vt est notissimum, ⁊ constat ex tractatu Cepo. de simulatione contractus emptionis, ⁊ venditionis, in quo nunꝗ ponit, ꝙ ex solo pacto redimēdi presumatur simulatio, ⁊ tota die fiunt tales contractus, ⁊ nulla cadat dubitatio simulationis, cum possessio prediorum traditur emptori, vt in isto casu euenit, nec insistam amplius super hoc, quia vt dixi, questio nulla fit, nec fieri potest.

¶ Secundo loquendo de emptione illius pensionis decez annue, circa quam sunt argumenta in contrariuz facta dico similiter fuisse veraz emptionẽ, ꝛ pleno iure valuisse, non autẽ fuisse simulatum contractum, aut vsurariũ, ꝛ ita in effectu residet Bal. in l. j. in iij. q. C. de his que pen. nomi. vbi in terminis for
6 mat quest. † si quis emit annuum reditũ quinquaginta ꝑ pretio mille, ꝛ arguit, ꝙ videtur feneratitius contractus, q꞉ ille reditus est infallibilis, ꝛ perpetuo eiusdez tenoris, tñ dicit, ꝙ plerię dixerunt, ꝙ licet videatur ꝯtractus aliqualiter suspectus, non tñ debet iudicari feneratitius, ꝛ ita ibi firmat Bal. si in regione apud bonos viros, ꝛ mercatores talis cõtractus frequẽtatur, vt per eum, qđ etiã voluit in c. j. prope fin. in versi. sed qd dices si pecunia ꝛc. si de feu. vasal. ab aliq. interpel. fu. vbi eãdẽ quest. mouet, ꝛ ꝑ decisione se remittit ad dicta per se in d. l. j. C. de his que pen. nom. ꝛ hanc decisionem vꝫ sequi Alex. in l. j. C. de sum. Trini. ꝛ fid. cath. in vij. apostil. ad Bar. ꝛ ibi Jas. nu. 41. expressius refert, ꝛ sequit̃ Bal. dicens, ꝙ tandẽ Bal. determinauit eiusmodi contractũ esse licitũ, qñ in ciuitate, vel regione frequẽtat̃ per bonos, ꝛ graues viros, ꝛ legales mercatores, vt per eũ. Sed in ꝓposito nostro ꝑsupponit̃ in facto, ꝙ in ꝓuincia, ꝛ in regno p̃dicti Regis talis ꝯtractus ꝑ probos, ꝛ graues viros, ꝛ mercatores legales frequentat̃, ꝛ cũ priuatis personis,
7 ꝛ ẽt cũ ipso Rege, ergo ꝛc. Immo † tm̃ põt vsus mercatorũ, ꝛ cõis eoꝝ reputatio, ꝙ etiã si vere ꝯtus aliquis esset vsurarius, non tñ ꝓ tali haberi dꝫ si ꝑ mercatores cõiter licitus reputat̃, ꝛ exercet̃, vt voluit Bar. in l. qs sit fugitiuus. §. apud Labeonẽ. ff. de edil. edict. ꝛ Bal. in l. cũ allegas. C. de vsur. cuꝫ concord. vt per Stat. in consi. xlix. proponitur quendam. nu. 12. ij. vol.

¶ Et ꝙ in casu nostro cõtractus nõ sit vsurarius satis aperte ꝓbat̃ ex eo, q꞉ sonat in emptionẽ, ꝛ venditionẽ, non aũt in mu-
8 tuũ, † nam vsura regulariter nõ in emptione, sed in mutuo cõmittit̃, ita vt quicqui sorti mutuo date accedat vsura sit iuxta illud, mutuuꝫ dantes nihil inde sperantes, vt scribitur in Euãgelio Luc. c. 6. in emptione aũt non sic est, q꞉ nihil dat̃ qđ ꝓ sorte consideretur, sed vẽditor reꝫ tradit, ꝛ emptor pretiũ, ideo in ea regulariter non cadit vsura, ꝛ ita tenuerunt Rayn. Goffred. ꝛ alij antiqui ſm Hosti. in sum. de vsur. in prin. ꝛ Card. in cle. j. in prin. in ix. q. de vsur. cũ concord. vt dixi in consil. lxvj. elapsis mensibus. nu. 4. ij. volu. sed in casu nostro, vt dictum est, facta fuit emptio pensionis, seu census annui, siue velis dicere annui reditus, ergo ꝛc. concurrunt enim isto casu omnia substãtialia emptionis, videlicet Rex venditor, Gulielmus emptor res vẽ-
9 dita, scilicet annuus † ille reditus x. ex bonis Regis percipiendus, qui rebus mobilibus, vel immobilibus equiparatur, vel pro eis habetur, vt nouissime tradit Alciat. in l. mouentiuꝫ. ff. de verb. significa. vt sic non pecunia, sed res alia emi videatur. Item adest, ꝛ pretium scilicet ducentoruꝫ solutorũ per Gulielmum, ꝛ ita reperio, ꝙ determinat Bal. in cons. cxxxij. ꝛ quod dictus annuus reditus. post prin. iij. vol. ꝛ in consil. ccx. querit̃ de tali casu. eod. vol. quem refert, ꝛ sequitur alios etiam allegãdo Crauett. in consil. cxlv. viso processu. nu. 20. j. vol. ꝛ demuꝫ
10 reperio, ꝙ hanc questionem, † vtrum scilicet licitum sit emere reditus aliquos perpetuos longe disputat Gulielm. Bont. in suo tract. de vsur. vbi refert quendam Henric. de Gandauo tenuisse per octo fundamenta talem contractum esse feneratitiũ, sed ipse audacter concludit contrarium, ꝙ immo sit licitus rationibus pluribus, vt per eũ, qui omnibus argumentis Gandaui sigillatim, ꝛ iuridice respondet, dicens, ꝙ inter sacre pagine magistros solus ille Gandauus aduersatur: ceteri eniꝫ oẽs secundum euꝫ tenent licituꝫ esse contractuꝫ, ꝛ in col. antepe. in vers. in primis enim pro ista opinione, enumerat duodeciꝫ magnos Theologos ita tenentes, ꝛ refert, ꝙ quidã magister Alexander Lombardus dicit, ꝙ omnes Parisienses Magistri vno excepto tenuerunt dictum contractum esse licitum, vt per eum ibi, qui subdit, ꝙ hanc opinionem Martinus Papa cõfirmauit, ꝛ per bullam suam approbauit cũ fuisset super eo consultus a clero ecclesie Vratislaurensis. Et dicit predictus do. Guliel. in prin. dicte quest. ꝙ hodie tales contractus communiter fiunt a magnis, ꝛ a paruis, a doctis, ꝛ indoctis, ꝛ ego video ꝙ in Italia ita verum est, nam vbię tales contractus fiũt presertim cum principibus, ita quidem vt dubitari non possit in casu nostro emptioneꝫ annui census, vel relictus in decẽ pleno iure valuisse, nec posse dici contractũ feneratitiuꝫ, ꝛ ꝙ talis contractus non sit vsurarius, sed licitus post Bal. in preallег. l. j. C. de his que pen. nom. tenet etiã patruus, ꝛ do. meus Socin. in consil. xlj. in presenti consultatione. num. 10. iiij. volum.
11 ¶ Et eo maxime isto casu ita dici debet, q꞉ † predicta emptio dicitur facta conuenienti pretio, vt de se patet, nam precio ducẽtorum emeretur terra, aut aliquid aliud ex quo decem singulis annis percipi possent, quod maxime est inspiciendũ in proposita questione, vt inquit Crauett. in d. consi. cxlv. dũ post alios quos allegat dicit tales emptiones valere, nisi modicitas precij interuenerit, ꝛ ꝙ eiusmodi contractus valeat, nec vsurarius dici possit firmat Abb. in c. in ciuitate. vers. extra glo. queritur de notabili questione. de vsur. dicens ꝙ ita tenent Hosti. Innocen. ꝛ communiter omnes Docto.
* ¶ Et ista opinio vltra, ꝙ est communis, * ꝛ vera in puncto iuris nouissime confirmatur iuris presumptione, quoniaꝫ in du-
12 bio contractus † non debet vsurarius, ꝛ illicitus iudicari saltẽ in foro contentioso. arg. l. merito. ff. pro soc. ꝛ in terminis est glo. in c. nauiganti. extra de vsur. ꝛ dicit Bal. in d. consil. ccx. ꝛ Deci. in consi. cxix. ꝛ pro tenui. iiij. col. versi. octauo, ꝛ vltimo. cum concord. vt dixi in cons. lxxxiij. circa presentẽ. nu. 5. ij. vol. ꝛ tradit Crauet. in d. consi. cxlv. nu. 2.

¶ Restat nunc respondere ad allegata in contrarium, ꝛ quãuis ex predictis respõsio colligi possit, tamen vt veritas magis elucescat sigillatim ad omnia respondetur, vt infra, ꝛ ex responsionibus ad contraria indubitata apparebit, ꝛ clarissima veritas nostre conclusionis.

¶ Ad primuꝫ igitur respondetur verũ esse, ꝙ in mutuo quicquid accedit sorti dicitur vsura, sed in casu nostro non fuit aliquo modo mutuuꝫ, sed fuit emptio, ꝛ venditio, ꝛ ducenta per Gulielmum numerata fuerunt precium emptionis, seu rei empte, id est illius annui reditus, vt supra dictum fuit.

¶ Et ex hoc etiam tollitur secundum argumentum, q꞉ verum esset quod in eo dicitur, quando essemus in mutuo, sed cuꝫ simus in contractu emptionis, ꝛ venditionis illa decem annua danda sunt vti res vendita, prout annuos reditus posse vendi supra probatum est, ꝛ illa ducenta data fuerunt vt precium rei vendite, vt ex predictis patet, ꝛ licet illa decem debeantur ex pacto, ꝛ conuentione, tamen non debentur, vt accedentia mutuo cum mutuuꝫ nullum fuerit, sed pactũ, ꝛ conuentio interuenit,
13 q꞉ † etiã emptio perficitur, conuentione, seu cõsensu. l. cõsensu. ff. de act. ꝛ oblig. ꝛ Instit. de oblig. ex consen. per totũ. est eniꝫ pactuꝫ, siue conuentio generale nomen ad omnes ꝯtractus, vt scilicet nullus fiat, ꝛ nulla obligatio cõtrahatur, que nõ habeat in se conuentionem, ꝛ pactum. l. j. §. adeo. ff. de pact.

¶ Et ex his recte consideratis respondetur etiam ad tertium fundatum in decisione Areti. in d. consi. clij. naꝫ posito, ꝙ eius decisio vera sit, de quo infra dicaꝫ, dico ꝙ procedit quando pecunia certa erat debita, prout in casu illo, erat debita ex legato, sed in casu nostro illa ducenta non dicuntur aliquo modo debita, cum soluta fuerint pro pretio rei vendite, vt supra dictum est, ꝛ licet Regi, ꝛ heredibus fuisset permissum redimere illum annum reditum, ꝛ sic soluere illa ducenta, tamen eo casu nõ solueret vti debita, sed vti pretium redempte rei, quaꝫ prius Rex vendiderat.

¶ Et licet hoc sufficiat ad remotionẽ tertij argumenti, tamen
14 vlterius procedendo dico, ꝙ † illa decisio Aret. non est de iure tuta, quoniam illam reprobat patruus, ꝛ dominus meus Socin. in l. ij. col. pen. ff. de his que pe. nom. vbi bonis rationibus mouetur, ꝛ rationibus Aretini respondet dicens, ꝙ ita inter easdem personas contra Aretinum consuluit. ꝛ post euꝫ etiaꝫ Jo. Bapt. de Sancto Seueri. ꝛ subdit, ꝙ in tali causa contra Aret. fuit iudicatum in curia Romana, ꝛ in consiliũ illud Socini nostri forte est. xlj. in iiij. vol. supra allegatum. ꝛ opinioneꝫ eius contra Aret. sequitur Rip. in l. nemo potest. nu. 23. ff. de leg. j. vbi plene disputat, ꝛ tandem dicit sibi placere opin. do. mei Soci. vt per eum, quaꝫ etiam nouissime sequitur elegans Alciat. in lib. v. parадox. c. xx. hoc tamen sit dictũ ex abundanti, q꞉ etiam, ꝙ opinio Areti. procederet, non tamen de ea ad casum nostrum argui posset cum sint termini diuersi, diuersaę ratione terminandi, vt ex predictis patet.

¶ Demum non obstat quartum fundamentum, in quo pars aduersa videtur multum se fundare, quoniã recte considerãdo ex predictis colligitur responsio, nam presupposito, ꝙ nõ fuerint illa ducẽta data mutuo, sed fuerint soluta vti preciũ annui reditus per Regeꝫ venditi, prout supra conclusum, ꝛ probatũ fuit, res de plano procedit, ꝛ omnis difficultas, de qua in argumẽto tollitur: nihil enim est quod accedat sorti mutuo date, q꞉ nihil

nihil fuit mutuo datum, cui vti vsura aliquid accedere possit.

¶ Et si Gulielmus, ⁊ sui interim tenuerunt predia, ⁊ ex eis fructus perceperunt, ac etiam pensionem, seu censum, siue reditum illorum decem singulis annis, totuz iuste fecerunt, pensio enim, siue reditus ille ad euz iure emptionis pertinebat, ⁊ similiter predia iam in eius dominio eodem titulo erant, ⁊ fructus ex illis vti de rebus propriis percepit, argumen. l. solum. §. meum. ff. de rei vendicat. ⁊ l. Herennius. ff. de vsur. cum simi-
15 libus. qui † etiam suos fecisset licet a non domino emisset, si tamen bona fide id egerit. l. qui scit. §. j. ff. de vsur. ⁊ §. si quis a non domino. Institut. de rerum diuisio. non ergo potest dici predicta accedere illis ducentis florenis, vti sorti mutuo date, cum vere mutuum non fuerit, sed commoditas predictorum dicitur per Gulielmum percepta vti de rebus emptis, ⁊ quia hoc clarissimum puto non insistam vlterius.

¶ Et si dicatur, ꝙ omnia predicta per illos duodecim annos consequutus fuit Gulielmus propter illam specialem gratiam in qua Rex noluit posse per annos duodecim redimere.

¶ Potest primo responderi, ꝙ forte etiã sine tali gratia Rex non redemisset, sicut etiam post lapsum duodecim annorum non redemit, ⁊ Rex voluit gratiam appellare quod videbat se omnino facturum.

¶ Sed ⁊ secundo respondetur posito, ꝙ fuerit in effectu gratia, ⁊ ꝙ ei possit adscribi, ꝙ Gulielmus eo tempore commodum, ⁊ vtilitates percepisset, dico enim, ꝙ hoc nihil facit ad vsurarium contractum, nam sicut poterat Rex qui facultatem redimendi habebat eam totaliter renunciare, vt est notum, ⁊
16 probat illa regula, † ꝙ quis potest beneficio pro se introducto renunciare. l. si quis in conscribendo. C. de episc. ⁊ cler. ⁊ C. de pact. cum similibus. ita etiam potuit pro parte temporis relaxare, nam qui potest totum, potest etiam partem. arg. l. in toto. ff. de reg. iur. ⁊ l. que de tota. ff. de rei vendica. cum similib. nihil ergo est in casu nostro accedens quod vsura dici possit, cum non consideretur aliqua sors, ex quo, vt dixi, predicta summa ducentorum florenorum non fuerit mutuum, sed precium dicti annui reditus per Regem venditi.

¶ Nec quicquam obstat quod alias dixi in consi. lxvj. in contrarium allegat. quoniam illud dixi arguendo, sed contrariuz postea ibi firmaui. Ex his ergo manifeste constat de vsuris nõ posse tractari, cuz simus in contractu emptionis, ⁊ non in mutuo, vt supra deductum fuit.

¶ Nec potest dici contractus fictitius. ⁊ simulatus in fraudez
17 vsurarum, † quoniam cum expresse fiat emptio, nec causa aliqua, aut presumptio sit, que simulationem arguat standum est verbis. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ⁊ l. non aliter. in principio. ff. de legat. iij. ⁊ l. j. §. si quis nauem. ff. de exercit. act. cum similibus.

¶ Sed dicet aliquis immo adest presumptio simulationis, ⁊
18 pignoris videlicet † pactum de retrouendendo post duodeciz annos, nam ex eo videtur induci presumptio simulationis per textum in c. ad nostram. ibi. quod patet ex eo ⁊c. de empt. ⁊ vendit. extra. ⁊ ita videtur velle Bartol. in l. creditor. §. fin. ff. qui potio. in pigno. habeantur. prout eum allegat, seu refert quosdam eum allegare Bartholom. Cepol. Veronen. in tracta. de simulat. contractus. j. colum. in fin. ibi ex pacto enim de retrouendendo ⁊c.

¶ Uerum ad hoc respondetur, ꝙ immo tale pactum per se ta-
19 lem presumptionem non inducit, fiunt † enim talia pacta de retrouendendo sepissime in contractu emptionis, ⁊ seruantur, nec propterea tũc contractus redditur suspectus, vt supra dixi, ⁊ probatur in l. ij. C. de pact. inter empto. ⁊ vendit. ⁊ ita etiam firmat predictus Cepol. in tract. predicto. in iij. col. in princip. ⁊ dixit Deci. in consil. clxx. viso themate. colum. penult. versic. vltimo non obstat. ⁊ in consil. cccviij. in casu ad nos transmisso. nume. 8. ⁊ in consil. cccccxliij. in casu proposito. in princip. vbi plures allegat.

¶ Nec obstat d. c. ad nostram. quia ibi ille contractus non reprobatur simpliciter propter dictum pactum, sed quia tale pactum, ⁊ venditio fuerunt dolo emptoris facta, vt in eo text. dicitur, ⁊ declarant ibi Docto. ⁊ aperte ita respondet Cepola in dicta iij. colum.

¶ Et vltra etiã dico, ꝙ ibi etiam venditor fuit valde deceptus in pretio, vt in textu illo dicitur, que non contingunt in casu nostro, nullius enim dolus Gulielmi interuenit, nec Rex fuit aliquo modo deceptus in pretio immo talis venditio census, sicut etiã illorum duorũ prediorũ facta fuit iusto pretio, vt supra
20 est demonstratum, ergo ⁊c. Et constat quia † iustum videtur pretium in quod reditus viginti annorum conuertitur, ⁊ sic cẽtum pro 5. iuxta §. quia vero. in fin. in auth. de non alien. ⁊ est glo. fin. in auth. perpetua. C. de sacros. eccle. cũ concord. vt per Paris. in cons. lx. consului diebus decursis. nu. 29. j. vol.

¶ Nec quicꝙ ob. doctrina Bar. in d. §. fin. quia non loquitur de pacto de retrouendendo, sed de pacto de vendendo, dicẽs, ꝙ ex eo presumitur contractum pignus, ⁊ non dicit, ꝙ presumatur simulatio in fraudem vsurarum, ⁊ est exemplum, si mihi aliquid debeas, ⁊ paciscor tecum, ꝙ pro mea satisfactione liceat mihi vendere fundum tuum, nam ex tali pacto presumitur fundum mihi pignori datum, sicut etiam contingit de pacto de ingrediendo propria authoritate, vt dicit Bald. in l. creditores. in fin. C. de pignorib. ⁊ Alexan. in dicto §. fin. in apostill. ad Bartolum.

¶ Et ex his sit expedita prima dubitatio, in qua remanet conclusio, ꝙ contractus predicti nedum illorum duorum prediorum, sed etiam census, seu redditus illorum decem singulis annis. optimo iure valuerunt, ⁊ emptiones, ⁊ venditiones, ⁊ ita omnino cum omnibus suis pactis seruandi sunt.

¶ Circa secundam dubitationem videbitur fortasse alicui prima facie, ꝙ Gulielmo, ⁊ heredibus fuerit preiudicatum circa summam ducentorum, ⁊ pensiones decursas saltem vsqꝫ ad edictuz per Regis successorem propositum, de quo in puncto
21 fit mentio, etenim † illud edictum Regium videtur pro lege quadam habendum. §. sed ⁊ quod princip. Institu. de iur. natur. gent. ⁊ ciuil. cum ergo contineret, ꝙ creditores Regis infra prestitutum tempus non indicantes, quod illis debebatur tempore mortis Regis predicti tale suum creditum perderẽt, ⁊ Gulielmus non indicauit creditum eius illorum ducentorũ florenorum, nec pensionuz illucusqꝫ decursarum, ⁊ sibi non solutaruz (tametsi alia sibi debita professus fuerit) videtur ꝙ perdiderit predicta eius credita.

¶ Seu velimus dicere, ꝙ talia eius credita renunciare voluerit, seu successori Regis donare cum sciret ea sibi deberi, ⁊ non indicauerit stante edicto Regio, de quo supra, sicut in simili di-
22 citur de eo, qui scienter indebituz † soluit, vt scilicet donare dicatur. l. cuius per errorem. in fin. ff. de reg. iur. ⁊ l. j. in fin. ⁊ ibi dicunt Docto. ff. de condic. indebit.

¶ Preterea ⁊ secundo videtur, ꝙ ex longitudine tẽporis Gulielmus, ⁊ eius heredes videantur exclusi, nam siue consideren-
23 tur annui redditus, vt res mobilis † triennio dicerentur prescripti. Institut. de vsucap. ad finem principij. siue etiam considerentur, vt res immobilis prescribẽtur decez annis inter presentes, ⁊ viginti inter absentes, vt in d. princ. in fin. ⁊ C. de prescript. longi temporis decem, vel viginti ann. per totuz, eteniz annui reditus aliquando inter immobilia, aliquãdo inter mobilia considerantur, vt per Fulgos. in l. sciendum. ff. qui satisd. cogã. iunctis dictis per Paris. in consil. xxxj. circa presentem. nu. 8. iiij. vol. per Ruyn. in consi. lxxxij. circa primũ. nu. 7. ⁊ 8. ij. vol. ⁊ per Alciat. in l. mouentium. nu. 6. ff. de verb. sign. quẽ etiam supra allegaui. Siue etiã considerentur vti debiti perso-
24 nalis actione, talis † actio dicitur sublata per cursum xxx. ann. l. pen. in fin. prin. C. de constit. pecu. ⁊ l. sicut. C. de prescri. xxx. vel xl. ann. ⁊ de omnibus predictis prescriptionibus est glo. in verb. constitutionibus. Instit. de perpet. ⁊ tempo. act. cum autem presupponatur in casu nostro preteriisse spatium annoruz xxxvj. quibus annui illi reditus soluti non fuerunt comprehenditur quelibet prescriptio de qua supra, ergo ⁊c. videtur itaqꝫ preiudicatum Gulielmo, ⁊ heredibus, neduz q: ipse non indicauit predicta sibi deberi, vt edictum Regium continebat, sed etiam ex temporis cursu idoneo ad omnem prescriptionem.

¶ Predictis tamen non obstantibus aliter determinandum est, vt infra dicetur.

¶ Et primo loquendo de summa ducentorum florenoruz (ni fallor) nõ cadit aliqua disputatio, nec in ea potuit Gulielmus sibi preiudicare quin si Rex voluerit redimere illum annuum redditum teneatur eam summaz vti recepit pro precio redemptionis soluere vti in pactis continetur.

¶ Nec in eo potuit generari preiudiciũ Gulielmo non indicãdo, qm̃ edictum Regiũ tantuz de creditis aliquoruz, ⁊ a Rege debitis loquebaẽ, illa autẽ summa ducentorũ Gulielmo p Regez non debebatur, ⁊ sic Gulielmus in ea non erat creditor cuz ad eam aliqua actio ei non cõpeteret. l. creditores. ⁊ l. seq. ff. de

verb. signifi. ⁊ consequenter nec Rex erat in ea debitor, quia ab ea inuito exigi non poterat. l. debitor intelligitur. eod. titu. vederat enim Gulielmus illa ducenta pro pretio annui redditus sibi venditi, vt libere, ⁊ perpetuo apud Regem venditorem essent, sic communiter accidit in pretio cuiuscunque rei vendite, vt scilicet fiat venditoris, ⁊ ad illud aliquo modo nō obligatur venditor generaliter loquendo, vt de se notum est, merito ergo Gulielmus non indicauit talem summam sibi deberi, quia vere non debebatur.

¶ Nec etiam in ea per cursum temporis potest dici illi, aut heredibus preiudicatum per viam alicuius prescriptionis, cum solum nobis aufferantur prescriptione res nostre mobiles, aut immobiles, aut actiones personales, vel similes nobis competentes, vt supra dictum fuit, sed ad dictam summam nulla competebat actio, nec poterat dici dicti Gulielmi, aut suorum heredum, ergo ⁊c. solum itaque fuit in facultate Regis, ⁊ hodie suorum successorum est dictos annuos redditus redimere, ⁊ tunc pro eo pretio tenebuntur soluere dictos florenos ducētos, sed ad id compelli non potuerunt, nec possunt.

¶ Secundo loquendo de pensione, seu annuo reddítu in predictis decem, ⁊ res videtur magis dubia, quia vere pro annis preteritis erat Gulielmo debita per Regem, ⁊ sic Gulielmus in ea erat creditor. Puto tamen dicendum, vt infra distincte procedendo. nam aut querimus, an sibi preiudicauerit Gulielmus talem summam sibi deberi non indicando, aut an prescriptio aliqua contra heredes eius possit allegari.

¶ Primo casu non est dubium, ꝙ pro pensionibus decursis, seu debitis Gulielmo post mortem Regis, ⁊ sic post edictum de quo supra nullum potuit ei preiudicium generari, qr quum illi nondum deberentur non poterat eas pro sibi debitis indi-
25 care, nulla † enim non entis sunt accidentia. l. eius qui in prīncia. ⁊ ibi Doct. ff. si cer. pet. ⁊ c. ad dissoluendum. de desponsa. impub. Bal. in l. posthumo. in prin. C. de bon. poss. cont. tab. ⁊ Jas. in l. si constante. in prin. col. xxiiij. ff. sol. mat. ⁊ Curt. Junior in consil. xiij vt veritas huius casus. nu. 8. cum igitur edictum illud Regium solum de debitis per Regem tunc defunctum loqueretur de pensionibus tunc non decursis, ⁊ nondum debitis loqui non poterat, ideo ⁊c.

¶ Pro pensionibus autem, que ante edictum preterierunt, ⁊ sic que per Regem tempore sue mortis iam ipsi Gulielmo debebantur apud me res videtur valde dubia, tamen omnibus consideratis diligenter, ⁊ statibus in facto veris, que mihi presupponuntur, puto equitati, ⁊ iustitie consentaneum, quod nec in illis sibi preiudicauerit Gulielmus.

¶ Ad quod demonstrandum presuppono ꝙ vigore illius edicti, qui ei contrafacientes non profitebantur credita sua patiebantur penam amissionis eorum, vt sic dicamus amissionem sui crediti esse penam, vt ex verbis edicti constat. ibi. sub pena amissionis ⁊c.

26 ¶ Quod etiam probatur, quia † iuris nostri priuatio solet pena vocari. §. cum igitur. versi. sinautem non valuerint. in auth. de non eligend. secundo nub. in hanc autem penam non debuit Gulielmus incidere, nisi quatenus deliquerit. l. sancimus. C. de pen. deliquisse autem non videbitur, nisi edicto Regio voluerit contrafacere sua credita tali animo non profitendo, quoniam vt dici solet nullum delictum, nisi voluntarium. l. Diuus Adrianus. ff. ad leg. Cornel. de sicar. ⁊ l. j. C. eod. tit. sed talis animus in eo non fuit, ergo ⁊c.

¶ Et illud suadetur ipse credidit pensiones, etiam preteritas non esse soluendas, nisi cum fieret retroemptio dicte pēsionis, ⁊ prediorum, vt scilicet tunc simul prediorum, ⁊ pensionis pretium, ⁊ decurse pensiones soluerētur, ⁊ ita sibi visum fuit quod importarent verba pacti inter se, ⁊ Regem initi in illo instrumento specialis gratie in quo Rex pacto de retrouendendo p annos duodecim renunciauit, ⁊ in ista opinione existens Gulielmus non indicauit sibi aliquas pensiones solui debere propter quod sequitur, ꝙ non debet dici in penam amissionis incidisse vti non habens malum, ⁊ dolosum animum contrafa-
27 ciendi edicto Regio, quelibet † enim causa etiam bestialis, ⁊ iniusta, vt dicunt, excusat quem a doloso animo, ⁊ delicto, ⁊ cōsequenter a pena. l. igitur. §. j. ff. de libera. caus. cum similibus, vt per patruum, ⁊ dominum meum Socin. in consil. liiij. visa breui narratione. in fin. iiij. vol. ⁊ per Hippolyt. de Marsiliis in consil. lxij. summi Dei inuocato suffragio. nu. 3. ⁊ ego dixi in consil. xlv. quidam Georgius. nu. 16. primo volu. ⁊ in consil. xxvij. formata fuit inquisitio. num. 33. ij. volu. ⁊ hoc est ex
28 eo, quia † cum quid fieri potest malo, ⁊ doloso animo, ⁊ alia qualibet causa presumitur semper factum alia causa, ⁊ sine malō animo ne penam patiatur. l. merito. ⁊ ibi Docto. ff. pro socio. ⁊ ꝙ Gulielmus ea de causa pensiones non indicauerit, ⁊ non malo animo contrafaciēdi edicto constat ex eo quod alia sua credita aperte professus fuit, sic itaque ex predicta causa etiam quod non fuerit vera, vel iusta debet Gulielmus a pena predicta excusari.

¶ Item etiam ⁊ ex alio, quia scilicet ex consuetudine ita videbat seruari in omnibus, quibus similes pensiones a Rege debebantur. Hij enim in numero creditorum non habebantur, nec in illo edicto comprehensi dicebantur, vt mihi in facto presupponitur, dico enim, ꝙ ex tali consuetudine debet excusari
29 Gulielmus a pena amissionis, de qua supra, nam † consuetudo etiam ꝙ sit praua, ⁊ irrationabilis excusat a culpa, ⁊ a pena, vt est glo. prima. in fin. quam ibi notant Abb. ⁊ alij in c. cum venerabilis. de consuetud. ⁊ voluit Bart. per illum tex. in l. si pignore. §. fin. ff. de pignora. actio. cum concordantibus, vt per Jas. in l. j. §. hoc iudicium. nu. 25. ff. si quis ius dicent. non obtemper. ⁊ in l. qui iurasse. nu. 7. ff. de iureiuran. per Deci. in consil. cccclxxiij. queritur in effectu. nu. 8. ⁊ Beltrand. in consi. ccclxj. nihil opponitur. nu. 10. j. vol. ex primis. per Parisi. in consil. clxxj. banna etiam generalia. nu. 19. iiij. vol. ⁊ sic remanet firma conclusio magnā fouens equitatem, vt scilicet Gulielmus non inciderit in penam amissionis tunc decursarum pensionum ex eo ꝙ eas sibi deberi non indicauerit.

¶ Ex quo sequitur nihil obstare dum dicebatur, ꝙ ipse non indicando videbatur illis renunciasse, aut donasse heredibus Regis, nam hoc aperte negatur, nec presumi debet cū vtrunque sit iactare suum, quod nemo presumitur facere. l. cum de inde-
30 bito. cum materia. ff. de probatio. ⁊ in specie, ꝙ † donatio non presumitur quando alia sit coniectura etiam leuis dixit Bald. in l. j. C. ad Trebel. quem refert, ⁊ sequitur Deci. in cons. cccclj. in causa Illustrissimi principis. nu. 6.

¶ Demum non obstat, quod de prescriptione dicebatur, nam primo aduertendum est, ꝙ tempore quo vixit Rex non potuit in eius fauorem currere aliqua prescriptio, cum ille promiserit,
31 ⁊ sic sciret se teneri, ⁊ cōsequenter esset in mala fide, ⁊ ideo † prescribere non potuit. c. ij. de regul. iur. lib. vj. ⁊ c. fin. de prescrip. in antiquis, ⁊ ibi plene tradunt Doct. ⁊ post alios Felyn. qui
* longe disputat, ⁊ tandem ostendit ita esse communem * opinionem, vt scilicet per d. c. fin. corrigatur ius ciuile, quo dicebatur actionem personalem tolli per cursum triginta annorum etiam in fauorem scientis se teneri, ⁊ sic existentis in mala fide. licet Bar. in l. sequitur. §. qui viam. ff. de vsucap. ⁊ ante eum Hosti. in summa de prescript. tenuerint contrarium quos etiā plerique sequuti sunt in diuersis locis, vt per Fely. in d. c. si. ⁊ per Balb. in tract. de prescript. in ij. parte tertie partis principalis in xiij. quest. ⁊ a communi opinione contra Bart. ⁊ socios non est recedendum, vt per Fely. ⁊ Balb. in locis predictis, eo precipuo fundamento, quia agitur de materia peccati, ne qs scilicet scienter cum aliena iactura locupletetur, ⁊ etiam quia d. c. fin. simpliciter, ⁊ indistincte dicit nullam prescriptionem cum mala fide procedere. ⁊ licet multa in contrarium, ⁊ pro opinione Bar. allegari possent, tamen non intendo nunc insistere cum satis nobis sit opinionem communem esse contra Bar. vt dixi, a qua in dubio recedendum non est. Sit igitur conclusio, ꝙ in vita Regis propter eius scientiam, ⁊ malā fidem prescriptio aliqua induci, nec etiam incohari potuit.

¶ Post mortem autem Regis licet forte idem dici posset, qr successor pariter dicitur fuisse in mala fide cum, ⁊ ipse habuerit scientiam dicte obligationis, ac etiam quia tenetur exonerare defuncti conscientiam tamen super hoc non insistendo tanquam super non necessario dico, ꝙ non potest dici inducta aliqua prescriptio, nam solum anni vigintisex post mortem Regis
32 preterierunt, cum † in istis annuis prestationibus prescriptio ad minus requirat cursum triginta annorum. l. cum notissimi. §. in his. vbi Bald. Salycet. ⁊ alij. C. de prescript. triginta, vel quadraginta annorum.

¶ Nec est intrandum in arduam illam disputationem, vtrum in casu nostro sufficiat vna prescriptio pro omnibus annis, an vero prestatio cuiuslibet anni requirat particularem prescriptionem, ⁊ incipiat in initio cuiuslibet anni sicut regulariter in annuis legatis, de qua per Doctores, maxime Salycet.

in d. §.

in d.§. in his & per Bart. & alios maxime Alexan. in l. de pupillo.§. si pluribus. ff. de nou. oper. nunciat. & licet apud nostros * citramontanos sit magis cōis opinio * q una pscriptio sufficiat pro omnibus annis, tamē ultramontani & Cyn. cū eis tenuerunt contrarium ut per Bald. in d. tract. de prescrip. in iiij. parte. iiij. part. principal. in iiij. quest. & nouissime per Crauet. in tract. de antiq. tempor. in iiij. parte. q. xx. nu. 181. & hoc forte in casu nostro seruandum esset cum inter ultramontanos vertatur ista lis apud quos ita communiter tenetur ut tradūt Guid. pape. in q. ccccvi. pone q debes Nicol. Boer. in decis. cccxxxvi. circa hanc questionē, cuz alijs allegatis per Crauet. sub d. nume. 181. sed ut dixi nō est super hoc instandum cum etiam secundum communem citramontanorum in casu nostro quando sit decursum tempus xxx. annorum quod necessario requiritur ad annuam prestationem, tametsi plerique tenuerint requiri cursuz annorū 100. ut per Guid. Pape & Boer. in locis supra allegatis.

¶ Nec quicquam facit consideratio, q aliquando annui redditus habeantur pro bonis mobilibus vel immobilibus ut in contrarijs dicebatur, quoniam responsio clara est, q illa consideratio potest procedere aliquibus respectibus secundum, q loquuntur Doctor. in contrarium allegati, non autem potest talis consideratio haberi respectu prescriptionis cum de ea sit aperta decisio, q spacio xxx. annorum prescribantur annue prestationes ut in d.§. in his. & ita communiter * dicūt Doct. ibi. & in alijs locis. supra allegatis. Et sic sit expedita ij. dubitatio concludendo in ea, quod Gulielmo, & suis heredibus nō fuit illatū aliquod preiudiciū neque per non indicationez, neque per cursum temporis secundum ea que supra deducta fuerunt.

¶ Superest tertia, & ultima dubitatio super contractu predij semproniani, & certe in eo videbatur primo aspectu q fuisset simulatus & usurarius, nam in eo videtur fuisse minoritas precij quia venditum fuit Gulielmo pro xx. cū tamen Rex per prius emisset xxxij. interuenit etiam pactum de retrouendendo, &
33 † ista duo secundum aliquos sufficiunt ad presumendum simulationem ut voluit Abb. post glo. per eum ponderatam in c. ad nostram. de emp. & vendi. & plerique hanc opinionem sequuti sunt ut per. Moder. ibi d. & quando etiam hec duo nō sufficerent prout quāplures tenet ut infra dicam. ad est & iij. quest. scilicet tempore illius gratie specialis per Regem Gulielmo concesse fuit conuentum ne infra duodecim annos fieri posset redemptio omnium prediorum venditoruz, & sic etiaz Semproniani, hoc autem tertium additum alijs duobus videtur omnino inducere presumptionem simulationis prout de hoc videtur tex. clarus. in d. c. ad nostraz. in ver. quod patet ex eo, & ibi Doct. declarant sic itaque videtur, q respectu dicti predij Semproniani cōtractus fuerit simulatus, & sic q ex parte Regis peti possit illum simulatum declarari, & tanquam talem rescindi fructusque inde perceptos in precium eius computari.

¶ Istis tamen non obstantibus contrarium puto verius, & concludo, q nec in eo fuit ulla simulatio, & ideo petitionez predictam, ex parte Regis non esse audiendam, & in primis circa illam maximam, & arduam difficultatem an scilicet paucitas precij cum pacto de retrouendendo per se sufficiant ad presumptionem simulationis multa hincinde dici possent sed non est intentionis mee talem articulum hic examinare, quia non puto necessarium ut extra infra dicendis apparebit, & ubi opus efficit, satis erit me remittere ad eos, qui iudicio meo verioreʒ
34 opinionem eligunt, unde dico, † q verior videtur opinio * negatiua ut scilicet predicta duo non sufficiant uti hanc opinionē videtur firmare Laurē. de Rodulphis in tract. de usur. quest. ix. secundum q eū refert una cū alijs pluribus Barth. Cep. in predicto tract. de simulat. cōtract. in suo vj. casu principali ubi longe per quatuor colum. disputat hunc articulum. & relatis multis Doctoribus hinc & inde tenentibus tandē sex pulchris rationibus hanc negatiuam opinionem firmat dicens, q eam putat veriorem, & q semper pro ea consuleret, & iudicaret ad quem me refero cum videri possit. Et ultra ibi allegatos per eum addo q istam opinionem sequutus fuit copiosus Doct. Andr. Barbat. in d. c. ad nostram. de emp. & vendi. in iiij. col. ver. aut non interuenit paruitas precij (nisi tamen contractus fuerit celebratus ab usurario, vel precij paruitas fuerit immodica ut per eum) quam opinionem sequutus fuit recolēde memorie dominus Marian. Socin. auus meus in quodam suo consilio prout illum refert, & sequitur Patruus, & dn̄s meus Bartholomeus Socin. eius filius in consil. clv. prestantissime Doct. col. pen. in versi. sed ad hoc respondetur ij. vol. ubi dicit * q ita se habet magis communis opinio * Doctorum allegando Cyn. & alios in l. iij. c. plus valer. quod agit. ut per eum & eandem opinionem sequitur etiam Nicolaus Boer. in decis. cij. circa hanc questionem. dicens q ista opinio est vera, & communior, & q ita fuit decisum in curia ut per eum qui in discursu plures alios pro ista opinione allegat quos non deducit Cepol. ad quem me refero. Et ego alias in quodā cōsilio decisiuo ita firmaui ut constat in con. l. 50. viso instrumento venditionis. nume. 2. j. volu. sic itaque quando paucitas precij isto casu diceretur interuenisse, non tamen ex eo posset dici contractus usurarius vel simulatus.

¶ Nec videtur obstare q postea pactum de retrouendendo fuerit delatum post duodecim annos, & propterea videatur simulatus contractus per d. c. ad nostram. quoniam responderi potest primo, q ille text. procedit multis alijs concurrentibus primo quia ab initio ille R. volebat recipere mutuum, & ille dolose voluit emere domos, & oliuas ut ibi dicitur, nam ex eo ostenditur, quod ille R. nolebat emere, sed mutuum recipere quod non paruum facit ad simulationē emptionis postea facte ut per Cep. in d. tract. in iij. casu in j. presumptione.

¶ Secundo etiam in d. c. ad nostram. non fuit pactum de retrouendendo per quod arguitur, q vere emptio precedit, sed de restituendo, restitutio autem conuenit etiam pignoris dationi, ex tali ergo pacto non parua oritur coniectura simulationis ut per Cepol. ubi supra in xij. presumptione. & potest dici, q in d. c. ad nostram. etiam ista duo una cum alijs operentur simulationem de qua ibi, quorum neutrum interuenit in casu nostro, merito ergo ex illo tex. ad casum nostrum non videtur posse argui cum ex diuersis non bene arguatur. l. si. ff. de calumniat. cum similibus.

¶ Secundo etiam responderi potest, q dicta in argumento procederent quando pactum q infra certum tempus redimi non possit fieret ab initio, naz ex eo argui potest, q emptor certitudinarie voluit per aliquos annos lucrari fructus, & ita demonstrauit intentionem suam usurariam usque ab initio, quod non esset, quando venditor posset quandocunque redimere, cuz etiam post paucos dies posset, & ita emptor fructus aliquos non haberet prout declarat d. Cepol. in x. presumptione, hoc autem in casu nostro non fuit circa predium Sempronianuz, quia ab initio pactum de retrouendendo fuit simplex & quandocunque voluerit Rex, ex quo talis intentio lucrandi fructus certitudinarie ab initio non fuit ostensa in Gulielmo emptore, & sic in iure fuit certum fuisse celebratam veram emptionez & non simulatam. Et licet postea ex interuallo, & lapsis aliquot mensibus placuerit Regi se obligare ad non redimenduz per annos duodecim, idque Gulielmo gratum fuerit, non tamē id recepit animo usurario, sed quia iucunda erat illi prediorum possessio, nec ex eo emptio, que ab initio vera fuit debet muta-
35 ri & transire in simulatam quia † semper principiuz spectari debet l. iij. §. suo. ff. de minor. & ibi tradunt Doct. & est pulchra doctrina Jo. Fabri. institu. de exheredat. liber. in prin. dum considerat an in aliquo fuerit bonum vel malum principium, & ego dixi in consi. xviij. emit Antonius nu. 16. ij. vol. & in simili tradit Jas. in l. more. ff. de iurisd. omn. iudic. & Alex. in cōsi. lxxv. viso themate. nu. 5. lib. iij. super istis tamen non instabo ulterius, quia (licet satis iuridice procedant) non puto necessaria, quoniam secundū ea que mihi proponuntur falsum est, quod in emptione predij Semproniani interuenerit paucitas precij saltem illa, que in proposito consideratur videlicet, q sit notabilis, & prope dimidiam iusti precij ut tradunt Doct. per illuz tex. in d. c. ad nostram, & tradit Cepol. in pred. tract. in ij. presump. dico enim, q tale predium tempore contractus extimationis facte per Gulielmū non erat maioris precij, nec pluris vendi potuisset illis xx. etiam q Rex ipse alias emisset xxxij. decreuerat enim dicti predij valor, & ita communiter venditum fuisset tempore dicte venditionis vel ante vel post per aliquod tempus ut audio probari posse.

¶ Et suadetur ex eo quia utilitas ex dicto predio non supra quattuor pro centenario (ut mihi narratur) percepta fuit per Gulielmum & eius heredes, & alias solent percipi quinque pro centenario, & habita tali consideratione consideratur iustum precium iuxta glo. fin. in auth. perpetua. C. de sacrosanct. eccl. & dixi supra circa finem prime questionis, & ut mihi narratur

ita solent in Regno de quo agitur mercatores, & alij emere ad rationem vtilitatis quinq; pro centenario, vt sic in proposito nostro precium xx. fuerit nedum iustum, sed potius supra cuz vtilitas percepta fuerit ad ratione quattuor tm pro cetenario.
36 Nec considerandum est, q Rex iam pluris emisset, quia † ad cognoscendum iustum precium inspicitur tempus cotractus, vt sentit Bar. in l. non intelligitur. §. diui fratres. ff. de iur. fisc. dum dicit presente extimationem considerandaz, & tempus de quo agitur, & sic in proposito dicemus tepus quo Gulielmus predium Sempronianum emit, & quod preciuz sit consideran dum tempore contractus vt cognoscatur an fuerit iustum vel ne expresse voluit Cepol. in d. tract. in ij. presumpt. mihi in v. colum. in princi.

Et vltra etiam dici potest, q Rex quando emit, libere emit absque aliquo onere retrouendendi, sed Gulielmus cum pacto, & onere retrouendendi emit, propter † quod semper res
37 sic vendita minoris extimatur, quia illud pactum solet dici pars precij l. fundi partem. ff. de contrahen. empt. & tradunt Abb. & alij, in d. cap. ad nostram. maxime Barbat. in iij. col. & Anton. Burgos xiij. col. circa medium. Si igitur in casu nostro cum pacto de retrouendendo cessat paucitas precij, cessat omnis dubitatio simulationis, sicut etiam in princi. dictu fuit de contractu, & emptione prediorum Tusculani & Pompeiani. Laus Christo Redemptori.

Socinus Nepos Bononie legens. 1550.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XXVIII.

De flumine quando dicatur publicum.
Et pariter de eius alueo, & quousq; extendatur?
De Alueo derelicto vel desiccato facto hominis, vtrum acquiratur desiccanti, an habentibus predia viciniora?
Et, de Principis concessione facta priuatis ad desiccanduz ipsi & superstitibus vtrum impediat acquisitionem, que iure gentium fieri potuisset habentibus predia vicina?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Assensus non est denegandus iusta petentibus.*
2 *Rei plene demonstratæ frustra quis addere demonstrationem tentat.*
3 *Emptori cedit quicquid est intra fines datos rei uenditæ ab ipso uenditore.*
4 *Aedificium factum in alieno solo cedit domino soli.*
5 *Instrumenti & statuti una pars declarat aliam.*
6 *Alueus à flumine derelictus & factus priuatus acquiritur illis qui habent predia uiciniora. & nu. 40.*
7 *Iura non destinguentia debent intelligi sicut loquuntur.*
8 *Factum hominis & naturæ in materia alluuionis æquiparantur ad utilitatem habentium prædia uicina.*
9 *Aluei derelicti seu desicati acquisitio habentibus predia uicina est de iure gentium.*
10 *Flumen publicum dicitur quod perenni, siue perpetuo, & continuo cursu fluit.*
11 *Argumentum ab eo quod non est uerosimile ualet.*
12 *Actus quilibet & dispositio restringitur ad possibilia.*
13 *Instrumentum in materia confinium probat confines quando sumus in antiquis.*
14 *Fines de more dari soliti sunt, uiæ, flumina, fossata, montes, & similia.*
15 *Sterilia ad frugem perduci, & uicinos agros ab inundatione liberari, publice expedit.*
16 *Emptor bonæ fidei facit fructus suos.*
17 *Commoda cuiusque rei eum sequuntur qui incommoda suscepit.*
18 *Flumina auertere & alueos mutare cuique licitum est ad sui utilitatem, sine tamen iniuria uicinorum.*
19 *Vassallus si fundo feudali propria industria facit incrementum, illud acquiritur sibi, & retinetur per eum, etiam quod feudum ad dominu aliquo modo reuertatur, si tale incrementum per se possit stare, et ita separatum à fundo considerari possit, seu sit separabile.*
20 *Argumentum de feudo ad alias res ualet, quando in feudo non sit quid statutum contra regulas iuris communis, sed disponitur quid secundum dictos regulas uel præter.*
21 *Alueus fluminis quoties desicatur facto & industria hominis, dicitur remanere illius domini uel ciuitatis cuius in eo loco erat iurisdictio.*
22 *Princeps potest concedere quod in loco publico quid fiat ad propriam facientis utilitatem.*
23 *Princeps ob publicam utilitatem potest res priuatorum auffere & dare alteri.*
24 *Argumentum de loco publico, puta de uia, ad flumen publicum, ualet.*
25 *Intellectus l. adeo. §. quod si toto. ff. de acquir. rer. dom. & §. quod si naturali alueo. instit. de rer. diuisio.*
26 *Alueus derelictus acquiritur habentibus predia uicina quando id fit naturaliter ex fluminis cursu, & non facto hominis.*
27 *Arbor in alienum fundum trāslata, licet in eo coaluerit, semper remanet prioris domini siue impetu fluminis uel facto hoīs id contingat.*
28 *Factum hominis, & factum naturæ differunt.*
29 *Lex aliqua quantuncunque generaliter loquatur restringi potest per alia iura & rationes urgentes.*
30 *Lex in sua generalitate restringitur, ne ex ea absurdum sequatur.*
31 *Declaratio. l. pen. §. fin. ff. de acquir. rer. domi.*
32 *Principis authoritas facit licitum quod alias esset illicitum.*
33 *Princeps potest ex aliqua causa impedire exequutionem quæ iure gentium fieret.*
34 *Princeps ob publicam utilitatem potest etiam tollere ius quæsitum.*
35 *Argumentum non fit ex diuersis.*
36 *Princeps debet proprias pecunias pro publico commodo erogare, & priuatorum utilitatem suæ præferre.*
37 *Præsumptio legalis dicitur liquida probatio.*
38 *Titulus iurisgentium uidetur idoneus ad præscriptionem.*
39 *Fides mala præscriptionem impedit.*

CONSILIVM XXVIII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

Visa longa facti narratione, & dubitationibus ex ea orientibus ac etiam viso responso super illis reddito per excellentissimum Vegium mihi vti fratrem honorandu, confirmato insuper per clarissimum Beroium vti patrem honorandu, requisitus ab Illustrissimo Duce Florentie dño meo semper collendissimo cum summa tamen modestia vt scilicet super predictis dubitationibus ego (solum pro iustitia) scribere velim, non potui sicut non debeo tanto Principi iusta pete-
1 ti, non morem gerere. Iusta † enim petentibus no est denegandus assensus. l. ij. in princi. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. cum similibus. facit l. interdum. in princi. & ibi not. Doct. maxime Moderniores. ff. de iudicijs.

Quare omnibus bene consideratis, & mature, necnon visa, & probe considerata figura loci de quo lis est, prout mihi exhibita, & declarata fuit, & stantibus in facto veris his, que in hac re mihi presupponuntur, venio & ipse in sententiam predictorum excellentissimorum patrum per ea que per eos deducta fuerunt. Primus enim consultor adeo plene, & diligenter omnia discussit vt additioni locus relictus non videatur, & responsum eius ita copiosum reddidit vt illud in volumen extederit. Et si quid supererat per primum subscribentem cuz summa diligentia superadditum fuit, ita quidem vt mihi satis esse videretur eorum conclusiones vti iuridicas simpliciter approbare.
2 Rei † enim plene demonstrate frustra quis addere demonstrationem tentat l. ij. in fi. & ibi Doct. ff. de preleg. & c. bene quide. xcvj. distin. cum similibus. Veruntamen ne impremeditate, nec re plene degustata ad comprobationem videar accessisse, & vt simul etiam consultanti morem geram paucula quedam subijciam repetendo partim, & partim si que occurrent addendo prout dominus subministrabit.

Et considero primo difficultatem esse vtruz nobiles de Albergottis, quando emerunt castrum, seu tenimentum Mugliani emerint vsque ad locum, quez vocant fossum magistru, per quem in presentiarum fit cursus clauarum, prout ipsi dicut se emisse. Nam si id esset, locus medius, qui hodie desiccatus reperitur, eorum fuisset vsque ab initio titulo emptionis, nam
3 † quicquid est intra fines datos rei vendite ab ipso venditore cedit emptori. l. ede sacra. §. j. ff. de contrahen. emptio. tradit Bal. in rub. C. de cotrahen. empt. in questio. xxij. & Patruus, & dominus meus Socin. in consi. lxxxvj. in causa communitatis ij. col. j. vol. repetito in ij. vol. nu. 166. ibi in versi. tertia conclusio, & eoundez diceretur locus ille permansisse licet aliquādo fuisset inundatus propter excrescentem clauarum aquam maxime hyemali tempore. §. alia sane causa est, institu. de rer. diuis. l. adeo. §. aliud sane. ff. de acquir. rer. domi. & l. j. §. si fossa. in fin. & §. itez si annis. in prin. ff. de flumin. & ne quid in loc. public

public.cum multis similibus,que allegari possent.
¶ Et eo posito non potuissent Albergotti suo iure priuari
absq; eorum facto,⁊ voluntate l.id quod nostrum. ⁊ ibi Deci.
in princi.ff.de regu.iur.⁊ consequenter sequi videtur, ꝙ quic/
quid per alios in eo loco factum sit siue desiccando siue aliud
faciendo nõ debet illis preiudicare immo prodesse si ad id ten/
4 dat arg.eius quod dicitur,ꝙ† omne quod in solo meo fit mihi
cedit.§.cũ in suo.⁊ §.seq.institu.de rer.diuis.⁊ l.adeo.§.ex di/
uerso.⁊ §.si alienam.ff.de acquir.rer.dominio.
¶ In ista autem difficultate ipsi Albergotti dicunt eorũ inten
tionẽ probari ex forma instrumenti emptionis dicti tenimenti
dum in eo illis datur pro confine flumen Clanarum, aiunt enĩ
flumen illud semper fuisse in en loco,in quo est scilicet vt decur
rat per fossum magistrum ⁊ in eo loco dicunt, ꝙ semper fuit
Alueus dicti fluminis Clanarum ⁊ vltra non extendebatur
quo ad proprium nomen dictum flumen maxime versus teni/
mentum Mugliani,⁊ si quando locus ille medius aqua coo/
periebatur illud erat ex vi fluminis, locum enim illum vicinuz
inundabat, sed ex eo non fuit generatum preiudicium dictis
Albergottis d.§.alia sane causa.cum simi. supra allegatis.
¶ Et dicunt etiam,ꝙ ille locus medius a fosso magistro ver/
sus Muglianum dicebatur,quando inũdabatur,(quia aqua
sepe multo tẽpore permanebat.)palus,⁊ ꝙ est de curia Mu/
gliani quam ipsi emerunt.
¶ Et si dicatur(vt ex aduerso dicitur)ꝙ flumen Clanarum da
tur pro confine a duobus lateribus, quod verificari non pos/
set,si solum flumen illud fuisset in loco vbi est fossus magister,
(prout nunc est propter profunditatem, ⁊ latitudinem dicti
fossi.)quia sic cursus eius fuisset rectus,⁊ solum ab vno latere
potuisset dari pro confine, sed si flumen illud protendebatur
proprio nomine vsq; ad fossum portioneriorum, vel vsq; ad
monticulos Mugliani antequam fieret dictus fossus,bene cõ
finabat a duobus lateribus vt ex figura loci mihi exhibita vi/
detur constare.Videtur,ꝙ responderi possit, ⁊ ita vt audio re
spondet Albergotti,ꝙ immo a duobus lateribus dicebatur,
vt ita dixerim dictum flumen confinare,vno in dicto fosso ma
gistro,alio vero post stratam Senensem,seu viam publicã qua
itur senas,nam post talem viam dicebatur flumen Clanarum
prout ipsi ex figura loci ostendunt.
¶ Et si dicatur,ꝙ tunc ab illa parte debuisset vocari pro confi
ne dicta strata prout erat.Respondent,ꝙ in illo contractu stra
ta illa nunquam fuit considerata ad faciendum confines,quod
clare secundum eos ostenditur,quia in dicto cõtractu a tertio
vocatur pro confine curia abbatie de pinu,⁊ tamen Pinus, ⁊
curia predicta sunt post dictam strataz,vnde sicut ibi strata an/
te Pinum,⁊ curiam suam non ponitur pro confine, ⁊ sic non
consideratur,ita etiam contingit de illamet strata quatenus est
5 ante flumen Clanarum,vna† enim pars dicti instrumenti de/
clarat aliam sicut de statuto dicitur in l.vtrũ.⁊ ibi tradit Ang.
ff.de petit.hereditat.vt per Patruum ⁊ dominum meũ So/
cin.in consi.ix.viso statuto.ij.col.ver.preterea statutum.iij.vo/
lu.vbi etiam alios allegat,⁊ de testamento etiam vt l. si seruus
plurium.§.fin.⁊ l.qui filiabus.ff.de legat.j. ⁊ ita de instrumen
to per predicta memini me dixisse in consil. xlix. inspectis his,
que in puncto narrantur nu.22.ij.volu. ⁊ in predictis stat pri/
mum fundamentum.Nobilium de Albergottis.
¶ Sed ⁊ secundo efficacius moueri videntur, aiunt enim ꝙ
locus ille medius ad eos pertinet etiam ꝙ non fuisset inclusus
in instrumento emptionis Mugliani,puta quia esset tũc Al/
ueus fluminis,⁊ sic fuisset publicus, nam eo posito dicunt, ꝙ
6 postquam a qua inde recessit,⁊ sic† alueus ille a flumine dereli
ctus factus iam priuatus fuit illis acquisitus, eo, ꝙ ipsi predia
viciniora habent l.adeo.§.quod si toto alueo.⁊ l.ergo.§. Cel/
sus.ibi proximiorum fit.ff.de acquiren.rer.domi.⁊ §. quod si
naturali alueo.instit.de rer.diuis.⁊ l.j.§.simili modo.ff. de flu
min.⁊ ne quid in flum.pub.cuz similibus ⁊ declarat Barthol.
Veronen.alias ⁊ Cepolla in trac.de seruitu.rustic.pred.in tit.
de alueo.j.col.ver.sed quid si flumen.
¶ Nec huic fundamento videtur obstare, ꝙ desiccatio aluei,
seu ꝙ flumen illum reliquerit,contigerit facto hominis, nõ ex
natura,quia in hoc non videtur facienda differentia vt videtur
7 probari primo ex generalitate iurium predictorum,nam† cum
non distinguant,quomodo alueus relinquatur a flumine, vel
desiccetur, debent dicta iura sicut loquuntur intelligi.l. j.§.⁊
generaliter.ff.de legat. prestan. ⁊ non est nostrum distinguere
vbi lex non distinguit.l.de precio.ff.de public.⁊ l. iij. in fin. ff.
de offic.presid.
¶ Secundo etiam videtur hoc probari in l.pen.§.fin.ff.de ac/
quir.rer.domin.ibi natum aut edificatum,⁊c.naz sicut ibi edi/
ficatum equiparatur nato, ⁊ sic factum ab homine equipara/
tur nature,ita ⁊ in casu nostro dicendum videtur,sepe eniz hoc
euenire,ꝙ alueus mutetur, ⁊ ab eo flumen amoueatur facto
hominis considerat Jurisconsultus in l.j.§. sunt autem in fin.
ff. ne quid in flum. publi. ibi plerosq; Seio prorsus flumina
auertisse,alueosq; mutasse,⁊c.
8 ¶ Et ꝙ† ad vtilitatem habentium predia vicina vt scilicet il/
lis equiparentur factum ab homine,⁊ natum determinat in si/
mili Bart.in l.quominus.x. quest. ff.de flumin. vt per eum,
* cum quo est communis * opinio vt ibi per Jas. ⁊ nouissimos.
⁊ Bart.etiam refert,⁊ sequitur Patruus,⁊ dñs meus Socin.
in consi.lxxix.super qõne que vertitur.ij.col.ver.quinimmo di
cit Bart.iij.vol.⁊ est in simili decisio Bart. Ang. Paul. Ca/
stren.⁊ aliorum in l.fluminum.in prin.ff.de dam.infect.quam
etiam B.consulens allegat.
¶ Et pro predictis vt audio fit magnum fundamentũ in qua/
dam decisione Reuerendi domini Cassiodori(qui fuit mihi
carissimus condiscipulus in Senensi gymnasio.) nam ipse in
decisione vnica,super rubri.de acquir. rer. domi.,determinat,
ꝙ Alueus fluminis Padi opera Jllustrissimi ducis Medio
lani desiccatus acquiritur vicinis, qui predia vicina habent vt
per eum,ita ergo isto casu videtur dicendum, esto, ꝙ desicca/
tio facta fuerit opera,⁊ impensa Jllustrissime domus de Me
9 dicis,ex† eo enim ꝙ facto hominis desiccetur locus aliquis, ⁊
sic Alueus a flumine relinquatur non videtur impedienda ac/
quisitio habẽtibus predia vicina,que fit de iuregentiũ.l. adeo.
§.j.ff.de acquir.rer.domi.⁊ §.preterea. institu.de rer.diuisio.
cum similibus,per predicta.
¶ Ex quibus primo aspectu facile alicui videri posset in presen
ti cõsultatione pro ipsis nobilibus Albergottis respõdendũ.
¶ Eo etiaz addito ꝙ ipsi diu locum de quo agitur post desic/
cationem eius pacifice tenuerunt,⁊ possederunt, ⁊ consequen/
ter videtur ꝙ vbi non fuisset eorum ab initio illum prescripse/
rint spatio x. vel xx. annorum iuxta titulum.C. de prescript.
long. tempor. x. vel xx. annorum.⁊ institu. de vsucap. in fin.
princ.cum similibus.
¶ Predictis tamen,⁊ alijs etiaz que allegari possent non ob/
stantibus contrariam sententiam puto veriorem, ⁊ sic vna cuz
predictis excellentissimis Patribus concludo locum de quo
agitur omnino spectare ad Jllustrissimum ⁊ Excellentissimũ
Ducem Florentie vti R. P. Florentinam,⁊ Jllustris. domũ
de Medicis representantez,⁊ hoc stantibus in facto veris que
mihi presupponuntur vt sic more Sceuole Jurisconsulti secun
dum mihi proposita respondeam.
¶ Et pro fundamento in primis dico,ꝙ locus ille medius de
quo est controuersia ante desiccationem erat Alueus fluminis
Clanarum,erat enim flumen illud latissimum in eo loco, sicut
etiam hodie reperitur paulo infra vel supra vbi nulla est desic/
catio facta,⁊ sic erat locus ille publicus cum ipsa flumina publi
ca sint.§.flumina.institu.de rer.diuis.cum similibus, naz eius/
dem iuris dicitur Alueus fluminis cum ipso flumine, impos/
sibile enim est Alueum publici fluminis non esse publicum vt
inquit Jurisconsultus in l.j.§.aut si limitatus.ff.de flumin.
¶ Sed difficultas est videre an predicta vera sint cum per Al/
bergottos negentur,⁊ dicitur consistere in duobus.
¶ Primo an flumen hoc Clanarum sit publicum, cum que/
dam flumina reperiantur priuata vt d.l.j.§.fluminum.
¶ Secundo posito ꝙ flumen illud esset publicuz, vtrum verũ
sit,ꝙ extenderetur vsq; ad monticulos Mugliani, ⁊ sic vsque
ad locũ in quo fuit factus fossus portioneriorũ,ita ꝙ locus ille
medius vere ante desiccationẽ fuerit dicti fluminis Alueus?
¶ Circa primum arbitror rem carere difficultate,nam licet ali
qua flumina nõ sint publica,quod non negatur,tamen flumen
Clanarum de quo agimus procul dubio est publicum cum sit
10 †perenne siue perpetuum,⁊ sic continue fluat vt est notissimuz
omnibus circũcolentibus,⁊ vt credo in actis probatum est, ⁊
hoc siue sit nauigabile,siue non,cum solum queratur an sit pe/
renne.d.l.j.§.fluminum.⁊ l. quominus. vbi tradunt Doct. ⁊
in specie Bar.in ij.quest.ff.de flumin.vbi etiam Ripa.colũ.j.
cum similibus.⁊ dixit glo.j.in d.§.flumina.institu. de rer. di/
uisio.⁊ tradit etiam Deci. in consil.cclxiiij. in proposita quest.
nu.4.

nume.4. cum concordantibus multis, que causa breuitatis
obmittuntur.
¶ Et posito, ꝙ non esset flumen proprie, sed diceretur stagnū
lacus, palus, vel fossa adhuc posset dici publici iuris ratione
eprennitatis.l.vnica.§.j.⁊ per totuꝫ.ff.vt in flum.pub. nauig.
lice. super quo tamen non insistam, tum quia per alios plene
fuit dictum, tum quia apud me exploratum est Clanas esse flu
men, concludo igitur ꝙ tale flumen cum sit perenne omnino
debet dici publicum, ⁊ de hoc neminem puto dubitaturum.
¶ Circa secundum dico, ꝙ questio facti est, ⁊ pendet ex pro-
bationibus, ⁊ vt arbitror propter ea que mihi in facto presup-
ponuntur probatum est, ꝙ tale flumen erat latissimum, ⁊ pro-
tendebatur vsqꝫ ad locum in quo fossus portioneriorū factus
fuit, seu vsqꝫ ad monticulos Mugliani, ⁊ quando nō ita esset
probatum per testes propter antiquitatem temporis, satis vi-
detur ostēdi ex eo ꝙ ibi factus fuit talis fossus a portionerijs,
ne aqua vltra procederet pro tunc, ac etiam vt separarent locuꝫ
publicū a locis priuatorum, ⁊ precipue illorū de Albergottis.
¶ Nec non etiam vt facta desiccatione cōstaret quid ipsis por
tionerijs esset propter illam acquisitum, ad quod ipsi erant in-
tenti ⁊ ob eam causam quesierunt, ⁊ obtinuerunt cedi sibi iura
in d.locis, a ciuitate Florētie, Aretij, ⁊ ab alijs dominis conui
cinis, ⁊ ita ea intentione vt desiccata loca sibi acquirerent pro-
secuti fuerunt desiccationem, ⁊ quidem cum maximis sum-
ptibus proprijs.
¶ Sed vt audio Nobiles de Albergottis viderunt, ⁊ passi
sunt talem fossum fieri, ⁊ custodiebant ne illi operarij intrarent
in territoriuꝫ Mugliani, ⁊ sic in propria ipsorum loca, ex hoc
enim presumitur, ꝙ Albergotti vltra locum fossi predicti nul
lum ius habebant, ⁊ sic, ꝙ illucusqꝫ erat publicum, alioquin ve
rosimiliter non fuissent passi talem fossum eo in loco quiete fie-
11 ri, sed reclamassent, ne ius eorum occuparetur, ⁊ † optimum est
argumentum ab eo quod non est verosimile.l. non est verosi-
mile.ff.quod met.caus.⁊ tradit Bal.in l.j.iij.colū. C. de seru.
fugit. cum concordantibus vt dixi. in consil. cxxij. Nicolaus
Antenoreus.nu.29.j.volu.⁊ in consi.lxxxviij. circa presentem
consultationem.nu.34.ij.vol.
¶ Et preterea nisi flumen illucusqꝫ extenderetur vana fuisset
excauatio portioneriorum in faciendo illo fosso in eo loco vt
recte consideranti apparebit.
¶ Et licet aliquando (puta in aliqua estate) locus ille medius
diceretur in aliqua parte caruisse aquis, ⁊ sic aliqua estate exa-
ruerit, non tamen desijt esse perenne, ⁊ consequenter publicum
d.l.j.§.j.ver.si tamen aliqua.de flumin.cum similibus ⁊ tradit
Bar.in tract.de Alueo.in ver.relicto.⁊ Cepol.in tract. de ser
uitut. rustic.pred.in titu.de flumin.in princ.⁊ stantibus predi-
ctis clara sequitur conclusio, ꝙ locus ille medius ante desicca-
tionem erat publici iuris vti Alueus dicti fluminis Clanaruꝫ
vt d.l.j.§.aut si limitatus. ff. de flumin.⁊ l.adeo.§. ꝙ si toto.
ver.nouus aūt Alueus.ff.de acquir.rer.domi.cum similibus,
⁊ tradit Cepo.in d.trac.in tit.de Alueo.post princ.
Hoc autem posito sequitur, ꝙ non poterat esse Nobilium de
Albergottis, neqꝫ etiam alterius priuati, quia que publici iu-
ris sunt ad priuatos homines non pertinent, sed ab eis res pri
uatorum, seu singulorum ponuntur vt specie differentes. §. j.
institu. de rer.diuis.⁊ l.j.§.he autem res.ff. eod.titu.cum simi.
⁊ consequenter sequitur, ꝙ ille locus medius ante desiccationē
non potuit vendi per monasterium, seu Abbatem sancte Flo-
re, neque ⁊ per Nobiles de Albergotis emi eo, ꝙ esset publi-
cus, ⁊ sic in eo statu remanens erat extra priuatorum commer
tium.l.qui officij.§.j.⁊ l.si in emptione.§.omnium. ff. de con-
trahen.emptio.dicebatur enim sic permanens habere perpe-
tuam causam prohibendi, ⁊ ideo dicebatur extra commertiuꝫ
priuatorum, ⁊ sic alienari non poterat iuxta doctrinam Bald.
in l.iij.col.fi.C.de iur.dot.⁊ tradit signāter Fabian.de Mon-
te in tract.de empt.⁊ vend.in iiij.questio.principali.in princ. ⁊
in ij. questione.
¶ Et stante hac impotentia presumendum est, ꝙ de tali loco
non senserit Abbas in venditione quam fecit predictis Nobi-
12 libus de Albergottis, quia † actus quilibet ⁊ dispositio restrin
gitur ad possibilia.l. Lucius.§.pen.ff.ad municipal. cum con-
cordantibus vt dixi in consi.lxxviij.in locatione de qua agitur
nu.19.ij.vol.⁊ in simili tradit Deci.in consi.ccxviij. in casu ad
me transmisso.nu.3.⁊ si talem locum expressisset Abbas inter
res venditas nō valuisset in eo venditio, ⁊ vti quid impossibile
fuisset reijciendū, quia semper impossibilitas reijcitur.l.si quis
ita institutus.⁊ ibi Bar.⁊ alij.not.ff.de condi.institu. ⁊ ex his
manifeste sequitur ꝙ Nobiles de Albergottis non dicuntur
emisse, nisi vsqꝫ ad locum in quo factus fuit fossus portionerio
rum, ⁊ non vsqꝫ ad fossum magistrum, seu vsqꝫ ad locū in quo
fossus magister factus fuit.
¶ Et hoc ex eo etiam ostenditur quia si ille locus daretur pro
confine tanquam flumen Clanarum vt pretendunt Albergot-
ti profecto flumen Clanarum ab vno tantum confinaret cum
tenimento Mugliani vt ex figura loci mihi exhibita ostendi-
tur, quod tamen repugnaret instrumento emptionis facte per
Albergottos in quo aperte dicitur ꝙ bona vendita pro confi-
ne habent a duobus flumen Clanarum vt etiam supra dictum
13 fuit, cui † instrumento in probatione confinium standum est
maxime cum simus in antiquis ad tradita per Deci. in consil.
xlij. ⁊ pro facultate mea in quinto dubio. mihi est. in viij. co-
lum.ac etiam in ix.
¶ Nec huic fundamento obstant que cōtra illud deducta fue
runt, quia negantur omnia, ⁊ proculdubio strata Senensis
fuisset data pro confine non aqua, que erat post eam, cum stra-
ta illa, seu via, qua senas itur sit satis ampla, ⁊ notabilem finem
14 contineret, ⁊ de † more solent pro confinibus dari, vie, flumina,
fossata, montes, ⁊ similia vt experientia docet, que dicitur ef-
ficax rerum magistra cap. quam sit de elect. lib.iij.⁊ de stratis,
seu vijs quod plerunque pro finibus dentur dixit Paris de
Puteo.post tract. de feudor.reintegrat.in titu. de verb. sign.
in versi.viarum.
¶ Et dicere, ꝙ in illo contractu strata non fuit considerata (ni
fallor) est quedam deceptio, nam dum dicitur, ꝙ a tertio voca-
tur pro confine curia Abbatie de Pinu, que est post stratam
Senensem, est error, quia immo talis curia, ⁊ ipsa Abbatia
sunt ante stratam sumendo iter a tenimento Mugliani vt in
figura loci mihi exhibita constat, ⁊ illa curia est que in contra-
ctu ponitur pro confine a iij.⁊ sic strata illa non vocatur, quia
non adherebat ibi, sed erat post dictam curiam, verificantur
itaqꝫ confines hoc modo a duobus lateribus flumen Clana-
rum, vnum latus est in loco vbi factus fuit fossus portionerio-
rum quatenus protendebatur, quia illucusqꝫ extendebatur cla
na, seu Clanarum flumen, secundum est procedendo per dictū
locum ⁊ voluendo ad manum dexteram incipiendo a quodaꝫ
angulo, seu vt dicunt a quadam puncta eundo versus Abba-
tiam de Pinu, nam in eo loco tempore contractus, ⁊ ante de-
siccationem semper erat clana, seu aqua eius fluminis prout in
figura exhibita aperte demonstratur, ⁊ statim a tertio sequitur
curia dicte Abbatie, ⁊ deinde a quarto curia Tuori, ⁊ a quin-
to curia Viccionis prout omnia in figura designantur, ⁊ ver-
ba instrumenti clarissima sunt, ita vt nulla cadere debeat dispu
tatio iuxta l.ille, aut ille.§.cum in verbis.ff.de legat. iij. ⁊ certe
stante forma loci vt in dicta figura depingitur arbitror indubi-
tata que supra sunt deducta, ⁊ firmata.
¶ Preterea si flumen Clanarum intelligeretur solum quate-
nus est fossus magister, ⁊ ita erat etiam ante desiccationem vt
pretendunt Nobiles de Albergottis certe illud ita fuisset post
stratam Senensem sicut ante, ⁊ consequenter si extra locū fossi
magistri non erat flumen Clanarum non posset verificari secū
dum confinium de flumine vt in instrumento dicitur, quia aqua
illa post stratam Senensem non erat flumen secundum eos cū
distaret satis a fosso magistro vt ex figura apparet. Dicamus
itaqꝫ veritatem esse, ꝙ flumen extendebatur vsqꝫ ad locū fossi
portioneriorum, siue vsqꝫ ad monticulos Mugliani vt supra
dictum fuit, ⁊ hoc nedum ante stratam predictam, sed etiā post
immo post stratam aliquantisper latius extendebatur flumē,
nam protendebatur vsqꝫ ad plebem muris siue del Topo vt
in figura designatur, ⁊ stante hoc bene verificantur omnes fi-
nes Mugliani, secundum, quod in instrumēto legitur prout
supra sigillatim ostensum fuit.
¶ Et ex his sublatum est totum primum fundamentum No-
bilium de Albergottis, nam dum ipsi dicunt se emisse mediuꝫ
illum locum vsqꝫ ad fossum magistrum omnino negatur con
cludendo, ꝙ immo non dicuntur emisse nisi vsqꝫ ad locū fossi
portioneriorum vsqꝫ ad quam tunc flumen Clanarum exten-
debatur, vt ex predictis constat.
¶ Quibus ita stantibus cum portionerij dimisissent desicca-
tionem post longum tempus infra quod desiccatio iam ince-
pta ad nihilum fere reducta erat, ⁊ cura, ⁊ sumptibus Illustris.
domus

domus de Medicis fuerunt clane per aliqua miliaria desicca-
të per agentes suos animo, ⁊ intentione acquirendi Illustris.
domui quicquid desiccaretur, ⁊ adhunc finem procurauit sibi
cedi omnia sua iura super dictis clanis ab excelsa tunc R. P.
Florentina, a ciuitate Aretij, ⁊ ab alijs locis, ⁊ personis conui-
cinis, que reputabantur posse aliquod ius habere vt in facto
mihi narratur, ⁊ sic bona fide, ⁊ legitime fuit facta talis desicca
tio ad propriam vtilitatem, ac etiam vicinorum ne scilicet eorũ
predia inundarentur, ⁊ in istis dicitur consistere quedam publi
15 ca vtilitas, nam† publice expedit sterilia ad frugem perduci, ⁊
vicinos agros ab inundatione liberari vt sic frumenti, ordei, ⁊
similium frugum copia fiat iuxta l. j. ⁊ per totum. C. de canon.
frument. cum tit. seq. lib. xj. ob quam publicam vtilitatem per
predictas ciuitates fuit predicta concessio facta. Ex quibus se-
quitur, ꝙ quicquid cum tali concessione est desiccatum opera,
cura, ⁊ sumptibus predicte illustrissime domus ad finem acqui
rendi, ⁊ ad predictam publicam vtilitatem debet dici, quod
illi fuit acquisitum, ⁊ consequenter Illustrissimo ⁊ excellentissi-
mo Duci, qui domum illam representat vt in facto presuppo-
nitur arg. l. fin. C. de alluuion. ibi ne doleant diligentes operaʒ
suam, ⁊c. nam sicut ibi qui ad frugem steriles terras deducit
debet illis gaudere, ita i casu nostro illustrissima domus predi
cta debet desiccatas terras acquirere, quas desiccando sua im-
pensa ⁊ diligentia deduxit ad frugum fertilitatem.
16 ¶ Ad quod etiaʒ facit quod dicitur, de bonefidei emptore† vt
scilicet fructus suos faciat l. qui scit. §. j. ff. de vsur. ⁊ l. bonefidei
in princ. ff. de acquir. rer. domi. quod intelligitur de industria-
libus vt in vtraqʒ l. not. ⁊ hoc naturali quadam ratione vt sci-
licet quia in eis percipiendis curam ⁊ laborem pariter ⁊ expen
sas adhibuit, vt dicitur in §. si quis a non domino. institu. de
rer. diuisio. ibi naturali ratione placuit fructus quos percepit
eius esse pro cultura, ⁊ cura.
¶ Facit etiam c. ad aures. extra de reb. eccles. alien. vel non. dũ
ibi dicitur debere terras relaxari a quibus suo vel parentũ suo-
rum labore constiterit extirpatas, ⁊ hoc respondet naturali
17 equitati, que est† vt commoda cuiusqʒ rei eum sequantur, qui
incommoda suscepit l. secundum naturam. ff. de regu. iur. ⁊ §.
sed ⁊ si post. instit. de empt. ⁊ ven. cum simi.
18 ¶ Accedat predictis† quia licitum est cuiqʒ ad sui vtilitatem
sine tamen iniuria vicinorum flumina auertere, ⁊ alueos muta
re. l. j. §. sunt autem ad fin. ff. ne quid. in flumin. publ. fortius
hoc dici debet in casu nostro vt scilicet licuerit illustrissime do-
mui de Medicis alueum fluminis Clanarum mutare, seu re-
stringere partem eius desiccando ad propriam eius vtilitateʒ,
fortius dico, quia quicquid fecit de commissione ciuitatis Flo-
rentie, ⁊ sic Principis fecit, ⁊ ob publicam etiam vtilitatem vt
dictum est, ac etiam cum vtilitate vicinorum vt supra dixi, ⁊ ad
id quod dixi de commissione ⁊ permissione ciuitatis Floren-
tie, ⁊ sic tunc sui principis vt scilicet propterea iuste factuʒ dica-
tur, ⁊ cuʒ vtilitate facientis, bene facit l. ij. §. merito. ⁊ §. si quis
a principe. ff. ne quid in loco public. vbi licite in loco publico
aliquid fieri potest ad propriam vtilitatem si ex principis per-
missu fiat, ⁊ sine iniuria alterius, nam ⁊ hic nedum sine iniu-
ria vel damno aliorum, sed etiam cum vtilitate facta fuit predi-
cta desiccatio, immo, ⁊ cum publica vtilitate vt dictum est, con
uenit ergo equitati, ⁊ iuris rationi vt loca desiccata desiccanti ⁊
sic illustrissime domui de Medicis fuerint acquisita cum ex
principis concessione id factum fuerit.
19 ¶ Et predicta confirmantur, nam † si vasallus fundo feudali
propria industria faciat incrementum illud acquiritur sibi, ⁊
retinetur per eum etiam quod feudum ad dominũ aliquo mo
do reuertatur, si tale incrementum per se possit stare, ⁊ ita sepa
ratum a fundo considerari possit, seu sit sepatabile secundum
Bal. in c. j. §. si quis de manso. col. j. de controuers. inuest. ⁊ est
tex. in c. j. §. econtrario. de inuestitu. de re alien. fact. ⁊ ita post
Bal. dicunt alij in d. §. si quis de manso. maxime Aluarot. iij.
col. ⁊ Afflict. j. col. dum ponit rationem dubitandi in eo tex. ⁊
in ij. col. dum ad dictam rationem dubitandi respondet, sic igi
tur in proposito nostro dicendum est de ista desiccatione vt sci
licet terra desiccata ad desiccantem pertineat, ⁊ sic ad illustrissi-
20 mam domum de Medicis, nam† valet argumentum de feu-
do ad alias res, quando in feudo non sit quid statutuʒ contra
regulas iuris communis, sed disponitur quid secundũ dictas
regulas vel preter, prout post alios quos allegat, determinat
Curt. Iunior in tract. feud. in iij. quest. prime partis. colũ. iij.
ver. distingue ergo ꝙ aut iura feudalia ⁊c.
¶ Preterea in fauorem illustrissime domus de Medicis, ⁊
hodie Illustrissimi Ducis Florentie eam representantis, opti
21 me facit, quia secundum aliquos quoties† alueus fluminis de-
siccatur facto, ⁊ industria hominis dicitur remanere illius do-
mini, vel ciuitatis, cuius in eo loco erat iurisdictio, ita signan-
ter ex intentione aliorum declarat Curt. Senior in consi. lxxij.
Magnifice vir, ⁊ excellentissime Doctor. col. fin. in ver. aduer
tat etiam dignitas vestra, quia ruptum Padi. [illegible], ꝙ ita in
tota Italia practicatum est, ⁊ sic stante tali opinione in casu no
stro Alueus fluminis desiccatus facto hominis remansisset.
R. P. Florentine, que in loco, ⁊ flumine illo habebat iurisdi-
ctionem, sed sic est, ꝙ illustrissima domus predicta habuit om-
nia iura dicte R. P. vt supra dictum fuit, ergo dicitur habuis-
se etiam alueum desiccatum. Et vbi quis vellet, ꝙ remanserit
Principis, ⁊ sic R. P. Florentine, hodie proculdubio esset
Illustris. Ducis, qui princeps est, ⁊ ipsam R. P. representat.
¶ Demum predictis accedit, quia exploratissimum est Prin-
22 cipem† posse concedere, quod in loco publico quid fiat ad pro
priam facientis vtilitatem l. ij. in princi. ibi decretoue Princi-
pum. ⁊ §. merito. ⁊ §. si quis a principe. ff. ne quid in loc. pub.
ita quidem vt ex principis iussu ⁊ authoritate locus publicus
efficiaẗ priuatus sicut potest fieri sacer. l. sacra. post principiuʒ.
ff. de rer. diuis. ⁊ ita argumento illius text. dicit ibi Bald. post
Cyn. ⁊ voluit Bar. in l. continuus. §. cum quis. ff. de verbo.
obligat. ⁊ ibi Paul. de Cast. declarat. in ver. item nota, ꝙ res
sacra. quod tamen intelligitur quando ob publicam vtilitateʒ
23 fit, sicut† etiam tunc ea de causa potest princeps etiam rem pri-
uatorum aufferre, ⁊ dare alteri. l. item si verberatum. §. j. versi.
item si forte. ⁊ ibi tradunt Doct. ff. de rei vendicat. ⁊ quod de
loco publico dicitur in iuribus predictis procedit etiam in flu-
minibus, ⁊ alueis publicis, quia ⁊ ipsa loca publica sunt, ac etiã
24 vbi non ita acceptaretur, quia† valet argumentum de loco pu-
blico puta de via ad flumen publicum, vt arguit Iurisconsul-
tus in l. j. §. hoc interdicto. ff. vt in flumin. publ. nauig. liceat,
vnde cuʒ in casu nostro a Principe, idest a R. P. Florentina
tunc superiorem non recognoscente fuerit illustrissime domui
de Medicis concessum vt desiccaret Clanas, cuʒ concessione,
seu translatione in dictam Illustrissimam domuʒ omniũ suo-
rum iurium, ⁊ sic in effectu, ꝙ desiccaret ad propriam ipsius
domus vtilitatem, ⁊ quidem ob publicam vtilitatem vt supra
est dictum ergo sequitur, ꝙ locus ille dicitur predicte illustris-
sime domui acquisitus.
¶ Et ex istis stat clarum, legale, ⁊ concludens fundamentum
in fauorem Illustrissimi ⁊ Excellentissimi Ducis ad obtinen-
dum medium illum locum desiccatum, qui certe ad eum per-
tinere debet, sicut etiam ad eum hodie pertinent, ⁊ pacifice
possidet omnia alia loca desiccata tam ex vna parte fluminis,
quam ex altera.
¶ Nec predictis obstant supra allegata in contrarium respi-
cientia istud fundamentum, in quibus consistit secunduʒ prin-
cipale fundamentum Nobilium de Albergottis, quoniã recte
considerando ex predictis colligi potest responsio fere ad om-
nia, vt tamen veritas magis ostendatur ad quodlibet singula-
tim, ⁊ particulariter respondetur.
25 ¶ Dum igitur primo† põderatur generalitas l. adeo. §. quod
si toto. ff. de acquir. rer. domin. ⁊ §. quod si naturali alueo in-
stitut. de rer. diuis. cum similibus. Respondetur, ꝙ dicta iura
procedunt quando flumen naturaliter, idest, suo cursu, ⁊ solita
narratione fluminum Alueum dereliquit ⁊ ita innuunt verba
d. iurium. ibi. si toto alueo derelicto flumen ad aliam partem
fluere cepit ⁊c. ita etiam innuunt verba. l. ergo. §. j. ⁊ ij. ff. de ac-
quir. rer. domin. ⁊ aliorum iurium de materia loquentium, ⁊
tunc talis acquisitio fit iure gentium ex potentia, ⁊ vt ita dicam
authoritate fluminis, etenim in hoc flumina cẽsitorum, siue iu-
dicum vim obtinent l. ergo. §. fin. ⁊ ibi. glo. ⁊ Doct. declarant.
ff. de acquir. rer. domin. non autem procedunt dicta iura si fa-
cto hominis alueus desiccetur, quia tunc illa ratio considerari
non potest, quia homines talem vim non obtinent, non ergo
fiet tunc acquisitio aluei desiccati habentibus vicina predia, sed
vel remanet illius, qui iurisdictionem in loco habet secundum
aliquos, vt dictuʒ est, vel acquiritur desiccanti cuius opera, in-
dustria, ⁊ sumptibus desiccatur, ⁊ maxime quando id factum
fuit cum principis expressa concessione per ea que dicta fuerũt,
⁊ hanc differentiam inter alueum derelictum naturaliter, ⁊ fa-

cto

26 cto hominis desiccatum, ⁊ sic, † ꝙ iura dicentia alueum dereli-
ctum acquiri habentibus predia vicina intelligantur, quando
id fit naturaliter ex fluminis cursu, ⁊ non facto hominis recte
intuenti sentit Bart. in tract. de aluuion. in ver. flumen. prope
fin. in ver. sed quero quid si ripa predij. ibi naturaliter se exten-
dit, ⁊ infra etiam dum questioni proposite respōdet, dicit eniȝ
puto totum locum domino predij accedere sicut per aluuionē
⁊ ponendo rationem subdit, omnes enim iste accessiones, que
diuina natura obueniunt, nullo facto humano interueniente
eiusdem nature sunt vt per eum, sentit ergo Bart. aliud esse si
humanum factum interueniat.

27 ¶ Et licet in arbore † in alienum fundum translata si in eo coa-
luerit non sit differentia an impetu fluminis vel facto homi-
nis id contingat, quia semper datur actio priori domino vt tra
dunt Doct. in l. idem Pomponius. §. de arbore. ff. de rei ven
dicat. ⁊ Jo. Faber. ⁊ Ang. Aret. in §. preterea. institu. de rer.
diuisio. tamen vt etiam dixit dominus consulens de eo ad ca-
sum nostrum non debet argui, cum sint casus diuersi ⁊ diuer-
sa ratione terminandi. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de ac
quir. poss. cum vulgaribus diuersitas facti nota est, ⁊ rationis
diuersitas ostenditur, quia in arbore id est, quia vtroqȝ casu ita
coheret terre in qua coaluit siue radices egit vt simul cum ea
consideretur, ⁊ non separata, sed in casu nostro locus ille me-
dius seu terra desiccata consideratur, ⁊ est separata a predijs
Nobilium de Albergottis licet vicina sit igitur, ⁊c. per doctri
nam Bald. in d. c. j. §. si quis de manso. de controuer. inuestit.
⁊ inter desiccatum facto hominis, ⁊ derelictuȝ alueum a flumi-
ne cōsideratur ratio differentie quā ego supra posui igitur, ⁊c.

28 ¶ Et quod differant † quod naturaliter contingit, ⁊ quod fa-
cto hominis euenit voluit in simili Alberic. de Rosat. in l. Ru
tilia polla. in fin. ff. de contrah. empt. nam habenti ius aque du
cende licituȝ est vti etiā aqua naturaliter accedente. l. j. §. aqua.
ff. de aqu. quottid. ⁊ est. non sic si facto hominis accesserit qui-
nimmo tunc respectu totius aque prohibebitur vt in ea. l. §.
item queritur. ⁊ dicit ibi Alberic. ꝙ ita distinguendo illa duo
iura concordabat Oldrad. vt per eum, ⁊ sicut illo casu nō equi
parantur illa duo quia inter ea est ratio diuersitatis ita in simi-
li in casu nostro non debent dici equiparata cū inter ea sit aper-
ta ratio diuersitatis de qua supra, sic itaque iura in contrarium
allegata in eo quod deferunt habentibus vicina predia alueuȝ
derelictum intelliguntur solum quando id naturaliter, ⁊ cursu
vel recessu fluminis contingit vt ipsorum verba importare vi-
dentur, ⁊ non si facto hominis maxime legitimo, ⁊ vbi etiam
verba essent generalia idem dici debet per iura, ⁊ rationes de
29 quibus supra. non enim † inconuenit legem aliquam quantun
cunqȝ generaliter loquatur restringi per alia iura, ⁊ rationes
vrgentes l. non est nouum. ⁊ ibi per Doct. ff. de legib. ⁊ dixit
Cyn. ⁊ alij sequuntur in l. j. ij. colum. C. que sit long. consuet. ⁊
alias dixit Bal. in l. omnes populi. col. viij. ver. dico ergo ꝙ in
statutis. ff. de iusti. ⁊ iur. quem refert, ⁊ sequitur Andr. Barb.
in consi. xxix. altissimi optimi Dei. ij. col. ij. volu. quod a plano
sensu verborum debemus recedere vt ratio motiua disponen-
tis saluetur. hinc dici solet, ꝙ l. etiaȝ generalis restringitur per
rationem eius vt inquit Bald. in l. si quis seruo. ij. col. versi. ex
his apparet. C. de furt. cum concordantibus vt dixi in consil.
lxx. placet mihi. nume. 7. ij. volumi. cum igitur acquisitio, que
fit vicinis propter flumina fiat illa ratione, quia flumina vim
censitorum habent d. l. ergo. §. fina. ff. de acquiren. rer. domin.
quod non consideratur vbi factum hominis interuenit vt di-
ctum fuit sequitur, ꝙ iura etiam generaliter loquentia a dicta
ratione veniunt declaranda.

30 ¶ Ad quod etiam facit † quia lex in sui generalitate restringi-
tur ne ex illa sequatur absurdū. l. furti. §. pactus. ⁊ ibi no. Bar.
ff. de his qui not. infam. ⁊ idem Bar. dixit in l. Gallus. §. etiaȝ
si parente. ff. de liber. ⁊ posthum. cum concordantibus vt per
Ruin. in consi. xxxix. visis ac bene intellectis. nume. 10. j. volu.
sed si isto casu desiccata terra acquireretur vicinis magnum se-
queretur absurdum, videlicet ꝙ illustrissima domus de Me-
dicis omnem industriam adhibuisset maximasqȝ expensas fe-
cisset cum intentione acquirendi, ⁊ quidem cum sui principis
expressa concessione ad ditandos vicinos, quod nullo modo
est dicendum prout etiam supra tactum fuit.

¶ Non obstat modo secundum de lege pen. §. fi. ff. de acquir.
31 rer. domi. quoniam † primo dici potest, ꝙ inherendo verbis
eius, ibi non dicitur ꝙ natum, aut edificatum sit habentis pre
dia vicina, sed ꝙ sit publicum, ⁊ sic non loqueretur ad proposi
tum casus nostri, ⁊ pro vero in verbis suis non loquitur de flu
mine, sed generaliter de loco publico, in quo si quid nascatur
puta arbor, vel edificetur, publicum fit, ⁊ ꝙ in d. §. fin. non di-
catur edificatum alicui acquiri dixerunt Imol. Roma. ⁊ Cu-
ma. in l. fluminum. ff. de dam. infect. ⁊ refert, ⁊ sequitur Ripa.
in l. quominus. in x. quest. ff. de flumin. ⁊ illa equiparatio tunc
procederet propter identitatem rationis, nam quicquid in re
publica fit, aut nascitur debet dici publicum, quia in solo po-
sita solo cedunt. §. ex diuerso. institu. de rerum diuisio. ⁊ in l.
adeo. §. ex diuerso. ff. de acquiren. rer. domin. nec debet ad ca-
sum nostrū trahi, quia in eo est ratio diuersitatis vt dictū fuit.

¶ Vel secundo si vis intelligere secundum glo. ibi. ꝙ sit publi
cum respectu vsus, sed proprietas sit vicinorum intelligendo,
ꝙ loquatur de flumine prout loquitur statim cum de insula lo
quitur, dicas ꝙ procederet ille tex. quando edificatur aliquid
in publico sine principis permissione, ⁊ sic non legitime, ⁊ iu-
ste, nam tunc non conueniret vt edificans suum faceret, quia
non iure edificat, cum licentiam non habuerit a principe iux-
* ta tradita per Doct. magis communiter * in d. l. fluminum.
ff. de dam. infect.

¶ Quod tamen videtur intelligendum nisi qui in flumine ali-
quid faceret haberet predia vicina, quia tunc quatenus non
transcendat medium fluminis licite edificat, ⁊ sibi acquirit, ⁊
in his terminis saluari potest opinio Raph. Commen. in d. l.
fluminum. sed transcendendo medium fluminis non licite fa-
cit, ⁊ ideo sibi non acquirit sed vicino ex alia parte fluminis, ⁊
ita proprie loquitur Bar. in l. quominus. ff. de flumin. in x. q.
in contrarium allegatus ⁊ similiter alij qui Bart. sequuntur,
sed in casu nostro desiccatio facta fuit legitime, ⁊ iuste quia cuȝ
expressa permissione R. P. Florentine, ⁊ sic sui principis ac ēt
Aretine ciuitatis a quibus illustrissime domui de Medicis
desiccare volenti fuerunt etiam concessa omnia iura dictarum
ciuitatum vt in facto presupponitur, merito ergo illi debuit ac-
quiri desiccata terra cum ad illum finem desiccauerit ⁊ iura di-
ctarum ciuitatū, ⁊ principis licentiā sibi concedi procurauerit.

¶ Posset ⁊ tertio dici ꝙ opinio Bart. in d. x. questio. non sit
secura ⁊ non probetur in d. l. pen. §. fina. vt subtiliter demon-
strat Ripa in d. x. questio. quod non prosequor, sed ad ibi di-
cta per eum me remitto, quia non est necessarium cum satis
superqȝ ex alijs supra deductis sit sublata omnis difficultas
etenim illustrissima domus de Medicis vt scilicet sibi licuerit
ad proprium vtilitatē desiccare fundatur in expressa concessio
ne R. P. Florentine tūc principis, ⁊ superioris eius, siquideȝ
32 † principis authoritas facit licitum, quod alias esset illicituȝ vt
tradunt Bar. ⁊ alij in d. l. fluminum. ff. de dam. infect. ⁊ in d. l.
quominus. in ij. questio. ff. de flumin. ⁊ prout ex pluribus de-
monstrant prestantissimi Doct. ante me consulentes.

¶ Nec dicatur, quod principis authoritas non debuit posse
impedire acquisitionem aluei derelicti, que fit de iure gen-
tium. Quoniam primo dicitur ⁊ respondetur, quod talis ac-
quisitio isto casu non procederet cum iura illam probantia lo-
quantur, ⁊ intelligantur quando alueus a flumine naturaliter
derelinquitur vt supra ostensum fuit.

¶ Preterea ⁊ secundo dico, ꝙ contrarium posset forte proce
dere in iure acquisito vt scilicet princeps aufferre nō possit, sed
33 nos sumus in acquirendo, ⁊ veritas est, † ꝙ princeps potest ex
aliqua causa impedire acquisitionem, que iure gentium fieret
vt patet in l. in agris. ff. de acquiren. rer. domin. vbi iurislator,
⁊ sic princeps non vult ꝙ procedat acquisitio per aluuioneȝ vt
dicit Bar. in tract. de aluuion. in verbo acquiritur, ⁊ dicūt etiā
predicti domini consulentes hoc ipsum ex pluribus probātes.

¶ Immo ⁊ tertio dici potest, ꝙ etiam, ꝙ esset ius quesitum
Albergottis (quod tamen est falsum.) adhuc principis con-
cessio de qua agitur potuisset illis aufferre cum sit facta ob pu
blicam vtilitatem, vt scilicet frumentum abundantius colligi
34 possit, ⁊ ne predia vicinorum inundentur, nam † ob publicam
vtilitatem princeps etiam ius quesitum tollere potest l. item
si verberatum. §. j. ff. de rei vendicat. ⁊ supra dictum fuit, ⁊ tra-
dunt plene Doct. in c. que in ecclesiarum. extra de constitutio.
⁊ in l. fina. C. si contra ius vel vtilit. publ. vt etiam supra per
alios dictum fuit.

¶ Demū nō obstat decisio Cassiodori in contrariū allegata,
quoniā ad eaȝ bene respondent alij consulentes, ⁊ obmissa illa
respōsione, quam prius cōsulēs primo loco ponit, vcȝ ꝙ talis

decisio de iure non procedat quod facile defendi posset, cũ con
tra eam plura ex predictis vrgere videantur, & videatur etiam
contra communem opinionem vt etiam dicit dominus cõsu
lens, suaq; fundamenta fere omnia ex predictis sublata sint,
obmissa inquã predicta responsione, & alijs pluribus, que ada
ptari possent, illa est clara, & indubitata responsio (quam etiã
dñi cõsulentes tangũt.) ꝙ illa decisio (posito, ꝙ sit vera.) loqui
35 tur in terminis diuersis a casu nostro, & ideo † de ea ad istũ ca
sum argui nõ põt l. fi. ff. de calumniat. cũ simi. vt per Beltran.
in consi. ccxcix. alias cum scriberem. nu. 4. j. vol. ex primis, & di
xi in consi. cx. habeat testator. in fi. j. vol.
¶ Diuersitas est, quia ibi Illustris. Mediolani Dux proprijs
sumptibus & vt princeps mutauit alueum Padi, non ea inten
tione vt antiquũ alueũ lucraretur, sed q: sic opinatus fuit expe
dire publice vtilitati, & sic ea intẽtione, fecit vt prodesset vicinis
36 prout † tñ principem decebat vti. s. liberalitate, & proprias pe
cunias pro publico cõmodo erogare, & sic subditorũ vtilitatẽ
proprio cõmodo preferre iuxta l. j. §. fi. C. de caduc. toll. & facit
l. j. post princip. C. de secund. nupt. si enim proprium est nobi
lium vti liberalitate. c. j. de donat. & ibi Doct. not. magis hoc
spectabat ad Illustrissimum Mediolani Ducem qui nobilis
simus erat, & princeps magnus & presertim in subditos suos, a
quibus honorabatur, & vbi esset opus defendebatur, cũ igitur
in casu illo nõ constaret Ducẽ Illustrissimum voluisse lucrari
talem alueum, sed potius contrariũ presumatur per predicta
nimirum si dicatur Alueus derelictus acquiri vicinis de iure
gentium per l. j. §. simili modo. ff. de flumin. & §. ꝙ si naturali
alueo. institu. de rer. diuisio. Sed in casu nostro contrariũ ap
paret in Illustrissima domo de Medicis, que non erat dña
loci, & minus ciuitatis Florentie, nam ipsa vti priuata impetra
uit sibi concedi locũ illũ desiccare ad propriam ipsius vtilitatẽ,
& propterea obtinuit sibi cedi omnia iura ciuitatis Florentie,
Aretine, & aliorum locorum.
¶ Et quando in concessionibus sibi factis non exprimeretur,
ꝙ d. Illustrissima domus ad propriam vtilitatẽ desiccet illud
omnino presumendum est, ne alias ipsa vti fatua videatur vo
luisse iactare tam magnam summam pecuniarum, quas in di
cta desiccatione erogauit, cum nemo presumatur velle iactare
37 suum l. cũ de indebito. ff. de probat. & † ista legalis presumptio
dicitur liquida probatio. l. licet Imperator. ff. de legat. j. & l. si
quis locuplex. ff. de manumiss. testam. & in vtraq; dicũt Doct.
cum concordantibus vt scripsi in consi. lxvij. lata fuit sententia
nu. 6. j. vol. & in consi. j. Magnificus vir. nu. 17. ij. vol.
¶ Et eo maxime ista presumptio debet haberi pro legitima
probatione cum istud sit consonũ veritati vt declarat Nico. de
Neap. in l. excusantur. in princ. ff. de excusat. tut. & dixi in consi.
iij. Nobilis iuuenis. nu. 6. ij. vol.
¶ Et absq; dubio ita dici debet q: dicta Illustrissima domus
habebat in effectu iura cuiusdã Donati de Brunis cui locus
desiccandus fuerat donatus vt in puncto narratur, & stãte hoc,
ꝙ constet desiccationẽ concessam per rempublicam Florenti
nam, & ciuitatẽ Aretij factam fuisse per Illustrissimã domũ
de Medicis, cũ maximis eius sumptibus ea intentione vt al
ueus desiccatus illi acquireretur res clara est, quod illi fuit ac
quisitus per predicta, & hoc aperte fatetur etiam ipse Cassio
dor. in d. sua decisione. nu. 11. in ver. ceterum equum est. Dũ
concludit commodum ibi esse debere, vbi sit damnum, & cla
rius in ver. neq; aliquid ecclesia, &c. dum dicit decisionem suã
procedere, quia ecclesia non acquirit cum damno ducis, sed in
casu nostro Albergotti acquirerent cũ damno, & quidem ma
ximo Illustrissime domus desiccantis ergo &c.
¶ Nouissime nõ obstat quod vltimo loco allegabatur de pre
scriptione x. vel xx. annorum. in qua Nobiles de Albergottis
videntur facere fundamentum asserentes se habere titulum iu
38 risgentium, † qui titulus videtur idoneus ad prescriptionẽ iux
ta doctrinam Bar. in tract. de alueo. ver. quod si. in fi. & tradit
Cep. in d. tract. de seruit. rustic. pred. in titu. de alueo. nu. 1. in
fin. Corn. in consi. cxcj. satis scrupulosa. iij. col. versi. nec etiam
videtur iij. vol. & Jas. in l. j. in princ. nu. 84. ff. de acquirẽ. poss.
Quoniam optime respondet prefatus primo consulens, ꝙ do
mini Albergotti nullum titulum dicuntur habere, & conse
quenter prescribere non potuerunt l. diutina. C. de prescript.
longi tempor. & l. nullo. C. de rei vendicatione. cum similibus.
Nam cum ante desiccationem locus desiccandus fuisset con
cessus illi Donato de Brunis, cuius iura legitime peruenerũt
ad Illustrissimam domum de Medicis, cui etiam particula
riter fuit postea facta virtualiter eadem concessio, cum se desic
caturam pollicita fuit prout re ipsa fecit ex talibus enim con
cessionibus impedita fuit acquisitio habentibus predia vici
na, quod potuit facere princeps argumento l. in agris. ff. de
acquiren. rer. domin. & supra dictum fuit, merito ergo nõ pos
sunt dicere Albergotti se habuisse talem titulum, cum iam a
principe fuisset impeditus, quod (vt dixi) fieri potuit, attento
maxime, ꝙ ob publicam vtilitatem talis concessio facta fuit, &
sine aliquo vero damno vicinorum, sed potius cũ eorum vti
litate vt supra dictum fuit.
¶ Potest ẽt considerari ad tollendã pretensam prescriptionẽ
39 mala fides dominorũ de Albergottis, que † omnẽ prescriptio
nẽ impedit c. fi. de prescrip. & c. ij. de regu. iur. lib. vj. ac etiã in
terruptio eiusdem prescriptionis iuxta l. ij. cum materia. C. de
prescrip. long. tempor. que duo tangit dominus consulens in
fine sui amplissimi consilij ad quem me refero.
¶ Non obmitto, ꝙ põt negari aliquã prescriptionẽ continge
re titulo illo iurisgentium, Aluei derelicti, quia hoc iure nõ ca
uetur, a principio enim aut acquiritur plene, aut nullo modo,
nec aliquid ad propositum probatur in l. in bello. §. si quis ser
uum. ff. de capt. & postlim. reuer. in quo se fundat Bart. in di
cto tract. de Alueo. Quoniam ibi vsucapio procedit ex titulo
emptionis, de quo habemus titulum. ff. pro empto.
¶ Et animaduerto, ꝙ Bart. illud dixit propter euitandam
quandam pretensam equitatem, quam plerique sumunt ex l.
adeo. §. si cuius tamen. in fin. ff. de acquiren. rer. domin. ibi sed
vix est vt id obtineat, exponendo vt ibi per glo. idest nullo mo
do obtinet, sed dico, ꝙ talis equitas negari potest, & talis ex
positio non videtur vera, sed debet exponi vt verba sonant.
idest cum difficultate, nãquod vix fit, tamen fit. l. vix ex certis
ff. de iudic. cum similibus, & licet tale verbum aliquando expo
natur vt ibi per glo. tamen in casu nostro videt sic exponendũ,
attento ꝙ in §. quod si naturali alueo. ver. ꝙ si post. institu. de
40 rer. diuisio. simpliciter, & absq; illo verbo, vix dicitur, ꝙ † al
ueus derelictus non ad priorem dominum reuertitur, sed ac
quiritur habentibus predia vicina, & inuenio, quod ita signan
ter firmauit dominus Joan. Bapt. Caccialup. in quodã suo
eleganti consilio incip. Cor mundum crea in me Deus, &c.
quod apud me reperitur. Sic itaq; vltra alios ex hoc etiam in
proposito tolleretur fundamentum prescriptionis. Sit tamen
hoc dictum ex abundanti cum alia satis superq; sufficiant, & ex
predictis, & alijs pluribus per alios consulentes copiose dedu
ctis, remanet firma conclusio in fauorem Illustrissimi ac Ex
cellentissimi Ducis Florentie Illustrissimam domũ de Me
dicis representantis. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie legens. 1550.

CASVS.

CONSILII XXIX.

DOMINVS Franciscus Mazolus nobilis Bri
xiensis cum haberet duos filios masculos Alexan
drum scilicet & Laurentium in suo vltimo testamẽ
to iure institutionis reliquit Alexandro eius filio
certa bona prohibens eorum alienationem, quoquomodo ip
sam annullando, si ad eam quoquomodo peruenerit, volẽs ꝙ
eo casu talia bona perueniant ad Laurentiũ aliũ filiũ, vel eius
filios masculos, & voluit dictũ Alexandrũ esse tacitũ & quietũ
pro omni eo quod sibi iure legitime, vel alio quoquomodo si
bi deberetur, & hoc quia fuit ipsi testatori patri suo inobediẽs,
& quia propter eum multas pecunias erogare coactus fuit.
¶ Et postea ipse testator subdit ꝙ si dictus Alexander decesse
rit sine filijs masculis, voluit ꝙ ei succedat dictus Laurentius,
seu eo non extante ipsius Laurentij filij masculi, quia voluit &
vult ꝙ bona & hereditas dicti testatoris remaneat in agnatio
ne masculina ipsius testatoris.
¶ Deinde pluribus interpositis per lineas xvij. vel circa predi
ctũ Laurentiũ alterũ filiũ eius vniuersalem heredem instituit,
q: semper fuit sibi obediẽs, & eũ nunꝙ in aduersitatibus deser
uit, & post dictũ Laurẽtiũ instituit eiusdem Laurẽtij filios ma
sculos, & ꝙ dictus Laurẽtius nõ possit alienare, nisi ꝓ dimidia

bonorum sibi relictorum, quia vult, q saltem dimidia pars bonorum prędictorum remaneat filijs masculis dicti Laurentij.

¶ Et si dictus Laurentius decesserit sine filijs masculis dicto casu ei substituit dictũ Alexandrum, seu eius filios masculos si qui extabunt, prout hęc latius in testamẽto legi possunt cuius copia trãnsmittitur.

¶ Mortuo testatore decessit Alexander superstite sibi domino Benedicto filio, et herede vniuersali, decessit etiam Laurentius superstitibus sibi Jo. Antonio, et Sigismundo filijs, et heredibus necnon etiam Laura, Caterina, Thadea, Grandilia, Jsabella, et Blancha filiabus.

¶ Decessit inde d. Jo. Antonius sine filijs, et demũ decessit dictus Sigismundus similiter sine filijs superstitibus sibi predictis mulieribus eius sororibus, et heredibus vniuersalibus et predicto Benedicto eius patruele. Qui pretendit bona dicti testatoris ad se ex causa fideicommissi spectare vigore testamenti prenarrati contradicentibus predictis mulieribus. Queritur quid iuris?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De substitutione facta filio si decesserit sine filijs masculis de alio filio, vel eius filijs, eo predefuncto, vtrum aliquo modo valeat si cum filijs masculis decedat, qui postea sine filijs decedant?

¶ Et quid si in simili substitutione facta alteri filio dictum sit quia testator voluit, et vult bona sua remanere in sua agnatione masculina?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Testatoris mens ante omnia est attendenda.*
2 *Coniecturæ sufficiunt in fideicommissaria substitutione.*
3 *Fideicommissum tacitum aliquando inducitur fauore agnationis.*
4 *Alienationis prohibitio licet sit facta tantum certe personæ, & fideicommissum in uerbis suis sit iniunctum illi, tamen si adiecta sit ratio, quia uult quod bona & hæreditas sua remaneaut in agnatione sua masculina, ipsa prohibitio & fideicommissum extenduntur ad alias personas. & nu. 25.*
5 *Ratio generalis debet dictum suum ampliare. & nu. 26.*
6 *Positi in conditione non dicuntur uocati.*
7 *Conditionem sufficit impleri per æquipollens, etiam quod sit conditio uoluntaria.*
8 *Asserenti de hac substitutione uel de hoc fideicommisso non loqui testamentum, ergo factam uel factum non censeri, incumbit illud manifestis rationibus probare, alioquin à uerborum importantia recedi non debet.*
9 *Testatorẽ non sufficit aliquid uelle siue in mẽte agitare, nisi illud disponat aliquo modo, quod enim non loquitur uelle non præsumitur.*
10 *Testator nõ creditur illud facere uoluisse qđ facere potuit et nõ fecit.*
11 *Dispositio cõditionalis cõditione deficiẽte extinguitur, et inanis redit.*
12 *Substitutio semel inanis redita semper inanis fit, quicquid postea sequutum sit.*
13 *Extinctum simpliciter in perpetuum erit extinctum nec reconualescit, licet uideatur causa extinctionis sublata.*
14 *Contrariorum eadem est doctrina per contrarium.*
15 *Conditio impleta operatur ualiditatẽ dispositionis, quæ ualiditas non tollitur licet implementum conditionis non duret.*
16 *Exclusus semel, si simpliciter & non temporaliter excludatur, dicitur perpetuo exclusus.*
17 *Verba substitutionis (si talis decesserit sine filijs masculis) restringunt substitutionem ad casum expressum, ita quod in alio casu locum non habeat.*
18 *Interpretatio in dubio semper fieri debet in benigniorem partem.*
19 *Donatio reuocatur per natiuitatem filij.*
20 *Substitutio facta sub conditione (si decesserit sine filijs) omnino extinguitur, si cum filijs decesserit, nec habet aliquem effectum, etiam si tales filij postea sine liberis decedant.*
21 *Commoda & incommoda rei emptæ pertinent ad emptorem.*
22 *Casus à testatore ommissus remanet in dispositione iuris communis.*
23 *Extensio de persona ad personam fieri non debet in oneribus.*
24 *Ratio ad suam dispositionem restringitur, non autem quicquam per se operatur.*
25 *Alienationis prohibitio non trahitur de filijs ad nepotes, etiam quod sit adiecta illa ratio, quia uoluit bona in familia remanere.*
27 *Conditio uoluntaria debet impleri proprie & in forma specifica uti concepta fuit.*
28 *Dispositio nunquam trahitur ad casum ommissum, quãdo casus tacitus seu ommissus à testatore est dissimilis expresso seu conditioni expresse à testatore, ratione dissimilitudinis.*

CONSILIVM XXIX.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, et iustitie.

¶ Licet in presenti casu videatur defecisse cõditio substitutionis facte suprascripto Laurentio heredi instituto per quã vocatus fuit Alexander eius frater, et eo non existente filij eius masculi legitimi, et naturales, eo q talis substitutio facta fuit si Laurẽtius decesserit sine filijs masculis, et ille decessit cum duobus filijs masculis legitimis, et naturalibus videlicet Joã. Antonio, et Sigismũdo, et propterea videatur predictã substitutionẽ euanuisse quicquid postea de dictis filijs contingerit l. filiusfamilias. §. cũ quis, et ibi tradunt Doct. ff. de legat. j. vt infra plenius dicetur, tamen videbitur fortasse alicui substitutionem predictam ex alio conseruari, et videri in effectu factã etiam predictis filijs Laurentij sub eadem conditione, si sine filijs masculis decesserint, et propterea videtur, quod dominus Benedictus Alexandri filius legitimus, et naturalis debeat nunc ad predictam substitutionem fideicommissariam admitti prout ipse petit.

1 ¶ Et hoc videtur probari ex presumpta mente testatoris, † Jlla enim est ante omnia attendenda. l. in conditionibus primum
locum. in prin. ff. de conditio. et demonstra. et l. cum virum. C.
de fideicommissis cum similibus, et presertim cum in casu isto
2 agatur de fideicommissaria substitutione † in qua sufficiunt cõiecture. l. cum proponeretur, et ibi. glo. et Doct. ff. de legat. ij. cũ
concordantibus vt plene scripsi in consi. xc. dominus Marianus. nu. 7. et 8. et in consi. cj. Nobilis vir Antonius nu. 5. j. volu. et in consi. clxxxj. de duobus. nu. 16. cum quatuor sequentibus. ij. vol. et alibi sepe. modo tamen coniecture colligantur ex dispositis in testamento vt voluit Bal. in l. j. C. de his qui ante apert. tabu. et dixit Patruus, et dominus meus Socin. in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. dico ergo q coniecture, et et presumpta mens testatoris de qua supra videntur colligi ex dispositis in testamento igitur etc.

¶ Primo enim predicta mens testantis videtur sumi ex eo q ipse nedum vocat filios suos, sed etiam eorum filios, quando dictos filios in effectu inuicem substituit, nam Alexandro sine filijs masculis decedenti substituit Laurentium, et eo non extante eius filios, et similiter Laurentio sic decedenti substituit Alexandrum, aut eius filios, vnde sicut vocauit nepotes post filios, et hoc fauore sue agnationis conseruande, et sic pariter dilexit vocando ordine tamen successiuo, ita videtur, quod post filios nepotibus voluerit substituere sub eadem conditione, eius agnationis conseruande fauore vt sic pariter dicatur eodem ordine grauasse arguendo de commodo ad onus, argumento l. secundum naturam. ff. de reg. iur. cum videatur eadem ratio scilicet agnationis fauor.

¶ Secundo facit, quia mens testantis videtur quod bona sua donec supersint filij sui, aut ex eis nepotes masculi remaneant inter eos, et ad extraneos peruenire non possint, et propterea post filios suos masculos ex eis nepotes similes vocauit, vnde vt hec sua voluntas seruetur, videtur quod Benedictus Alexandri filius dicatur vocatus per quem agnatio potest conseruari, et femine ille sorores Sigismundi nouiter defuncti ad illa bona admitti non possint, cum per eas agnatio non conseruetur l. pronunciatio. §. fina. ff. de verbo. significat. cum
3 similibus, non enim † est dubium fauore agnationis aliquando induci tacitum fideicommissum vt signanter dixit Bald.
in l. quoties. la prima. in ver. nota ex qualitate rei. C. de fideicommiss. et est glo. in l. codicillis. §. instituto. ff. de legat. ij. quam ad hoc allegat Barbat. in rub. extra de reb. eccle. alien. vel nõ. vj. colum. in fin.

¶ Tertio hoc ipsum efficacius videtur ostendi, quia quando substituit Alexandro, si decesserit sine filijs masculis Laurentium, et eo non existente eius filios masculos (quem Alexandrum pauloante prohibuerat alienare.) subditur, quia voluit, et vult, quod bona et hereditas dicti testatoris remaneant in agnatione masculina ipsius testatoris, que verba videntur claram mentem testatoris ostendere, quod voluerit facere fideicommissum in fauorem agnationis, vt sic descendentes omnes, et sic etiam filij dicti Laurentij dicantur grauati si sine filijs masculis decederent restituere dicto Alexandro, et descendentibus suis masculis alioquin bona testatore.

ris non remanerent in agnatione sua masculina, quod non videtur tollerandum ne quid fiat contra mentem, & expressa verba testatoris per dicta supra in princ.

4 ¶ Et† licet prohibitio alienationis, que precedit sit facta tantũ dicto Alexãdro, & similiter fideicõmissum in verbis suis sit iniunctũ illi, tamen propter adiectam illam rationem vtrunq; extenditur ad alias personas vt tradunt Doct. in l. qui Rome §. coheredes. ff. de verb. oblig. & in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de

5 leg. j. presertim† cũ ratio illa sit generalis, nã debet dictum suũ ampliare. l. nomen debitoris. §. fi. ff. de leg. iij. & tradunt Doct. in l. cũ pater. §. dulcissimis. ff. de leg. ij. videtur igitur ex predicta ratione, q̃ ẽt filij dicti Laurẽtij fuerint simili fideicommisso grauati in fauorẽ Benedicti cũ solus ipse superuiuat ex descendentibus masculis, & de agnatione masculina testatoris.

¶ Nec potest dici tale onus fideicõmissi eis nõ potuisse impo-

6 ni, quasi nõ fuerint vocati,† cũ positi in conditione non dicantur vocati secundum opinionẽ glo. Bar. Bald. Imol. Paul. de Cast. & aliorum. in l. Lucius. la ij. ff. de hered. instituen. quoniam obmissa illa amplissima disputatione (cum multi teneãt contrarium vt alias dixi in cõsi. clviij. Illustrissimus dñs Andreas. nu. 70. & 71. ij. vol.) dico, q̃ immo predicti filij Laurentij fuerunt expresse vocati, cum fuerint expresse substituti Laurentio eorum patri, & sic predictis nullo modo obstaret regula l. ab eo. C. de fideicommiss. & l. sed & si sic in fin. ff. de legat. ij. cum similibus.

¶ Quarto & vltimo ista opinio corroborata ratione suadetur, nam quando in aliqua conditione consideratur effectus nõ refert quid ex equipollentibus fiat l. iij. C. de institu. & substit. cuz

7 similibus, &† sic sufficit conditionem impleri per equipollens etiam q̃ sit conditio voluntaria vt plene tradunt Doct. presertim Patruus, & dominus meus Socin. in vlt. notab. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. & dixi. in consi. xlij. Titius testamentum. nu. 25. j. vol. sed in casu nostro in illa cõditione si Laurentius decesserit sine filijs masculis videtur cõsideratus effectus eius scilicet deficientia linee masculine dicti Laurẽtij, qui effectus hodie reperitur deficiẽte Sigismũdo sine filijs cũ deficiat linea masculina dicti Laurentij ergo videtur sufficere vt substitutus Benedictus admittatur.

Hec sunt que in fauorem predicti Benedicti forte parum cõsideranti vrgere videntur, vt sic in proposita sua petitione videatur audiendus.

¶ Illis tamen nõ obstantibus, & pro vero casum nostrum nõ attingentibus habita maturiori animaduersione indubitãter contrariũ puto tenendum concludendo, q̃ immo nullum dicitur in occurrenti casu reperiri fideicõmissum in fauorem dicti Benedicti, & propterea ipse in sua petitione non debet aliquo modo audiri. Et licet plura in hac materia dici possent, p quo vide Ruyn. consi. cxxxiij. lib. iij. ego tñ multis dimissis gratia breuitatis dicam tantũ ea que proxime veniũt ad casuz nostrũ.

¶ Et presupponno primo vulgatã illã regulã in materia substi-

8 tutionis, & fideicõmissi, qua† dicitur de hac substitutione, vel de hoc fideicõmisso nõ loquitur testamentũ, ergo facta, vel factũ non censetur & qui contrarium asserit debet illud manifestis rationibus demonstrare, alioquin a verborum importantia recedi non debet l. non aliter in prin. ff. de leg. iij. istaz regulam posuit Jo. Andr. in titu. de testam. in addit. ad Specu. §. j. in versi. occurrit, quem & alios plures refert, & sequitur Patruus, & dominus meus Socin. in consil. lxij. viso capitulo. iij. col. iij. vol. cum concordantibus vt scripsi in cõsi. cxj. dñs Petrus testa. nu. 17. j. vol. & in consi. clxxvj. prouidus vir. nu. 8. & in consi. clxxxv, honesta mulier nu. 2. & 3. ij. volu.

¶ Nec ab ista regula receditur si forte dicatur q̃ testator illud

9 in mente habuerit, aut facere cogitauerit,† quoniam non sufficit testatorem aliquid velle, siue in mente agitare, nisi illud disponat aliquo modo, quod enim non loquitur velle non presumitur l. quidam cum filium, & ibi Doct. ff. de heredi. instituen. & Alexand. hoc pro notab. ponit in l. iij. in fin. C. de liber. preterit. cum concordantibus, vt ego dixi in locis supra allegatis & tradit Paris. in consi. lxxxvj. ad veram restitutionez nu. 21. ij. volu.

¶ Hoc ita presupposito dico, q̃ conclusio nostra primo probatur apertissimo, & concludentissimo argumento, quia scilicet nullibi in predicto testamento reperitur fideicommissuz iniunctum Sigismundo Laurentij filio nuper defuncto, aut q̃ eo mortuo sine liberis vocetur dictus Benedictus, aut alius quilibet ergo tale fideicommissum non dicitur factum, nec per nos potest predicto testamento addi, id enim esset contra vo-

10 luntatem testatoris† qui cum illud facere potuisset, & non fecerit, creditur illud facere noluisse. l. j. §. finautem ad deficientis. C. de caduci. tollen. & c. ad audientiam. in fin. extra de decim. cum similibus.

¶ Et dicere q̃ testator in mente tale fideicommissum gerebat & illud facere volebat non sufficit, quia oportebat q̃ de eo aliquo modo disponeret, & id colligeretur ex dictis in testamento saltem per interpretationem verborum, per d. l. quidam cuz filium cum ibi traditis per Doct. cum similibus vt dictum est. Ultra q̃ in casu nostro talis voluntas testatoris, aut mentis agitatio aperte negatur vt infra dicetur.

¶ Secundo considero, q̃ disputatio presens sit de parte relicta Laurentio, & sic de vniuersali hereditate in qua ille fuit institutus, circa quaz testator dicitur fecisse duas substitutiones.

¶ Primam, quia ei cum filijs masculis decedenti substituit virtualiter ipsos eius filios, que substitutio effectum sortita fuit quia post Laurentium Jo. Antonius, & Sigismundus eius filij masculi admissi fuerunt, et sic de ea amplius non est tractandum.

¶ Secundã fecit substitutionem eidem Laurentio si sine filijs masculis decesserit vocãdo Alexandrũ aut eo premortuo eius filios masculos, & ista substitutio euanuit, & extincta fuit eius cõditione deficiente, cuz Laurentius decesserit dictis duobus

11 filijs masculis superuiuentibus, est† enim iuris regula clara, q̃ dispositio conditionalis, cõditione deficiente extinguitur, & inanis redditur l. j. §. finautẽ aliquid sub conditione. C. de caduc. tollen. & bene probatur in l. generaliter. §. cum autem. ibi euanescere substitutionẽ. C. de institu. & substit. facit. l. qui heredi. §. Plautius. vbi per Bar. & alios. ff. de condi. & demon. cum similibus vt dixi in consi. clxxx. Nobilis dñs Joan. nu. 39. & 40. ij. volu. & ad hanc regulaz plura cumulari possent, que gratia breuitatis dimitto.

¶ Et licet filij dicti Laurentij postea sine liberis decesserint hoc tamen non est curandum cum iam conditio per eoruz exi-

12 stentiam post mortem patris defecerit, &† sic substitutio inanis redita fuerit, quia semper inanis erit, quicquid postea de dictis filijs sequutum fuerit. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de legat. j. & l. cum vxori. C. quand. dies leg. ced. & tradit Deci. in consi. lxiij. & pro tenui facultate. vbi alios allegat, & ego dixi. in consi. cij. Mattheus quidam. nu. 38. j. volu.

13 ¶ Et predicta tertio loco confirmantur, quia† quod simpliciter extinguitur, seu euanescit, in perpetuum erit extinctum, & inane nec reconualescit, licet videatur causa extinctionis sublata. l. qui res. §. aream. ff. de solut. & l. inter stipulantem. §. sacram vbi Doct. maxime Jasi. in quarta pagina sub nume. 20. ff. de verbo. obligatio. hinc dicunt naturales de priuatione ad habitum non dari regressum vt per Aristotel. in post predicamentis, sed in proposito substitutio extincta fuit, & inanis reddita per verum defectum conditionis quia scilicet dictus Laurentius non decessit sine filijs masculis, sed superstitibus predictis Joan. Antonio, & Sigismundo filijs suis, ergo non potest amplius resurgere licet dicti filij masculi, sine talibus filijs decesserint.

14 ¶ Quarto etiã facit regula† qua dicit, q̃ contrariorũ eadẽ est disciplina. Idest eadẽ est doctrina per contrariũ arg. l. & si contratabulas. in fin. ff. de vulg. & pup. & l. fin. §. fina. ff. de legat. iij.

15 sed† conditio impleta operatur validitatem dispositionis & que validitas non tollitur, licet implementum conditionis non duret vt est text. & ibi Bald. & alij notant in l. si quis heredem. C. de institu. & substitu. nam vt ibi traditur sufficit conditionez semel impleri licet implementũ postea cesset, ita ergo & per contrariuz defectus cõditionis in casu nr̃o operatus fuit extinctionem, & nullitatem substitutionis, & nullitas durare debet, licet defectus conditionis videatur certo modo cessare, quia amplius nõ supersunt masculi ex dicto Laurentio, sufficit enim conditionem semel defecisse licet defectus videatur sublatus, & hoc sit dictum si cui videatur q̃ talis defectus cessauerit, mihi tamen non sic videtur dicendum vt ex predictis constat & clarius ex infra dicendis apparebit.

16 ¶ Quinto facit regula qua dicimus† q̃ semel exclusus si simpliciter & nõ tẽporaliter excluditur, dicitur perpetuo exclusus. c. j. §. quando etiam. & ibi tradunt Bald. & alij Doct. in titu. episcop. vel Abbat. in vsibus feud. Bar. in l. n. ij. colum. versi. Lom. d. Marian. Soci. iiij. vol.

sed si poneremus. ff. ad Tertylian. cũ concordantibus vt per
Beci. in consi. cccix. viso puncto in quo nu. 4. ⁊ ego dixi in cõs.
j. f. cum tale proponitur. nu. 2. j. volu. ⁊ vltra ibi dicta ita etiã
firmat Ruin. ⁊ alios allegat in consil. cxlviij. videtur prima fa-
cie. nume. 1. ij. volu. quod iteratur postea. nu. 196. eod. volu.
sed in proposito quam primum decessit Laurentius cum filijs
masculis Alexander, ⁊ eius filij substituti fuerunt simpliciter
exclusi substitutione totaliter inualidata ergo dicuntur perpe-
tuo exclusi quicquid postea de dictis filijs Laurentij contigerit
⁊ ita in terminis post Bal. in d. §. quin etiam. arguit Ruyn. in
dicto consi. cxlviij.
¶ Sexto ad idem pondero verba substitutionis facte de Ale-
xandro, ⁊ filijs eius, si Laurẽtius decesserit sine filijs masculis,
nam in ea dicitur, dicto casu ei substituit Alexandrũ, ⁊c. dico
enim primo, q illud relatiuum ei demonstrat, q substitutio fit
ipsi Laurentio, ⁊ non filijs eius, sed si Benedictus nunc admit
tendus esset diceretur substitutus dño Sigismundo filio Lau-
rentij nuper defuncto, ⁊ nõ ipsi Laurentio quod nõ esset secun
dum verba ⁊ mentem testatoris igitur illud dici non debet.
17 Secundo dico q illa † verba dicto casu restringunt substitutio
nẽ ad casum supra expressum ita quod in alio casu locũ non ha
beat vt in simili voluit Petr. de Anch. in consil. ccclvj. ex serie
testamenti. ij. colũ. versi. iij. hoc probat natura conditionis, ⁊
Beci. in consi. cccxc. superioribus diebus. nume. 3. in fin. cum
concordantibus vt dixi in consil. cxc. licet in presenti consulta-
tione. nume. 9. ij. volu. ⁊ dixit Crauet. in consil. xcviij. Nobi-
lis, ⁊ potens. nu. 6. ⁊ 8. sed casus supra expressus est si Lauren
tius sine filijs masculis decesserit, qui non euenit merito substi
tutio in alio casu scilicet quãdo Sigismundus sine filijs dece-
dit locum habere non potest.
¶ Septimo predicta omnia confirmant posito, q essemus in
aliqua dubitatione (tametsi putem nos esse in casu clarissimo)
18 q † semper in dubio debet fieri interpretatio in benigniorẽ par
tẽ l. proxime post prin. in versi. sed in re dubia. ff. de his que in
testam. delentur ⁊ est regula in l. semper in dubijs, ⁊ in l. capien
da in prin. ff. de regu. iur. vnde cum fideicommissum sit onus,
⁊ grauamen. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulgar. ⁊ pupil. ⁊ tra
dit Bal. in l. ex tribus. in j. quest. C. de inoffi. testam. cum con
cordantibus multis qui obmittuntur gratia breuitatis, ⁊ ali-
quos allegat Gozadin. in consi. lix. prima facie. nu. 3. est enim
hoc tritum, ⁊ commune dictum, debet in dubio eligi illa pars
per quam tale onus magis euitatur, ⁊ consequenter, q dicti fi-
deicommissi onus deficiente eius expressa conditione finiatur,
nec audiatur in persona Sigismundi, cũ id in testamento non
legatur, ⁊ in dubio debeat onus in quantum potest euitari, vt
sic interpretatio fiat in benigniorem partem vt dictum est.
¶ Ad quod facit regula qua dr̃ odia restringenda l. cum qui-
dam. ff. de liber. ⁊ posth. ⁊ c. odia. de reg. iur. lib. vj.
¶ Octauo optime facit in simili quod dicitur de donatione,
19 † que reuocatur per natiuitatẽ filij iuxta l. si vnquam. C. de re-
uocan. dona. nam satis est filiũ nasci, etenim statim donatio re-
uocatur, eo, q facta dicebatur sub conditione si filios donans
nõ habuerit vt per Doct. in d. l. si vnquã. ⁊ durat reuocatio, seu
annullatio donationis ẽt, q filius viuo patre decedat, vt voluit
Bar. in l. Titia cũ testamẽto. §. Imperator. ff. de legat. ij. ⁊ est
* magis communis opinio * Doct. in d. l. si vnquam vt ibi no-
uissime p Tiraquel. super verbo. susceperit liberos. nu. 151.
cum aliquibus sequentibus, quod etiaz voluit ibi Ripa. quest.
xxxviij. in prin. nin verisimiliter constet, q voluerit in donatio-
ne persistere, ⁊ sic sufficit illam conditionem semel defecisse per
natiuitatem filij, licet postea ille decedat, sic igitur ⁊ in casu isto
dicenduz est substitutionẽ euanuisse, eo q filij masculi superfue
rint Laurentio tempore eius mortis, licet ipsi postea decesse-
rint sine liberis. Et tanto magis, quia isto casu dicti filij Lau-
rentij longo tempore post patrem vixerunt, cum in casu dona-
tionis dicta opinio procedat etiam si parum filius viuat, licet
eo casu posset dubitari, vt per Tiraquel. in preallegato loco.
¶ Et demũ predicta opinio cõfirmatur authoritate maiorum
20 nostrorũ nemine fere cõtradicẽte, nam † q in casu nostro vel si-
mili substitutio facta sub cõditione si decesserit sine filijs omni-
no extinguatur si cum filijs decesserit, nec habeat aliquem effe-
ctũ etiam si tales filij postea sine liberis decedant voluit glo. fi.
circa medium. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad trebel. mo-
ta per §. si quis autem. in eadem. l. qui bene probat in versi. aut
igitur filius superuixit, ⁊c. Idem dixit Oldr. in cõsi. xxj. thema
tale est testator habebat fratrem ⁊ in consi. xlj. thema tale est Do
minus G. ⁊ per eadem fere verba de Oldrado tamen non fa-
ciens mentionem idem firmauit Jo. And. in addit. Specu. in
titu. de testam. §. in primis. prope fin. hoc etiam in casu multuz
simili vult Cyn. in auth. sed ⁊ si quis. in vlt. quest. C. de secund.
nupt. dum vult, q cõditio illa si decedas sine herede de corpo-
re tuo, deficit si vnum talem heredem habeat licet ipse postea
habeat heredem extraneum, sufficit enim conditionem semel
defecisse, idem voluit Bal. in l. fi. in xxv. quest. C. de hered. in-
stituen. loquens in casu de quo per Cyn. in d. quest. fin. ⁊ in ter
minis nostris loquendo idem dixit in d. c. j. §. quin etiaz. in tit.
episcop. vel Abb. vbi etiam idem dixit Jacob. Aluarot. ⁊ di-
cunt ẽt alij feudiste, ⁊ idem Bal. voluit in consi. lvij. item insti-
tuo. col. j. in fi. ⁊ seq. ij. vol. Paul. de Cast. in consi. clxij. ne im-
proprijs vtamur vocabulis. ij. col. in antiquis. ⁊ in nouis est in
consi. xcvij. nu. 3. in ij. volu. qui idem dixit. in l. ex facto. §. pen.
ff. ad trebel. Abb. in consil. xl. venio ad primum. in primo du-
bio. idem virtualiter voluit Petr. de Ancha. in consi. cxx. pro
clariori decisione post princ. Fulgo. in consi. xlvj. And. de Lu-
ca. j. col. in fin. ver. nec rursum predictis, Alex. in consi. xxxj. põ
deratis his post princ. in ver. ⁊ quãuis post mortez. lib. iij. ⁊ in
consi. cxxxix. circa primum dubiũ. nu. 3. vbi clare dicit sufficere
quod momento superuiuat filius grauato si sine filijs decedat.
Corn. in consi. lxij. visis scripturis. per totuz. ⁊ in consi. cccxv.
dñs Bal. j. vol. Jas. plene in l. si quis heredem. preallegata. C.
de instit. ⁊ substit. in ij col. in consil. lj. Aloysius de Taccolis.
col. pen. ver. aggredior secundũ dubiũ. ⁊ latissime in cõsi. lxvj.
Nobilis miles. v. col. versi. sed premissis non obstantibus. iij.
volu. Bartholomeus Veronen. detto'l Cepola. in consi. 50.
in causa, que vertitur. nu. 7. inter ciuilia. Beci. pro hac conclu-
sione pluries consuluit in cõsi. lxij. ⁊ pro tenui facultate. ij. col.
in consi. cclxiij. in casu ad me transmisso ij. ⁊ iij. col. in cõsi. cclxj.
visis, ⁊ diligenter ij. ⁊ iiij. col. ⁊ in his duobus consilijs videtur
loqui in terminis nostris ⁊ in consi. ccclxxvij. visis, ⁊ diligenter
consideratis post princ. in ver. circa primum, ⁊ alibi sepe vt stu-
diosus facile inueniet. Item Beltrand. in consi. cviij. viso casu
per totũ, ⁊ in consi. cccvij. ponitur in facto. post princ. j. volu. ⁊
in consi. ccc. supposito testamento. nu. 1. iij. vol. ex primis. Ca-
rol. Ruyn. in cõsi. lxxxviij. legatũ de quo nu. 1. ij. vol. ⁊ in consi.
cxxxj. in themate proponitur. nu. 4. iij. vol. Parisi. olim bono
randus collega meus in Patauino gymnasio, ⁊ postea Reue
rendis. Cardinalis in consi. lxxxvij. vidi ⁊ legi. nu. 4. ⁊ 5. ij. vol.
⁊ in consi. xlj. Joannes testator. nu. 33. cum seq. iij. vol. ⁊ Cra-
* uetta in preallegato consi. xcviij. nu. 1. vbi dicit, q ita cõiter * te
netur, ⁊ ego dico, q ita tenetur ob omnibus, qui de materia lo
quuntur, ⁊ ita ẽt ego firmaui in preallegato consi. cij. nu. 37. ⁊
38. j. volu. ⁊ nouissime ita tenet fere predictos omnes allegan
do in d. l. si vnquaz. Tiraquel. in verbo susceperit liberos. nu.
151. ⁊ 153. sic ergo ex predictis sequitur, q vltra iura satis cla
ra, ⁊ rationes concludentes, quibus ista opinio probatur, illa
etiam est communiter recepta.
¶ Sola ergo difficultas est tollere ea que in contrariũ allegata
fuerũt, ⁊ licet recte intuenti ex fundamẽtis supra deductis om-
nia virtualiter dicantur sublata, tamen vt veritas magis appa-
reat singulatim (de quolibet argumento cõtrario loquẽdo) re-
spondetur vt infra. fatendo primo q mens testatoris debet at-
tendi vt in contrarijs presupponitur. s. quando sumitur ex di-
spositis in testamento, vt supra dixi. nego tamen in casu nostro
de tali mente constare vt oportet, nec obstant contraria.
¶ Nam dũ primo dicebat mentez testantis sumi per argumẽ
tum de cõmodo ad onus, respondet tale argumentũ in propo
sito nõ valere, alioquin omnis a testatore honoratus diceretur
grauatus, ⁊ regula. l. secundũ naturã. in cõtrariũ allegata proce
21 dit in alijs terminis, puta q † sicut rei empte cõmoda pertinẽt
ad emptorẽ, ita ⁊ incommoda. §. sed ⁊ si post emptionẽ. instit.
de empt. ⁊ vendi. cum simi. aut in terminis. l. j. §. fina. ff. de aq.
plu. arcen. ⁊ in similibus casibus, non autem procedit circa di-
spositionem testatoris, quia in ea honoratis non dicitur onus
iniunctum, nisi illud colligatur ex dispositis in testamento vt
supra dictum fuit, licet ergo testator post filios nepotes volue-
rit vocare, non tamen voluit pariter post filios grauare. cuz id
non dixerit per l. j. §. sinautem ad deficientis. C. de caduc. tol-
len. ⁊ per alia supra deducta pro nostra conclusione.
¶ Et ex his tollitur ẽt secundũ argumentũ in contrariũ factuz
dico eniz, q illa testãtis voluntas põt cõsiderari solũ post filios
vt sci-

vt scilicet bona veniant vel ad filios morientis, vel eis tunc non extantibus ad fratrem vel filios eius prout ipse disposuit, & tūc verum quod noluit bona sua de suis filijs trāsire in extraneos, nec etiam in feminas, sed postquam filius testantis habuerit heredes proprios filios testator non dicitur aliquid voluisse cuz ni-
22 bil disposuerit, sed† casus talis tanquam obmissus a testatore remansit in terminis iuris communis l. commodissime. ff. de liber. & posthum. & l. si cum dotem. in princi. & ibi per Doct. ff. solut. matri. & si testator aliquo modo aliud mente agitaue rit non sufficit cum nullo modo disposuerit per ea que superius deducta fuerunt.

¶ Et si quis dicat quod si testator fuisset interrogatus verosimiliter respondisset pro Benedicto, ego dicerem, quod immo nō ita respōdisset sed contrariū potius cū isto casu nullā fecerit dispositionē per predicta, & vbi qs credat quod sic respōdisset respōdef, quod hoc in his terminis non sufficit, qr vt dixi nullo modo illud colligitur ex dispositis in testamēto, & velle extendere onus fideicōmissi de persona Laurētij ad Sigismūdū eius filiū est fa
23 cere extensionē de persona ad personam quod† fieri nō debet presertim in oneribus secundū Aretin. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. & ita in proprijs terminis nostris respondet, & declarat Deci. in d. consi. ccxviij. iij. colū. versi. & ex predictis decisionibus, & in d. cōsi. ccclxxvij. ij. & iij. col. ver. nec
* obstat si dicatur. dicens ita communiter * teneri vt per eum.

¶ Quod ergo dicitur, quod aliquando fauore agnationis induci tur tacitum fideicommissum vt in argumento dicebatur, posset procedere in alijs terminis, & vbi testator aliquo modo in suis verbis id ostenderit non autem potest procedere in casu nostro, cum de tali fideicommisso nihil sit a testatore dictum, & ego credo, quod nec etiam cogitatum per predicta.

¶ Nō obstat tertiū quod videbatur efficacius, & in quo vt audio fit per aduersantes precipiū fundamentū. Quoniā dico, quod si recte aduertatur nihil facit. Dico enim primo, quod illa verba quia voluit, & vult quod bona, &c. cum ratione quā ponunt, respiciunt tantum dispositionem testatoris, cui pro ratione adijciūtur, & sic substitutionē quam testator fecit dicto Alexandro si
24 sine filijs masculis decedat & † sic ratio ad suā dispositionem restringitur, non autē quicquam per se disponit vt in terminis dixit Ripa in l. filiusfamilias. §. Diui. col. pen. in fin. ff. de leg. j. habet ergo locum illa respectu bonorum, & hereditatis, seu bonorum hereditariorum, de quibus tunc testator loquebatur, & disponebat, non autem illa ratio, seu verba illam exprimentia sunt trahēda ad bona relicta Laurentio postea in alia parte testamenti, aut ad substitutionem sibi factam, cum postea longo interuallo eā fecerit in qua vt dixi solum dixit, & substituit si decesserit sine filijs masculis, que conditio iam defecit, & cum in tali substitutione non sit allegata d. ratio nō debet attendi si enim testator eam attendi voluisset vtiqz illam expressisset prout fecit in alio casu, non fecit ergo noluit l. j. §. si autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. cum similibus. & manifesta ratio diuersitatis sumitur ex verbis testamenti, nam cum Alexander fuisset patri inobediens, & dissipator, noluit de ipso quoquo modo confidere, secus est de Laurentio, qui sibi semper fuit obediens, & erat parcus, & industriosus.

¶ Et preterea in istis pro ratione sufficit voluntas testatoris, qui vno casu illam rationem ponere voluit, non in alio.

¶ Secundo etiam dico (& ista etiam est clara responsio) posito milies quod d. ratio fuisset in substitutione facta Laurētio subintelligenda, aut ēt expressa reperiretur, qr dico, quod non operaref, quod ēt filij Laurētij dicerētur fideicōmisso grauati, sicut ēt teneo quod nō operatur respectu filiorū Alexādri vbi posita est, naz nec ipsi dicūtur aliquo fideicōmisso grauati, nā talis ratio soluz respicit dictū, cui adijcitur, & sic quod ideo substituit Laurētio decedenti sine filijs masculis Alexandrū & eius filios, qr voluit bona remanere in agnatione masculina intelligo. s. post mortem Laurētij, cui ad illū finē duplicē fecit substitutionē vt supra dictū fuit, sed post eū testator nō curauit qd de substitutis sequatur, & nihil circa eos disponēdo liberos reliquit, nec grauamen iniunctū Laurētio trahitur ad filios ēt quod sit adiecta illa ratio, ne onus de persona ad psonā extendaf, put ita in simili de onere prohibitionis alienationis firmat Rip. in d. §. diui. in fin.
25 dum concludit† tale onus non trahi de filijs ad nepotes etiā quod sit adiecta illa ratio, qr voluit bona in familia remanere, & certe pro hoc est tex. in §. nos igitur. in auth. de restitut. fideicommissi vbi presupponitur dictuz quod testator nolebat ejci, aut alienari, a suo nomine, a familia, & sic quod volebat in familia remanere, & tū determinatur quod nepotes non dicunf aliquo onere grauati, & ex his constat nihil ex allegatis in contrarium obstare.
26 Et dū dicebaf, quod † ratio generalis debet dictuz ampliare, illud nō est semper verū, sed solet restringi ad dictū in quo ponitur, & ad eius terminos. §. fratris. & ibi glo. insti. de nupt. & l. de eo. §. si quis ex duis. ff. ad exhib. nūquā eniz ratio generaliter operatur, qū alia ratio, vel aliqua iuris regula refragatur, vt d. iurib. sed isto casu refragaf regula, qua dz onus nō extēdi de persona ad psonā, & sic ēt ratio oneris restringēdi item ēt d. §. nos igitur ergo &c. immo ēt si refragaf intētio testatoris, qui dz restringere vocationem Alexandri & filiorum ad casum quando Laurentius decesserit sine filijs masculis vt constat ex illis verbis. dicto casu ei substituit &c. vt dixi supra in vj. fundamento naz quando de tali mēte constat per ista vel similia verba rationē quod generaliter posita sit nō operaf generaliter, sed restringif ad terminos dicti prout quasi in terminis declarat Alex. in ɔs. lix. attentis verbis. col. fin. ver. non obstat, quod illa verba. lib. iij.

¶ Demū nō ob. quartū & vltimū argumentū, qr pluribus modis respondef, & primo dico quod talis effectus nō fuit consideratus simpliciter, sed solū post mortē Laurētij, quo tpe nō fuit repertus, qr superfuerūt filij eius, & ita nō deficit linea masculina dicti Laurētij tempore eius mortis, & sic cōditio nedū non dicitur impleta per equipollens, sed penitus defecit, vt ex predictis constat, & ista est realis, & verissima responsio.

¶ Secūdo ēt respōderi pōt, quod imo ex quo sumus in ɔditione
27 † mere volūtaria. s. si Laurētius decesserit sine filijs masculis, dz impleri proprie, & in forma specifica vti ɔcepta fuit. l. q heredi. & l. Meuius. ff. de cōdi. & demō. & dicūt Bart. & alij magis cōiter in d. §. & quid si tantū. & ibi Jas. nu. 42. pp hoc reprobat decisionē Alex. in consi. xliij. in qua volebat quod substitutio facta filio si fieret presbiter habeat locū ēt si laycus sine liberis moriatur, quasi testator considerauerit effectū illum, quod presbiteri carent liberis. Inquit enim Jas. inter alia, quod de tali effectu non est curandum ex quo formaliter defecit conditio voluntaria.

¶ Nec tūc obstaret. l. si mater. C. de instit. & subst. & l. mulier. in prin. ff. ad trebel. quoniam in eis conditio erat necessaria ad effectum actus vt post Bar. & alios dicit Jas. ibi.

¶ Tertio ēt respōderi pōt quod argumentū procedere posset qū casus essent similes, & vnus fungeref loco, seu vice alterius, sed in ꝓposito nostro casus sunt omnino dissimiles & separati, nec mors Sigismūdi sine filijs fungitur vice mortis Laurentij sine filijs masculis, qḋ vel ex eo patet, qr si Laurentius sine talibus filijs decessisset, statim eo mortuo Alexāder aut eius filius fuisset admissus, sed per casum euenientez non posset admitti nisi modo cū iam filij Laurentij per xxx. annos, & vltra bona tenuerint vti filij, & heredes seu substituti Laurentio eorū patri, quā
28 do † autem casus tacitus, seu omissus a testatore est dissimilis expresso, seu conditioni expresse a testatore nunquam trahitur dispositio ad casum omissum ratione dissimilitudinis, vt est doctrina Bar. per omnes approbata in d. §. & quid si tantum. prout ibi refert, & sequitur Jas. nu. 43.

¶ Preterea, & quarto dici posset, quod argumentū nō ꝓcederet, qū ex eo sequeref extēsio oneris, seu grauaminis per fideicommissum de persona ad personā cum illud prohibeatur per d. §. nos igitur. in auth. de restit. fideicōmis. & per tradita per Aret.
* qui in hoc cōmuniter * approbaf. in d. §. & quid si tñ. & supra etiā dictū fuit. & iste tres vltime solutiones dicte sint ex abundāti, quia per primaz omnis difficultas de plano dz sublata. Sic itaqz ex pdictis oibus remanet firma & apud me indubitata cōclusio nō esse locū alicui fideicōmisso in fauorē Bñdicti agētis, & mulieres de quibus in pūcto debere absolui. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie legens. 1550.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XXX.

¶ De substitutione sub conditione si sine filijs, &c. an vitietur per superexistētiā filie, & si facta sit de superstitibus, vel superuiuentibus, an pendente conditione transmittatur ad filios?

¶ De prohibitione alienationis extra familiā, qr vult in familia remanere an inducat simplex, & absolutū fideicommissum?

¶ Et qd si simpliciter fiat prohibitio absqz illis verbis extra familiam, cum expressa ratione, quia vult in familia remanere?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Substitutio an expiret per superexistentiam filiæ, ponitur opinio hincinde.*
2 *Filij institutorum & grauatorum positi in conditione non dicuntur ex testamento uocati.*
3 *Fideicommissum efficitur caducum præmorientibus ijs qui ad illud uocati erant.*
4 *Accidentia seu qualitates nullæ sunt non entis.*
5 *Substitutio conditionalis non potest sortiri effectum suum, conditione eius non impleta.*
6 *Geminatio uerborum ennixam uoluntatem loquentis demonstrat.*
7 *Filius fideicommissarij morientis pendente conditione non admittitur ad fideicommissum etiam iure transmissionis, quando ad illud seu in fideicommissaria substitutione uocabatur superstes uel superuiuens, aut similibus uerbis.*
8 *Iasonis authoritas discutitur in consi. 174. uol. 4.*
9 *Exprssio eius quod tacite inesse uidetur nihil operatur.*
10 *Prohibitionis alienationis natura est, quod quando fideicõmissum inducit, inducat solum in casum contrauentionis.*
11 *Prohibitus alienare nõ impeditur instituere sibi uenictes ab intestato licet nõ sint de familia, sicut non phibetur etiã successio ab intestato.*
12 *Prohibitio alienationis dicitur realis, quando testator incipit ab expressione rerum uetando suorum bonorum alienationem, licet subdatur postea per suprascriptos hæredes.*

CONSILII XXX.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Maxima profecto videtur difficultas in resolutione presentis dubitationis apud antiquos & modernos Jurisconsultos longe disputare, vtrum. s. in substitutione facta Augustino, Joanni, & Alberto ab eorum patruo institutis p tribus quartis totius hereditatis, in qua dr si aliqs, vel aliq dictorum Augustini, Joan. & Alberti qñcunqz decesserit, vel decesserint sine filijs legitimis, & naturalibus vel monasteriũ ingrederent reliquos, seu reliquũ superstitẽ, vel superuiuentẽ, seu superuiuẽtes laicos ipsis premorientibus substituit vulgariter, & per fideicõmissum, vtrum. s. illa conditio sine filijs, &c. restringat ad masculos, an vero generaliter intelligatur ẽt de feminis siquidem post mortẽ Augustini, & Alberti cũ filijs masculis, Joannes, q superuixerit, decessit superstite tñ sibi dña Lucia vnica filia, & ab ipso herede instituta: Etenim iam annis sexaginta, vel circa
1 cũ casus ille euenisset in fauorẽ substitutionis vt† scilicet per superexistentiã dicte filie nõ expirauerit cõsuluerunt insignes Jurisconsulti Ambros. de Opizon. & Lancelot. Deci. & post eos Patruus & dñs meus Socin. vt constat ex cõsilio ipsius inci. Cum in presentiarum de interpretanda volũtate defuncti agatur quod reperitur inter ꝯsilia Curt. Senior. in ꝯsi. xl. sed in ꝯtrium in fauorem filie cõsuluerũt Curt. Senior vt cõstat in suo consi. lxiij. antiquissima, & nobilissima familia, & Jas. vt ꝯstat suo ꝯsi. cxlij. venerabilis quondã do. Augustinus ij. volu. ac ẽt plures alij tũc excellẽtissimi Doctores. Sed & modernis temporibus hincinde a prestãtissimis Doctoribus plura excogitata, & scripta fuerunt & inter alios Magnificus & Excelentiss. Pretor Placẽtinus vti predicte cause cognitor dubitãdo tñ plura ingeniose excitauit cõtra dictã filiã, & hodie successores eius, verum ecõtra in ipsius filie, & successorũ eius fauorẽ vberrime, & cũ maxima subtilitate scripsit, & cõsuluit Magnificus & Clarissimus Ludouicus Catus mihi vti frater dilectissimus, & honorãdus qui nõ minus docte quã copiose omnibus, & singulis dubitationibus Magnifici dñi Pretoris respõdit, & adeo egregie vt nihil amplius desiderari posse videat, & quũ tãdẽ ẽt ego reqsitus fuerim vt super ista causa sñiam meã pferã ingenue fateor me diu fuisse ancipitẽ, & modo in vnã modo in aliã sñiam trahebar pp varias, & multiplices, ac subtilissimas rões, que hincinde ꝯsiderant, ac ẽt pp cõtrarias authoritates, que in presenti ac etiã in similibus reperiuntur, quas recensere longum esset.

¶ Et prima fronte inclinabã contra filiam in fauorem substitutionis propter id quod alias in casu multũ simili cõsului in cõsil. clxviij. Magnificus Comes per totũ ij. vol. nã sicut in casu illo femina puta filia testatoris erat exclusa, & substituti erãt alij filij testatoris iam instituti, & post eos alij de agnatione eius in quo ibi facio magnum fundamentum ad exclusionẽ filiarũ grauati, ita & in isto casu testator dotando dñam Magdalenam sororem institutorum, & ita illam excludendo ab vniuersali sua hereditate substituit alios institutos, & post eos alios de sua familia de fontana, alia ẽt plura in d. cõsi. scripta sunt, que plurimũ videt in casu isto facere cõtra filiã. & licet plurima in cõtrariũ dici possint, & per Clarissimũ Catũ subtiliter pro suo more
* deducta fuerint, tñ videtur, q cõcurrẽtibus predictis sit cõis* opinio ꝯ filiã quã post Paul. de Cast. Patruus & dñs meus Socin. post lõgã disputationẽ sequit in l. cũ auus. col. mihi ij. versi. quartus casus. ff. de condit. & demonstrat. & alij plures, quos ego seriatim cito in d. consi. clxviij. nu. 84. 85. & 86.

¶ Non tamen inficiabor, q sepe pro filia iudicandũ est, etiã q agnatus aliquis fuerit substitutus, & hoc pro varietate casuum, quando scilicet aliquibus vrgentibus rationibus, & cõiecturis ostenditur mentẽ testatoris fuisse cõditionẽ illã si sine filijs, &c. deficere etiam per superexistentiam filiarum prout ex multis ego firmaui consulendo pro filia in consil. clviij. Illustrissimus dominus Andreas nume. 31. cum multis sequentib. ij. vol.

¶ Et similiter non negabo plures in casu isto esse coniecturas in fauorem filie vt plene per Magnificũ Catum, & illa consideratio sua plurimum placet, q testator non videatur habuisse in mente rationẽ conseruande agnationis ita absolute vt filia excludatur, ex eo quia filios institutorum, & grauatorum solũ po
2 suit in conditione, †ita vt nõ dicantur ex testamento vocati per
* glo. communiter* approbatam per Bart. Bal. Ang. Jmol. Paul. de Cast. & alios in l. Lucius. ff. de hered. inst. & propterea non potuerunt grauari. l. ab eo. C. de fideicõmiss. & l. sed & si sic, in fin. ff. de legat. iij. & tradunt Doct. in l. cum filiofamilias. ff. de leg. j. vbi post alios plene scripsi, sicut etiam grauati non fuerunt propter quod (etiam si teneremus eos fuisse ex testamento vocatos, vt multi tenent, & facile teneri, & defendi potest vt ego alias plene discutiendo dixi in l. centurio. ff. de vulgar. & pupil.) dico, q predicti filij institutorum si ad eos bona venissent, potuissent in quencunqz voluissent etiam extraneum transferre, & sic bona in agnatione non cõseruarentur secundũ dispositionem testatoris, quo posito non videtur q sit habenda distinctio, & consideratio an testator substituerit Aliquos de agnatione, vel alios, quam faciebat Paul. de Castr. consil. lxix. casus iste frequenter contingit in antiquis, & de qua per Patruum meum Socin. in d. l. cum auus. in d. colũ. ij. quando enim contingere potest stante dispositione testatoris, quod bona possint extra familiam transire predicta distinctio nõ attenditur prout signanter voluit Alexan. in consil. xxxviij. perspectis his lib. vj. vt plene deduxit dominus Catus in suo admirabili consilio char. 17. & 18. & propter hoc iste casus multũ diuersificatur a casu dicti consilij mei clxviij. nam in eo filij institutorũ fuerunt expresse vocati, ac etiam grauati, ita vt in extraneos bona transferre non potuissent, & hoc vltra alias diuersitates, quas ibi pono sub nu. 95. respondendo ad predicta consilia Curt. Senior. lxiij. & Jas. cxlij. vt sic ex predictis apertissime constet illud consilium meum nullo modo obstare in casu nostro predicte dñe Lucie, aut eius successoribus, immo potius facit pro ea, vt etiã dixit dñs Catus, super hoc tñ, & an illa cõditio in casu isto restringatur ad masculos, vel ne loquendo simpliciter de ipso fideicommisso, seu substitutione fideicommissaria, & quantũ verba eius importent non intendo instare tũ quia per clarissimũ Catũ omnia diligenter discussa sunt, ita quidem vt nihil intactum reliquerit, & videatur nihil addi posse, tum & maxime quia vltra ipsum Catum arbitror casum no
3 strum esse extra illã disputationẽ, puto† enim quod de fideicõmisso prout factum fuit tractandũ non sit, eo q dicitur effectũ caducum premorientibus his, qui ad illud vocati erant iuxta l. j. §. & cũ triplici in fin. iuncta glo. fin. C. de caduc. tollen. etenim in secundo capite substitutionis Augustinus, Joannes, & Albertus fuerunt inuicem, & reciproce substituti sub illa conditione si quis eorum sine filijs decesserit, vnde cum Augustinus, & Albertus vocati si Joannes decesserit sine filijs pendente illa conditione decesserint eorum respectu dicitur fideicommissum caducum vt in d. §. & cũ triplici, nec quod eis relictum erat, potuerunt ad filios, & heredes trãsmittere, cum ante euentum conditionis mortui fuerint d. l. j. §. sin autem aliquid sub conditione. de caduc. tollen. cum similibus.

¶ Nec est opus intrare illã difficultatem nũquid d. §. sin autẽ. nõ pcedat in filijs honoratis in testamẽto vt scilicet illi possint trãsmittere in suos filios prout voluit glo. in l. is cui. ff. de act. & obligat. quam aliqui disputando defendere conantur vt est

patruus,

patruus, & dominus meus Socin. in l. heredes mei. §. cuz ita. ff. ad Trebellian. Quoniam isti instituti non sunt filij testatoris, sed ut vulgo dicitur nepotes ex fratre, tametsi illa opinio d. glo. & patrui mei Socini sit communiter reprobata, vt per Docto. in d. §. cum ita. vbi ego plene de hoc scripsi, & in d. l. is cui. & in l. j. ff. de legat. j. si igitur fideicommissum dicitur caducatum, & sic annullatum per defectum fideicommissariorum de eo prout factum fuit tractandum non est, & ideo super eo non cadit ista disputatio, an filia femina grauati excludat substitu-
4 tum, cum non reperiatur, † quoniaz non entis nulle sunt qualitates, siue accidētia. l. eius qui in prouincia, & ibi tradunt Docto. ff. si certum petat. §. seruus. Institut. de capit. diminutio. & c. ad dissoluendum. de desponsat. impuber. cum similibus, & tradit Bald. in l. posthumo. in princip. C. de bono. possessio. contra tab. & dixi in consil. xxvij. Magnificus dominus Ambrosius. nu. 10. ij. vol.

¶ Sed licet aliquis diceret aduerte, quia q̄n testator dicit considerasse filios fideicommissarij conditionalis, de eis faciendo mentionem, videtur q̄ etiam pendente conditione decedens fideicommissarius transmittat in eius filios, prout recte intuēti videtur velle Bal. in l. si pater. in iiij. quest. C. de institutio. & substitut. sub condit. fact. Sed isto casu testator de filiis institutorum dicitur cogitasse eos ponendo in conditione, vt voluit Raphael Commen. in consil. xiij. Titius instituit. ad fin. j. col. ergo &c. hanc conclusionem quasi in terminis videtur firmare patruus, & do. meus Socin. in consil. vj. in presenti. iiij. col. iij. vol. & Deci. in d. consil. cccccxv. in casu. j. col. & ita ego alias video firmasse alios etiam allegando in consil. cxlj. in testamēto nobilis viri. nu. 24. cum duobus seq. ij. volu. & hoc forte sensit Magnificus Pretor Placentinus in secundis motiuis. in fi. dum allegat Deci. in d. consi. cccccxv.

¶ Uerum ad hoc (in quo stat tota difficultas huius nostre cōsiderationis) de plano respondeo, dicēdo, q̄ immo in casu nostro non potest dici facta transmissio, etiaz quod filij fideicommissarij sint positi in conditione, & hoc probatur ratione, lege, & authoritate.

¶ Et primo moueor ista ratione, naz testator faciendo reciprocam substitutionem inter Augustinum, Joannem, & Albertum, de qua nunc agitur premorienti sine filiis substituit reliquum, vel reliquos, superstitem, vel superuiuentem, seu superuiuentes laicos &c. per que verba in effectu dicitur facta substitutio conditionalis, videlicet si reliquus, vel reliqui fuerint superstites, vel superuiuentes, & ita in hanc conditionem resoluūtur illa verba reliquos superstites, & superuiuentes ex intentione testatoris, quare cum illa conditio defecerit, quia tempore mortis Joannis nullus ex fratribus supererat, sed ambo pre-
5 decesserant non potest predicta substitutio † aliquo modo sortiri effectum conditione eius non impleta. l. Meuius. & l. qui heredi. §. Plautius. & ibi Doct. maxime patruus, & dominus meus Socin. ff. de condit. & demonstra. & l. cedere diem. ff. de verbo. significa. cum similibus. Et si substitutio non valuit deficiente eius conditione non potest dici transmissa in filios precedentium, & hanc rationem signanter considerauit, & per eaz impediri transmissionem firmauit Bald. in l. quidam Eulogio. colum. fin. C. de iure deliber. & in cons. ccccxxxiiij. punctus super quo. iiij. vol.

¶ Et ista ratio confirmatur primo, quia in substitutione dictū fuit ipsis premorientibus substituit &c. non potest ergo dici facta substitutio predicto Joanni, qui non predecessit, sed aliis predecedentibus superuixit.

¶ Secundo, quia testator dixit superstitem, vel superuiuentē, & sic geminauit verba idem importantia, ex qua geminatione arguitur magis deliberata intentio sua ad verborum significationem, & sic vt importent conditionez, magna enim est virtus
6 geminationis, † & eniam voluntatem ita loquentis demonstrat. l. balista. & ibi tradunt Docto. ff. ad Trebellian. Bar. in l. cum scimus. C. de agri. & censit. lib. xj. glo. fin. in c. si quis iratus. ij. quest. iij. cum concordantibus, vt per Felyn. in c. si cautio. nu. 14. extra de fide instrumen. per Ruyn. in consi. cx. circa casum de quo. nu. 17. ij. vol. & dixi in consi. xcviij. do. Petrus de Brandis. nu. 11. j. vol.

¶ Tertio, quia verba illa superstitem, & superuiuentem exponuntur per verbum, & relatiuum, id est, qui supererit, vel, qui superuiuet, prout fieri secunduz Grāmaticos attestatur Corn. in consi. clxvij. vis tota in hac consultatione. litera C iiij. volu. que verba absq; dubio conditionez important. l. Stichuz qui meus erit. ff. de legat. j. & ibi plene tradunt Doct. Hec quo ad rationem.

¶ Secundo dico, q̄ de hac nostra opinione habemus casum legis satis claruz in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia. ibi enim fuerunt plures filij instituti, & si quis eorum sine filiis decesserit fuit substitutus superstes (prout proprie contingit in casu isto) & ibi deciditur virtualiter, q̄ decedens non transmisit spē substitutionis fideicommissarie in proprium filium, tametsi testator de filiis eius mentionem fecisset eos in conditione ponendo, prout ibi post glo. fin. tradunt Doct. maxime dominus meus Socin. & post alios plene ibi dixi in xj. notab. & in ij. opposit. Bart. ita ergo dicendum est in casu isto, q̄ Augustinus, & Albertus predecedentes non transtulerunt fideicōmissum in proprios filios cum eius conditione pendente decesserint, cum inter casum d. §. cum ita. & casum nostrum nulla sit diuersitas facti, vel iuris, que diuersam decisionem in hoc inducere possit.

¶ Et licet quo ad hoc ille tex. videatur vario modo intelligi, seu varie dentur ei responsiones per eos, qui volunt transmissionez fieri, tamen omnes fere sunt reprobate, vt ibi per nouissimos, & ego plene super hoc ibi scripsi, vna autem, quam ibi nouissimi ponunt, que magis colorata videtur multum adiuuat conclusionem nostram, dicunt enī, q̄ ibi ideo fuit impedita transmissio, quia superstes erat vocatus vnde talem responsionem acceptando dico, q̄ etiam in casu nostro fuit substitutus superstes, & superuiuens, vt supra dictum fuit.

¶ Tertio opinio predicta firmatur authoritate maiorum nostrorum, ita quidem vt dici possit eam esse magis communi-
* ter * receptam, nam vltra Bald. in locis preallegatis, q̄ filius
7 † fideicommissarij morientis pendente conditione non admittatur ad fideicommissuz etiam iure transmissionis quando ad illud, seu in fideicommissaria substitutione vocabatur supstes, vel superuiuens, aut similibus verbis, voluit Alexand. in consil. cclij. preclare allegatum, & recte. in princip. lib. vj. Corne. videtur ita velle in consil. xxix. placet mihi. ij. vol. cum in casu illo essent vocati superuiuentes, sed aperte ita firmauit in cōsi. ccxc. tota vis consultationis. iiij. vol. per totum. idem consuluit etiā patruus, & dominus meus Socin. in consil. lxxvij. in presenti consultatione. in princip. j. vol. concludens contra filium morientis pendente conditione in casu quo superuiuens erat vocatus, dicens, q̄ ita tenuit Fulg. & q̄ contraria opinio non est secura, quia contra illam communiter tenetur, vt per eum. ita etiam voluit Carol. Ruyn. in consil. cxxxvj. perspectis diligenter. nu. 7. & 8. iij. vol. nam in casu suo erat dictum, q̄ bona veniant ad remanentes, quod verbum equipollet verbo superstites, vel superuiuentes, eandem opinionem firmat Curt. Jun. in consil. lxix. habita diligenti consideratione. nu. 2. hoc idem firmat Parisi. olim in Patauino gymnasio honorandus collega meus in consil. xxxvij. si bona, & res. nu. 50. & 51. ij. volu. & demum ita firmauit Sozad. in consil. xxix. videtur prima facie dicendum. nu. 17. & 33. versic. tertio respondeo. & ita ego alias consului in consil. cxxxiij. nobilis vir ser Jacobus. in primo dubio. maxime nu. 4. cum pluribus sequen. j. volu. & fuit illud consilium meum super eodem casu, cum illo consilio Parisij xxxvij. & cum tot, tantiq; iuris vertices predictam opinionem tenuerint, vt dixi constat q̄ dicitur magis communiter recepta, & ab ea in dubio recedi non debet per iura, & doctrinas vulgares, & licet pleriq; Doctores non leuis authoritatis aliquando firmasse videantur contrarium, quod non inficior, tamen eis reiectis non est recedendum a communi opinione, maxime cum pro ea sit casus in d. §. cum ita, & sint rationes vrgentes, vt ex predictis patet, & authoritates contrarie facile etiam euitari possunt, prout alias hoc anno idem consulendo late fui prosequutus, sed nunc gratia breuitatis, & quia non est necessarium, dimitto.

¶ Nec obstant allegata in contrarium, quia procederent quādo ex verbis testatoris non colligeretur solos fideicōmissarios superuiuentes esse vocatos, & sic conditionem quandaz in fidicommisso esse comprehensam si substituti viuant, vt ex predictis constat, ex quibus clara apparet responsio ad doctrinam Baldi in dicta l. si pater. C. de institutio. & substitutio. Item etiam ad consilium domini mei Socini vj. Decij cccccxv. & meum cxlj. allegata in contrarium, quia in eis non erat facta substitutio per verba, alios, vel reliquos superstites, vel superuiuentes,

peruiuentes, in quibus verbis consistit fundamentum nostre conclusionis.

¶ Et ex his clara remanet conclusio de fideicommisso aliquo, quod a testatore expressum fuerit, hic tractandum non esse, cũ omnino fuerit caducum, ꝛ consequenter iustitiam esse in fauorem domine Lucie, que a patre suo fuit heres instituta, ꝛ hodie successorum eius, quicquid sit dicendum in illa questione, an cõditio illa si sine filiis ꝛc. sit ad masculos restringenda. Ex quibus patet etiam domine Lucie, ꝛ successoribus eius nihil obstare ea, que per Clarissimum dominum Pretorez contra eam deducta fuerunt in primis motiuis, ac etiam in secundis prope finem, dum dubitando dicebatur fideicõmissuz fuisse in filios translatum, ex predictis enim constat in casu nostro non potuisse transferri.

8 ¶ Sed contra predicta in terminis videtur decisio † Jas. in consi. cliiij. testator habens tres filios. iiij. vol. per totum. maxime col. fin. nam ipse loquitur quando in substitutione testator vsus fuerat verbo superstitem, vel superstites. allegat enim pro ratione dubitandi ad impediendam transmissionem dictum Bald. in supra allegata l. quidam Eulogio. C. de iur. deliber. ꝛ tandem determinat transmissionez in casu suo factam fuisse, ꝛ ad doctrinam Bald. respondet duobus modis, vt per ipsuz de hac enim sola authoritate contraria placuit particulariter meminisse, quia doctrine Baldi nititur respondere, de aliis autez non curo verba facere, quia vel loquuntur in casibus diuersis, vel dictum Bald. non considerant, ꝛ minus illi respondẽt, ꝛ ideo eas parui facio. Uerũtamen quicquid ibi dixerit Jas. non puto recedendum a precedenti conclusione cum sit cõmunis, ꝛ clara lege, ꝛ optima ratione fundata, ꝛ hoc sufficeret pro responsione, sed vlterius procedendo dico, ꝙ Jas. cõclusio ibi non est vera in eo quod vult fieri trasmissionem quando filius superstes, vel superuiuens erat substitutus, id enim repugnat legi, rationi, ꝛ communi opinioni, vt ex predictis constat, nec aliqua ex responsionibus suis eneruat fundamentum, quod fit ex doctrina Bal. in d. l. quidam Eulogio.

¶ Prima enim responsio, que fundatur in eo, quod Bal. loquitur per ablatiuuz absolutum, scilicet superuiuente substituto, quasi eo modo loquendi testator vsus fuerit, non est bona, primo, quia forte Codex Bald. ibi legitur mendose, videtur ꝙ legi debeat superuiuentem substituo, quoniaz non conueniret, ꝙ testator dixisset si vnus sine filiis decedat, superuiuente substituto, vt de se patet, tunc enim nulla fieret dispositio, sed presupponeret substitutus ante ꝙ̃ datus esset, ꝛ ꝙ legi debeat superuiuentem substituo, suadetur ex sequenti vers. si autẽ non dixit superuiuentem ꝛc. sed Petrum filiuz meũ substituo, ꝛ ita vt puto quisqꝫ oculatus lector emendabit.

¶ Secundo si non placet ista emendatio, ꝛ velis legere superuiuente substituto, dicam ꝙ Bald. vti fieri assolet, refert effectum verborum testatoris, non autem vult, ꝙ testator ita dixerit, fuisset enim modus loquendi impertinens, ꝛ insolitus, quod non est dicendum.

¶ Similiter nec etiam secunda responsio est bona, dum dicit, ꝙ Bal. loquitur de directa substitutione, nos autem de fideicommissaria, si quidem ratio, ꝛ fundamentum Bal. procedit etiam in fideicommissaria, cum semper illa verba superstitem, vel superuiuentem importent conditionem, secundum quod supra declaratum fuit, ꝛ licet aliquando fideicommissaria procedere possit per interpretationem, ꝛ per coniecturas, tamen non potest dici, ꝙ aliqua substitutio conditionalis deficiente conditione valere possit, vt iam dictum fuit.

¶ Nec obstat si dicatur, ꝙ illa expressio superuiuentie non debet quicꝙ̃ operari, cum sit eius, † quod tacite videbatur inesse. ad notata per Docto. in l. iij. ff. de legat. j. etenim vt valeat substitutio de fratribus facta tacite inerat, quasi superuiuerẽt, ꝛ ita voluit arguere Jas. in d. cons. in fin. prime responsionis, quoniam de plano respondetur, ꝙ istud inerat ex voluntate testatoris, quia poterat ordinare, ꝙ valeret etiam illis predecedentibus trahendo eam ad eorum filios, nimirum ergo si eius expressio operatur per l. talis scriptura. ff. de legat. j. prout cõmuniter * Bart. ꝛ alij ibi dicunt, ꝛ in d. l. iij. ꝛ ex his putarem Jas. ibi non bene consuluisse, ꝛ melius consuluisse Curt. Jun. qui in illamet contingentia facti contrarium consuluit in preallegato consil. lxix.

9

¶ Uidendum nunc restat vtrum fideicommissum sit inductũ ex presumpta voluntate testatoris in fauorem masculorum, ꝛ ad exclusionem domine Lucie propter prohibitionem alienationis, vel ex aliis coniecturis, super quo plurimuz instat Magnificus dominus Pretor dubitando tamen in suis secundis motiuis, in qua difficultate adeo docte subtiliter, ꝛ copiose scripsit magnificus, ꝛ excellentissimus consulens, vt vere dici possit, ꝙ vbi alias multos superauit, hic se ipsum superasse videat concludendo. Idqꝫ efficacissimis considerationibus demonstrando, ꝙ ex predicta prohibitione cuz sua pregnanti ratione, aut aliis coniecturis nihil in occurrenti casu sumi potest cõtra predictam dominã Luciam, ꝛ successores eius, quin ipsa optimo iure successerit patri suo.

¶ Et circa prohibitionem alienationis (in qua videtur iacere omnis difficultas) punctus stat in eo an scilicet per eaz sit inductum fideicommissum simplex, ꝛ absolutum in fauorem familie de Fontana post mortem prohibiti, an vero sit inductum fideicommissum solum, ꝛ duntaxat in casum alienationis, seu contrauentionis voluntatis testatoris, ꝛ breuiter vti etiam per dominum consulentem dictum fuit, verissimum mihi videtur ꝙ non sit inductum absolutum fideicommissum, sed tantum in casu contrauentionis, ꝛ licet quando fuisset dictũ, prohibeo alienari extra familiã, quia volo bona in familia remanere magna sit disputatio inter Doct. vt per patruum meum Socin. in l. qui Rome. §. coheredes. in versi. tertius casus. ff. de verb. oblig. vbi tenet, ꝙ sit inductum fideicõmissum absolutũ, ꝛ idẽ tenuit etiam in consi. ccxlix. materia presentis consultationis, ꝛ alibi sepe, vt per do. consulentem, car. 22.

¶ Sed contrarium ipsemet longe disputando pulchris, ꝛ iuridicis fundamentis firmauit in consil. ccxxvij. presens consultatio pulchra est. in prima difficultate. ij. volu. vbi in effectu respondet pluribus fundamentis, que in contrarium fecerat, vt per eum concludentem, ꝙ immo fideicommissuz dicitur inductum solum in casum contrauentionis, quod etiam firmauit Deci. in consi. ccclxxvij. visis, ꝛ diligenter consideratis. iiij. col. versi. predictis tamen, ꝛ similibus ꝛc. ꝛ colũ. sequen. vbi etiam longe disputat, ꝛ ita concludit, quod etiam ꝛ alibi sepe dixit, vt per dominum consulentem, quam opinionem etiam defendit Ruyn. in l. filiusfamilias. §. Diui. col. xxviij. ꝛ xxix. ff. de leg. j. vbi etiam Ripa idem tenet col. fin. sub nu. 124. quos omnes allegat dominus consulens, ꝛ vltra eum reperio, ꝙ ita videtur tenere Ruy. in consi. cxix. viso, ꝛ bene ponderato. nu. 6. ij. vol. ꝛ Joan. Anton. Rubeus Alexandr. in l. Gallus. §. j. col. xxvj. versi. idem videtur dicenduz in proposito. ff. de liber. ꝛ posth. licet inquam in predicto casu magna sit disputatio, vt dictum est, tamen in casu nostro videmur esse extra predictam disputationem, quoniam in casu isto testator non prohibuit alienari extra familiam, sed simpliciter prohibuit certa bona alienari per supra scriptos heredes addendo postea causam, vt in testamento legitur, qui casus multum differt a precedenti, nam in precedenti vt inducatur fideicommissum facit celebrata ratio, quia cum prohibitio alienationis extra familiam propter vltima verba, valeat, ꝛ nuda non sit, ratio illa, quia voluit in familia remanere, ꝛ eius verba superflua forent, nisi operarentur fideicommissum absolutum, prout illud tenentes hanc rationẽ allegant (tamen ꝛ si per tenentes contrariũ tali rationi respondeatur) in casu autem nostro non sic est, quia illa prohibitio, de qua in hoc testamento, anteꝙ̃ ratio exprimeretur poterat dici nuda, ꝛ sic inualida per d. §. Diui. ꝛ tradita ibi per Doct. vnde sequens ratio in versi. quia idem testator dixit ꝛc. dicitur vestire, ꝛ validam facere precedentem prohibitionem. operabitur ergo ꝛ quidem maxime absqꝫ eo quod inducat fideicommissum contra regularem naturam prohibitionis alienationis, que est, † ꝙ quando fideicommissum inducit, inducat solum in casum contrauentionis, vt per Docto. maxime Alex. in d. §. coheredes, ꝛ dixi in consil. cxij. in causa nobilis. num. 4. ꝛ 5. j. volumi. 10

¶ Et ꝙ isto casu solum inducatur fideicommissum in casum contrauentionis videtur mihi indubitatuz ex verbis ipsius testatoris, seu in testamento positis in versic. quod si contra fieri contigerit ꝛc. nam cum ibi aperte dicatur, ꝙ acquiescentes sue prohibitioni proximiores veniant ad bona alienata si quis sibi non obediuerit, ꝛ sic alienauerit, dicuntur dicti proximiores vocati sub conditione alienationis per aliquem faciende, ꝛ sic contrauentionis voluntati testantis, ꝛ consequenter clare ostẽditur, ꝙ non aliter per testatorez vocantur, ꝙ̃ si fuerit contrauentum, vt fere in terminis ego dixi in d. consi. cxij. nu. 5. ꝛ q:

hoc

hoc per dominum consulentem plene deducitur, qui etiam predictum consilium meuz citat, & qui etiam aliter predicta verba testatoris ad hoc propositum considerat, vt per euz, aliter non instabo ad dicta per eum me remittendo.

¶ Et stante conclusione predicta, prout illaz puto verissimaz,
11 dico, q stante tali prohibitione cum predicto effectu † non impeditur prohibitus instituere sibi venientes ab intestato, licet non sint de familia, sicut etiam ipsa successio abintestato non prohibetur. l. cum pater. §. cum inter. & ibi tradunt Bar. & alij Docto. ff. de lega. ij. & est glo. in l. pater. §. Julius Agrippa. ff. de lega. iij. tradunt Barto. & alij. in l. si quis ita. §. ea lege. ff. de verbo. obligat. Alexand. & alij in d. §. coheredes. & in d. §. diui. Paul. de Cast. in consi. lx. visis statutis. prima col. in fin. ij. vol. in nouis. Alexand. in consi. xxiij. consideratis verbis. nume. 8. lib. ij. & in consil. lix. attentis verbis. nu. 10. & 11. lib. iij. cũ aliis multis, qui allegari possent, & de quibus per dominum consulentem, qui longe hoc prosequitur demonstrando q ita se habet communis opinio. * & q procedit etiã in casu nostro quicquid in contrarium dixerit patruus, & dominus meus Socin. in preallegato consil. xl. inter consilia Curtij senioris. Et respõdet dominus Consulens egregie ad quatuor ponderationes, seu coniecturas, quas particulariter dominus meus Socinus sumebat ex testamento, de quo agitur, & quia dominus consulens plene hanc conclusionem vti communem defendit etiam in casu isto super ea vlterius non instabo ad ipsum me remittẽdo, prout etiam facio circa alias coniecturas per dominũ Pretorem in suis motiuis consideratas, eas eniz optime do. Consulens refellit.

¶ Modo vnum dixero circa id quod pretor dubitando dicebat, q prohibitio, de qua in nostro testamento vti realis transire debet ad omnes, nam prima responsio domini Consulentis a car. 25. duz dicit, q immo testator se redigit ad personas
12 suprascriptorum heredum, videtur dubia, nam † cum inceperit ab expressione rerum, vetando suorum bonorum immobilium, & honorantiarũ alienationem videtur, q prohibitio possit dici realis, seu in rez, licet subdatur postea per suprascriptos heredes inspecto principio, prout in terminis concludit Joan. Crot. in d. §. Diui. in x. quest. Barto. in tertio casu per eũ considerato, mouetur per l. peto. §. fratre. ff. de legat. ij. dicens, q hoc tenet ibi Alex. in d. x. q. vt per eum.

¶ Sed tamen hoc non obstante primo dici potest conclusionem suprapositam posse defendi per secundam responsionem domini Consulentis, videlicet, q distinctio in rem, vel in personam quid fiat non procedit in dispositione testamentaria secundum Ruynuz in dicto §. diui. colum. xxxij. versi. & q dicta distinctio &c.

¶ Vel secundo & securius dici potest, q immo verissima est prima responsio domini Consulentis, & dico q immo prohibitio in casu nostro fuit personalis cum testator expresserit scriptos heredes per quos alienationem fieri prohibebat, que verba personalitatem sonant.

¶ Nec obstat d. §. fratre, quia vere nihil obstat, quoniam, ibi ideo dicitur prohibitio in rem, quia in ea non demonstratur persona prohibita. Nec ob. illa verba, fratre herede instituto, q illa soluz demonstrant, q frater fuit heres institutus, nec ad prohibitionem referuntur, que fuit realis, & impersonaliter facta, fuit enim simpliciter dictum. Peto ne domus alienetur, & animaduerto, q in his terminis, & similibus loquitur Alexã. in d. x. q. & sic non dixit illud, quod credidit Jo. Crot. qui eius verba non bene librauit, & ita alias legendo d. §. Diui. reprobaui opinionem Croti.

¶ Ex his igitur, & aliis copiose, & quamdoctissime deductis per clarissimum Consultorem concludendum est, in fauorem domine Lucie, & successorum eius non obstantibus quibuscunque dubitationibus Magnifici domini Pretoris.

Laus Deo Opt. Max.

¶ Socin. Nepos Bononie. 1550.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XXXI.

¶ De feudo comitatus an in eo, & quando plures filij Comitis equaliter succedant.

¶ De inuestitura pro se, & filio primo generando, & pro ipsius filijs, & descendentibus masculis in infinitum, vtrum importet inter nepotes primogenitum debere solum admitti?

¶ Et de veritate, q facto hominis non mutetur.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Feuda, ducatus, marchionatus, & comitatus propter annexam dignitatem quam habent non transeunt in omnes filios, sed tantum in primogenitum.*

2 *Qualitas in præcedenti particula adiecta censetur in sequenti repetita, quando per copulam ponitur in eadem oratione.*

3 *Pars una instrumenti, & inuestituræ debet aliam declarare, sicut & in testamento.*

4 *Locus ab idemptitate rationis ualidus est.*

5 *Sequentia declarant præcedentia.*

6 *Feudum quod ad plures filios pertinet an possit inter eos diuidi.*

7 *Inuestituræ tenor in materia feudorum inspicitur, per quem derogatur omni naturæ, & consuetudini feudorum. & nu. 12.*

8 *Filij, & descendentes masculi de consuetudine præsertim in Italia obseruata succedunt ita in feudo comitatus, sicut in aliis.*

9 *Intellectus c. i. §. præterea ducatus. de prohib. alien. feu. per Feder.*

10 *Verbum de cætero, præsupponit aliter fuisse in præteritum quam per illud disponitur.*

11 *Feuda in Italia, & in aliis certis locis diuiduntur, licet sint dignitatum, exceptis regalibus, & propterea in eis non seruatur ius primogenituræ, sed æqualiter competunt omnibus filiis sicut bona allodialia.*

12 *Filij omnes hodie secundum ius commune feudorũ succedunt, nisi qualitas inuestituræ repugnet, cuius tenor ante omnia inspiciendus, et attendendus est.*

13 *Verbum, uidelicet, declarat, & restringit iam dicta ad particulariter expressa.*

14 *Contractus feudi dicitur contractus stricti iuris, & stricte debet interpretari, ita quod in eo omissum pro omisso habeatur, & verba eius sunt stricte, & proprie intelligenda prout sonant, & nihil est eis subaudiendum. & nu. 15.*

16 *Diuisio inter fratres quo ad substantiam feudi est prohibita.*

17 *Voluntas, & mens sola hominis inspicitur in iis quæ dependent ab eius uoluntate, & illa pro ratione habetur.*

18 *Prohibitio facta filiis non censetur facta nepotibus, quando testator prohibet alienationem per filios suos, uolens apud eos bona cum honore, & utilitate eorum conseruari.*

19 *Veritas adeo potens est, ut errore aliquo gestorum, aut actibus quibuscunque non euertatur.*

20 *Dispositio testamentaria uasalli circa feuda non ualet.*

21 *Maior natu licet administret feudum, non tamen propter id dicitur sibi ius quæsiuisse, sed potest dici quod iure familiaritatis fecerit, uel alia causa.*

CONSILIVM XXXI.

DIRIGAT dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Uisa inuestitura feudi trium castrorum, videlicet Liuiciani, Bobbie, & Saltini concessa olim per Illustrissimum Ducem Ferrarie Herculem Secundum, Magnifico quondam Comiti Julio de Taxonibus, pro se, & filiis suis legitimis, & descendentibus masculis tantum in infinitum, eo tamen ordine, de quo in ipsa inuestitura, quod feuduz post mortem Comitis Julij perueniat ad Comitem Herculem vti primogenitum dicti Comitis Julij, licet etiam alij filij superfuerint, & hoc vigore dicte inuestiture, duz in ea dicitur, in primis pro filio, quem ipse Comes Julius primo generauerit. Sed quia subditur, & pro eius filiis, & descendentibus masculis tantum vsq in infinituz, & eis non existentibus, vel quandocunq deficientibus vocatur secundo generãdus a dicto Comite Julio, & eius filij, & descendentes masculi, & eis non extantibus, vel deficientibus vocatur tertio generandus, & sui descendentes masculi, vt supra, oritur dubitatio nunquid mortuo Comite Hercule primogenito Comitis Julij, qui feudum predictum tenebat, debeat feudum ad Comitem Nicolaum eius primogenitum solum pertinere, an etiam simul ad Comitẽ Alphonsum eius fratrem, & secundogenituz dicti Comitis Herculis?

¶ Uiso insuper responso per viam cõsilij ad predictam dubitationem per Excellentissimum dominum Heliam Carandinum mihi vti fratrem honorandum in fauorem Comitis Alphonsi, vt scilicet ipse cum Comite Nicolao eius fratre simul, & in

ꝛ in virilem partem admittatur ad predictum feudum, requisitus cum summa tamen modestia, ut si iustitia patiatur, velim consilium, ꝛ responsum predictum subscribendo confirmare, omnibus bene consideratis primo aspectu conclusio consultoris predicti visa fuit valde dubia, † quoniam feuda ducatus, marchionatus, ꝛ comitatus propter annexam dignitatem, quam habēt non transeunt in omnes filios, sed tantum in primogenitum, ut concludit Ange. in consil. cclxxxvij. factum super quo consilium postulatur. nu. 8. allegando pro hoc c. j. §. preterea ducatus. de prohib. alien. feud. per Federic. in vsibus feud. ꝛ alia plura vt per eum.

1 (margin number at "ris predicti")

¶ Et si dicatur illud non procedere, quando in contrariuz esset actuz in inuestitura, quod videtur in casu nostro, quia inuestitura de primogenito solum loquitur respectu filiorum Comitis Julij, sed post dictum primogenitū vocat eius filios simpliciter, vt infra clarius dicetur, responderi potest, ꝛ sit secundum fundamentum pro ista parte, quod illud, quod est dictū respectu filiorum Comitis Julij, vt scilicet vnus tantū habeat, qui reperitur primogenitus, videtur etiam respectu nepotuz, ꝛ sic filiorum illius, qui vt primogenitus admissus fuit, ꝛ consequenter, ꝗ in casu nostro successerit in dicto feudo solus Comes Nicolaus primogenitus Comitis Herculis.

2 ¶ Primo, quia † qualitas in precedenti particula adiecta censetur in sequenti repetita, quando per, copulam ponitur in eadem oratione, prout hic poni videtur. l. Seie. §. Gaio. ꝛ ibi Bartol. ꝛ alij. ff. de fundo. instru. instrumen. legat. cū concordantibus, vt scripsi in cons. xcviij. dominus Petrus de Brandis. nu. 2. j. vol.

3 ¶ Secundo etiam, † quia vna pars instrumenti, ꝛ inuestiture aliam declarare debet, sicut dicimus in testamento. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. j. cum concordantibus, vt dixi in cōsil. cv. consideratis his. nu. 7. j. vol. ꝛ ita alias, ꝗ vna pars instrumenti aliam declaret dixi in consil. xlix. inspectis his. nume. 22. ij. volum.

¶ Et tanto magis tertio loco predicta opinio videtur tenenda, quia ratio, que inter filios Comitis Julij potest considerari, vt scilicet solus primogenitus ad feudum vocetur vigere videtur etiam inter nepotes, illa enim ratio videtur considerata, ne eiusmodi feudum comitatus cum habeat dignitatem per diuisionem patiatur dignitatis diminutionez, vt tradūt Bal. ꝛ alij, ꝛ nouissime Afflict. in d. §. preterea ducatus. que ratio ita inter nepotes, sicut inter filios Comitis Julij locuz habet,

4 ergo ꝛc. per † locum ab identitate rationis iuxta l. illud. ff. ad legem Falcid. ꝛ c. constitutionem. de regular. lib. vj. cum simi.

¶ Sic itaq; ex predictis videtur, ꝗ inuestitura predicta importet, ꝗ etiam inter nepotes Comitis Julij primogenitus aliis preferatur.

¶ Et ꝗ ita interpretanda sit talis inuestitura videtur suaderi, (ꝛ sit quartum fundamentum) ex eo ꝗ sic videtur eam intellexisse Comes Julius predictus, qui eam recepit dum in suo testamento ordinauit, ꝗ decedēte Comite Hercule eius primogenito cum filiis inter illos primogenitus admittatur, ꝛ ita etiam re ipsa factum fuit, quia post mortem Comitis Herculis, Comes Nicolaus eius primogenitus feudum actualiter suscepit, ꝛ in hanc vsq; diem pacifice tenuit, ꝛ possedit, vt sic ex his, que secuta fuerunt videatur declarata vis, ꝛ importantia

5 dicte inuestiture, † quum sequentia declarent precedentia. l. si seruus. §. fin. ff. de legat. j. ꝛ tradit Bar. in l. fi. ad fin. ff. ad Trebellian. cum concordantibus, vt per Ruyn. in consi. clxij. viso processu. nume. 8. v. volum. facit l. Paulus, ꝛ que ibi tradunt Docto. ff. rem ratam habe. nam sicut ibi facto voluntas declaratur, ita in casu nostro factis predictis, que sequuta sunt volūtas inuestientis, simul, ꝛ inuestiti, ac etiam importantia inuestiture declarari videtur.

¶ Hec sunt, que conclusionem domini Consultoris difficultare videbantur.

¶ Eis tamen non obstantibus maturius omnia considerādo iuridicam arbitror conclusionem predictam, ꝛ sic vna cum domino Consultore, puto etiam Comitem Alphonsum ad feudum predictum debere admitti, stantibus in facto veris, que in consilio predicto presupponuntur, vt plene, ꝛ docte per dominum Consulentem demonstratur, ꝛ hoc ex pluribus rationibus, ꝛ maxime infra scriptis aliter procedendo, quam faciat dominus Consulens.

¶ Pro clariori tamen intelligentia presuppono in hac materia duas posse fieri questiones separatas.

¶ Prima est nunquid feudum hoc Comitatus, ꝛ similia decedente Comite vasallo cū pluribus filiis masculis perueniat ad omnes, an vero ad primogenitum tantum?

6 ¶ Secunda questio est † nunquid feudum, quod ad plures filios pertinet possit inter eos diuidi, ꝛ in his terminis si recte ponderetur loquitur tex. in c. j. §. preterea ducatus. de prohib. alienat. feud. per Federic. nam ibi text. loquitur de actuali diuisione, seu partitione in partes discretas, nō tamen negat apud plures indiuisim esse posse. vt patet ibi in versicu. aliud autem feudum, ꝛ ita Doctores ibi presupponunt, qud etiam apertissime voluit Curt. Jun. in suo tracta. feud. in iiij. part. in quest. xxx. dum ad regulam d. §. preterea ducatus. ponit decem fallētias, semper enim presupponit feuduz esse commune, ꝛ ad plures pertinere, ꝛ in illis decem casibus posse diuidi, ꝛ sic limitari regulam dicti §. preterea, que diuisionem denegat, quod etiā presupponit dominus meus Socin. in consil. lxvij. infra allegando, in decem suis responsionibus, quas ponit ad d. §. preterea ducatus. vt per eos, ꝛ qr quilibet lector etiaz mediocriter eruditus per se intelliget non instabo in hoc declarando.

¶ Sed circa casum nostrum instando dico, ꝗ difficultas eius consistit vt circa illum resoluatur prima questio, de qua supra, vnde ad eius resolutionem deueniendo dico ꝗ in isto casu nō ad primogenitum tantuz, sed ad vtrunq; filiuz Comitis Herculis feudum, de quo agitur dicitur peruenisse.

¶ Et primo hoc probari videtur in c. j. §. ꝛ quia, de his qui feud. dar. poss. in c. j. in princ. de success. feud. ꝛ in c. j. §. omnes filij. si de feud. content. sit inter dominum, ꝛ agnat. cum similibus. nam in eis simpliciter, ꝛ generaliter dicitur, ꝗ in feudis succedunt filij omnes equaliter, quinimmo vt in eis tradunt Docto. nepos ex premortuo filio succedit vna cum alio filio superstite, ꝛ vltra Doct. in locis predictis ita simpliciter loquendo dicit Jasi. in tracta. de feud. in viij. part. in secunda conclusione, vbi etiam idem dicit de nepote, ex premortuo filio, ꝛ ita etiam quod descendentes in feudis succedant, simpliciter dicit Curt. Junior in tracta. de feud. in iij. part. col. xv. in versic. expedita igitur prima materia. inspecta ergo generalitate d. iurium, ꝛ conclusionis Doctorum potest dici, ꝗ idem hodie sit etiam in feudo comitatus, de quo agimus.

¶ Secundo si quis hanc generalitatem non acceptet, hoc particulariter probatur in c. j. iunctis traditis ibi per Doctores in princip. de feud. march. nam ibi dicitur, ꝗ in talibus feudis nullus succedit post primo inuestitum, nisi Imperator per suā inuestituram id concesserit, ꝛ ita notant ibi Docto. Inspicienda ergo est inuestitura, ꝛ illa est attendenda, ꝛ quatenus illa cōcedit seruandum est, ita post alios text. illum declarando dicit ibi Afflict. in princip. immo hec est vna maxima in tota mate-

7 ria feudorum, † vt scilicet tenor inuestiture inspiciatur, per quē derogatur omni nature, ꝛ consuetudini feudorum, vt per illuz text. not. Bald. in c. j. de duob. fratrib. a capitan. inuestit. cum concordantibus, vt per Jas. in consil. cxxxvj. presupponitur in facto. iij. colum. versic. item ista est vna maxima. iiij. volum. per Curt. Jun. in d. tracta. feud. in vj. cart. colum. iij. ꝛ dixi in consil. lxxj. nobilis dominus Hieronymus. post principium. in consil. lxxvij. cum vigeret bellum. num. 13. j. vol. ꝛ in consil. cj. Alexander Furega. nu. 21. ij. vol. ꝛ alibi sepe; sed sic est in proposito, ꝗ inuestitura nobis exhibita continet, vt post primogenitum Comitis Julij eius filij, ꝛ descendentes masculi in infinitum succedant simpliciter loquendo, ergo Comes Alphonsus, vt ad partem feudi fuerit vocatus, habet fundatam intentionem in dicta inuestitura, de quo etiam infra dicam, ꝛ sic in d. c. j. de feud. march. in princip. iuncta declaratione Doctorū, vt ibi per Afflict.

¶ Tertio predicta conclusio probatur, quia quicquid olim

8 esset, ꝛ quicquid dicatur in d. c. j. hodie veritas est, † ꝗ ita in feudo comitatus, sicut in alijs succedunt filij, ꝛ descendentes, masculi ex consuetudine presertim in Italia obseruata, ita dicit Andr. de Isern. in d. c. j. post principium. in versic. hodie vero succedunt ꝛc. ꝛ intelligo, ꝗ plures filij succedāt equaliter, ꝛ ita voluisse Iserniam, patet ex eo quod statim subdit, sed non diuidunt, non enim talia verba conuenirent, nisi habentibus feu-

* dum commune, ꝛ cum Isernia transeunt ibi communiter * Doct. vt ibi per Preposit. in j. notab. ꝛ per Afflict. in iij. not. versicu. hodie autem, ꝛ dicit Preposit. ꝗ ita communiter tenent feudiste, ꝛ predicta consuetudo probatur in c. j. §. fin. de

feud. ibi, sed hodie est vsurpatum, capiendo tale verbum in bonam partem, vt sic talis consuetudo seruanda sit, vt signanter declarat ibi Preposit. licet glo. aliter senserit, vt per eu. quod ante eum voluit ibi Isern. in fin. dum id refert ad tempus constitutionis Imperialis, vt per eum, & q capiatur in bonaz partem tenent etiam ibi Aluarot. & Martin. de Fano, & est com- * munis * opinio, si igitur hodie in Italia etiaz in feudo comitatus succedunt filij, iam questio nostra dicitur decisa, etiaz q in inuestitura nihil de filiis esset dictum, & ita seruari in Italia saltem in Lombardia, & in Tuscia asserunt Docto. vt per Afflic. in d. iij. notab.

Nec huic cõclusioni ob. d. c. j. §. preterea ducatus. de prohib. 9 alien. feud. per Federic. quia † ille text. solum dicit talia feuda non esse diuidenda, non autem negat plures filios simul succedere in iure feudi, immo dici potest, q text. ille hoc necessario presupponat, nam cum dicat consortes non posse diuidere iaz presupponit plures successisse, quia a principio eadez dignitas non fuisset data duobus, cuz monstruosum reputaretur in eodem corpore duo capita esse. iuxta c. quoniam. extra de offi. ordin. cum similibus, prout multum notabiliter illum text. ponderat Preposit. in d. c. j. §. fin. de alien. feud. vbi etiam idem dixerat Aluar. prout eum refert, & sequitur patruus, & dominus meus Socin. in consil. lxvij. visis inuestituris. col. vij. versi. vltimo predicta conclusio confirmatur. j. vol. repetito in ij. vol. cõsil. clxv. & sic d. §. preterea. retorqueretur secundum predictam considerationem Prepositi, & aliorum.

Sed vltra eos ego ad idem aliter pondero, nam ibi dicitur Ducatus, Marchia, Comitatus, de cetero non diuidatur, pon-10 dero verbuz de cetero, † quod presupponit aliter fuisse in preteritum, q per illud disponitur, iuxta clementinam primam. cuz glo. in verb. de cetero. de elect. vbi Card. in xvij. quest. qui etiam idem dicit in clemen. in plerisq. quest. xv. eod. tit. c. prouida. §. nos super hoc. & ibi Archid. super verbo de cetero, de elect. lib. vj. facit l. ne quis. ff. de custod. reoruz. & l. j. C. negoc. ne milit. lib. xij. vnde cum ibi dicatur, de cetero, non diuidatur, innuitur, q antea diuidebatur, & inuenio, q ita id verbum, de cetero, ponderat, & firmat dominus meus Socin. post Aluarot. quem allegat in d. consil. lxvij. mihi in ix. colum. versic. pro qua conclusione. ibi, & hoc etiam probatur in d. §. preterea. si sic, ergo erat commune pluribus, cum illa sola diuidantur, que communia sunt, vt ff. communi diuidun. & fami. hercifcun. per totum. cum similibus. hoc autem non poterat esse, nisi ob illaz consuetudinez, de qua supra, & ista, ni fallor, est vera mens d. §. preterea ducatus, & ideo non est uerum, q plerique per illum tex. dixerunt, q in feudis dignitatum solus primogenitus succedit, vt inter alios fuit Afflict. in d. c. j. §. omnes. in ij. notab. si de feud. content. fuer. inter dominum, & agnat. nam, vt dixi, ille tex. probat contrariuz, & ibi ipsemet Afflict. sibi contrarius in principio firmat omnes filios succedere si in feudo seruetur ius feudorum, aut ius Longobardorum, vt per eum, qui ad hoc uidetur eundem tex. ponderare.

Quarto predictis accedat authoritas Jo. Andr. in addit. 11 ad Spec. in rub. de feud. vbi dicit, † q in Italia, & in alijs certis locis feuda licet sint dignitatuz exceptis regalibus diuidantur, & propterea in eis nõ seruatur ius primogeniture, sed equaliter competunt omnibus filijs, sicut bona allodialia, & ita eum refert, & sequitur patruus, & dominus meus Socinus in consil. clij. visis instrumentis concessionum. colum. penul. versicu. secundo dico, q hoc est de mente Jo. Andr. ij. vol. & vltra eum ita etiam voluit Andr. de Isern. in d. c. j. §. fin. versic. alio modo, vt continuetur. de alien. feud. Inquit enim, q quicquid esset olim, hodie vsurpatum est, q si sint feuda paterna (vt in casu nostro contingit) omnes succedant, licet non diuidant, vt per eum, idem etiam dixit Alex. referendo Joan. Andr. vbi supra in consil. xviij. visis capitulis. num. 8. ij. vol. vbi etiam alios allegat. & ita etiam dicit plenius declarando, & predictam consuetudinem defendendo patruus meus Soci. in d. consi. lxvij. ix. col. in versi. primo, q dispositioni illius text. & dicit, q secundum Isern. in d. §. preterea. predicta consuetudo maxime seruatur in partibus Lombardie, in quibus reperitur comitatus, de quo agitur, immo q particulariter seruetur in statu Ferrarie dicit Aluaro. in preallegato §. omnes. colum. penul. versi. quero quid si feuda dignitatum &c.

Quinto quoniam ex predictis constat secundum ius com-12 mune feudorum † hodie omnes filios succedere, nisi qualitas inuestiture repugnet, cuius inuestiture tenor ante omnia inspiciendus, & attendendus est. d. c. j. & ibi Bald. de duob. fratrib. a capitan. inuest. cum aliis supra deductis, predicta conclusio probatur ex tenore inuestiture, de qua agitur, naz licet, quo ad successionem Comitis Julij primo inuestiti vocetur primogenitus, & sic in tali successione ex tenore inuestiture erigatur primogenitura inter filios, vt clare sonat verba eius, tamen post filios dicti Comitis Julij vocantur simpliciter eorum filij, legitimi, & descendentes masculi tantum vsque in infinitum, ex quibus verbis procul dubio dicuntur vocati pariter omnes filij primogeniti dicti Comitis Julij, & sic omnes filij Comitis Herculis tum ex vi, & importantia verborum, iuxta authen. in successione. C. de suis, & legit. & in corpore vnde sumitur, & instit. de hered. que ab intest. defer. post principium, nam cum iura illa vocẽt filios, vel suos heredes simpliciter, dicuntur omnes equaliter vocare, vt in eis dicitur, & ita in feudo comitatus, q verba heredes, filij, vel descendentes omnes equaliter vocent, & non primogenitum dixit Curt. Sen. in consil. lxviij. dominus Joannes, & Vitalianus, mihi vij. colum. Sed ista omnia cessant, tum etiam quia si inuestiens voluisset primogenituram attendi etiam inter nepotes Comitis Julij, & filios eius primogeniti, certe illud expressisset, sicut fecit inter filios Comitis Julij, & facile erat ei illud facere, vnde cum non fecerit, sed simpliciter dicum fuit, & pro eius filiis, & descẽdentibus masculis, dicitur illud noluisse. l. j. §. sinautem ad deficientis. C. de caduc. tollend. c. ad audientiam. in fin. extra de decimis. & cap. inter corporalia. circa medium. de translation. episcop. cum similibus.

Et maxime hoc dici debet, quia cum supra fuerit dictum, q Comes Julius inuestiebatur pro se, filiisque suis legitimis, & descendentibus masculis (per que verba non est dubium, q omnes filij fuissent vocati per predicta) subditur ordine tamen successiuo, vt infra, videlicet in primis pro filio &c. & sic ponderando verbum, videlicet, dicitur facta restrictio ad expresse specifi-13 cata, ita † enim importare solet tale verbuz, vt scilicet declaret, & restringat iam dicta ad particulariter expressa. l. videlicet. ff. de pact. & c. ex literis. & ibi Docto. extra de proba. tradit Bar. in l. j. ff. ad leg. acquil. & do. meus Soci. in consil. 50. viso testamento. j. col. circa fin. iij. vol. & Deci. in cõsi. xlvij. & pro viribus. ij. col. sed specificatio continet primogenituram inter filios, nõ inter nepotes, ergo &c.

14 Sexto confirmantur predicta, quia contractus feudi, † & sic ipsa inuestitura dicitur contractus stricti iuris, & ideo stricte debet interpretari, ita quidem q in eo omissuz, pro omisso habeatur, & verba eius sunt stricte, & proprie intelligẽda, prout sonant, & nihil est eis subaudiendum, sicut de stipulatione dicitur iuxta l. quicquid astringende. cum materia. ff. de verbo. oblig. & ita de cõtractu feudi post alios quos allegat, firmat patruus & dominus meus, Socin. in d. consil. lxvij. v. col. versic. his tamen nõ obstantibus, sed in proposito nostro in inuestitura de qua agitur nullibi reperitur dictum, q inter nepotes Comitis Julij primogenitus excludat fratres eius, sed potius cõtrarium iuxta superius dicta, ergo &c.

Nec dicatur debere illud subintelligi, prout dictum est inter filios dicti Comitis, quia hoc dici, aut fieri non potest propter assumptum huius argumenti, hinc dicebat Andr. de Isern. in 15 preludiis feudo. in v. quest. q † in contractibus feudalibus, nõ includitur, nisi quod est expressum, & omissum habetur pro omisso, vt per eum, quem refert, & sequitur dominus meus Socin. in d. consil. lxvij. colum. ix. ad fin. versic. pro hoc, quod in specie dicit Andr. licet ergo primogenitura fuerit erecta per Illustrissimũ Concedentem inter filios Comitis Julij, & quidem ex priuilegio contra regularem consuetudinem in similibus feudis per predicta, tamen debet illud stricte intelligi in casu, in quo loquitur, & non debet trahi ad nepotes, vt etiam hoc considerauit dominus Consulens in suo quarto, & vltimo fundamento pro ista opinione, & quia ipse plene prosequitur, non instabo vlterius.

Sed ex predictis omnibus infero, & sit septimum fundamẽtum quod, quum ex consuetudine feudorum seruata in Italia saltem in partibus Lombardie, & in specie sub Illustrissimo Duce Ferrarie, vt supra dictum est, omnes filij equaliter succedant, in feudis etiam dignitatem habentibus, vt sunt feuda comitatus, nisi specialiter concedantur primogenitis, sequitur, q inter filios Comitis Herculis successio debet fieri equaliter

cum

cũ inter illos nõ reperiat facta cõcessio primogenito quicquid fuerit dictum circa filios Comitis Julij primo inuestiti, & ita absq; dubio creditur voluisse Illustrissimum Ducem in concessione dicti feudi attento maxime stylo, & consuetudine aliarum inuestiturarum de similibus castris factarum, nam quando voluit primogenituram attendi etiam in nepotibus inuestiti illud semper expressit, vt plene prosequitur dominus Consulens, in casu nostro non fecit, ergo noluit per predicta.

¶ Octauo & vltimo, q; ita debeat interpretari inuestitura, de qua agitur, & q; ita voluerit Illustrissimus Dux inuestiens suadetur, quia eo modo, quo vocat filios, & descendentes filiorum Comitis Julij (singulatim tamen, & eo ordine, de quo in inuestitura) eodẽ modo eis omnibus deficientibus vocat proximiores trãsuersales, vt in inuestitura, ibi, & successiue ad alios proximiores per transuersalem lineam, vnde si daretur duos esse transuersales ex diuersa linea in eodem gradu absq; dubio pariter vocarentur, argumento §. si vero neq; fratres. in auth. de hered. ab intestat. venient. inter eos enim non cadit vera cõsideratio primogeniture, que solum inter fratres cõsideratur, qui ab eodem vnus post alium generantur, quare sicut in eis ex voluntate Illustrissimi Ducis pariter in gradu, pariter vocantur cum solo nomine proximitatis sint vocati, ita & de filiis Comitis Herculis dicendum est, cum pari modo simpliciter vocentur solo nomine filiorum, & descendentium expresso, argumento l. iam hoc iure. §. primo. ff. de vulgar. & pupillar. cum similibus.

¶ Superest modo respondere ad allegata in contrarium, & licet ad aliqua ex predictis clara colligatur responsio, tamen vt veritas euidentius appareat singulatim ad omnia respondetur, vt infra.

¶ Dum ergo primo dicebatur, q; feudum comitatus vti habens dignitatem solum primogenito defertur per dictũ Ang. in consi. cclxxxvij. nu. 8. respondetur, q; immo contrarium est verum per fundamenta supra pro hac parte facta.

¶ Nec ob. st. §. preterea ducatus, in quo se fundat Ange. quia immo ille text. recte intellectus retorquetur, vt supra fuit dictũ in tertio fundamento, loquitur enim ille text. tantum de diuisione, illam denegando quod non inficior, sed presupponit plures simul succedere, vt dictum fuit, sed tantum de iure succedẽdi in ipso feudo. Et si vnquam de diuisione inter istos fratres

16 ageretur, licet † illa quo ad substantiam feudi sit prohibita, vt d. §. preterea ducatus. sunt tamẽ certi modi per quos sequi potest effectus diuisionis, prout quatuor ponit Curt. Juni. in d. tracta. de feud. in iiij. part. xxx. quest. iiij. colum. versic. sed circa premissa, & facile etiam dari posset, q; haberet locum aliqua ex decem limitationibus, quas Curt. in d. xxx. quest. ponit ad d. §. preterea ducatus. vel ad illum textum procedere forte posset aliqua ex decem responsionibus, quas ponit patruus, & dominus meus Socin. in d. consil. lxvij. super hoc tamen non insto, quia de hoc non queritur, sed satis nobis est, q; Comes Alphonsus vna cum fratre in dicto feudo successerit, & pro virili ius habeat, prout secundum consuetudinem, & sic etiam secundum communem opinionem successerit, vt ex predictis constat quicquid in contrarium voluerit Angel. in d. consil. & alij quidam, vt supra dictum fuit.

¶ Posset etiam dici, q; Ang. in casu nostro fateretur etiã Comitem Alphonsum successisse, attento q; de hoc est cõsuetudo in Lombardia, & particulariter in statu Illustrissimi Ducis Ferrarie, vt dictum fuit, nam Ang. in d. consi. nu. 9. dicit, q; si extat consuetudo succedendi, & diuidendi non receditur ab ea etiam in feudis dignitatem habentibus.

¶ Nec potest dici, q; vocatio primogeniti inter filios Comitis Julij repetita dicatur etiaʒ inter nepotes, vel clausula de nepotibus declaretur per clausulam de filiis, prout pro secundo argumento in contrariis dicebatur. Quoniam tali considerationi repugnant dicta supra in quinto, sexto, & septimo argumentis pro nostra opinione, & similiter etiam repugnat intentio Illustriss. concedentis, vt patet ex dictis in locis predictis, ac etiam in vltimo argumento.

¶ Non obstat tertium fundamentum in rationis ideẽptitate, quoniaʒ respondetur duobus modis per do. Consulentẽ. ine refero.

17 ¶ Et vltra eum dici potest, † q; in his, que procedunt a mera voluntate hominis inspicitur sola mens, & voluntas eius, & illa pro ratione habetur, vt post glo. ibi dixit Bald. in l. j. §. initiũ. ff. de postul. cum concordantibus, vt dixi in simili de dispositione statutaria loquendo in consi. xx. statuta Castri noui. nu. 21. primo vol. sic videmus in voluntate principis, que legis habet vigorem. §. sed & quod principi placuit. Institut. de iure natu. gent. & ciuil. sic & in voluntate testatoris, que etiam vti lex quedam seruanda est. §. disponat. in authen. de nupt. & dixi in consil. cxlij. viso puncto. num. 25. primo volum. Unde cum in casu nostro placuerit Illustrissimo Duci facere primogenituram inter filios Comitis Julij, & non inter nepotes non est querenda ratio huius sue voluntatis, sed talis qualis fuit seruanda est l. vniuersis. C. de precib. Imper. offer. & l. ij. C. de crimi. sacrileg. cum similibus, de quibus ibi per glos. potest enim esse, q; aliquam rationem predicte differentie Princeps in mente habuerit, quaʒ non videmus, sed ex hoc sua voluntas non est reijcienda, sicut de lege scripta dicimus, cuius rationem non intelligimus, vt l. non omnium. ff. de legib.

¶ Potest preterea considerari, q; concedens Illustrissimus voluerit comitatum, de quo agimus conseruari cum maiori commodo, & honore in ipso inuestito, & suis liberis primi gradus, & sic apud vnum tantum sit, q; in aliis descendentibus, sicut in simili videmus de eo, qui prohibet bonorum alienationem per filios suos, volens apud eos bona cum honore, & vtilitate eorum conseruari, non tamen id dicitur voluisse respectu

18 aliorum descendentium, & ideo † prohibitio facta filiis non censetur facta nepotibus. §. nos igitur. in authen. de restitut. fidei/deicommiss. & traditur communiter * in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de legat. j.

¶ Nec quenquam offendat illa ratio, q; dignitas per diuisionem videtur diminui, vt in contrarium dicebatur, quoniaʒ vt pluries dixi, hic non tractamus de diuisione facienda, sed solũ an ambo isti fratres simul in feudo successerint, & dicenduʒ est, q; sic per predicta, & licet sint plures, loco vnius habentur, cum in vnius locum successerint, vt voluit glo. in princip. in preallegato §. omnes. in titu. si de feud. content. sit &c. quam ibi sequũtur Doct. ita dicit Aluaro. in d. c. j. §. fin. de aliena. feud. mihi ij. col. versi. quare intelligendum est. vbi etiam idem dicit Preposit. & dixit etiam do. meus Socin. in d. consi. lxvij. in vltimo fundamento prime dubitationis.

¶ Demum non obstat quartum, & vltimum argumentum, quoniam respondetur q; quicquid actum est contra veritateʒ, illam mutare, aut aliquo modo alterare non potest. l. cum falsa, & ibi tradunt Docto. C. de iur. & fact. ignor. Ueritas enim

19 † adeo potens est, vt errore aliquo gestorum, aut actibus quibuscunq; non euertatur. c. consuetudo. viij. distin. & l. cum propria. vbi Bald. not. C. si quis alter. vel sibi. immo quomodocunq; veritas cognoscatur, illa attendi & preualere debet. l. fin. in fin. ff. de probatio. & ideo in aliqua causa ius dicturus debet modis omnibus laborare, vt illaʒ inueniat, vt voluit glo. communiter * approbata mota per illum text. in authen. de tabellion. in princip. & inuentam postea seruet. l. fin. C. si pign. dat. sit. cum multis concordantibus, vt dixi in consil. cxij. in causa nobilis domine Cornelie. num. 1. 2. & 3. j. vol. & in consi. clxxx. nobilis dominus Joannes Malosellus. nu. 83. ij. vol. & vltra allegata in dictis locis multa pro veritate, & quod ipsa semper preualere debet congerit Hippolyt. in sua Practica. in §. secũda. num. 15. cum aliquibus sequentibus. Dico igitur ad propositum, q; si Comes Julius in testamento ita disposuit, vt in argumento dicitur credens sic esse de iure errauit, vt patet ex predictis, & talis eius error veritatem non potuit alterare, vt dictuʒ est, si vero ita disposuit, quia sic voluit, etiam q; de iure aliter futurum esset talis sua dispositio non valuit in preiudicium Comitis Alphonsi, & contra consuetudinem feudorum, cum

20 † circa feuda nulla vasalli testamentaria dispositio valeat. c. j. in princip. & ibi Bald. Aluarot. Preposit. & alij not. de success. feud. c. j. §. donare. qual. olim feud. alien. poter. & c. j. §. j. de prohibit. alien. feud. per Federic. & dixi alias allegando de hoc tres rationes in consi. lxxij. Gratiadeus de Caluagnis. nu. 17. cum tribus seq. j. vol.

¶ Nec conuenit dicere, q; ex tali dispositione Comitis Julij, & eius quod postea sequutum fuit dicatur facta interpretatio, & declaratio inuestiture, quoniam istud esset illi aduersari, & eaʒ subuertere, cum ipsa aliter imponet per predicta, & talis interpretatio omnino reijcienda est vti Aureliana, vt de glo. quadã tex. suum destruente dixit Jo. Faber in §. conceptuʒ. in fin. Institut. de obligat. que ex delict.

¶ Nec

¶Nec nocet Comiti Alphonso, q frater eius tale feudum post mortem patris tenuerit, quia id posset attēdi si in iudicio possessorio essemus, at nos non de possessione agimus, sed ipso iure feudi, quod per possessionem alterius non leditur, nisi quando interuenit legitima prescriptio, que in casu nostro nō potest considerari, vt est notissimum. Alioquin vana semper foret rei vendicatio.

¶Et ad hoc optime facit decisi. Ruyn. in consi. xxxiij. in hac lite per totum, maxime nu. 13. j. vol. dū vult, † q si maior natu
21 administrat feudum, non tamē propter id dicitur sibi ius quesiuisse, sed potest dici, q iure familiaritatis fecerit, vel alia causa vt per eum, qui in discursu dicti consilij nu. 6. & 10. dicit, q non valet consequentia prohibita est diuisio, ergo non potest feudū ad plures peruenire, vt per ipsum, quod seruit in proposito ad euitandum predictum §. preterea ducatus. nam licet ibi prohibeatur diuisio, non tamen sequitur, ergo ad plures peruenire non potest. tametsi, & ille tex. probet contrarium predicte cōsequentie, vt supra plene deductum fuit.

¶Et ex supra dictis, & aliis deductis per dominum Consulentem concludendum est in fauorem Comitis Alphonsi.

Laus Deo Opt. Max.

¶Socinus Nepos Bononie legens. 1550.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XXXII.

¶De testamento facto per infirmum herede instituto ex scripto in singulis verbis preeunte, vtrum valeat?

¶Et an, & quando per responsionem infirmi ad interrogationem alterius, puta si, vel madesi, testamentum validum dicatur factum?

¶Et testatoris mens an fuerit testandi, vel non declaratur ex precedentibus, & subsequentibus?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Testamentum est ualidum, si quis interrogtus, an uelit facere hæredem talem respondeat simpliciter, meser si. & talis dicitur institutus hæres, nisi grauiter infirmus ab alio, quam a notario fuisset interrogatus.*

2 *Testamentum redditur suspectum, & innalidū quando infirmus interrogatur a notario, qui tamen non fuit adhibitus per infirmum.*

3 *Glo. in l. iubemus. C. de testam. declaratur. & nu. 8.*

4 *Infirmitatis grauitas non impedit factionem testamenti, etiam si talis esset infirmitas, ut per eum impediretur lingua eius expedita uerba proferre, sed balbutire uideretur, modo tamen per uerba liqueret testantis intentio.*

5 *Testamentum pendere debet ex propria uoluntate testantis, & non ex alieno arbitrio, que tamen uoluntas etiam ostendi potest ad interrogationem alterius.*

6 *Sermone blando permissum est cuilibet quempiam inducere ad sibi relinquendū, & ad instituendū hæredē, nisi tamen adsit uis uel dolus.*

7 *Testamentum potest etiam solis testibus probari absque aliquo publico instrumento, uel alia scriptura.*

9 *Expressio proprij nominis hæredis æquiparatur ac si testator respondisset simpliciter, sic, quo ad conseruationem testamenti, secus quo ad nullitatem testamenti.*

10 *Argumentum per locum a uerosimili ualidum est.*

11 *Voluntatis mutatio non præsumitur.*

12 *Voluntas testandi ex dictis ante testamentum probatur.*

13 *Agentis mens in actis ex iis quæ statim sequuntur declaratur.*

14 *Actus medius, & animus agentis in eo ex præcedentibus, & sequentibus declaratur.*

15 *Voluntas alicuius dicitur in actu probata, & clara, & perfecta si per eum fuerit apposita subscriptio propria manu.*

16 *Statutum simpliciter loquens, & absque distinctione simpliciter intelligi debet.*

17 *Interrogatio, aut loquela præcedens cuiusque non impedit quin testamentum dicatur fieri ex propria, & libera uoluntate.*

CONSILIVM XXXII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶Licet presentis cōsultationis resolutio visa fuerit primo aspectu admodum dubia, tamen habita diligenti consideratione secundum iuris regulas, & communes scribentiū opiniones arbitror rem satis claram, vt infra patebit.

¶Dubitationis causaz prebebat, quia cū in casu isto Magnificus do. Joan. Antonius Marlianus grauissima infirmitate detentus ad interrogationē alterius, q notarij responderit se facere, secunduz quod interrogabat, vr q eius rūsio nō debeat
1 pro valido testamēto accipi, qr esto, † q alias tolleret, vt quis interrogatus an velit facere heredē Gaiū rūdendo simplr, misersi, faciat validū testm, & Gaius dicatur institutus heres per glo. illam singularem licet vulgatam in l. iubemus. C. de testa.
* que est magis cōiter * recepta, vt ibi per Doct. & vt attestatur Ruy. in consi. ij. viso testō, de quo agitur. nu. 8. ij. vol. & Deci. in consi. ccccixxxix. in casu occurrenti. nu. 3. tū illud non vr procedere, qū grauiter infirmus ab alio, q a notario fuisset interrogatus, de notario enim vr confidenduz propter fidē publicā non sic de alio, quādo ad id non apparet requisitus a testatore ita declarat Bal. i d. l. iubemus. & pleriq ibi sequunt, & Pau. de Cast. in cōsi. ccclxvj. viso puncto, & allegationibus. in antiq. in nouis autem est. nu. 155. lib. j. cuz concord. vt ego ita arguēdo allegaui in consi. cxliij. Magnificus vir. nu. 13. ij. vol. dicit enim tunc infirmus sic respondisse potius per suggestionez interrogantis, q deliberato animo testandi, & ita etiam arguit Ruyn. in consil. xij. super isto puncto. nu. 3. ij. vol. Immo etiā
2 † si a notario interrogetur, qui tamen non fuit adhibitus per infirmum testamentum redditur suspectum, & inualidū, prout post Bal. in d. l. iubemus. dicit Ruyn. in consil. viij. viso, & bene intellecto, sub nu. 9. & 14. iij. vol.

¶Et tāto magis ita vr dicendū in casu nostro, in quo ipsamet vxor que interrogauit fuit heres instituta, & sic euidēs videtur suggestio, & auiditas ipsius querentis se fieri heredem, ita quidem vt ipse grauiter infirmus videatur propter vxoris importunitatem sic dixisse, vt scriptum est, non autez vt ita disponere voluerit, ipsa enim vxor persona suspecta dr, cuz se fieri heredez
3 procuraret, & ideo testamentum non vr valere, qr † gl. in d. l. iubemus. non procedit, quando interrogatio fieret a persona suspecta, vt ibi per Bal. & alios, & inuenio, q in simili ita concludit patruus, & do. meus Socin. in consi. xcij. in causa do. Antonij. mihi col. ix. versi. sed premissis non obstātibus. iij. vol. & ita in simili casu ego firmaui in cons. clxxxij. Magnificus do. Bonifacius. fere per totum. ij. vol. maxime dum ibi ostendo, q testamento, de quo ibi agebatur deerat voluntas morientis, sic enim & isto casu dicendum videtur, vt scilicet in testamento, de quo agitur rationibus predictis nō dicatur adfuisse voluntas Magnifici domini Joannis Antonij Marliani.

¶Demum contra predictum testamentum facit dispositio iuris municipalis, qua cauetur, q omnino testator proprio ore nominare debeat heredem quod videtur intelligenduz de per se, & principaliter non autem ad suggestionem, seu ad instantiā alterius. Hoc enim factuz non videtur, qr per se Magnificus dominus Joannes Antonius non nominauit heredez, sed ab vxore nominatū verba ipsa replicauit, sicut fecit de aliis verbis ab eadem prolatis, ipsa enim scripturam quandam pre manibus habens (in qua erant scripta verba importantia testamentū do. Jo. Antonij, videlicet. fiate testimoni che io instituisco, ouero nomino herede mia vniuersale Barbara Visconta mia legitima mogliere di tutti miei beni mobili, & immobili, ancora con beneficio di lettere ottenute dal Senato) legebat illam verbum vnum proferendo separatuz ab alio, & ita do. Jo. Antonius prolatum verbuz replicabat hoc modo, scilicet vxor dicebat, fiate, & ipse replicauit, fiate, & illa subdebat, testimoni, & ipse replicauit, testimoni, & sic de singulis. fuerunt omnia predicta verba prolata per vxorem singulatim, & per dominū Joannem Antonium ita singulatim replicata, prout proferebantur per illam ad instar scimie. nam sicut illa facit, quod per alium fieri videt. ita dominus Joānes Antonius dicebat, quod per vxorem dici audiebat.

¶Ex his igitur non videtur dici posse, q ipse per se, & ex precordiis suis nominasset heredem, prout statutum requirere videtur, sed potius ex voluntate vxoris.

¶Et ex hoc videtur, q ex alio tale testamentū non valeat, naz eo modo institutio per do. Jo. Antoniuz facta non videtur ex suo libero arbitrio prouenisse, sed ex alieno, id est, vxoris, que eo modo se institui procurauit, quod videtur contra l. illa institutio. ff. de hered. instit. cum similib. ibi per glo. allegatis. Hec sunt, que primo aspectu faciebant dubium, & suadebant predictum testamentum non valere.

¶ Illis tamen non obstantibus contrarium verius esse puto, & sic concludo, quod immo prefatum testamentum cum institutione heredis in eo contenta valeat, & servari debet, prout etiam firmavit Clarissimus Alciatus) quem sine lachrimis nominare non valeo. Etenim 16. Januarij presentis anni 1550. Papie ex hoc mundo transivit, cum magna huius seculi iactura.)

¶ Et ad veritatem conclusionis predicte demonstrandam presuppono primo in facto, verum esse quod Magnificus dominus Joannes Antonius testator tempore conditi testamenti explicite, & articulate loquebatur, quicquid vellet, vt constat ex multitudine verborum ipsius testamenti. que omnia expedite protulit, & testes etiam in hoc fere omnes concordant.

¶ Secundo etiam presuppono similiter in facto, quod idem testator eodem tempore erat in bono intellectu, & sana mente prout similiter testes quasi omnes deponunt, & constat etiam quia ad interrogata, & ad propositum respondebat, esto quod posset dici graviter infirmus.

4 ¶ Tertio presuppono in iure, quod † gravitas infirmitatis non impedit factionem testamenti etiam si talis esset infirmitas, vt per eam lingua eius impediretur expedita verba proferre, sed balbutire videretur, modo tamen per verba liqueret testantis intentio, vt est textus clarus in l. quoniam indignum. C. de testamentis. ibi. Que forte seminecis, & balbutientis lingua profudit, & ibi Doctores declarant maxime Jason, qui in secundo notabi. dicit nota hic esse textum valde solennem, quod qui laborat in extremis, dato quod sibi lingua ingrossetur, & incipiat balbutire, tamen potest facere testamentum, dicens, quod ad hoc ille tex. secundum Ang. & Roma. quos allegat in iure est vnicus, & singularis, licet ipse etiam alia iura pro hoc deducat, vt p eum.

5 ¶ Quarto presuppono, quod † licet testamentum pendere debeat a propria voluntate testantis, & non ex alieno arbitrio. l. j. C. de sacrosanctis eccles. & supra dictum fuit, tamen potest fieri, & testatoris voluntas etiam ostendi ad interrogationem alterius, vt est communis opinio * omnium Doctorum post gl. ibi in l. iubemus. C. de testamentis. & supra etiam dictum fuit, & licet de modo respondendi possit disputari data gravi infirmitate testatoris, secundum quod inferius dicetur, & traditur in dicta l. iubemus. tamen quo ad hoc, quod valeat testamentum licet testator non ipse inceperit, sed alius, eum interrogaverit, & sic dicatur factum ad interrogationem alterius, & valeat, dico non obstante regula. l. illa institutio. ff. de heredibus instituend. non est dubitandum, omnes enim concordant testamentum valere, si ex alio non posset infringi, quoniam etiam tunc dicitur factum ex proprio arbitrio ipsius testatoris, qui sic ex animi libertate, & non coacte rndit, & sue mentis esse declaravit.

6 ¶ Quinto etiam presuppono † permissum esse cuilibet blando sermone quempiam inducere ad sibi relinquendum, & ad instituendum heredem, nisi tamen adsit vis, vel dolus, text. est in l. fin. ff. si quis aliq. testar. probib. & l. fin. C. eod. titu. & tradunt vtrobique Docto.

¶ Et notandum est, quod illa iura loquuntur de marito tali sermone vtente erga vxorem, fortius ergo procedunt, si vxor blandis verbis vtatur in maritum, quia in ea non cadit suspitio, quod virum induxerit aliqua reverentia, sicut cadit econtra in marito, vt scilicet induxerit vxorem reverentia maritali, iuxta l. primam. §. que onerande, & tradita ibi per Doctores. ff. quarum rerum act. non dat. & quod blandis verbis liceat inducere quem ad testandum in sui favorem vltra predicta firmat Deci. in dicto consil. cccclxxxix. num. 6. Nicol. Boer. in decisi. xxxv. & videtur primo. num. 5. cum concordantibus, vt dixi in d. consi. cxliij. nu. 55. ij. vol.

7 ¶ Sexto, & vltimo presuppono, † quod testamentum potest etiam solis testibus probari absque aliquo publico instrumento vel alia scriptura. l. ij. cum glo. & ibi tradunt Doctores. C. de testamentis. maxime Alexand. ibi post principium. cum concordantibus. vt dixi in consil. cxliij. Magnificus vir. numer. 28. & in consilio clxxxix. mortuo domino Hieronymo. nume. 25. & 26. ij. volum.

¶ Istis sic presuppositis decisio presentis consultationis aperte colligitur, & constat testamentum prefati Magnifici domini Joannis Antonij optime probatum esse, & valere, nam pro eo deponunt testes numero sufficientes, & vltra concorditer, & se inuicem vocant in contestes, asserentes Magnificum dominum Joannem Antonium nominasse ore proprio pro suo herede vniversali dominam Barbaram Viscontam eius vxorem, eo tamen modo, de quo supra, scilicet ipsa domina Barbara predicente, & ipso replicante omnia verba, de quibus supra. defectus ergo notarij, & publici instrumenti, vel alterius scripture non impedit quin testamentum valere possit, si aliud non obstet per d. supra in sexto, & vltimo premisso. Quo posito iam habet fundatam intentionem domina Barbara in predicto testamento legitime per testes probato, & de quo etiam apparet scriptura, de qua supra.

¶ Sola difficultas consistit vt removeantur ea, que in contrarium allegata fuerunt, sed dico, quod recte consideranti ex premissis supra factis ad omnia potest colligi responsio, vt tamen veritas magis appareat ad singula particulariter rndetur.

8 ¶ Nam † dum primo dicitur, quod opinio glo. in dicta l. iubemus. C. de testamen. non procedit, quando infirmus interrogatur a privata persona, vel et a notario non vocato per eum.

¶ Respondetur, quod nos sumus extra casum illius glo. & disputationem an dicta in argumento sint vera, illa enim procedunt, quando infirmus interrogatus an velit talem facere heredem simpliciter respondit si, o miser si, eo enim casu loquitur illa glo. & cadit illa dubitatio, nam cum vere infirmus non nominaverit heredem, neque constat aliter, quod articulate loqueretur, & quod esset in bono sensu testamentum illud reddit valde suspectum, & ideo quando interrogatur a persona privata, vel ab ipso testatore non vocata ad id potest facile dubitari de falsitate, & maxime si interrogans sit persona suspecta, iuxta ea, que alias dixi in consil. clxxxiij. supra in contrariis allegato, & in his terminis procedunt allegata in contrarium, posito quod sint vera, quia etiam certis casibus forte non procederent, iuxta tradita per Cornenz in consil. lxxvij. viso dicto themate. litera B. & per totum. iiij. vol. & per Ruynum in dicto consil. ij. nume. 9. ij. vol. sed pro nunc omitto, quia non expedit. Sed non procedunt quando constaret testatorem esse in bono sensu, quod articulate, & explicite loquebatur, & nomen heredis pprio ore expressit, prout in casu nostro constat de Magnifico domino Joanne Antonio testatore predicto, nam articulate, & bene loquebatur, & erat in bono sensu, & sano intellectu, vt supra dictum fuit in primo, & secundo premisso, ac etiam proprio ore, & explicite nomen heredis expressit plurima verba continuata circa talem institutionem proferendo, vt in facto presupponitur, istis enim concurrentibus clarum est testamentum valere, & suspitione carere, vt tradunt Doctores in dicta l. iubemus. & dixi in d. consil. cxliij. nume. 47. 48. & 49. dum igitur dicebatur non videri in casu nostro adfuisse animum predicti Magnifici domini Joannis Antonij, aut veram mentem, & voluntatem eius testandi, in quo consistit in effectu totum primum fundamentum factum in contrarium, vt in fine eius dicitur, responsio patet ex predictis, quia dicimus, quod immo adfuit clara, & aperta voluntas sic testandi, vt scriptum est.

¶ Nec quicquam facit, quod ipsa do. Barbara quereret se fieri heredem, & propterea interrogaverit, vt supra. & sic nominatio heredis facta fuerit per testatorem ad interrogationem alterius. Quoniam responsio colligitur ex quarto, & quinto premissis supra factis.

9 ¶ Et † dum in motivis contra testamentum in quarto premisso dicebatur, quod responsio do. Jo. Antonij, licet expresserit pprium nomen heredis videtur equiparari, ac si respondisset simpliciter, sic, per dicta per Corn. in consil. lxxij. visis, & diligenter. litera H. j. vol. Respondetur vltra dicta per alios, quod nihil penitus obstat, sed potius adiuvat nostram conclusionem, nam Corn. ibi loquitur, quo ad conservationem testamenti, vt scilicet tantum sit respondere sic, quantum nomen heredis exprimere, vt ibi per eum, sed argumentum, aut equiparatio non procedit per contrarium quo ad nullitatem testamenti, quia licet certis casibus simplex responsio, sic, non faciat validum testamentum, tamen responsio cum expressione heredis proprio ore facit testamentum validum, cum hoc solum a lege requiratur, vt d. l. iubemus. & ibi per Doct. negari enim non potest plus esse proprium nomen heredis exprimere ore proprio, quam per responsionem, sic, habita relatione ad interrogationem, vt per Doct. in d. l. iubemus. & in hoc solum consistebat dubitatio dictorum ibi per glo. & alios.

¶ Et quod in casu nostro Magnificus testator cum sana mente, & deliberata voluntate disposuerit, vt supra, & sic quod liber, & verus animus eius non defuerit testamento, de quo agitur, apertissime demonstratur primo ex illa continuatione multorum verborum prolatorum ad talem effectum, licet precedente interrogatione

gatione, seu preuia prolatione Magnifice domine Barbare, nam si aliam mentem habuisset, verosimile non est, ꝙ ita continuasset, ⁊ verba circa triginta protulisset semper ad propositũ
10 respondendo, vnde per † locum a verosimili (iuxta l. non est verosimile. ff. quod met. caus. cum concordantibus, vt scripsi in consi. cxxij. Nicolaus Antenoreus. nu. 19. j. vol. ⁊ in cons. xiij. Petrus Mattheus de Sauerinis. num. 9. ij. vol.) dicendum omnino est, ꝙ eius fuerit libera, ⁊ firma voluntas testandi, vti testatus fuit.

¶ Secundo idem ostenditur per argumentum a priori.

¶ Item ⁊ tertio per argumentum a posteriori, prout in simili talibus argumentis vtuntur Bal. ⁊ Saly. in l. multuz interest. C. si quis alter. vel sibi.

¶ A priori constat, eo ꝙ per dictum dominum Magnificuz Joannem Antonium siue eius nomine supplicatuz fuit apud amplissimum Senatum, ꝙ sibi liceret contra formam statuti dominam Barbaram vxorem vniuersalem heredem instituere, ex eo enim ostenditur, ꝙ ante factum predictum testamentum eius animi fuit, vt illam faceret heredem vniuersalem, in
11 quo animo dicitur perseuerasse, cum permutatio † voluntatis non presumatur. l. iij. ⁊ l. eum qui. ff. de proba. ⁊ c. maiores. extra de baptis. cũ concord. vt per Alex. in consi. cxiij. perspectis his. nu. 19. lib. vj. ⁊ in consi. xliij. ex his que. nu. 5. lib. vij. ⁊ ego dixi in consi. cvj. Bartholomeus de Bonauenturis. num. 38. j. vol. ⁊ in consil. clxxxiij. supra alleg. nu. 18. ij. vol. ⁊ dixit Ruy. in consi. lxxxj. viso processu. nu. 14. in fin. ⁊ nu. 15. iij. vol. ⁊ pro regula posuit Andr. Alcia. primus consulens in suo tracta. de presump. in ij. reg. xvj. presumpt. in princ. Et tanto magis hoc dicendum est in casu nostro, in quo nedum non constat de mutatione animi, ⁊ voluntatis ipsius do. Jo. Antonij, sed etiam constat de perseuerantia, ex quo clare hoc disposuit in testamẽto, de quo agitur, sic itaq; ex isto secũdo arg. a priori ostẽditur ꝙ in d. testã ex libertate animi firma, ⁊ resoluta voluntate fecit heredem Magnificã do. Barbaram vxorem eius, ⁊ non ad
12 eius suggestionẽ, precedentia enim declarant sequentia, ⁊ † voluntas testandi ex dictis ante testamentum probatur, iuxta doctrinam Bar. in l. ij. ff. de vulgar. ⁊ pupill. ꝗ refert, ⁊ sequitur Ruyn. in consil. cxcij. queritur quis. nu. 5. ij. volu.

¶ A posteriori vero, ⁊ sic tertio euidentius ostenditur, talis libera voluntas ex eo, quia cum post factum testamentum predictum interrogatus fuisset vtrum esset contentus sic disposuisse vt in testamento disposuerat prompto animo respõdit, ⁊ multiplicate, madesi, vel similia verba, subdens, ⁊ se non l'hauesse fatto, lo faria, vel similia verba idem importantia, prout per testes idoneos deponit, ex quibus verbis apparet, ꝙ articulate, ⁊ explicite loquebatur, ⁊ quidẽ plura verba continuate, ꝙ erat in bono sensu, ⁊ intellectu, ⁊ demum, ꝙ quicquid ab eo dictum erat in repetitionibus verboꝝ prolatorũ per do. Barbaram preeuntẽ in loquendo, animo deliberato ita disponendi dictuz fuerat, vt sic iterum quodãmodo per relationẽ ad iam dicta, dicatur testatus, seu apertius factum testamentum roborasse, ⁊ ista consideratio, ⁊ argumentũ a posteriori factũ (ni fallor) con
13 cludit absq; replicatione. cũ agentis † mens in actu ex his, que statim sequuntur declaretur, vt voluit Bar. in l. si ventri. §. fin. ff. de priuileg. credit. per illum text. cum concord. vt per Alex. in consi. clxxxiiij. viso processu cause. nu. 4. lib. vij. ⁊ dixi in consil. xlij. Magnificus Comes. nu. 13. ⁊ in consi. lxj. reperit quedam scriptura priuata. ij. volum. ⁊ Parisi. in subscriptione ad quoddam meum consilium, que reperitur inter mea consilia. in consil. lxxxvj. nu. 3. j. vol. si sic animus, ⁊ voluntas in ipso testamento dicti domini Jo. Antonij ex precedentibus, ⁊ sequẽtibus declaratur, vt sic a priori, ⁊ posteriori declaratio sumatur iuxta l. si seruus pluriuz. §. fin. ff. de lega. j. prout per illum text. docet Bald. in l. domum. j. colum. C. de rei vendicat. ⁊ Beltrand. in consil. cxlj. certum est. nu. 10. j. vol. ex primis. Et hoc
14 in iure nostro generale est, ⁊ clarissimum, scilicet ꝙ † actus medius, ⁊ animus agentis in eo ex precedentibus, ⁊ sequentibus declaratur per d. l. si seruus plurium. §. fin. cum simil. vt dixi in consi. j. Magnificus vir Jo. Paulus. nu. 29. ⁊ in consi. viij. in presenti consultatione. nu. 21. vol. ij. ⁊ tradit etiam Ruy. in cõsil. cxiiij. questio que proponitur. nu. 3. ⁊ 7. ⁊ in consil. cxix. procedendo summarie. num. 1. iij. volum. ⁊ in consi. clxij. viso processu agitato. nume. 8. v. volum. cum multis aliis, qui ad hoc allegari possent.

¶ Et ita in simili contra validitatem testamenti his duobus argumentis a priori, scilicet ⁊ posteriori, ⁊ regula predicta, ꝙ media per precedentia, ⁊ sequẽtia declarentur vtitur patruus, ⁊ dominus meus Socin. in preallegato consil. xcij. ix. colum. iij. vol. vnde sicut in casu illo per precedentia, ⁊ sequentia, ⁊ sic a priori, ⁊ posteriori arguendo demonstratur, mentez morientis non fuisse testari, vt ibi per dominum meum Socin. sic per contrarium in casu isto ostenditur manifeste mentem, ⁊ animũ Magnifici domini Joan. Antonij fuisse testari, ⁊ heredem facere do. Barbaram vxorem eius, prout vere fecit, secunduz ꝙ supra deductum fuit.

¶ Comprobatur conclusio predicta, quia sicut alias dicitur, ꝙ
15 † voluntas alicuius dicitur in actu probata, ⁊ clara, ⁊ perfecta si per eum fuerit apposita subscriptio propria manu, prout tradunt Docto. maxime Paul. de Castr. in l. hac consultissima. in princ. in versi. vltimo nor. C. de testa. ⁊ dixit Ruyn. in cõsi. xj. de vltima voluntate. post princ. iij. vol. ita in casu nostro voluntas testandi, vt in testamento dictum fuit supra in argumento a posteriori, nam alias, ꝙ quid ore proprio proferatur, ⁊ propria manu scribatur parificantur. l. iubemus. ⁊ ibi tradunt Docto. C. de testamen.

¶ Bene facit ad predicta decisio Ruyn. in preallegato consilio cxcij. ij. volum. nam in casu illo Corradinus quidam interrogauit egrotantem an vellet facere id, quod iam sibi dixerat, videlicet instituere heredem dominam Mariam sororem suam, ⁊ tunc egrotans respondit, madesi, subdendo, credete voi che io sia mente capto; ⁊ determinat ibi Ruyn. per dicta verba esse factum testamentum, ⁊ dominam Mariam esse heredem per allegata per eum. sic ergo isto casu dicendum est, in quo Magnificus dominus Joannes Antonius fuit interrogatus ab vxore, an esset contentus obseruare, quod illi pluries promiserat, videlicet illi benefacere: cui ipse respondit, madesi, ⁊ tunc incepit testari, ⁊ eam heredem instituit, vt supra dictum est, ⁊ post factum testamentum expressis verbis illud confirmauit dicens, se non l'hauesse fatto, lo faria, ⁊ certe apertius isto casu constat de vera mente testantis ad sic disponendum vti disposuit, quam in casu Ruy. nam in casu nostro proprio ore nomen heredis expressit, non per relationem ad interrogationez simplici responsione, madesi. Itez etiam ex post illud comprobauit cum verbis supra dictis, que non aderant in casu Ruyn. vnde decisio illa seruit nobis a fortiori, nam si testamentum illud valuit, in quo non concurrebant ad eius conseruationem tot rationes, que in casu nostro concurrunt, fortius debet valere in casu nostro, quia de quo minus videtur inesse, ⁊ inest, ergo ⁊ de quo magis. authen. multomagis. C. de sacrosanct. ecclesi. cum similibus.

¶ Et stantibus predictis, ⁊ sic constito nobis de clara, ⁊ aperta voluntate Magnifici domini Joannis Antonij, vt supra est dictum, patet responsio ad alia supra in contrarium allegata, nam dum considerabatur, quod ex forma statuti, testator debet ore proprio nominare heredem quasi non sufficiat per relationem ad interrogationem, responsio clara est, quod in casu nostro facta fuit talis nominatio, cum ore proprio dixerit. Jo instituisco, o vero nomino herede mia vniuersale Barbara Visconta ⁊c. ⁊ sic dicto statuto satisfactum fuit.

¶ Nec refert an talem nominationem per se simpliciter fece-
16 rit, an altero predicente, cum per † statutum non fiat talis distinctio, sed simpliciter loquatur, vnde nec nos debemus aliter distinguere. l. de pretio. ff. de Publician. ⁊ l. iij. ff. de offic. presid. cum similibus.

¶ Nec quicquam nocet, ꝙ omnia verba prius singulatim ipsa domina Barbara in cedula legeret, ⁊ sic ex scripto preiret, quoniam hoc nobis maiorem certitudinem demonstrat, ⁊ sic valorem testamenti potius coadiuuat, quam ei noceat, talis enim solebat esse mos apud antiquos, vt in rebus grauibus de scripto quis preiret, vt tradit Bude. in annotatio. in pandect. in titul. de iureiurand. in l. iusiurandum. prout etiam dixit Excellentissimus Consulens, ad quem me remitto.

¶ Nec est bona similitudo scimie in contrariuz allegata, quia illa carens ratione facit quod videt fieri ex quadam sua geniali natura, sed do. Jo. Antonius homo prudens, ⁊ in recto sensu existens dicebat, quod per vxorem predicebatur cũ maxima cõsideratione, ⁊ deliberatione, vt ita disponeret sicut verba importabant, vt ex predictis constat.

¶ Preterea si scimia id facit ⁊c. certe illud facit, quia sic vult (loquendo de ea voluntate, que in tali bestia cadit) vnde sic di-

cemus ex eius similitudine, quod dominus Joannes Antonius ita dicebat ex propria sua voluntate, et rationabili, que in homine cadit, et sic dicta similitudo potius seruit validitati testamenti, quam noceat.

¶ Sic igitur ex predictis cōstat, quod dominus Joannes Antonius nominauit, et fecit heredem vxorem suam ex precordiis suis, et ex propria, et libera voluntate. Et ex his tollitur quod vltimo loco dicebatur per l. illa institutio. ff. de hered. instituen. quoniam non ex alieno arbitrio, et voluntate dicitur do. Joan. Antonius testamentum fecisse, sed ex propria, et libera voluntate,
17 te, vt sepe dictum fuit, † nec precedens cuiuscumque loquela, aut interrogatio impedit quin testamentum dicatur fieri ex propria, et libera voluntate, alioquin opinio glo. in d. l. iubemus. C. de testam. communiter recepta, vt dixi supra in quarto premisso, subuerteretur, quod non est dicendum, etenim etiam altero predicente, et interrogante dicitur respondens ex proprio arbitrio testari, vt in d. iiij. premisso dictum fuit.

¶ Sic itaque ex predictis, et aliis per excellentissimum consulentem, et per alios deductis concludendum est testamentum, de quo agitur, de iure validum, et seruandum esse in fauorem magnifice do. Barbare. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1550. 13. Aprilis.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XXXIII.

¶ De feudis quod in eis testamentaria dispositio non valeat, et quod in eis femine non succedant.

¶ Et de consuetudine predictis contraria, vtrum sit seruanda.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Dispositio testamentaria non ualet in feudis.*
2 *Fœminæ dicuntur incapaces feudorum.*
3 *Consuetudine legitima etiam iura scripta tolluntur, & remouentur.*
4 *Feudorum iura dicuntur consuetudines.*
5 *Consuetudo, quod alienatio feudi facta cum consensu domini, ualeat, & præiudicet agnatis, debet in loco ubi sit seruari.*

CONSILIVM XXXIII.

DIRIGAT dominus verba mea in viam veritatis, et iustitie.

¶ Uisa contingentia facti, cum sua dubitatione, ac deinde viso subtilissimo, copioso, ac elegantissimo consilio excellētissimi Bonzanini mihi vti fratris honorandi, reddito super predicta dubitatione res valde dubia visa fuit, et cōclusio do. consultoris primo aspectu apparuit contra iuris regulas.

1 ¶ Etenim vna est regula in feudis, † vt scilicet in eis nulla testamentaria dispositio valeat. c. j. in princip. de feud. success. et ibi tradunt Docto. maxime Bal. Aluaro. et Preposit. tradit Bald. in consi. ccclj. in bonis feudalibus. in princ. j. vol. Abb. in consil. iij. nitar in presenti. in iij. dubio. ij. vol. et Bapt. de sancto Blasio in tract. feud. in xxx. differentia. cum concord. multis, qui allegari possent, et ego scripsi in consil. lxxvj. cū diebus elapsis. nu. 5. j. vol. et in cōsi. cxv. in facto presupponitur, nu. 2. ij. vol. et alibi sepe, merito ergo videtur quod dispositio testatoris Henrici de feudis, de quibus agitur, in filias suas facta non valuerit, nec seruanda sit.

2 ¶ Secunda regula est, † quod feudorū femine dicunt incapaces. c. j. §. filia. de success. feud. et c. j. §. hoc autē. qui feud. dar. poss. etenim contra naturā feudorum est, vt in eis femina succedat. c. j. §. fin. quid sit inuest. tradit Bal. in l. quoties. iij. col. plures rationes allegando. C. de suis, et legit. Alex. in consil. xxix. qm abunde. lib. j. et auus meus do. Marian. Socin. (cuius nudum nomen ego represento) in consi. xix. pro decisione. j. et ij. col. cum concord. multis, vt scripsi in consi. lxxvij. cum vigeret bellum. nu. 4. j. vol. et in cōsil. cxiij. in causa feudali. nu. 7. ij. vol. videtur igitur etiam ex hac secunda regula filias do. Henrici vti feminas non debere admitti ad feuda, de quibus agitur.

¶ Uerum his, et aliis quibuscumque non obstātibus maturius omnia in facto cōtingentia cōsiderando, ac etiā que subtiliter, et egregie deduxit prestantissimus cōsulens, puto in casu occurrenti veritatem esse in contrarium, et sic vna cum do. consulēte concludendum puto predictas filias Henrici optimo iure fuisse admissas, ad ista feuda, et in eis esse conseruandas, et hoc presuppositis in facto veris, que in dicto consilio ꝯtinentur, et presertim consuetudine illa, quod in patria Forojuliensi in feudis, de quibus agitur, et similibus femine possint admitti, et per testamentum vocari saltem, quando nō reperiuntur masculi pares in gradu vasallo nuper decedēti, prout proprie est casus noster cū Henrico testatori sine filiis masculis decedenti solum superfuerint quatuor filie femine, et sic ad ipsarum fauorem arbitror eas habere fundatam intentionem suam in testamento patris, item in priuilegio inuestiture eis concesso, ac etiam in pacifica possessione, in qua ex causis predictis reperiuntur vna cum consuetudine, de qua supra. Et hec pauca sufficiāt pro fundamēto nostre conclusionis, ad alia plura me remittens ad do. consulētem, et ex his tolluntur satis clare adducta in contrarium.

¶ Nam due regule in contrarium allegate procedunt secundum ordinariam, et consuetam naturā feudorū, vt in iuribus in eis allegatis, verum a tali natura receditur per consuetudinē contrariam, etenim clarum est legitima † consuetudine etiam iura
3 scripta tolli, et remoueri. l. de quibus, vbi plene Bart. et alij. ff. de legi. et l. ij. vbi etiam plene per Bart. C. que sit long. consue. et tradunt Canon. in c. cum dilectus. extra de consuetud. cum concordantib. vt dixi in cons. lxv. Illustrissimus Hermannus. nu. 29. et 30. j. vol. et in consil. lx. magnificus, et nobilis. num. 8. ij. vol. et alibi sepe.

¶ Et hoc eo maxime procedit in materia nostra circa feuda,
4 nam † cum illorum iura dicantur consuetudines, vt patet in j. rubr. feudorum, dum dicitur, incipiunt consuetudines feudorum. et Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ij. col. ff. de oper. liber. Jus feudorum appellat ius consuetudinarium. de plano procedit, vt noua consuetudine alterentur, et consuetudo ordinaria tollatur, vt tradunt Bald. Alex. et alij in l. ij. in princip. ff. de vulgar. et pupil. vnde in proposito dicemus, quod generalis cōsuetudo in feudis, quod femine sint eorum incapaces, et quod testamētaria dispositio non valeat, vt in regulis contrariis dicebatur, debet dici sublata per particularem consuetudinem illi contrariam in patria Forojuliensi seruatam, vt voluit Aluarot. in c. j. §. et quia vidimus, qui feud. dar. poss. cum aliis adductis per dominum consulentem, et vltra eum ita arguit Curt. Junior in consil. clxxj. materia presentis consultationis. nu. 1. sic etiam in simili arguit, et firmat Deci. in cons. cccccl xxxvj. in causa que
5 Mantue, volens † quod consuetudo, quod alienatio feudi facta cum consensu domini valeat, et preiudicet agnatis, debet in loco vbi sit seruari. quod etiam firmat Gozad. in cons. xc. in causa Mātuana. nu. 9. cum igitur in proposito presupponatur consuetudo predictis duabus regulis contraria absque dubio concludendum est eam seruandam esse in fauorem predictarum feminarū, ad quarum fauorem plura alia adducuntur per do. consulentē ad que gratia breuitatis me remitto, eo presertim, quia cum ad presens non possim et fruar incolumitate vlterius progredi non possum. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie legens. 1551.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XXXIIII.

¶ De remissoria ad partes longinquas pro examinatione testium an, et quando fieri debeat.

¶ Et in specie quod fieri non debeat quādo aduersarius haberet iustam suspitionem.

¶ Nec etiam quando iudex potest cognoscere, quod talis remissoria petatur calumniose.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Iudex in causis ciuilibus potest per suas literas committere examinationem testium in longinquis partibus, & extra suam iurisdictionem existentium iudici illius loci ubi degunt. fallentias uide su nume. sequen.*

Iudex

2 *Iudex non debet committere in partibus testium examinationem iudici suspecto.*
3 *Iudex ex pluribus causis facilius potest recusari, ut suspectus quam testis.*
4 *Examinator testium potest suspectus allegari, & recusari.*
5 *Compatriota, seu conterraneus testificans pro conterraneo aduersus extraneos non est omni exceptione maior, eiusq; fides dicitur aliter diminuta.*
6 *Singula quæ non prosunt multa connexa iuuant.*
7 *Examinatio testium non debet in partibus committi, quando timor est testibus metum inferri.*
8 *Iudex potest reijcere tanquam calumniosam dilationem petitam nõ ex iustitia, sed causa morandæ litis, & sententiam proferre.*
9 *Iudex potest denegare petitam commißionem examinis testium, & literas remißorias ad longinqua loca, quando calumniose petatur, & animo morandæ litis r*
10 *Paternæ assertioni uocanti filium bastardum standum est, contrario non probato.*
11 *Pater tenetur ad alimenta filio bastardo, spurio, & alio damnato coitu nato.*
12 *Argumentum ab eo quod non est uerosimile ualet.*
13 *Testator si in testamento facit mentionem de filiis simpliciter in uno loco, in alio de filiis masculis, simplex filiorum appellatio non restringitur ad masculos; & ibi uide rationem.*
14 *Substitutio si institutis filiis fiat primo loco inuicem ei qui prædecesserit, et postea si uterq; sine liberis decedat, fiat alia substitutio, in prima substitutione non subauditur conditio, si decesserit sine liberis, cum illam testator expresserit in secunda substitutione, & non in prima.*
15 *Notarius quicquid dicit, de partium consensu dicere uidetur, nec in assertione notarij, alioquin legalis debet præsumi falsitas.*
16 *Concesßio literarum ad probandum quod probari prohibetur frustra petitur, & concesßio talis non releuaret.*

CONSILIVM XXXIIII.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Dum petitur fieri literas remissorias ad
iudices in terra Salonichi in regione, & iu-
risdictione Turcharum pro examinandis
testibus ibi morantibus super legitimitate
don Isaac Abrabanelli asserẽtis se uelle probare, ꝙ natus fuit
ex legitimo matrimonio don Samuellis Abrabanelli, & ma-
tris eius domine. R. Stantibus in facto veris, que mihi pre-
supponuntur, puto tales literas committendas nõ esse, prout
docte, & sapienter consulendo firmauerunt Excellentissimi Iu-
risconsulti, & mihi vti fratres honorandi dominus Marcha-
brianus ab Anguillis, & dominus Io. Ronchegallus ex mul-
tis, & varijs fundamentis, que per eos allegantur, & cũ de sim-
plici subscriptione fuerim requisitus paucissimis me expediã.
1 ¶ Et rem breuiter perstringendo dico, ꝙ † regula dictans iu-
dicem in causis ciuilibus posse per suas literas cõmittere exa-
minationem testium in longinquis partibus, & extra suam iu-
risdictionem existentium iudici illius loci vbi degunt, de qua
per Abb. in c. cum causam. extra de testibus. per Bal. Salyc.
& alios in l. iudices. & in auth. apud eloquentissimum. ibi seq.
C. de fid. instrumẽ. cum concordantibus, vt per Felyn. in d. c.
cum causam. col. fin. versi. fallit tertio. per Afflict. in constitu.
Regni vtriusq; Sicilie. super secunda parte. in constitut. in pe
cuniarijs. in primo notab. & per insignem Moder. Hierony-
mum Cagnolum (qui hoc anno 1551. de Mense Februarij
Padue decessit in l. j. nu. 21. ff. de iudi.) fallit in aliquibus casi
bus, ex qbus pleriq; seruiũt in casu nostro, quos nũc subiiciaz.
¶ Primo ergo dicta regula nõ procedit, qñ pars contra quaz
cõmitti petit testiũ examinatio suspicaret de iudice cui cõmittẽ
da esset examinatio, vel etiaz de testibus examinandis, ne quid
iniuste per eos, & contra iuris ordinẽ patraretur, sicuti. n. durũ
est coram suspecto iudice litigare, sed debent omnes lites sine
2 suspicione procedere. l. apertissimi. C. de iudi. cum simili. † ita
etiam durum esset suspecto iudici, ac suspectorum testium exa-
minationem cõmitti, & ideo talez suspitionẽ iudex audiens cõ
missionẽ predictam facere non debet, vt per Doct. in locis pre
dictis maxime Afflic. in d. constitu. in pecuniariis, & bene facit
c. statutum. §. cũ vero. ibi, vel nisi actor eandez ciuitatẽ intrare
non audens &c. de rescrip. lib. vj. & de causa suspitionis, & sic ꝙ
pars ita allegans non speret examen iuste fieri stabitur eius iu-
ramento, vt plene probatur in d. §. cum vero. & tradunt do. de
Rot. in decisi. lxxix. nota, ꝙ vbi quis impetrat. in antiq. cum
aliis adductis per predictos dominos cõsulentes. quibus ad-
de Cassan. super consuetudin. Burgundie, in prima rubrica.
§. quinto. sub nu. 176. in versi. trigesimustertius casus. sed in
casu nostro do. Benuenuta aduersaria d. Isaac suspicatur de
iudice, & testibus, in predicta ciuitate Salonichi cõmorãtibus
cum sit ille locus sub iurisdictione Turcharum, & sic inimicorũ
secte Christiane, ac etiam Hebraice, vt notũ est, & per alios de-
ducitur, & preterea in tali loco facile testes corrumpuntur, & iu-
dices cum sint oẽs venales, vt mihi asseritur, & creditur proba-
tum, merito do. Benuenuta iustam habet causam suspicandi,
& vbi etiam aliqua causa non probaretur, ipsa talẽ suspitionem
proprio iuramento confirmat, ergo &c. per predicta, & debent
predicta inducere iudicem ad sic suspicanduz propter quod ta-
lem cõmissionem examinis in dictis locis facere non debet ma
xime attenta magnitudine cause, de qua agitur, vt signãter de-
terminat Io. de Imol. in l. cum ab initio. ij. col. ad fin. ver. sed
vidi dubitari. ff. quemad. testa. aper. & tradit Afflic. in d. consti
tu. in pecuniariis. cum aliis adductis per alios consulentes.
¶ Et dum vnus eorum dicit audiendam dominam Beneue-
nutam recusantem iudicem examinaturum, vti suspectum, sicu
ti etiam testes recusari possunt de eis arguendo, iuxta tradita
in c. cum speciali. de appellat. cum aliis per eum deductis. Ad-
3 do ꝙ immo argumentum valet a fortiori, cum iudex † facilius
ex pluribus causis possit, vt suspectus recusari, ꝙ̃ testis, vt con-
cludit plura ad hoc allegando Beltran. in consi. ccx. non soluz
sani. nu. 13. j. vol. ex primis.
4 ¶ Et quod † examinator testiuz possit suspectus allegari, & ita
recusari post alios, quos allegat, firmat Ioan. de Amicis in
consil. cx. in causa inquisitionis. iiij. colum. versiculo accedat
predictis.
¶ Adest etiam circa testes in dicta terra Solonichi examinan
dos alia ratio probabilis suspicionis ex eo, scilicet, quia sunt
compatriote dicti Isaac, cum & ipse in eo loco sit natus, &
educatus, & cum hominibus illius loci, veluti sibi conterra-
5 neis magnam habuerit conuersationem. Etenim † quando
compatriote, seu conterranei testificantur pro conterraneis
aduersus extraneos non sunt omni exceptione maiores, eo-
rumq; fides dicitur aliqualiter diminuta, iuxta doctrinã Cur.
Senior. in tracta. de testib. in xxx. conclusione. sub nu. 65. cum
aliis deductis supra per dominum primo consulentez, quibus
addo Io. de Amicis in consi. lij. in inquisitione formata. v. col.
versic. item sunt preferrendi.
¶ Et licet ista causa suspicionis per se sola forte posset reddi
dubia, per tradita per Beltrand. in dicto consilio ccx. nu. 12.
tamen vna cum aliis considerabilis est, vt scilicet alias confir-
6 met, & augeat, iuxta illud † singula, que non prosunt, multa con
nexa iuuant, vt dixit glo. in l. instrumenta. C. de probatio. cum
concordantibus, vt dixi in consi. viij. in presenti consultatione.
num. 36. ij. vol.
¶ Stantibus itaq; predictis causis suspicionis, & ne quid sini-
stri contingat, puta ne testes, aut examinator corrumpantur,
aut quid simile contingat iudex in casu nostro talem examina-
tionem ad locum predictum, aut similem committere non de-
7 bet, sicuti † etiam non debet committi, quando timor est testi
bus metũ inferri, vt signanter voluit Roma. in singu. dccxxxij.
litigabant in ciuitate.
¶ Concluditur igitur ex predictis vigore istius prime limita-
tionis (scilicet ratione suspicionis) ad regulam, de qua supra,
commissionem examinis, de qua agitur ad loca prefata in casu
nostro fieri non debere.
¶ Secundo regula predicta limitatur, qñ in petente talẽ com-
missionẽ fieri ꝯstaret de calũnia saltẽ p̃sumptiue, q. s. vehemẽs
sit suspicio, ꝙ talis petitio petat̃ non ex iustitia, sed gratia mo-
8 rãde litis, & differende condẽnationis de eo faciende, nã † tunc
sicut iudex ob talẽ calũniam potest exceptionem aliaz reiicere,
& sententiã proferre, vt docet Inno. in c. post electionẽ. in gl. in
verb. institutio. cum quo Doct. transeunt extra de ꝯces. prebẽ.
& Alex. qui alios ẽt allegat in ꝯs. lxv. habita super ꝯtẽtis. nu. 7.
9 vers. fortificant̃ predicta. lib. j. Ita ẽt † ꝓpter similem calũniaz
debet iudex denegare cõmissionem examinis, & literas remis-
sorias ad longinqua loca, prout voluit Bal. in d. l. iudices. C.
de fid. instru. & dixit Roma. in consi. cclxxiij. clarũ est beneficiũ.
nu. 3. & post eum Fely. in c. de cetero. nu. 12. extra de re iudic.
refert, & sequitur Marsil. in Practica sua criminali. §. op-

fortune.nu.80.& nouissime ita firmat Cassador.in decis.iij.in titul.de dilat.vbi allegat Roma.& Fely.in locis predictis,& dixerunt predicti do.consulentes, quibus addo, q idem voluit Jo.Franc.Paui,in tract.de offic.& potest.capit.sed.vacan.in x.q.j.partis.nu.9.ibi,si non calumniose petatur. & nu.10.ibi, vel quando ex coniecturis apparet quod petitur calumniose, & allegat Innoc.& Archi. vt per eum.

¶Et ista limitatio etiam seruit in casu nostro, cum vehemens sit opinio,& presumptio,q dictus Isaac petat literas remissorias,de quibus agitur calumniose,& animo morande condemnationis.& hoc ex pluribus facile colligitur, & inter alias coniecturas tres sunt multum clare, videlicet testamentum do.Samuelis: Item instrumentuz diuisionis, & finis factum inter ipsum Isaac,& fratres,& Tertio etiam examen factum pro parte do.Beneuenute in ciuitate Ferrarie vbi de re hac agitur, prout has tres coniecturas ordinate prosequitur Excellens Ronchegallus secundus consulens. Dicimus enim q cu Isaac petens remissorias,de quibus supra,sibi concedi ad finem,vt probet se natum de legitimo matrimonio, & sic se esse filium legitimum,& naturalez predicti Samuelis dicitur calumniose id petere,quia satagit probare id,cuius contrarium verum videtur iuris presumptione,& quasi dicitur probatum.

¶Primo ex eo q don Samuel predictus in suo testamento vocat ipsum Isaac filium suum bastardum, & ita de iure presu-
10 mitur esse donec contrariu aperte ostedatur,cu paterne † assertioni standu sit otrario non probato,vt voluit glo. in l.fi.ff.de proba.& in l.neq professio.C.de testa.& ibi tradunt Doct.maxime Alex.& Jas.cum aliis adductis per alios consulentes.

¶Et presertim hoc credendu est,qr don Samuel nedu Isaac bastardu filium nominauit, sed vt bastardum tractauit ipsi relinquendo duntaxat 500.aureos,quasi q sibi pro alimentis cen-
11 seantur relicti,prout † ei ad alimenta pater tenebat et q fuisset filius spurius,vel ex alio reprobato coitu damnatus.l.si quis a liberis.in prin.& per totaz.ff.de lib.agnos.iunct. c.cu haberet. extra de eo qui dux.in matr.qua pol.per adult. dico.n.q ex tali relicto bastardo filio conuenieti vna cum paterna illa assertione presumendum est,q vere fuerit bastardus,iuxta tradita per Aret.in c.per tuas.extra de proba.prout euz refert, & sequitur patruus,& dominus meus Socin.in consil.lxxxix. in causa agitata.ij.colum.j.volum.

¶Et vltra dico,q nulli prudenti viro vnq verosimile fiet,nisi quod a patre expressum fuit,na cuz Samuel vir esset prudetissimus,ipsumq admodu diligeret,& in suis negociis plurimuz eius opera vsus fuisset,non est credendu,q cotra veritatem in preiudiciu dilecti filij voluerit ita metiri in magnu sui dedecus,
22 & ad ppriе anime cruciatu sm leges eor, vnde † sumpto argumento ab eo,qd non est verosimile,iuxta l.cu pater.§.pater certa.ff.de leg.ij.& c.solicite.extra de restit.spol.cum vulga.credendum oino est,q Isaac sit bastardus, qr alias non sic pater euz vocasset,sic igitur sequitur maximaz esse presumptionez, q ita sit veritas,& consequenter etia,q calumniose petantur litere remissorie pro examine faciendo,vt contrarium probetur.

¶Secundo ide suadet ex verbis instri inter pdictos fratres, nam in eo dr prestans vir don Isaac filius don Samuelis &c.& paulo post dr ad instantia honorabilium viror don Jacobi,& don Leonis filiorum legitimoru,& naturaliu dicti don Samuelis &c.ex quibus verbis ostendit,q Isaac non erat filius legitimus,& naturalis,cu ista soluz tribuatur eius fratribus, sz erat simpliciter filius,prout in d.instrumento appellat,& sic non legitimus,sed tantu naturalis,na licet alias appellatione filij simpliciter venire possit legitimus,& naturalis, tamen isto casu venire non potest,qr cum isti filij sub diuersis nominibus vocentur,debent vt diuersi intelligi arg.l.si quidem.C.de codicill.& ex aliis adductis per vnum ex dictis consulentibus.

13 ¶Et vltra eum probatur optimo simili,nam †si testator in testameto facit mentione de filiis simpliciter in vno loco, in alio de filiis masculis,simplex filiorum appellatio non restringitur ad masculos,& hoc qr,qn de masculis tantuz loqui voluit illud sciuit exprimere,& vbi non expressit creditur noluisse, cum facile erat ei exprimere,sicut in alio loco fecit, arg.l.j.§.sin autem, ad deficientis.C.de cad.toll.& c.ad audientiam. in fin.extr.de deci.bene facit c.inter corporalia.circa med.versicu.vnde si circa translationem.extra de transla.episc.ita signanter determinat Jo.de Anan.in consi.xxij.ad approbandaz,quod etiaz firmat patruus,& do.meus Soci.in consi.cxxxvij.presens consideratio col.mihi xj.versi.nec etiam prima obstat.ij.vol.& plenius in consil.lxix.viso testamento.mihi vj.col.in prin. in versic.addo tn, q in casu nostro.iij.vol.licet de Anania mentionez non faciat, cum concordantibus,quos ita firmando allegat insignis moder.Jo.Franc.Calc.in quadam subscriptione ad consil.meuz cxxviij.j.vol.& est septima subscriptio post tale consiliu impressa,& est ibi nu.233.& ego etiaz ita firmaui,& multos allegaui in osi.clviij.Illustrissimus dominus Andreas.nu.39.40.& 41. ij.vol.& alibi sepe,sic igitur in casu isto dicendum est, q sub nomine filij simpliciter prolati(quod tribuitur Isaac) soluz venit naturalis tantum,& sic bastardus,cum respectu fratrum fuerit expressa qualitas legitimorum,& naturalium tacita respectu dicti Isaac.

¶Accedat huic considerationi decisio, quam ego feci in preal-
14 legato consil.cxxviij.in ij.q. videlicet, † q si institutis filiis fiat primo loco inuicem substitutio ei,qui predecesserit, & postea si vterq sine liberis decedat,fiat alia substitutio, in prima substitutione non subauditur conditio si decesserit sine liberis, cum illam testator expresserit in secunda substitutione,& non in prima,vt ibi videbis sub nu.42.& multis seq.& tale consilium fuit subscriptum,& approbatu per plurimos excellentissimos Doctores vsq ad 21.vt post dictum consiliu impressuz inuenies. Dicamus igitur in proposito casu fratres predictos in predicto contractu asseruisse Isaac non esse filium legitimum,& naturalem,& consequenter ipsummet Isaac hoc in effectu confessuz fuisse,merito ergo tali assertioni, & quasi confessioni standu est contra eum.arg.l.cum precum.C.de liberal.caus. cum simili.

¶Non obstat si dicatur q illa non sunt verba partium,sed no-
15 tarij:quoniam respondetur,q † quicquid a notario dicitur de consensu partium dicitur dictum.ad not.per Bal.in l.j.col.fi. C.de priuileg.dot.& tradit Deci.in cosi.ccccl.apertissime, nec in assertione notarij alioquin legalis debet presumi falsitas, vt per Corn.in consi.cclxj. de duobus. litera R.iiij.vol. & dixi in cons.cxlvij.do.Baptista de la Raffa.nu.xj.ij.vol.& sic etia hac secunda consideratione ostenditur,q si non adest plena probatio,adest tame vehemetissima opinio,& presumptio q calumniose predicte litere remissorie petantur.

¶Tertio vero idez ostenditur,vt creditur, ex probationibus factis,licet nondum visis, vt per predictum consulentem dicitur,ad quem me remitto, si igitur calumniose petuntur litere remissorie,sequitur q non sunt concedende per predicta. Et certe vltra predicta inauditum est,q per iudicem Christianuz fiant tales litere ad loca infidelium.

¶Et demum,q non sint concedende apertissime demonstra-
16 tur,qr †frustra petitur concessio literarum ad probandum,qd probari prohibetur,& sic concessio illa non releuaret. l.ad probationem.C.de proba.& l.hec stipulatio.§.Diuus.ff.vt lega.nomin.cau.cum simil.sed sic est,q probatio, quam facere satagit Isaac per eum fieri non potest,ergo &c.Illud autem probatur,qr ex lege Mosaica,& declaratione sapientum Hebreoru, cui ipsi subiiciunt, debet stari assertioni patris contineti Isaac esse bastardum,& ita vt non admittatur probatio in contrariu, ergo &c.vt per ambos excellentissimos consulentes deductum fuit,ad quos me remitto,& hoc fundamentum puto esse indubitatum stantibus in facto veris, que in eo mihi presupponuntur. Laus Deo Opt. Max.

¶Socin.Nepos Bononie. 1551.

CASVS CONSILII XXXV.


ILLVSTRISSIMVS Henricus Lantgrauius Hassie in effectu ab Episcopo Herbipolensi de anno 1470. fuit inuestitus pro se, & ex corpore suo natis masculis de feudis Darmstade,Bisingen,Elappodi,& Eschelburg, cum ceteris bonis ad talia pertinentibus sub titulo feudi masculini,cum ea tamen declaratione,q si dictus Henricus decesserit sine liberis masculis,& si contingeret alios suos heredes vulgares feuduz predictum possidere,tunc Episcopo predicto reseruatum sit si vellet ab eisdem heredibus possessionem dicti feudi redimere, seu liberare decem millibus aureorum.

¶Qui

¶ Qui Henricus decessit superstitibus sibi vnico filio masculo dicto Gulielmo Tertio, & duabus filiabus Elisabeth, scilicet & Matilde.

¶ Gulielmus Tertius filius patre mortuo vti heres feudalis de predicto feudo de anno. 1490. ab episcopo Herbipolensi fuit inuestitus repetita, & renouata eadem declaratione, seu eodem pacto decem millium aureorum.

¶ Qui cũ a Gulielmo secundo, siue medio Lantgrauio Hassie patrueli cõueniretur, vt ei redderet tutele ratione͂ per Henricum patrem administrate, tandem cum eo transegit medio Archiepiscopo Coloniensi, & simul conuenerunt, vt Gulielmus secũdus renunciaret actioni tutelari prout fecit, & vt agnatus simul cum Gulielmo tertio patrueli inuestiretur de omnibus feudis, que tertius habebat a Comitibus in Cattenelpogea, vel aliunde acquisiuisset, & promissit Tertius se strenuam operam daturum quod secundus ab alijs dominis feudorum principibus, & prelatis, ita inuestiretur, sicut iam actuʒ erat de feudis imperialibus.

¶ Et huius inuestiture (vt aiunt) simultanee vis erat, vt si Tertius sine liberis masculis decederet feuda ad secũdũ peruenire͂t.

¶ Inde Gulielmus Tertius duxit vxoreʒ dominã Elisabeth Palatinam, dotemqʒ pactus fuit duorum & triginta millium aureorum, donationem vicissim eiusdem summe constituit, ac sponsalitiam largitatem decem millium aureorum, fuitqʒ conuentum pactionibus, q̃ eueniente conditione non extantium liberorum masculorum post mortem Gulielmi Tertij decem millia aureorum, que episcopus herbipolensis soluturus erat, volens recipere feuda sibi aperta, non alijs heredibus eius soluerentur, vti prius erat conuentum, sed Elisabeth vxori, aut eius heredibus in computatione͂ pecunie dotalis, ac largitatis, taliqʒ pactioni in effectu cõsensit episcopus Herbipolẽsis.

¶ Ac etiam voluit Gulielmus Tertius, q̃ futuri sui successores in principatu, & Comitatibus a se relictis omni meliori modo teneantur de omni casu, & periculo bonorum obligatorum Elisabeth Palatine coniungi eius, cui pro dote, donatione propter nuptias, & pro largitate, ac ceteris pactionibus dotalibus hypothecata fuerunt Barmstade cum ceteris bonis feudalibus ab Herbipolensi episcopo habitis, cum ipsius episcopi consensu, seu confirmatione prestita de anno. 1498.

¶ Moritur postea Gulielmus Tertius sine liberis, Elisabeth, & Matilde sororibus iam nuptis superstitibus.

¶ Vxor eius vidua relicta possessionem Barmstade, & aliorum hypothecatorum accipit, & iure dotali illis fruitur nemine reclamante.

¶ Inde Gulielmus medius vel secundus proximus agnatus ex familia Hassiana post mortem Tertij, de Barmstade, & alijs tanquam apertis episcopo Herbipolensi per eum fuit inuestitus, quemadmodum etiam per prius in vita Tertij vna cum eo a Cesarea Maiestate de Principatu Hassie, & alijs Comitatibus fuerat inuestitus, & currente anno. 1502. pactũ illud dece͂ millium aureorũ pro liberando feudo soluendorũ in casu non existentium liberorum masculorum in gratiaʒ episcopi redactum fuit ad quinqʒ millia.

¶ Elisabeth Palatina secũdo nupsit Philippo Marchioni Badensi, tunc Gulielmus secundus soluit Palatine summaʒ. 74000. aureorũ pro quibus hypothecata erãt Barmstade, & alia bona, & ita ipsorum bonorum vacuam possessionem iure feudali nactus fuit, & libere cepit possidere.

¶ Domina Elisabeth soror Gulielmi Tertij eius hereditateʒ pro dimidia petijt, & tandem obtinuit sententiam declaratoriã ipsam heredem pro dimidia esse defuncti fratris, & bona eius illi pro dimidia esse restituenda, exceptis tamen feudis masculis, & bonis, quorum femine non sunt capaces, que sententia, a Cesarea maiestate fuit confirmata, & per eam in negocio executionis fuit declaratum Barmstade quoque cum alijs bonis Herbipolensibus heredibus Elisabeth iam defuncte restituenda esse vna cum perceptis fructibus, et hoc factum fuit de anno. 1548.

¶ Postea ad instantiam procuratorum Lantgrauij rei condemnati, cum ipse iam esset sub custodia sue Maiestatis ab ea supplicando obtentum fuit clausulam illam sententie loquentem de Barmstade, & alijs bonis Herbipolensibus debere recognosci & (vt dicunt) reuideri.

¶ Istis sic stantibus, queritur vtruʒ domine Elisabeth, & hodie eius filijs, & heredibus Comitibus de Nassau, ex illo pacto decem millium aureorum sit ita ius immutabiliter quesitum, vel in bona ipsa, vel in personam Gulielmi secundi vt merito debeant mitti in possessionem feudoruʒ Herbipolensiũ, & ad maiorem dicte questionis declarationem de quatuor distincte erit tractandum.

¶ Et primo, vtrum pactum illud. 1000. factum in fauorem heredum vulgariuʒ Gulielmi Tertij potuerit mutari, & transferri in fauorem Elisabeth Palatine eius vxoris?

¶ Secundo, vtrum natura feudi herbipolensis masculini dicatur mutata per dictum pactuʒ, ita vt vulgares heredes Tertij ad id sint admittendi, etiam si sint femine, saltem donec sibi soluantur. 1000?

¶ Tertio, vtrum episcopus Herbipolensis potuerit Gulielmum secundũ inuestire de dictis feudis, cum nondum eorum possessionem accepisset, nec. 1000. soluisset?

¶ Quarto vtrum predictis heredibus Elisabeth per Cesaream Maiestatem in negocio executionis potuerit iure decerni possessio dictorum feudorum cum fructibus a reo conuento perceptis?

¶ His autem bene resolutis colligetur aperta resolutio questionis de qua principaliter disputatur.

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De contractu, quod ab eo contrahentes recedere possint, & eum alterare.

¶ De pacto in fauorem heredis facto, quod nullum ius prebeat viuo paciscente.

¶ De pacto absenti facto, q̃ reuocari possit ante acceptationem maxime si notarius pro absente non fuit stipulatus.

¶ De pacto, vt dece͂ millia soluantur heredibus vasalli siue feudalibus successoribus decedentis per dominũ directũ si heres feudum possideat quid operetur, & qualiter intelligatur?

¶ Et an ex tali pacto feudum fiat simpliciter hereditarium, vel femineum?

¶ Et de inuestitura facta per dominum directum alio possidente feudum an valeat, & quale ius tribuat inuestito, maxime si postea adipiscatur possessionem feudi?

¶ De pacto, seu promissione ab aliquo facta q̃ solum ipse, & heredes obligentur, non autem alius.

¶ Et q̃ ex tali promissione nullum ius reale oriatur.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *¶ Pacta & cõuentiones licet ab initio ex uoluntate procedant, ex post tamen sunt necessitatis, & obseruari debent.*

2 *Ius alicui per pactum quæsitum non potest ab eo absque eius facto & consensu auferri.*

3 *Ius alicui quæsitum ex pacto non debet nouo pacto ab eo in alterum transferri, ipso inuito, nec ad nouum pactum citato.*

4 *Contractum dissoluere eorum est qui illum contraxere, nedum re integra, sed etiam si aliquid hinc aut inde sit datum, modo conueniant in dissoluendo.*

5 *Venditio non fit de hæreditate uiri.*

6 *Homines bona acquirentes dicuntur prospicere sibi & hæredibus, licet id non exprimant.*

7 *Ius non potest dici alicui quæsitum nec probabile quod illi firmum non est sed reuocabile.*

8 *Absenti & uerosimiliter ignoranti, nulloque pro eo acceptante nihil quæri potest.*

9 *Dispositio conditionalis euanescit deficiente conditione.*

10 *Statutum cõtra ius commune stricte intelligi debet, ut minus per illud recedatur à iure communi.*

11 *Feudum si domino aperitur, deficiente linea masculina uasalli, aut alio modo regulariter debet ad dominum libere reuerti absque eo quod quicquam soluere teneatur.*

12 *Recessus à promissis licitus est, absque metu periurij, si causa subsit, & res incipiat se aliter habere.*

13 *Fideiussor uti accessorius liberatur ex pacto de non petendo facto per reum.*

14 *Vnum qui uult dicitur uelle omne id sine quo illud esse non potest.*

15 *Actus cuiuslibet debet fieri talis interpretatio ut ualeat & sortiri possit effectum.*

16 *Inuestituræ tenor semper & ante omnia attendendus est.*

17 *Fœminæ per masculos in feudis excluduntur, etiam quod simpliciter dictum fuisset, pro se & hæredibus, nam illa uerba in dubio intelligerentur in materia feudali, id est pro liberis, cum aliàs fœminæ sint regulariter incapaces feudorum.*

Inuestituræ

18 *Inueſtituræ tenor (per quem fœmine excluduntur & omnes qui non eſſent de deſcendentibus maſculis) adeo debet attendi & conſiderari, ut non poßit mutari & alterari in præiudicium maſculorũ in inueſtitura cõprehenſorum p aliquas cõuentiones aut nouas inueſtituras.*

19 *Feudum non poteſt alienari per uaſſallum in præiudicium agnatorum, etiam cum domini conſenſu, ſemper enim illi agnati uenire poterunt uigore ſeu ex tenore primæ inueſtituræ.*

20 *Poſſeßio bonorum quæ defunctus poßidebat debet peruenire in hæredem etiam ſi ab inteſtato ſuccedat, & ibi quomodo id fieri poßit.*

21 *Verba conditionalia non diſponunt, nec aliquid in eſſe ponunt.*

22 *Inueſtitura de re aliena facta non ualet realiter.*

23 *Inueſtitura fit proprie per tranſlationẽ dominij tantũ ſeu poſſeßionis.*

24 *Conſtituens ſe alieno nomine poſſidere transfert poſſeßionem, quando eo tempore ille poſſidebat, aliâs non.*

25 *Conditio iniqua non debet alteri per alterum inferri.*

26 *Ius alienum per inueſtituram alicui conceſſam non læditur, ſed ſemper intelligi debet, ſaluo iure cuiuſcunque.*

27 *Dominus poteſt feudum ad ſe reuerſum alteri concedere.*

28 *Allegatio iuris tertij (regulariter loquendo) licita non eſt.*

29 *Obligatio omnis tollitur ſolutione eius quod debetur.*

30 *Inueſtitura propria & uera eſt habens de præſenti effectum ſuum, quando fit à poßidente cum traditione rei feudalis, poteſt tamen à non poßidente etiam fieri uerbo & per aliquod ſignum, quæ ſolet dici abuſiua.*

31 *Ius quod quis habet facilius conſeruatur quam de nouo acquiratur.*

32 *Fructus uti acceſſorij bonorum eodem iure iudicantur quo & ipſa bona, immo aliquando fructus non ſunt reſtituendi etiam quod bona reſtituantur.*

33 *Inueſtitus legitime non debet priuari feudo nulla ipſius inueſtiti culpa exiſtente aut probata.*

34 *Hæres non poteſt contrauenire hijs quæ à teſtatore facta fuerunt, ſed illa tenetur approbare & rata habere.*

35 *Locus ab enumeratione partium ualidus eſt in iure.*

36 *Vendicatio dari ſolet ſolummodo inueſtito qui aliquando etiam poſſeßionem habuit.*

37 *Actio ſeruiana pignoris perſecutiua in rem dicitur.*

38 *Illatio bona non fit ex diuerſis.*

39 *Obligatio perſonalis non ſequitur rem aliquam neque ſingularem ſucceſſorem, ſed tantum ipſum promittentem afficit, & eius ſucceſſorem uniuerſalem.*

40 *Hypotheca ſiue pignoris obligatio eſt acceſſoria ad principalem obligationem, & pro qualibet obligatione fit, unde ſi principalis ſit nulla, corruit etiam acceſſoria.*

CONSILIVM XXXV.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis ⁊ iuſtitie.

¶ In preſenti conſultatione breuius quam potero inſtabo ſubſtantialiter, ⁊ quaſi concluſiue loquendo, tum propter multiplices occupationes meas, cuꝫ ⁊ maxime quia apud me eſt modice difficultatis vt ex infra dicendis apparebit. Proſequẽdo itaqꝫ ordinem queſtionum de quibus in puncto.

¶ Circa primam dicet forraſſe aliquis parum cõſiderans mutationem predicti pacti fieri non potuiſſe in preiudicium vulgarium heredũ Gulielmi Tertij, ⁊ ſic pro rata ſua domine Eliſſabeth, eius ſororis, ⁊ heredis declarate, ac ſucceſſorum ſuorum,
1 etenim † pacta, ⁊ conuentiones licet ab initio ex voluntate procedant, ſunt tamen ex poſt neceſſitatis, ⁊ obſeruari debent l. ſicut ab initio. C. de act. ⁊ oblig. hinc dicitur, ꝙ ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt. l. in diem. in princ. ff. de aq. plu. arcen. ⁊ regula quod ſemel. de reg. iur. lib. vj. cum ſimilibus. vt dixi in conſi. cvij. illuſtris quondam. nu. 44. ij. vol.

¶ Et cum ex illo pacto decem millium aureorũ videatur ius queſitum domine Eliſſabeth heredi vulgari pro ſua rata non
2 videtur, † ꝙ potuerit ei tale ius aufferri abſqꝫ facto, ⁊ conſenſu eius. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. ⁊ procedit hoc etiam ſi ius mihi queratur ex pacto alterius vt l. fin. vbi bonus text. ff. de pact. ex quo non videtur obſtare, ꝙ domina Eliſſabeth, nec ipſa pactum fecerit, nec ei preſens fuerit.

3 ¶ Unde ſi ei iam fuit ex dicto pacto ius queſitũ, † non debuit, nouo pacto ab ea idem ius in alterum transferri ipſa inuita, nec ad nouum pactum citata arg. l. nam ita diuus. cum his, que ibi tradunt Bald. ⁊ alij. ff. de adopt. ⁊ l. de vnoquoque. cum ſua materia. ff. de re iudic.

¶ Iſtis tamen non obſtantibus, que vere caſum noſtrum nõ attingunt in contrarium eſt manifeſta veritas, ⁊ ſic concludendum eſt pactum illud decem millium primo loco factum per eoſdem paciſcentes potuiſſe mutari, prout nouo pacto factum extitit, abſqꝫ eo, ꝙ contra illud poſſit aliquid per dominã Eliſſabeth, aut alios vulgares heredes Gulielmi Tertij allegari.

¶ Iſta concluſio probari poteſt primo ex iure ipſorum paciſcentium in quo ſtat primum caput eius.

¶ Secundo ex non iure domine Eliſſabeth, vel hodie eius heredũ, aut alterius cuiuſcunqꝫ vulgaris heredis predicti Gulielmi Tertij, in quo conſiſtit ſcõm caput noſtre concluſionis.

4 ¶ Primum autem manifeſte probatur, quia regula eſt, † ꝙ eorũ eſt diſſoluere contractum, qui illum contraxere nedum re integra prout in caſu noſtro, ſed etiam ſi aliquid hinc, aut inde ſit datum, modo conueniant in diſſoluendo. vt eſt text. in l. ab emptione, per totam ⁊ ibi declarant Doct. ff. de pact. facit l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. cuꝫ ſimilibus, hinc dicimus, ꝙ omnis res per eaſdem cauſas diſſoluitur, per quas nata fuit c. j. de regu. iur. in antiq. ſed ſic eſt, ꝙ pactum illud decem millium aureorũ heredibus vulgaribus Gulielmi Tertij ſoluendorum factum, ⁊ in eſſe deductum fuit per ipſum Gulielmum Tertium, ⁊ per epiſcopum Herbipolenſem ergo per illos maxime re integra potuit tolli, ⁊ diſſolui, ⁊ ſi poterant in totum illud tollere, fortius potuerunt alterare, ⁊ mutare transferendo de heredibus d. Gulielmi in eiuſdem vxorem, qui enim poteſt quod eſt plus, facilius poteſt, quod eſt minus per argumẽtũ de maiori ad minus reſpectu ſubiecti affirmatiue per auth. multomagis. C. de epiſ. ⁊ cleri. ⁊ per alia iura vulgaria.

¶ Nec de hoc conqueri poteſt domina Eliſſabeth, aut alius quilibet vulgaris heres, cum ei nullum fuiſſet ius queſitum vt ex infra dicendis apparebit. Sic itaqꝫ conſtat paciſcentes predictos ex iure ſuo potuiſſe pactum predictum mutare, prout mutauerunt, ⁊ ſic primum fundamentum concluſionis noſtre, ſeu primum caput eius dicitur probatum, ⁊ ni fallor dicitur clariſſimum.

¶ Secundum vero vt ſcilicet concluſio in ſecundo ſui capite procedat ex non iure dñe Eliſſabeth, aut ſucceſſorum eius, ⁊c. oſtenditur primo quia vere ei, vel eis ex illo ſimplici pacto nullum ius fuit queſitum in vita domini Gulielmi Tertij cum ex tali pacto ius ſuſcipiendorum decem millium fuerit deſignatũ heredibus dicti Gulielmi, ⁊ ſic eis, qui eius hereditatem habebunt, que ſine dubio non datur eius qui viuit cum ſit ſucceſſio
5 in ius defuncti. l. nihil aliud. ff. de verb. ſignifi. hinc eſt, † ꝙ de viui hereditate non fit venditio. l. j. ff. de hered. vel act. vendit. repudiatio eius valide non fit l. qui ſuperſtitis. ff. de acquiren. heredi. item pactum de ea regulariter non valet. l. fina. C. de pact. cum ſua materia, nec vſucapiuntur bona eius titulo pro herede. l. j. ff. pro hered. ⁊ l. opinione. C. eo. titu. immo improbus reputatur, qui ſolicitus ſit de hereditate viuentis. l. ij. §. interdum. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ ad hoc alia plura cumulari poſſent, ſi igitur predictis nihil potuit dici queſitum, ſequitur, ꝙ dicto Gulielmo licitum fuit de illis decem millibus aliter diſponere, ⁊ a iure ſue hereditatis aufferre, ſicuti etiam cuilibet liceret de quacunqꝫ re per ſe acquiſita licet dicatur acquiſita pro
6 ſe ⁊ heredibus prout communiter contingit, quia † homines bona acquirentes dicuntur proſpicere ſibi, ⁊ heredibus etiam ſi id non exprimatur l. veteris. ⁊ ibi tradunt Doct. C. de contrahen. ⁊ commit. ſtip. cum ſimilibus per me allegatis in cõſil. lviij. Nobilis domina Jacoba. nu. 13. ij. vol. nulli enim dubiũ eſt, quemlibet de re ſua in vita diſponere poſſe. l. in re mandata. C. mand. etiam abutendo. l. ſed ⁊ ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hered. ⁊ ſic a iure hereditatis ſue amouere, ⁊ iſtud in caſu noſtro arbitror clariſſimum.

¶ Secundo idem probatur, quia domina Eliſſabeth erat pro ſua rata ſucceſſura abinteſtato ſi Gulielm⁹ deceſſiſſet ſine filijs quod facile ei poterat aufferri tuꝫ quia Gulielmus frater eius poterat alium quemlibet in teſtamento inſtituere iuxta tradita per Bart. ⁊ alios in l. qui Rome. §. duo fratres in vj. queſt. ff. de verb. oblig. vbi ego poſt alios dixi in ſecunda concluſione, tum etiam, quia poterat Gulielmo predicto ſupereſſe filia femina, que licet non fuiſſet heres beneficiaria, ſeu feudalis, tamen fuiſſet heres vulgaris, vel proprietaria, ⁊ vt filia dominã Eliſſabeth, ⁊ omnes alios excluſiſſet auth. in ſucceſſione, ⁊ in corpor. vnde ſumitur. C. de ſuis ⁊ legit. vnde ſuccedit regula, ꝙ
7 † non poteſt dici alicui ius queſitum, nec probabile, quod illi firmum non eſt, ſed reuocabile arg. l. non quocunqꝫ. in princi. ff. de leg. j. ⁊ plura ad hoc cumulat Crauett. in conſil. clxxxij. videtur ꝙ iudicium. nu. 2.

¶ Tertio

¶ Tertio non potest dici domine Elisabeth, & sorori eius ius aliquod ex predicto pacto quesitum etiam si ipsis expressim factum fuerit (quod tamen non interuenit cum solum factum
8 fuerit heredibus vulgaribus, vel proprietarijs) nam † cum ille fuerint absentes, & verosimiliter ignorantes nullusq; pro eis tale pactum acceptauerit illis nihil queri potuit l. absenti. ij. respõ. & ibi tradunt Doct. ff. de donat. & tantominus, quia vulgata est regula, quod alteri stipulari nemo potest. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. obliga. l. vt inter. C. de inutil. stipulat. & §. si quis alij. & §. alteri. insti. eod. titu. nimirum ergo si potuit Gulielmus Tertius tale pactum reuocare & in vxorem suam Palatinam transferre, nam secundum aliquos talis reuocatio valuisset etiam si notarius pro illis tale pactum acceptasset vt firmat Paul. de Cast. in consil. cxcv. visis his, que narrantur in ij. dubio ij. vol. in nouis. quem refert, & sequitur Deci. in cõsil. cxxvj. Magister Joannes. & in consil. cccccxcviij. visis his, & in l. contractus. j. colũ. versi. & ampliatur. ff. de regu. iur. quod an sit verum alias consulendo dixi, sed (quicquid sit eo casu dicendum) quando nullus pro absente stipulatur, aut recipit (vti in casu nostro contingit) non est dubium reuocationem fieri posse per predicta, & tãtomagis reuocatio pacti de quo agitur fieri potuit & Palatinam transferri, cum predicte domina Elisabeth, & soror eius nominate non fuerint.

¶ Quarto aperte idem ostenditur, quia ex dicto pacto decem millia aureorum heredibus predictis soluenda erant sub duplici conditione, videlicet si ipsi feuda ab episcopo Herbipolensi per dictum Gulielmum suscepta possiderẽt, & si ea episcopus ab illis heredibus recipere vellet vti sibi aperta, vt clare verba predicti pacti important sed nullum istorum interuenit, ergo &c.

¶ Primum enim notissimum est, quia licet domina Elisabeth fuerit declarata heres pro sua rata predicti Gulielmi Tertij fratris eius, tamen nunquam Darmstade, vel Bissingen, aut alia feuda Herbipolensia possedit, sed statim mortuo Gulielmo eorum possessionem suscepit vxor eius eo, quod talia bona essent illi hypothecata pro suis dotibus, & dotalitijs pactis cum consensu d. episcopi vt in puncto narratur.

¶ Secundum similiter constat, quia nunquam dictus episcopus voluit, a domina Elisabeth talia feuda recipere, nec etiam id velle poterat, cum apud eam talia feudalia bona non essent vt episcopo restituere posset, cum igitur predicti pacti quelibet ex predictis conditionibus defecerit, & verificata non fuerit, se-
9 quitur pactum ipsum euanuisse, & nullius esse momenti, vt † de qualibet dispositione conditionali dicitur, vt scilicet eius conditione deficiente penitus euanescat, & annulletur l. j. §. sinautem aliquid sub conditione. C. de caduc. tollen. l. generaliter. §. fin. C. de instit. & subst. sub condit. fact. ibi euanescere substitutionem, &c. l. hec venditio. in prin. ff. de contrah. empt. l. Thais. §. intra certa. ff. de fideicom. libert. cum similibus. facit l. qui heredi. §. Plautius. & ibi Bart. tradit, & Patruus meus Soci. ff. de condit. & demonstra. voluit Oldrad. in consi. cxxvj. natura cuiusq; mandati nu. 6. & Deci. in consi. ccccxxj. plene, & subtiliter nu. 6. & in consi. cccccxxvj. in casu occurrenti nu. 3. cum multis alijs, qui ad hoc cumulari possent, & ego dixi in consil. cij. Mattheus quidam de Colle. nu. 6. & num. 37. & in consil. cxiij. nobilis vir. nu. 16. j. vol. & in consi. iiij. cũ prediũ nu. 16. & in consi. clxxx. nobilis dominus Joan. nu. 39. & 40. ij. vol.

¶ Et eo presertim in casu nostro deficientibus predictis conditionibus debet pactum dici nullius valoris, & nullum ius dicitur prebuisse domine Elisabeth, & alijs heredibus vulgaribus dicti Gulielmi Tertij, quia tale pactum fuit contra naturam contractus feudalis, vnde debet stricte interpretari vt sci-
10 licet minus a solita natura ipsius cõtractus recedatur, sicut † dicitur de statuto contra ius commune, vt scilicet stricte intelligi debeat vt minus per illud recedatur a iure communi iuxta tradita per Doct. in c. cum dilectus. extra de consuetu. & in l. serui vestri. C. de noxal. & tradit Calder. in consi. vj. an statutum. in tit. de constit. Corn. in consil. cxv. in hac consultatione. iij. col. ij. vol. & Patruus, & dominus meus Socin. in consi. lxxxj. nõ est dubium. iij. colũ. iij. volu. cum concordantibus vt scripsi in consi. j. factum tale proponitur. nu. 45. j. volu.

11 ¶ Quod autem tale pactum fuerit contra consuetam naturam dicti contractus notissimum est, quia † regulariter si feudũ domino aperitur deficiente linea masculina vasalli, aut alio modo debet ad dominum libere reuerti absq; eo, quod quicquam solue re teneatur. c. j. de benefic. fratr. c. j. §. j. de success. fratr. & c. j. §. rursus. quib. mod. feud. amitt. cum multis similibus, sed pactum istud grauabat episcopum ad solutionem decem milliũ aureorum, ergo &c. & ad hec facit in argumentum. l. j. cum ibi traditis per Bar. in fin. C. de pascu. public. & priuat. lib. xj. & l. fideicommissa. §. si seruo. cum ibi not. per Bal. ff. de leg. iij.

¶ Demum predictis accedat, quia pactũ illud tunc vires suas erat operaturum in fauorem heredum vulgarium, quãdo res in eodem statu mansissent in quo tempore pactionis erant, sicuti de ceteris conuentionibus dici solet etiam, quod super eis es-
12 set prestitum iuramentum, licitus † enim est recessus a promissis absq; metu periurij si causa subsit, & res incipiant se aliter habere. l. cum quis sibi. in princip. ibi, si in eodem statu maneat. ff. de solut. & est tex. in l. fin. & ibi tradunt Doct. ff. qui satisd. cogant. sed in proposito post pactum predictum status rerum fuit mutatus nam in primis Gulielmus Tertius, qui tunc erat solutus matrimonium cõtraxit, & bona, seu feuda Herbipolẽsia coniugi sue obligauit episcopo consensum tali obligationi accommodante, & ambo a predicto pacto recedentes nouum pactum de decem millibus aureis fecerunt, & preterea episcopus promisit se feuda Gulielmo Tertio concessa concedere etiam Gulielmo secundo eius patrueli, scilicet Gulielmo Tertio sine heredibus beneficiarijs decedente. ergo sequitur quod pactum illud primum de decem millibus aureis virtualiter fuit extinctum, & sic quod causa iusta subest, quod in eo non possint se fundare heredes domine Elisabeth aut alij heredes vulgares dicti Gulielmi Tertij.

¶ Et ex predictis cum aperte constet dominam Elisabeth, aut hodie eius successores nullum ius habere vigore dicti pacti decem millium aureorum clare patet conclusionem nostram de qua supra in secundo capite manifeste probari ex non iure predictorum successorum domine Elisabeth.

¶ Et ex omnibus iam dictis apertissima patet responsio ad allegata in contrarium, nam regula l. sicut ab initio in contrarium allegata procedit in contractibus perfectis, & ex quibus ius partibus est quesitum, sed isto casu domine Elisabeth, aut alijs heredibus vulgaribus, seu proprietarijs Gulielmi Tertij nullum ius erat saltem perfecte quesitum, vt ex predictis patet, ergo &c.

¶ Preterea illa regula, sicut etiam regula, quod semel placuit similiter in contrarium allegata procedunt respectu ipsorum cõtrahentium inuicem non consentientium, tunc enim verum est a placitis altero inuito non posse recedi, & sic contractus esse necessario seruandos contrahentibus scilicet requirentibus, vel eorum altero, verum ex consensu ipsorum contrahentium libere potest a contractu, & a placitis recedi vt supra dictum fuit per l. ab emptione. ff. de pact. cum similibus, sed in casu nostro contrahentes fuerunt Gulielmus Tertius, & episcopus Herbipolensis, qui postea ex communi consensu, a contractu illo, & a sibi placitis recesserunt ergo talis recessus fuit permissus, & pleno iure valuit.

¶ Quod autem dicebatur domine Elisabeth pro sua rata vti vulgari heredi ius quesitum ea inuita non posse auferri per regulam l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. constat nihil obstare, cum supra conclusum fuerit illi nullum ius fuisse acquisitum presertim deficientibus conditionibus predicti pacti.

¶ Nec obstat, quod regula contraria procedat etiam, quod ius queratur ex pacto alterius per l. fin. ff. de pact. Quoniam illud procedit, quando vere erat ius quesitum prout contingit in d. l. fi.
13 vbi † ex pacto de non petendo facto per reum etiam fideiussor liberatur vti accessorius vt ibi glo. declarat merito ergo ibi dicitur, quod fideiussor non de nouo obligatur inuitus, licet reus paciscatur vt a se petatur, sed in casu isto vere non fuit ius acquisitum domine Elisabeth vt dictum est, ergo &c.

¶ Et per eandem rationem tollitur etiam quod vltimo loco dicebatur, quod ipsa non fuerat citata, quoniam cum ius ei non fuisset quesitũ, non erat citanda, & ipsi episcopus & Gulielmus Tertius, qui contrahentes fuerunt, ex arbitrio potuerũt a predicto pacto recedere, & presertim maxima, & iusta causa subsistente scilicet propter superueniens matrimonium Gulielmi Tertij, & obligationem feudorum Herbipolensium factam vxori eius pro dotibus, & alijs matrimonialibus pactionibus, hec de prima quest. sufficiant.

¶ Circa secundam dicet fortasse aliquis parum considerans feudi naturam fuisse ex pacto decem millium aureorum mutatam

tam, ita vt videatur effectum hereditarium, ⁊ in quoscunq; he
redes etiam feminas transmissibile per ipsum Gulielmū Ter
14 tium, nam† qui vult vnum dicitur velle omne id sine quo illud
vnum esse non potest, ⁊ sic eius antecedens necessarium l. nec
is. §. j. ⁊ l. illud. ff. de acquir. hered. l. si iter legatū. ff. de seruit.
⁊ l. ij. vbi tradunt Doct. ff. de iurisd. omn. iudic. cum concor
dantibus vt per Deci. in consil. cccclxxxi. in casu de quo. nu. 4.
⁊ dixi in consil. xxxviij. Magnifici ac iustissimi iudices nu. 2.
j. vol. sed Gulielmus Tertius vasallus, ⁊ episcopus Herbipo
lensis dominus directus feudi de quo agitur voluerunt in di
cto pacto episcopum teneri soluere aureos decies mille here
dibus dicti Gulielmi nulla facta distinctione inter masculos
⁊ feminas modo sint heredes vulgares, siue proprietarij, ⁊ hoc
pro recuperatione predictorum feudorum per ipsum episco
pum facienda ab ipsis heredibus vt clare videntur importare
verba dicti pacti. ergo videntur in necessarium antecedens vo
luisse, ꝙ feuda illa ad tales peruenirēt in casu pacti, ⁊ apud eos
remanerent donec eis decies mille aurei soluerentur, alioquin
tale pactum non potuisset habere locum, quod non videtur di
15 cendum, cum semper† cuiuslibet actus debeat fieri talis inter
pretatio vt valeat, ⁊ sortiri possit effectum l. quoties. ff. de reb.
dub. ⁊ ff. de verb. oblig. cum similibus, ⁊ cū tales heredes po
terant esse femine prout vere fuerūt videlicet sorores dicti Gu
lielmi Tertij videtur concludendum naturam feudi fuisse mu
tatam taliter, vt etiam ad feminas peruenire posset, ⁊ talis mu
tatio videtur valide facta, cum ab initio sic potuisset concedi,
vt masculis deficientibus (immo ⁊ simpliciter) veniat ad femi
nas. c. j. §. filia. de feud. succesl. cum similibus, ⁊ tunc diceretur
feudum non habens propriam naturam feudi prout de iure fie
ri permittitur iuxta rubricā, ⁊ tex. sub ea de feudo non habente
propriam natur. feud. Sic itaq; videtur, ꝙ vigore dicti pacti
decem millium aureorum feudum predictum vbi erat simplici
ter masculinū fuerit effectum etiam femininum.

¶ Uerum istis non obstantibus contrarium puto verius, ⁊
(ni fallor) quilibet recte omnia considerans in hanc sententiā
quam facillime veniet, ⁊ absq; dubitatione aliqua.

¶ Et imprimis ad clariorem demonstrationem nostre ⁊ ve
rissime opinionis presupono, ꝙ feudum de quo agitur dici
tur masculinum, ⁊ ab eo dicūtur excludi femine prout eius in
uestitura demonstrat dum in ea dicitur, pro se, ⁊ eius mascu
linis heredibus beneficiarijs, ⁊c. ⁊ cum in hoc vt soli masculi
vocentur verba inuestiture clara sint, nō est super hoc dubitan
16 dum cum semper, † ⁊ ante omnia tenor inuestiture sit attēden
dus text. est vulgaris. in c. j. in fi. ⁊ ibi not. Bal. ⁊ alij. de duob.
fratr. a capit. inuestit. ⁊ tradit Alex. in consi. xxiiij. ponderatis
his j. col. lib. v. Curt. Iunior in tract. feud. vj. cart. iij. colum. ⁊
Zasi. in consi. xij. nobiles de A. nu. 59. j. vol. cum concordanti
bus vt scripsi in consi. lxxi. Nobilis dominus Hieronymus.
nu. 1. ⁊ in consi. lxxvij. cum vigeret bellum. nu. 12. j. volu. ⁊ in
consil. cj. Alexander furega nu. 21. ij. volu. ⁊ plene tradit Pa
risi. in consi. xiij. attingendo articulum nu. 13. ⁊ 14. j. volu.
17 ¶ Et hoc† ꝙ femine per masculos in feudis excludantur pro
cederet etiam, ꝙ simpliciter dictū fuisset pro se, ⁊ heredibus,
nam illa verba in dubio intelligerentur (in materia feudali)
idest, pro liberis c. j. §. ⁊ si clientulus. vbi Bald. ⁊ alij not. de
alienat. feud. cum concordantibus vt dixi in consi. lxij. Gratia
deus de Calvagnis nu. 26. j. vol. ⁊ quidē masculis cum alias
femine sint regulariter incapaces feudorum. c. j. §. cum autē,
qui feud. dar. poss. ⁊ dixi in consi. j. factum tale proponitur. nu
me. 119. ⁊ 120. j. vol. super hoc tamen non est insistendum, cū
in casu nostro expresse dicatur de masculis.
18 ¶ Et adeo† talis tenor inuestiture (per quam femine excludū
tur, ⁊ omnes qui non essent de descendentibus masculis) de
bet attendi, ⁊ considerari vt non possit mutari, ⁊ alterari in pre
iudicium masculorum in inuestitura comprehensorum per ali
quas conuentiones, aut nouas inuestituras vt voluit Bald. in
l. j. col. pen. C. quand. non peten. part. ⁊ in c. j. ij. col. de eo qui
sib. ⁊ hered. cum concordantibus vt per Deci. in cōsi. ccccxlv.
19 in casu ad me transmisso. nu. 23. ⁊ hinc est† ꝙ alienari non po
test feudum per vasallum in preiudicium agnatorum, etiam
cum consensu domini, semper enim illi agnati venire poterunt
vigore, seu ex tenore prime inuestiture. c. j. vbi Docto. not. de
alienat. feud. pater. cum concordantibus vt dixi in d. consil.
cj. nume. 5. ij. vol.

¶ Hoc ita presupposito dico, ꝙ feudum de quo agitur vtiq; ab
initio fuit masculinum ita semper remansit, nec ex pacto deces
millium aureorum fuit in hoc facta aliqua mutatio, nec fieri
poterat per predicta.

¶ Sed vltra impotentiam dico, ꝙ paciscentes id noluerunt,
non enim fuit in pacto dictum, ꝙ feudum pertineat, aut acqui
ratur heredibus vulgaribus, ⁊ sic in proposito domine Elisa
beth, pro sua rata declarate heredi, vt sic tales heredes possent
vti ad feudum vocati illud petere, sed immo voluerunt, ꝙ de
ficientibus masculis vti apertum pertineret ad ipsum episcopū
dominum directum ⁊ illud possit a quocunq; petere cum one
re tamen, ꝙ si casualiter contingat, ꝙ heres vulgaris (quicun
que esset) tale feudum possideret, ꝙ talis dominus ab eo pete
re, aut recuperare non possit, nisi solutis illi heredi decem mil
libus aureis vt verba pacti sonant, vnde cum domina Elisa
bet, nec alius heres Gulielmi Tertij vnquam bona feudalia
de quibus agitur possederit, non potest dici, ꝙ episcopus te
neatur illi, aut eius successoribus soluere decem millia aureorū
cum defecerint conditiones promissionis illorum vt dictum
fuit in prima quest. in quarto fundamento. Nec etiā potuit do
mina Elisabeth, nec hodie possunt eius successores petere, aut
consequi predictū feudum cū semper fuerit illius incapax, nec
ad illud potest dici habilitata per predictum pactum decem
millium aureorum, vt ex predictis constat.

¶ Et preterea dico, ꝙ pactum predictum proprie demonstrat
feudum non fuisse factum femineum, aut hereditarium, nam
si id fuisset de intentione paciscentium vtiq; non fuisset conser
uata directo domino facultas recuperandi feudū vti sibi aper
tum, sed fuisset dictum, ꝙ apud heredes vulgares Gulielmi
Tertij sine heredibus beneficiarijs, seu feudalibus decedentis
remaneret, pactum autem decem millium fuit ex quadam be
nignitate factum, vt scilicet vulgaris heres si in possessione di
cti feudi reperiretur, cum illud restituere teneretur in solatium
eius, ⁊ vt ita dixerim, in compensationē possessionis predicte,
qua erat priuandus consequeretur decem millia aureorum, ⁊
ad hoc solum tendunt verba pacti predicti, cum autem (vt di
ctum est) possessio feudi nunquam fuerit apud heredem predi
ctum, sequitur ex tali pacto nihil ei fuisse quesitum vt ex iam di
ctis plene fuit ostensum.

¶ Ex quibus manifesta colligitur responsio ad allegata supra
in contrarium, nam licet vera sit regula, ꝙ quis in sua disposi
tione censeatur velle eius antecedens necessarium per allegata
ibi, tamen in proposito non seruit contra nostram conclusio
nem, quia negatur, ꝙ predicti pacti ⁊ sic solutionis decem mil
lium aureorum faciende heredi possidenti feuda, sit antecedēs
necessarium vt feuda ipsa debeant ad heredem illum perueni
re, vt sic sint facta hereditaria, ⁊ feminea, ⁊ a tali peti possint,
sed tantum important, ꝙ possent casu ad talem heredem per
uenire non iure feudi, sed tantum iure possessionis, prout con
20 tingere solet, ꝙ† in heredem peruenire debeat possessio bono
rum, que defunctus possidebat, etiam si abintestato succedat,
⁊ hoc vel propria authoritate si nemo bona talia possideret,
iuxta doctrinam Bart. in l. fina. vj. colū. C. de edict. diui Adr.
tollen. cum concordantibus vt ibi per Deci. ij. col. versi. potest
tamen heres, vel per interdictum adipiscende, quod dicitur
quorum bonorum si tali authoritate vti non vult, vel si per aliū
pro herede, vel pro possessore possideantur (non si aliquo titu
lo) vt per Doct. in d. l. fin. in l. ij. C. quor. bonor. ⁊ per Bart. ⁊
alios in l. hereditatis. C. de petit. hered. ⁊ vbi tale quid conti
gisset ⁊ sic heres vulgaris, vel proprietatis reperiretur feuda de
quibus agitur possidere, tunc pro ipsorum recuperatione epi
scopus fuisset obligatus soluere decem millia aureorum.

¶ Et ꝙ pro antecedenti necessario dicti pacti feuda non sint
facta hereditaria, vel feminea, ⁊ ꝙ ad eos debeant pertinere
aperte constat, quia in pacto dicitur. si contigerit heredes pre
dictos possidere feuda, ⁊c. ⁊ sic loquitur conditionaliter, clarū
21 est autem ꝙ† verba conditionalia non disponunt, nec aliquid
inesse ponunt. l. si quis sub conditione dandorum decem. ff. si
quis omiss. cau. testam. ⁊ dixi in consi. clxxvij. in facto presup
ponitur nu. 7. ij. vol. ⁊ est tritum ⁊ commune dictum, sequitur
itaq; nihil fuisse in tali pacto dispositum, ꝙ feuda ad heredes
vulgares perueniant, sed solum ꝙ si illi possideant eis pro ip
sorum recuperatione soluantur decem millia ⁊ hoc tantū ope
ratur tale pactum in fauorem vulgaris heredis, ⁊ quidem in
eorum solatium amittende possessionis, quam fuisset aliquo
modo adeptus vt scilicet ipse tali possessione priuandus com
pensetur

pensetur quodammodo commodo decem millium aureoruꝫ
receptionis, quos illi erat soluturus episcopus ad quem feuda
fuissent aperta, ⁊ hoc solum sub predicta conditione si talis he-
res ipsa feuda possideret vt dictum est, sed talis conditio non
euenit, quia ipsi heredes nunquam talia feuda possederunt er-
go nec decem millia eis soluenda fuerunt, ⁊ ex his sit expedita
secunda questio in qua concluditur feudi naturam non fuisse
mutatam, sed remansit feudum militare, ⁊ masculinum prout
semper fuit.

¶ Circa tertiam questionem videtur prima fronte dicendum
inuestituram concessam Gulielmo secundo, siue medio ab epi
scopo Herbipolensi de Barmstade, Bissingen, ⁊ alijs feudis
non potuisse fieri, ⁊ factam non valere, quasi bona predicta ad
ipsum episcopum non spectarent, antequam solueret decem
millia aureorum, vel domine Elisabeth, iuxta primum pactū
vel vxori Gulielmi Tertij iam facte vidue iuxta secundum pa-
22 ctum. videtur ergo ꝙ †talis inuestitura veluti de re aliena facta
non valuerit realiter vt scilicet talia bona apud ipsum Guliel-
mū secundū nouiter inuestitū conseruentur iuxta. c. j. in prin. ⁊
tradita ibi per Doc. de inuestitu. de re alie. fact.

¶ Secundo, quia ipse episcopus tempore dicte inuestiture, ta
lia bona non possidebat, sed per relictaꝫ Gulielmi Tertij pos-
sidebantur veluti pro suis dotibus, ⁊ dotalicijs pactis sibi obli
gata etiam accedente dicti episcopi consensu, vnde videtur, ꝙ
de eis inuestituram facere non potuerit proprie, ⁊ vere loquen
23 do, †cum illa tantum fiat per translationem possessionis. c. j.
in princ. vbi Andr. de Isern. ⁊ alij. quid sit inuestitu. cum con-
cordantibus vt per Parisi. in consi. xv. Albertus, ⁊ Gaspar.
nu. 4. ⁊ 5. volu. j. sed ille possessionem non habens eaꝫ transfer
re non poterat, cum nemo plus iuris. ff. de regu. iur. c. nemo
plus iuris. eod. titu. lib. vj. ⁊ l. traditio in princ. ff. de acquir. re-
rum domin. cum similibus, ergo ⁊c.

24 ¶ Hinc dicimus loquendo de possessione, ꝙ †licet constituēs
se alieno nomine possidere transferat possessionē. l. quod meo.
in princ. ff. de acquir. posses. tamen id non procedit nisi tunc il-
le possidebat vt per Doct. ibi maxime Alexā. col. antepen. vbi
in versi. sit ergo cautus propter hoc dicit, ꝙ qui vult probare
se possidere propter illam clausulam constituti debet probare,
ꝙ constituens eo tempore possidebat vt per eum, quod etiam
dicit ⁊ concordantes allegat Marsil. in singu. cccccxxj. ille qui
vult fundare intentionem.

¶ Demum predicta inuestitura videtur inualida salteꝫ ad pre
iudicium domine Elisabeth actricis, ⁊ suorum heredum, trita
25 enim est regula, †ꝙ alteri per alterum non debet iniqua condi
tio inferri. l. non debet alteri. ff. de regul. iur. l. si vnus. §. ante
omnia. ff. de pact. ⁊ l. in concedendo. ff. de aqu. plu. arcen. cuꝫ
26 similibus, ⁊ in specie, ꝙ† per inuestituram alicui concessam ius
alterius non ledatur, sed semper intelligatur saluo iure cuiuscū
que signanter declarat Andr. de Isern. ⁊ alij post eum in c. j. §.
si quis inuestierit. de feud. dat. in vicem leg. commiss. ⁊ tradit
Deci. in consil. cccclxviij. superiori anno. nu. 26. ⁊ 27. cum con
cordantibus vt alias dixi in consil. cx. Reuerendus episcopus
Paduanus. nu. 25. ⁊ 26. ij. vol.

¶ Sed tamen maiori ac diligentiori habita cōsideratione pre-
dictis non obstantibus, que vere ad casum nostrum nō faciūt
in contrariū manifesta est iustitia, ⁊ sic concludo, ꝙ immo talis
inuestitura optimo iure valuit, ⁊ plenū ius feudale tribuit Gu-
lielmo secundo attentis maxime his, que postea secuta sunt vt
ex infra dicendis apparebit.

¶ Et pro hoc demonstrando presuppono, ꝙ feudum de quo
agitur de iure fuit apertum predicto episcopo domino directo
quamprimum Gulielmus Tertius decessit absq; liberis, nam
cum defecerint successores beneficiarij, seu feudales reuersum
fuit ad ipsum dominum iuxta formam, ⁊ tenorem inuestiture
prout de hoc sunt iura vulgaria.

¶ Quo posito, sequitur, ꝙ ipse episcopus vti dominus respe-
ctu sui potuit dictum Gulielmum secundum inuestire attento
27 †maxime, ꝙ ipse, ⁊ sui antecessores talia bona in feudum dare
consueuerunt. c. j. ⁊ ibi per Doct. qui feud. dar. poss. cum simi-
libus. Condecens enim est, ꝙ dominus feuduꝫ ad se reuersuꝫ
alteri concedat, secundum ꝙ docet Bald. in c. j. §. si vno. in fi.
qualit. olim feud. alienar. poter. ⁊ absq; dubio si aliud non im-
pediret posset dominus libere cui voluerit concedere. c. ij. ibi li
bere. vbi Doct. not. extra de feud. Fulgos. consil. ccxij. Nobi-
lis quidam. ⁊ Corn. in consi. cxcvj. circa presentem. ij. col. in fi.

ij. vol. prout hoc dixi, ⁊ concordantes allegaui in consil. lxxvj.
cum diebus elapsis. nu. 118. j. vol.

¶ Sed in proposito vltra dico scilicet, ꝙ etiam debuit dictum
Gulielmum secundum inuestire, cum vigore concordie inter
ipsum, ⁊ Gulielmum Tertium inite (cui etiam dictus episco-
pus re ipsa consensisse dicitur) debuit Gulielmus secundus in-
uestiri, cum Tertius sine heredibus feudalibus decesserit, que
cum ita sint non video cur predicta inuestitura recte facta nō
dicatur tam ex parte inuestientis, quam ex parte inuestiti, licet
episcopus decem millia non soluisset domine Elisabeth here-
di, illud enim contingit quia non euenit casus solutionis predi
cte faciende, eo scilicet quia ipsa nunquam talia feuda vti heres
possedit secundum, ꝙ ex supra dictis clare constat.

¶ Et si dicatur, ꝙ debeat soluere Palatine relicte dicti Gu-
lielmi Tertij vigore secundi pacti dicemus.

¶ Primo, ꝙ hoc nihil ad dominam Elisabeth heredem, vel
28 eius successores, nō enim †licita est allegatio iuris Tertij regu-
lariter loquendo iuxta doctrinam Bartol. in l. ij. ff. de except.
rei iudicat.

¶ Preterea etiam dicimus, ꝙ Palatina de hoc nō queritur,
sed ei, re ipsa dicitur satisfactum, nam cum illi essent soluenda
decem millia in computationem pecunie dotalis, ⁊ largitatis,
vt in puncto dicitur ⁊ ipsi fuerit plene de predictis satisfactum
per Gulielmum secundum qui ei soluit. 74000. aureoruꝫ, nō
est quid ipsa vlterius petere potuerit, ⁊ vere in dicta summa
erant comprehensi illi aurei decies mille, quos in effectu Gu-
lielmus secundus dicitur pro episcopo soluisse vt sic ab eo inue
stiretur prout inuestitus fuit, siue velimus dicere, ꝙ inuestitus
fuerit cum pacto inito vt illa decem millia pro episcopo Pala
tine solueret, ⁊ attento, ꝙ episcopus ita gratiose illum inuesti-
uit vt creditur in gratiam episcopi pactum illud decem milliū
heredi vulgari vasalli soluendorum fuit redactum ad 5000. si
Gulielmus secundus sine filijs masculis decesserit.

¶ Et considerandam est, quod licet episcopus quando inue-
stiuit Gulielmum secundum non habuisset naturalem posses-
sionem bonorum feudalium, ⁊ sic eam non transtulerit in euꝫ
vt in contrarijs dicebatur, consensit tamen quod ad illum ve-
niret, prout postea realiter eam acquisiuit quando Palati-
ne soluit. 74000.

¶ Et eo magis predicta dicenda sunt ex eo quod Gulielmus
Tertius voluit ⁊ Palatine vxori sue cōuenit, vt Barmstade,
Bissingen ⁊ alia feuda Herbipolensia essent illi hypothecata
pro dicta summa. 74000. aureorum ad id etiam obligando
suos feudales successores episcopi accedēte cōsensu, fecit itaq;,
⁊ quidem iuridice episcopus inuestituram predictam, ⁊ Gu-
lielmus secūdus sic inuestitus soluit Palatine aureos. 74000.
⁊ sic feudorum possessionem suscepit vt conuentiones de qui-
bus supra effectui mandarentur.

¶ Nec predictis obst. allegata supra in contrarium, quoniam
ex iam dictis clara colligitur responsio ad omnia.

¶ Nam dum primo dicebatur, ꝙ bona nō spectabant ad epi-
scopum, ⁊ sic quod fecit inuestituram de re aliena, ⁊c. Respon-
sio est, ꝙ immo optimo iure feuda ad eum vti aperta reuersa
erant vt dictum fuit, ⁊ sic non de aliena re, sed de sua inuestitu-
ram fecit, decem millia Elisabeth actrici non soluit, quia non
tenebatur, cum illa feuda non possideret, ⁊ sic ab illa episcopus
non erat feuda recuperaturus iuxta superius declarata, Pala-
tine autem licet ipse propria manu non soluerit, fuerunt deceꝫ
millia soluta pro ipso episcopo per Gulielmum secundū prout
supra deductum fuit, ⁊ sic fuit episcopus a tali obligatione libe
29 ratus, etenim †solutione eius, qđ debetur omnis tollitur obli-
gatio, institut. quib. mod. toll. obligat. in princi. cum simi. etiā
si solutio fiat per aliā personam. l. soluendo. ff. de nego. gest. l.
solutionem. ⁊ l. soluere. ff. de solut. cum simi.

30 ¶ Ad secundum respondetur, ꝙ licet †propria, ⁊ vera inuesti-
tura habens de presenti effectum suum sit quando fit a possidē
te cū traditione rei feudalis, vt sic per eam transferratur ipsa
possessio, tamen etiam a non possidente potest fieri inuestitura
verbo, ⁊ per aliquod signum, que solet dici abusiua vt per An-
dre. de Isern. Bal. ⁊ alios in d. c. j. quid sit inuestitu. ⁊ licet per
eam tunc cum fit, non transferatur possessio, nec dominium il-
lud quod in feudis, consideratur vt per Isern. ibi in versi. sed
abusiuo modo dicitur, qui ad hoc allegat. c. pro illorum. de pre
ben. ⁊ alia iura vt per eum, ⁊ ego dixi in preallegato cōsil. lxxvj.
nu. 68. ⁊ 69. j. volu. tamen si postea ad inuestitum eo modo

realiter

realiter peruenerit possessio, vt sic talis inuestitura dicatur impleta, ⁊ sortita suum effectum, tunc ex tali possessione mediante inuestitura precedenti suscepta absque iniuria possidētis ius feudale illi acquiritur, vt est notissimum, ⁊ traditur in d. c. j. ⁊ volui ego in d. consi. lxxvj. nu. 68. cum seq. dum ibi dico ex inuestitura de qua ibi ius aliquod non fuisse quesitum, quoniam illa nunquam sortita fuit effectum, sed in casu nostro Gulielmus secundus post inuestituram sibi concessam adeptus est possessionem feudi, et sine iniuria Palatine, que tempore inuestiture possidebat, ⁊ sic predicta inuestitura sortita fuit effectū suum ergo in ipsum plenum ius feudi dicitur translatum, ⁊ quia hoc clarissimum puto, cum quottidie videamus illud seruari super eo non instabo vlterius. Sed concludo ꝙ Gulielmus secundus mediante inuestitura predicta, vna cum possessione postea ex voluntate possidentis suscepta plenum ius in eiusmodi feudo habet in eoque conseruari debet.

Comprobatur hoc quia licet predicta inuestitura per se nō tribuerit ius in re, dicitur tamen tribuisse ius ad rem vt est notū, ⁊ ita presupponit Jaso. in consi. vij. casus talis est nu. 60. ⁊ ita vt inuestito competijsset possessorium, seu remedium aliquod adipiscende possessionis vt tradit Afflict. in decisionibus Neapolitanis decis. cccxcix. Rex Ferdinandus. nu. 13. 20. ⁊ 30. ⁊ fere per totam, vnde cum dictus Gulielmus secundus ius ad rem per inuestituram acquisierit, ⁊ postea realiter possessionē adeptus fuerit debet multomagis in ea conseruari, ⁊ si molestetur
31 vti interdicto retinende, cum quis † facilius cōseruetur in iure, quod habet, quam de nouo acquirat. l. j. §. is autem. ff. de superfic. l. creditori in fi. ⁊ ibi. glo. C. de pact. ⁊ est regula in l. inuitus. §. cui damus. ff. de regu. iur. ⁊ sic si concederetur dicto Gulielmo remedium ad adipiscendam possessionem, quod est plus, fortius debet illi concedi ad retinendam, quod est minus, per c. ex parte tua, el secondo, extra de decim. ⁊ est regula in l. non debet cui quod plus. ff. de regu. iur. ⁊ in c. cui licet. eod. titu. lib. vj. cum similibus.

Et stantibus predictis non obstat, ꝙ possessio non transferratur per eum qui illam non habuit vt in contrarijs dicebatur, quia hoc fatemur, sed dicimus, ꝙ Gulielmus habuit possessionem a Palatina, que possidebat, licet eam habuerit occasione inuestiture, quam prius ab Episcopo acceperat vt ex predictis constat.

Et ex supra deductis apparet aperta responsio ad tertium, dico enim ꝙ verum est inuestituram habere semper in se clausulam, saluo iure tertij, ⁊c. vt in arg. dicitur, sed nego in casu nostro ius aliquod competijsse domine Elisabeth actrici, de quo illi auferendo agi possit, nam ex pacto decem millium illi ius aliquod ad feuda quesitum non fuit, cum nunquam habuerit eorum possessionem vt in prima quest. ostensum fuit, ⁊ ea ratione vt puto in dicta inuestitura nihil dictum fuit de aliquo iure conseruando ipsi actrici sicuti fecerunt de saluando iure domine Palatine, quod competere nouerant vt clare in dicta inuestitura legitur, sed bene omnia aduertentes, ⁊ scientes domine Elisabeth actrici nullum ius competere, nihil dixerunt de aliquo iure sibi conseruando.

Hec de tertia quest. in qua remanet firma conclusio inuestituram de qua agitur optimo iure factam fuisse.

Sequitur quarta ⁊ vltima questio, que (ni fallor) ex decisionibus precedentium questionum dicitur clare resoluta, vt scilicet dicamus per Cesaream Maiestatem in negocio executionis non potuisse iuridice decerni heredibus Elisabeth actricis restituendam esse possessionem Darmistade, Bissingen, ⁊ aliorum bonorum Herbipolensium cum fructibus per reum conuentum perceptis, nam cum in sententia prima compromissaria fuerit reus condemnatus domine Elisabeth, aut eius heredibus restituere bona quondam Gulielmi Tertij pro dimidia, fuit apposita clausula exceptiua videlicet, exceptis feudis masculis, ⁊ bonis quorum femine non sunt capaces, sed Darmistade ⁊ alia loca de quibus supra fuerūt feuda masculina a principio, ⁊ talia semper remanserunt vt fuit conclusum supra in ij. questio. ergo non debuerunt restitui heredibus domine Elisabeth, sicut de eis, ⁊ de omnibus alijs feudis masculis ego iam multis annis consului ⁊ reperitur tale consilium in j. volu. in consi. lxv. Illustrissimus Hermanus.

Et licet ibi non faciam expressam mentionem de Darmistade, ⁊ alijs bonis Herbipolensibus, tū fit ibi mētio in genere in vj. col. i ver. vlt. q. singula feuda discurrere, ⁊c. ⁊ est sub. nu. 16.

Nec natura dictorum feudorum, vt scilicet diceretur masculina, fuit in aliquo mutata, vel alterata ex pacto decem millium vt plene fuit demonstratum supra in ij. quest. ⁊ cum ex dicto pacto predicte domine Elisabeth nullum ius fuerit quesitum super dictis feudis vt dictum fuit in prima quest. sequitur, quod non potuerunt per eam de iure peti, ⁊ minus eorum possessionem sibi dari.

Et si sic dicendum est de ipsis bonis multomagis ita dici
32 debet de fructibus ex illis perceptis per reum, quia † de fructibus vti accessorijs idem dici solet, quod de ipsis bonis. l. ex diuerso. §. j. ⁊ ibi per Doct. ff. de rei vendica. immo aliquando non sunt restituendi fructus etiam ꝙ res restitui debeat. l. qui scit. §. preterea. ff. de vsur. ⁊ l. bonefidei. in prin. ff. d e acquir. rerum domin. cum similibus, ⁊ consequenter sequitur, ꝙ sententia in negocio executionis contrarium dictans debet omnino retractari postquam Cesaree Maiestati ex sua clementia pro iustitie complemento placuit causam hanc de nouo cognosci, ⁊ ut vulgo dicitur, reuideri.

Accedat predictis, quia nil aliud esset predictorum feudorū possessionem cum fructibus transferri in dominam Elisabeth
33 actricem, vel eius heredes, quam priuare, † ⁊ spoliare Gulielmum secundū legitime inuestitum, aut hodie Illustrissimum Philippum eius filium Modernum Lantgrauium similiter legitime inuestitum predictis feudis nulla predictorum culpa existente, aut probata quod iure fieri prohibetur c. j. in princ. ⁊ per totum, ⁊ ibi plene tradunt Doct. de fud. sin. culp. nō amitt. ⁊ in c. j. §. sancimus. quo tempore mil. cum simi.

Preterea ex alio domina Actrix, ⁊ hodie eius heredes sunt
34 a tali petitione repellendi, quia † cum veniant vt heredes Gulielmi tertij pro dimidia parte non possunt contrauenire his, que ab ipso Gulielmo facta fuerunt, sed illa tenentur approbare, ⁊ rata habere l. cum a matre. C. de rei vendica. l. iij. C. de reb. alie. non alienā. facit regula. l. ex qua persona. ff. de regu. ⁊ ibi tradit Deci. ⁊ concordantes leges, ⁊ authoritates allegat, qui idem dicit in consi. lxxix. ⁊ pro tenui. iiij. colū. tradit Ruin. in consi. xlij. quantum ad casum v. vol. ⁊ ego dixi. in cōsi. cxxix. Bartholomeus Griffolus. nu. 5. j. vol. ⁊ in cōsi. cxij. Illustris dominus Jo. nu. 5. ij. volu. que regula sine dubio procedit, qū factum defuncti fuit obligatorium vt egregie post glo. ibi declarat Bart. in l. Lucius. in iij. opp. ff. sol. matri. sed ipse Gulielmus Tertius in transactione Coloniensi voluit, ⁊ consensit se sine heredibus feudalibus deficiente feuda sua venire ad Gulielmum secundū, ⁊ se obligauit omnem operam se daturum vt simultanee secum in eum modum inuestiretur prout vere postea factum extitit, ergo sequitur, ꝙ Elisabeth soror, ⁊ heres eius tali conuentioni, consensui, ⁊ obligationi contrauenire nō potest, sed factum eius approbando debet pati, quod feuda de quibus agitur libere, ⁊ quiete remaneant apud Gulielmū secūdum ⁊ hodie apud Illustrissimum Philippum eius filium Modernum Lantgrauium Hassie reum conuentum.

Sic itaque sequitur ꝙ ipse nedum ex suo iure non debet talibus feudis nec eorum possessione priuari, sed etiam ex nō iure agentis debet actrix, ⁊ hodie eius heres a sua petitione circa dicta feuda, ⁊ eorum possessionem, ⁊ fructus repelli.

Et quod nullum ius ei fuerit quesitum vltra dicta supra in
35 j. quest. ostenditur per † locum ab enumeratione partium sufficienter facta iuxta l. si tibi aree in princ. ff. de prescrip. verb. ⁊ l. ex maleficijs. §. heres. ff. de act. ⁊ oblig. cum vulgaribus, ⁊ tradit Bart. per illum text. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. cum concordantibus vt dixi in consil. lxvj. Carolus Quintus. nume. 10. j. volu. ⁊ in consi. lxiij. Magnificus Comes. nu. 13. ij. vol.

Dico enim, ꝙ si ex pacto decem millium aureorum de quo supra fuisset ius aliquod domine Elisabeth actrici quesitū certe aut fuisset ius in personam, ita vt ei personalis actio contra reum competeret aut in rem, vt sic realē actionem habere posset iuxta. §. j. institu. de act. neutrum dici potest, ergo ⁊c.

Primum dici non potest quia ex pacto predicto non inducebatur aliqua obligatio nisi ex parte episcopi Herbipolensis qui pro se ⁊ eius successoribus soluere promisit decem millia aureorū heredibus vulgaribus Gulielmi Tertij si ab eis possidentibus voluisset recipere feuda sibi aperta, ⁊ sic nulla potest dici causata obligatio, aut actio personalis contra Modernū Lantgrauium Philippū cum nec ipse, nec sui authores quicquam promiserint, ⁊ sic non potest dici obligatus ex contractu

vel quasi,nec etiã quicquaz deliquerũt vt ex maleficio,vel quasi
possint dici obligati, merito ꝯ eũ actio personalis dari non po
test d.§.j.versic. namqꝫ agit vnusquisque, institu.de actio.
¶ Nec etiam potest actrix vt heres Gulielmi Tertij actionez
personalẽ habere cõtra episcopũ Herbipolensem ad illa decez
millia, quia tale pactum euanuit respectu dicte domine Elisa
beth cũ ipsa nunquã possederit feuda predicta, ⁊ sic defecerit con
ditio dicti pacti vt supra fuit dictũ in prima questione attento
maxime, ꝙ pactũ in fauorẽ heredis fuit expresse reuocatũ tras
latumqꝫ ex causa plusquam honesta in palatinã coniugem di
cti Gulielmi per eum, ⁊ episcopum predictum prout id facere
potuerunt vt in j.q.ostensum fuit.
¶ Secũdũ (vt.s.ius aliqđ,aut actio in rẽ cõpetierit Elisabeth
actrici) similiter nullo modo dici põt,immo ineptissimuz est in
re hac ex tali pacto velle sumi ius aliquod reale in Darmistade
⁊ alia feuda Herbipolensia in fauorem predicte actricis.
¶ Nam aut volebat, ⁊ hodie sui heredes volunt talia bona vti
ad se pertinẽtia vẽdicare, ⁊ ridiculũ esset hoc dicere cũ dña Eli
sabeth nunquã fuerit de talibus bonis inuestita,nec etiã habue
rit eorũ possessionẽ, merito ergo dici nõ põt, ꝙ in eam, vel ho
die in eius successores fuerit ius aliquod feudale translatum su
per dictis bonis iuxta tradita per And.de Isern.Bal.⁊ alios
in c.j.quid sit inuestit.⁊ consequenter nulla ei,vel eis potest cõ
36 petere vendicatio,† que solum dari solet inuestito, qui aliquan
do etiam possessionem habuit c.j.de inuestitu. de re alie. fact:
iuncto d.c.j.quid sit inuestit.⁊ vtrobiqꝫ Doct.tradunt.aut vo
lunt, ꝙ talia bona sint eis obligata iure pignoris, vel hypothe
ce pro dictis decem millibus aureis, ⁊ ita ipsa domina actrix, ⁊
hodie eius heredes velint vti hypothecaria,seu seruiana actio
37 ne iuxta.§.itẽ seruiana.instit.de action.que† actio, ⁊ sic pigno
ris persequutio in rem dicitur.l.pignoris.C.de pignor.⁊ l. pi
gnoris persequutio.ff.eo.⁊ tendit solum ad auocandã nudam
possessionẽ.l.si cũ vẽderet.in prin.ff.đ pignor. ⁊ certe nec istud
dici potest, ⁊ ideo audiri nullo modo debent, quia nulla repe
ritur de dictis bonis facta obligatio vel hypotheca.
¶ Nec obstat quod in pacto decẽ milliũ episcopus Herbipo
lensis pro se ⁊ successoribus suis promiserit Gulielmo Tertio
soluere predicta decem millia eius heredibus vulgaribus, ⁊c.
prout verba pacti sonant qm̃ ex tali promissione, que persona
lem obligationẽ produxit nihil põt inferri ad alicuius pigno
38 ris constitutionẽ,tum qꝛ sunt ista diuersa, ⁊ † ex diuersis non fit
bona illatio.l.naturaliter.§.nihil cõe.ff.de acquir.posses.⁊ l.in
ter stipulantem.§.sacraz.ver.sed hec dissimilia.ff.de verb. obli
gat.cum vulgar.⁊ hoc vel ex eo cognosci potest, ꝙ regulariter
obligationẽ personalem non sequitur pignus, vel hypotheca
si de ea non sit expresse conuentum nisi in certis casibus in iure
expressis de quibus.ff.⁊ C.in quib.ca.pign.vel hypoth. tacite
contrahat, per totos,ex quibus nullus potest in proposito cõ
siderari, ⁊ ita proprie arguebat quidam antiquus Doctor vt
refert Bart.in l. Lucius.ff.de aliment.legat.Tum etiam quia
39 † obligatio personalis non sequitur rem aliquam,neqꝫ singula
rem successorem sed tantuz ipsum promittentem afficit, ⁊ eius
successorem vniuersalem.l.fin.§.fin.ff.de contrahen.empt.⁊ in
l.j.§.si heres.ff.ad treb.cum similibus, ⁊ ita per predicta iura
dicit Ruyn.in consi.clxxxiiij.visa ⁊ bene intellecta nu.5.j. vol.
hinc dicitur, ꝙ obligatio personalis non sequitur rei posses
sorem Afflict.in decisio.Neapolit.decisio.clxij.pater reliquit.
nume.5.⁊ hoc verum esset etiam ꝙ dicti aurei decies mille
fuissent promissi ex Darmistade, ⁊ alijs bonis Herbipolensi
bus,quoniã nec tunc bona ipsa possent dici iure pignoris obli
gata vt est singularis decisio glo.super verbo. neqꝫ in rem. ad
fin.quam ibi Bart. Alberic. ⁊ alij sequuntur in l. Gaius Se
ius.ff.de ann.legat.minus ergo isto casu possunt dici talia bo
na obligata cũ solutio decez milliũ non erat facienda ex predi
ctis bonis,sed simpliciter ab episcopo Herbipolensi pro rece
ptione dictorum bonorum vt in pacto ipso dicitur, tum ⁊ ma
xime qꝛ talis promissio decem millium soluendorũ heredibus
vulgaribus, omnino euanuit ex defectu conditionum in di
cta promissione virtualiter appositarum prout supra plene di
ctum fuit in j.quest.
¶ Et ista ratio operaretur etiam si fuissent talia bona expres
40 se iure hypothece obligata, nam† cum hypotheca, siue pigno
ris obligatio sit accessoria ad principalem obligationem, ⁊ pro
qualibet obligatione fiat.l.hypothece dari. ff. de pigno. ⁊ ibi
tradunt Doct.sicut etiam fideiussoris obligatio dicitur acces
soria ad principalem ⁊ omni obligationi accedit.l.j.ff. de fide
iussor. sequitur, ꝙ vbi ab initio nulla sit principalis obligatio, vel sit conditionalis, ⁊ conditio deficiat, pignoris obligatio etiam expresse facta esset inutilis d.l.hypothece. versi. sed ⁊ in conditionali.⁊ in regula.l.cum principalis ⁊ l. nihil dolo. §. j. ff.de regu.iur.⁊ in regula accessorium eod.titu. lib. vj. cum similibus,vnde dicimus, ꝙ cui non queritur personalis actio, nec etiam hypothecaria.l.⁊ si frater.⁊ ibi tradunt Doct. C.de pign.quibus sic stantibus concludendum est, indubitatum esse in casu proposito nullum fuisse cõstitutum pignus,aut aliud ius in re super Darmistade, ⁊ alijs bonis Herbipolensibus, ⁊ ista de quarta questione sufficiant.

¶ Et ex dictis superius tam in ea,quam in alijs questionibus clarissima resultat cõclusio, ⁊ resolutio principalis questionis de qua in pũcto,videlicet, ꝙ domine Elisabeth actrici,aut hodie eius heredibus nullum fuit quesitum ius ex predicto pacto decem millium aureorum,nec in personam Gulielmi secundi, ⁊ hodie Illustrissimi Philippi eius filij moderni Lantgrauij nec etiam in predicta feuda Herbipolẽsia,vt sic merito in possessionem eorum nullo modo mitti possint, ⁊ consequenter sequitur ꝙ clausula in negocio executionis contrariuz continẽs debet pro iustitia reuocari. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1551.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XXXVI.

¶ De exceptione in sententia posita videlicet ꝙ bona restituãtur exceptis feudis masculis, ⁊ bonis, quorum femine nõ sunt capaces, quomodo scilicet stet ibi copula?
¶ Et ad quem spectet specificatio bonorum ⁊ probatio, vtruz scilicet petenti restitutionez, an reo vtenti exceptione predicta?
¶ De feudis femineis, an ⁊ quando in eis femine succedunt?
¶ De inuestitura quadam vtrum continere possit, quod in ea simpliciter non exprimitur?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Copulæ, &, natura est ut inter diuersa ponatur regulariter loquendo.*
2 *Copula, &, solet etiam ampliare dispositionem inquantum potest.*
3 *Actrix uel hæres eius in executione sententiæ, licet uniuersaliter prolatæ, debet specificare res, quas uti hæreditarias prætendit sibi uigore dictæ sententiæ restitui, aliàs non constaret super quibus rebus peteretur executio.*
4 *Actor se fundans in aliqua sententia debet probare qualitatem in dicta sententia contentam, a tas obtinere non potest.*
5 *Hæres tenetur omnia gesta à testatore acceptare & confirmare, nec contra ea potest aliquo modo uenire.*
6 *Exceptio repellit ab agendo eum quem de euictione tenet actio.*
7 *Fœmina etiam quod esset filia non dicitur capax etiam feudi fœminei nisi de eo fiat speciale pactum.*
8 *Exceptio peremptoria nou potest opponi post sententiam quæ transiuit in rem iudicatam.*
9 *Actus sequentes declarantur ex præcedentibus.*

CONSILIVM XXXVI.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie.

¶ De quatuor contingit dubitari in causa liquidationis, ⁊ executionis sententie olim late contra Illustrissimum dominum Philippuz Lantgrauium in fauorem Do. Elisabeth, vel eius successorum, quia ipsa fuit declarata heres pro dimidia fratris eius sine liberis defuncti, ⁊ dubitationes fiunt circa exceptionem in dicta sententia positam, dum dicitur exceptis feudis masculis, ⁊ bonis quorũ femine non sunt capaces. Super quibus dubitationibus consuluerũt excellẽtissimi Doctores Louaniẽses, ⁊ subscripserũt plura collegia Germanoꝝ, vcꝫ Doctores Triburgẽses, Thubingẽses, Ingolstadiẽses, Coloniẽses, Heydelbergẽses, ⁊ Lipsiẽses. Ego aũt post tot, tantorũqꝫ Iuriscõsultoꝝ respõsa, vt sup dubitationib' p̃dictis sniaꝫ

proferam in presentiarum requiror, et quidem cum summa modestia vt scilicet predicte consultationi subscribam si, et quatenus, eam iuri consentaneam cognouerim (prout nec aliter ex antiquo instituto meo fecissem) quare cum iusta petenti nō sit deneganđus assensus. l. ij. in fin. princip. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. cum simi. omnibus mature ac diligenter consideratis circa quatuor dubitationes, que proponuntur vt infra respondendum duxi.

¶ Circa primam in qua dubitatur de vi, et importantia illius copule scilicet, et bonis etc. puto rem indubitatam esse vt scilicet omnino stet copulatiue, et inter diuersa dicatur posita, nō autem declaratiue vt plene, et sapienter per dn̄os Consulētes cōclusum fuit, cū quibus in hoc simpliciter transeunt oēs excellentissimi subscribētes, et ego alias istud pro indubitato presupposui in cōsi. meo. lxv. Illustrissimus Hermanus in princ. et per totū. j. vol. quod edidi pro interpretatione predicte sententie, seu exceptionis in ea posite discurrendo, et declarando mentem iudicū in d. exceptione vt scilicet voluerint in ea cōtineri, et feuda mascula vt in primo capite eius, ac ēt bona alia quecunq̄, quorum femine quacunq̄ alia ratione nō essent capaces prout ibi lōge, et in multis exēplificaui, que sunt inter se diuersa a feudis masculis, et propterea in dicta exceptione posita fuerūt per copulā cuius natura est vt inter diuersa ponantur regulariter loquēdo vt voluit glos. cōiter * ad hoc allegata in rub. ff. de iur. et fact. ignor. cum cōcordātibus allegatis per B. Cōsulentes, et vltra eos ita voluit gl. in verbo nescit relata ad tex. in l. fi. C. per quas person. nob. acquir. et dixi in cōsi. clxxxj. de duobus. nu. 31. ij. vol. et ita in indiuiduo in casu nostro alias firmaui in cō. lxvij. iā plura per me edita consilia. nu. 15. in fi. xvj. et xvij. et sequentibus. j. vol. vbi ēt respōdi ad quedā, que cautelose allegabant in cōtrariū, et qr cōiter ab omnibus videri possunt que ibi dixi, ad ibi dicta me refero, pariter ēt ad dictā dn̄orum consulentiū, qui bonis cōsiderationibus verā esse predictā cōclusionē ostendunt.

1 †

¶ Que ēt ex alio confirmatur, qr vltra, q̄ copula, et sui natura ponitur inter diuersa vt dictū est, solet † etiā ampliare dispositionem in quantū pōt, vt signanter videtur probari in l. ea tamen adiectio. ff. de leg. iij. prout illū tex. ad hoc expendit Bal. in l. j. ver. sed qd si testator dixit lego equū meū, et arma. C. de verb. sign. et tradunt Canonist. maxime Fely. in c. ex parte. el primo mihi. col. xx. ver. fallit sexto extra de rescrip. et ibi per octo col. precedētes plene tractat de materia copule. Unde si in casu nostro illa oratio copulata, videlicet, et bonis, quorum femine non sunt capaces, tm̄ respectu feudorū intelligerētur, nihil adderet iam dictis, nec in aliquo ampliaret, cū tamē posset, merito illa intelligentia nullo modo teneri debet, sed procul ab omni dubitatione tenendum est vltra feuda masculina excipi etiam alia bona, quorum femine, non sunt capaces vt plene ego dixi in preallegatis consil. lxv. et lxvij. in locis de quibus supra et hec sufficiant de prima dubitatione.

2

¶ Circa secundā dū queritur cui incumbat specificatio, et probatio in negocio liquidationis sententie de qua supra vtrū scilicet actricis herēs debeat specificare, ea bona, que ad eum sub nomine hereditatis pertinent ex vi dicte sententie, et postea specificata probare esse talia: an vero reus cōuentus debeat specificare bona, que in exceptione sint cōprehensa, et ea esse talia probare, nō puto multū esse insistendum, qm̄ sapienter, et iuridice per excellentissimos cōsulentes predicta dubitatio fuit resoluta, et ego alias quod ipsi dicunt virtualiter firmaui in iij. consi. per me edito ad instantiam Illustrissimi Philippi Lantgrauij rei conuenti, quod reperitur in j. volu. consil. lxvij. lata fuit sententia in qua etc. fere per totum. Itaq̄ conclusiue loquendo

3 vna cum dominis consulentibus dico, q̄ † ante omnia actrix, vel heres eius in executione iam late sententie (tametsi illa vniuersalis fuerit, prout etiam fuerat petitio, et toleratum fuit iuxta tradita per glo. et Doct. in l. j. in princ. ff. de edeh.) debet specificare res, quas vti hereditarias pretēdit sibi vigore dicte sententie restitui alias non constaret super quibus rebus peteretur executio ita volunt Doct. communiter * in d. l. j. vt ibi per Jas. nu. 30. et 31. cum concordantibus vt per dominos Consulentes, et ita ego pro claro presuppono in dicto consil. lxvij. nume. 18. ad fin. in ver. vel vbi hec admittere non velimus, et in toto illo consilio, in quo presupposita tali specificatione disputatur an ex parte rei sit admittenda exceptio, q̄ specificata bona in quibus tanquam hereditarijs petebatur executio sententie sint vel feuda mascula, vel alias talia, quorum femine nō sunt capaces, et concluditur talem exceptionem debere admitti, et super ea probationes esse recipiendas non obstante, q̄ de iure quelibet bona in dubio presumantur allodialia, et q̄ regulariter femine presumuntur in dubio capaces omnium bonorum vt ibi plene ostenditur, et ad ibi dicta me remitto.

¶ Qua specificatione sic ex parte actoris facta, ex parte rei debet opponi, q̄ specificatorum bonorum femine non sunt capaces, prout vere fuit oppositum, quo posito posset forte tentari, et dici q̄ tunc ab eundem actorem spectet probare, q̄ bona specificata sint talia in quibus executio fieri possit, idest, q̄ nō sint feuda mascula sed alia bona, et quorum femine sunt capaces, nam cum sententia virtualiter hoc contineat istud videtur fundamentum sue intentionis in petita executione, vnde videtur, q̄ ex parte rei sufficiat simpliciter opponere, q̄ bona specificata sunt vel feuda mascula vel alias talia quorum femine non sunt capaces vt dictum est, prout re ipsa opposuit, et hoc maxime dicendum videtur ex quo in predicta sententia vt executionem habeat virtualiter contineri dicitur illa qualitas vt scilicet femine sint capaces bonorum in quibus executio petatur,

4 vnde † cum actor se fundet in tali sententia debet probare qualitatem in dicta sententia contentam, alias obtinere non potest iuxta doctrinam Bart. in l. j. ff. de condict. ex leg. et tradunt Canonist. in c. j. de homicid. lib. vj. cum concordantibus vt dixi in dicto consi. lxvij. nu. 17. et ibi cum aliquibus precedentibus, et sequentibus hanc opinionem in casu isto tetigi ad ibi dicta nunc me remittens.

¶ Si cui tamen hoc dictum videatur dubium, et velit, quod immo reo conuento incumbat probatio eius, quod opponendo asserit, ex eo quod actori videatur sufficere pro sua intentione illa iuris presumptio vt scilicet bona quelibet libera, et allodialia presumantur, et consequenter, quod omnium mulier capax presumatur, dicemus et absque dubitatione aliqua reo satis esse probare prout vere probauit multa, et quasi omnia bona esse feuda, ex quo sequitur, q̄ presumuntur mascula, nisi cōtrarium probetur vt per dominos Consulentes et dixi ego in d. cōsil. lxvij. nu. 26. ver. si vero volumus, q̄ ipsi, etc. et hoc quo ad primum caput exceptionis de qua in predicta sententia dum dicitur exceptis feudis masculis.

¶ Quantum vero pertinet ad secundum caput videlicet et bonis quorum femine non sunt capaces satis est reo probare aliqua bona de quibus agitur habere regalia, honorem, et continere administrationem cum iurisdictione, et mero, et mixto Imperio, aliqua etiam contineri sub conuentionibus, et vt aiunt, fraternitatibus inter Illustrissimos Principes Hassie, ac etiam probare antiquam, et immobilem consuetudinem predicte Illustrissime familie Hassiane vt scilicet femine non succedant, ex his enim erit probatum, quod talium bonorum femine non sunt capaces prout hec plene prosequor in d. consil. lxvij. nu. 27. et 28.

¶ Nec quenquam moueant contra predicta, que ego alias scripsi in consi. lxxv. Illustrissimus dominus Bonifacius j. volu. per totum. et maxime nu. 26. cum multis sequentibus, quatenus per iura, et authoritates de quibus ibi concludo feminam heredem debere mitti in possessionem bonorum per defunctum possessorum tempore mortis simpliciter, et indistincte etiam si essent feuda. Quoniam clara est responsio, quod illud procedit, quando sumus in iudicio possessorio principaliter intentato prout loquor in eo consilio, et illud fit sine preiudicio cuiusque in petitorio, sed in casu nostro non sumus in possessorio, sed in petitorio, seu melius in executione sententie iam late in petitorio in qua expressum est, quod domina Elisabeth aut eius heres non debet obtinere feuda mascula, nec alia bona, quorum femine non sunt capaces et hoc alias dixi in preallegato consil. lxvij. nume. 24. j. volu. et ex his sit expedita secunda questio.

¶ Capio tertiā in qua queritur circa feuda feminea et alia etiā, que fuerūt cōprehensa in transactione Coloniēsi inita xij. Julij. 1495. videlicet vt pertinerēt ad Gulielmum secundū, Tertio sine filijs masculis decedente, ex eo quod secundus liberauit ipsum tertium a redditione rationis tutele geste per Henricum patrem eius, et propterea tertius strennuam operam se daturum promisit, quod secundus cum eos simultanee ad finem predictum inuestiretur a dominis feudorum, queritur inquā vtrum Lantgrauio reo cōuēto cōpetat circa predicta exceptio cōtra petitam executionē sententie predicte: et certe cum domina

domina Elisabeth fuerit pro sua rata declarata heres Gulielmi Tertij fratris eius, & vt heres egerit, & nũc filius eius executionem petat similiter vt heres predicti Gulielmi oportet† ꝙ omnia gesta ab eo acceptet, & confirmet, seu rata habeat, nec cõtra ea potest aliquo modo venire iuxta l. cum a matre, & tradita ibi per Doct. C. de rei vendica. cum concordantibus vt per dominos consulentes, & per Deci. in l. ex qua persona. ff. de reg. iur. & dixi in consil. paulo ante facto in fauorem Illustrissimi Lantgrauij super feudis Herbipolensibus in iiij. q. paulo post princ. in ver. preterea ex alio domina actrix &c. & vltra ibi allegata ita voluit Ruyn. loquens etiam circa feuda in consil. xxv. viso legato. nume. 10. ij. vol. & in consi. cviij. in causa & lite nume. 12. v. volu.

5

¶ Et cum apud Illustrissimũ Lantgrauiũ reus conuentũ talia bona reperiantur, & ante eum peruenerint ad patrem eius Gulielmũ secundum ex ordine, & conuentione Gulielmi Tertij, (& quidem ex causa onerosa, quia scilicet Gulielmus secundus liberauit tertium a ratione tutele) sequitur, ꝙ ipse Gulielmus Tertius, seu eius heredes teneri debent talia bona apud reum predictum conseruare, quasi pro euictione obligati propter quod sequit, ꝙ domina Elisabeth vt heres fratris, & hodie eius filius, & heres debet omnino a predictorum bonorum
6 petitione repelli, quia† quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio. l. vendicantem. & ibi tradunt Doct. ff. de euict. cum concordantibus vt dixi in consi. cxxviij. presentis consultationis materia. nu. 113. j. vol.

¶ Et plus dico loquẽdo de feudis femineis (de quibus principaliter ista tertia questio proponitur) ꝙ ex eo tantum, ꝙ feuda sunt, licet feminea possunt per Lantgrauiũ retineri vigore exceptionis in sentẽtia expresse dũ dicitur, & bonis quorũ femine
7 non sunt capaces. Nam† femina etiam, ꝙ esset filia non dicitur capax etiam feudi feminei, nisi de eo fiat speciale pactum, vt est tex. & ita ibi declarant Bald. & alij, & apertius ceteris Andr. de Isern. in c. j. in princi. de feud. femin. & ego dixi in preallegatis cõsi. lxv. nu. 1. & nu. 23. & in cõsi. lxvij. nu. 27. minus igit debet dici capax dña Elisabeth, que nõ erat soror inuestite mulieris.

¶ Et si dicatur, ꝙ cum in primo capite exceptionis excipiantur feuda mascula videtur, ꝙ feminea remaneant vt in eis sententia exequatur. Respondetur ꝙ verum est feminea feuda in primo capite non fuisse inclusa, sed postea in secundo capite includuntur, ex quo sunt bona, quorũ femine non sunt capaces, & ita alias dixi, & declaraui in d. consi. lxv. nu. 23. sic igitur feuda omnia etiam feminea debent per Lantgrauiũ condemnatum retineri, etiam, ꝙ alias ad eum non pertinerent, quoniam satis est ꝙ Elisabeth vti femina predictorum non sit capax, & ius in eis non habeat arg. l. fin. cum concordãtibus de quibus ibi per glo. C. de rei vendicat. sic enim dictat predicta sententia in sua exceptione, in qua nõ dicitur exceptis bonis, que ad reũ conuentum pertinent (quo casu fuisset opus eum de suo iure docere) sed dicitur exceptis bonis, quorum femine non sunt capaces, vnde satis est incapacitatem feminarum probare prout de predictis probatum est, ceterum in talibus rebus seruiret reo conuento commodum possessionis iuxta. §. commodum. institu. de interdict.

¶ Sed vltra cõsiderando dico, ꝙ immo etiam de iure Lantgrauij satis constat ex inuestituris cum possessione per particulares dominos feudorum concessis Gulielmo secundo patri eius post mortem Gulielmi Tertij qui dum vixit diligentiam suam adhibuit vt tales inuestiture fierent prout in predicta trãsactione Coloniensi, se facturum promiserat, ex causa ergo predicte transactionis, & sic ex titulo oneroso cõsequutus fuit Gulielmus secundus predicta feuda per inuestituras predictas cũ possessione, & sic dicebatur verum, & plenum ius feudorum cõsequutus, et ita hodie tale ius dicitur habere Illustrissimus Philippus eius filius, & heres reus conuentus.

¶ Ex predictis itaqꝫ & alijs deductis per dominos consulentes veram arbitror eorum conclusionem etiam in feudis, que non a sacro Imperio tenebantur.

¶ Nec placet in hoc temperamentum quoddam positum per dominos Triburgenses, acceptatum postea per alios subscribentes dum dicunt se nescire, an domini feudorum ea concesserint Gulielmo secundo vt per eos, quoniam mihi videtur, ꝙ isti domini non debuissent de eo dubitare, cum dñi Consulentes in facto presupponãt tales cõcessiones, & inuestituras factas fuisse per particulares dominos, quo posito cuꝫ feuda ad eos deuoluta fuissent mortuo Gulielmo Tertio sine filijs, aut alijs heredibus beneficiarijs ipsi vti domini voluerunt Gulielmum secundum inuestire prout fecerunt cum traditione possessionis, & sic plenum ius feudi in eum transtulerunt, quod hodie apud filium & heredem eius reum conuentum reperitur.

¶ Preterea temperamentum predictum ex alio non videtur ad propositum, quia esto, ꝙ tales inuestiture facte non fuissent (quod tamen est contra veritatem) satis reum conuentum defenderet possessio, & petens executionem sententie excludẽdus est, in dictis bonis ex non iure suo cum constet talia esse bona, quorum femine non sunt capaces vt supra dictum fuit.

8 ¶ Et si contra predictam conclusionem dicatur, ꝙ † exceptio per reum conuentũ opposita pro retentione facienda vt supra videtur peremptoria, & consequenter non debet posse opponi post sententiã, que transiuit in rem iudicatã iuxta l. peremptorias. C. senten. rescin. non poss. cum similibus. Optime respõdent dicendũ cõsulentes duobus modis vt per eos. Sed vltra eos tertio respondetur, & de plano, ꝙ argumentũ procederet, quando sententia impugnaretur per exceptionẽ, & sic exceptio sententie contradiceret, vt tradunt Doct. post glo. fin. ibi. & maxime Saly. in l. j. C. de iur. & fact. ignoran. sed si exceptio sentẽtie non contradicit potest quandocunqꝫ opponi vt ibi per Saly. & alios, & probatur in l. ex diuerso. §. fi. ff. sol. matr. sed exceptio de qua agitur sententie non contradicit, quinimmo illam presupponit, & operatur vt sententia in sua exceptione impleatur ergo &c. & ita alias in indiuiduo declaraui in preallegato cõsil. lxvij. nu. 7. vbi ad hoc plura allegaui, vbi videndum est.

¶ Sequitur quarta & vltima questio videlicet vtrũ Comitatus Catzenelnpogensis comprehendatur in illa simultanea inuestitura a Maximiliano Romanorum Rege concessa Gulielmo Tertio, & secundo die xvj. Julij. 1495. circa quam parum est insistendum, etenim placet mihi, & verissima est conclusio dominorũ consulentium vt scilicet dicatur comprehensus per plures rationes, siue considerationes per prefatos dominos deductas.

¶ Et vt breuibus rem clarissimã ostendã aduertendum est, ꝙ prefata simultanea inuestitura facta fuit occasione trãsactionis Coloniensis, & pro eiusdẽ implemẽto, & quasi immediate illaꝫ sequuta fuit, nam biduo tantum interposito facta fuit, quo vix potuit adiri, exhortari, & rogari Maximilianus pro ea facienda & hoc nõ habet dubiũ, nisi enim transactio illa precessisset, inuestitura simultanea facta non fuisset vt apud oẽs est in confesso, quo posito dico, ꝙ verba dicte inuestiture debent declarari, & intelligi, seu interpretari ita vt vere predicte transactionis implementuꝫ operentur, ita enim naturalis iustitia, viua ratio, ac omnimoda verosimilitudo mentis inuestientis, & inuestitutorum aperte suadent, que inter cetera operãtur interpretatione verborũ cuiuscunqꝫ dispositionis vt signãter declarat Bal. in l. fin. in xv. quest. C. de heredi. institué. facit quod dicitur ex
9 †precedẽtibus actibus declarari sequẽtes arg. l. fi. ff. de hered. instituen. quam allegat Paul. de Cast. prout refert, & sequitur & etiam alia iura allegat Afflict. in decisionibus Neapo. in decisio. cccxix. quondã Stephanus & Antonius nu. 5. sed in transact. predicta apertissime dicitur ꝙ inter cetera simultanea inuestitura fieri debeat de omnibus & singulis feudis Gulielmo Tertio obuenientibus ab auo eius Comite Catzenelnpogẽsi, que a sacro Imperio in feudũ dependent, inter que est, & principaliter predictus Comitatus vt notum est ergo sequitur, ꝙ simultanea inuestitura etiam talem Comitatũ comprehẽdit.

¶ Et vltra hanc consideratione dicimus ꝙ talis Comitatus dicitur comprehensus in verbis illis generalibus, & alia quecũque feuda, que a nobis & a sacro Romano Imperio dependẽt prout ponderant domini Consulentes in prima eorũ ratione eo maxime attento, ꝙ iam ipse Gulielmus Tertius predicti Comitatus inuestituram acceperat ante predictas transactionem, eo, ꝙ ad eum hereditarie obuenerat ab auo suo Comite Catzenelnpogensi. Placent etiam alie rationes, & considerationes, dicendum consulentium ad quos me remitto.

¶ Et hec vbi expresse in predicta simultanea inuestitura non fuisset facta mẽtio, etenim satis dr̃ omnimodo cõprehẽsus per predicta & alia adducta per Cõsulẽtes. Tametsi nõ videamur eis indigere, cũ vt audio a pluribus testibus fide dignis depositum sit, ꝙ immo de tali Comitatu in simultanea inuestitura fuit facta expressa mẽtio, de quo ad processum me refero.

¶ Et ex pdictis cõstat nõ obstare, ꝙ in dicta inuestitura simultanea

tanea dicatur de feudis dependentibus, a Comitatu Catzenelnpogensi quasi non de ipso Comitatu sit facta, sed de feudis ab eo dependentibus, nam si verum sit, quod per testes deponitur, iam constat, quod etiam de tali Comitatu expresse facta fuit inuestitura, post habitis vero dictis testibus omnino dicendum est ex alijs verbis & per interpretationem etiā de ipso Comitatu inuestituram simultaneam factam fuisse.

¶ Et stantibus predictis non video quomodo conueniat temperamentum illud quod circa huius quarte questionis resolutionem ponunt domini Friburgenses, & pleriqz aliorū subscribentium, quoniam pro comperto habetur Comitatū predictum Gulielmo Tertio obuenisse a predicto Comite mediante tamen persona Henrici patris eius, & generi dicti Comitis, & ita alias facti species fuit mihi presupposita vt legitur in themate preallegati consilij lxv. & quod in dicto temperamēto subditur, & si Gulielmus Secundus de eodem ab Imperio vel ab alio fuit inuestitus, &c. non bene ponitur conditionaliter in resolutione presentis quarte questionis quoniam istud est de quo disputatur in questione ista, & in eius resolutione concludimus, quod fuit inuestitus per simultaneam inuestituram vti supra demonstratum fuit, reiecto itaqz predicto temperamento Friburgensium velut totaliter inutili, & impertinenti concludendum est simpliciter, & absolute absqz aliqua cōditione Comitatum de quo agitur fuisse comprehensum in predicta simultanea inuestitura etiam quod specialiter de eo non fiat mentio per predicta. Eo presertim quod ipse Comitatus dicitur feudum a sacro Imperio pendens vt alias ego demonstraui in d. consil. lxv. nume. 7. vsque ad numerum. xj. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1551.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XXXVII.

¶ Processus & iudicium in vna causa contra certam personam factum, simul, & sententia non preiudicant eidem in alia causa licet sit omnino similis in fauorem alterius.

¶ Litere vnius ab aduersario non acceptate, ei prodesse non possunt, & minus si illis fuerit expresse contradictum.

¶ Petitioni hereditatis quanto tempore prescribatur, & an titulus putatiuus iusto errore causatus operetur prescriptionem x. vel xx. annorum.

¶ Et contra prescriptionem xl. annorum an detur restitutio in integrum ex capite ignorantie.

¶ Renunciatio actionis propter certum quid facta, non preiudicat, nisi illud sortiatur effectum.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ¶ *Iudicium, processus, & sententia quæ in una causa fiunt non procedunt nec præiudicant in alia aliam personam respiciente.*
2 *Literæ productæ ab eo qui illas non acceptauit non iuuant ipsum producentem.*
3 *Assertio actoris in possessorio retinendæ, quod ipse possidet & in possessione turbatur, nō pōt per Reū allegari, nec in ea fieri fundamētū.*
4 *Præscriptio quadraginta annorū omnem prorsus actionē excludit, ita ut tanto tempore possidens dicatur plenissima munitione securus.*
5 *Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ non competit contra præscriptionem quadragennariam.*
6 *Præscriptio quadraginta annorum currit etiam quod præscribens non haberet titulum.*
7 *Petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem, & nu. 9.*
8 *Titulus sufficiens ad præscriptionem causatur ex iusto errore.*
10 *Petitio hæreditatis non solet præscribi nisi spatio triginta annorum.*
11 *Petitio hæreditatis excludit spatio triginta uel quadraginta annorū.*
12 *Literæ missiue continentes solam pollicitationem non obligant scribentem ad earum implementum.*
13 *Litere missiue non referuntur ad præscriptionem iam completam.*
14 *Renunciatio facta prætextu conuentionis inter partes initæ & simultaneæ inuestituræ de utroque faciendæ & postea factæ non præiudicat renuntianti, nisi ipsa conuentio, & simultanea inuestitura prædicta suum sortiatur effectum.*
15 *Renuntiatio quam partes in compromisso facere solent, cum fiat prætextu sententiæ seu laudi per arbitros proferendi, in aliquo non præiudicat nisi laudum sequatur.*
16 *Renunciatio ob certam causam facta est nulla nisi causa impleatur.*

CONSILIVM XXXVII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Post plurimas dubitationes circa bona, & hereditatem Illustris. quondā Gulielmi tertij qui sine filijs decessit stante quadam sn̄ia postea lata inter Illustris. Philippum Lantgrauiū Hassie modernū comitē p̄dictorū bonorū possessorē, & reū cōuentū ex vna, & inter Illustris. dn̄am Elisabet, seu inter eius filiū, & heredē Comitē a Nassau, agentem ex altera, super quibus dubitationibus, aut pluribus illarū plura edidi cōsilia, quatuor vcz iam annis pluribus, dū Padue legerē, que reperiunt in j. vol. meorū consiliorū. nu. 65. 66. 67. & 68. & alia quedā paucis diebus elapsis, noua nūc oritur dubitatio, nam Comes Nassauiēsis vti cessionarius dn̄e Mectildis ei⁹ matertere, que ēt erat soror Gulielmi Tertij vt s. sine liberis defuncti, ex causa tñ, & titulo emptionis per eū ab illa, seu ab Illustris. Duce Cliuēsi facte, petit aliā dimidiā p̄dicte hr̄ditatis, p̄tēdens sn̄ias oēs iā latas respectu dimidie in fauorē D. Elisabet matris ei⁹ attēdēdas esse, & seruari debere respectu alterius dimidie (vt asserit) ptinētis ad d. do. Mectildē, & hodie ad eū vigore emptionis p̄dicte, & cessionis p Ducē prefatū sibi facte.

¶ Sed ex pte Illustris. Lātgrauij rei cōuēti duo opponūtur.

¶ Primo, quod iudicium iam agitatū super parte Elisabet, & sententie super tali parte late non seruiunt, nec sunt circa partem Mectildis attendenda.

¶ Secūdo quod tali petitioni, ēt si principaliter fiat, obstat exceptio legitime p̄scriptionis, & sic in effectu due pponuntur questiones prout ex duabus exceptionibus p̄dictis colligit, super quibus virtualiter cōsuluit excellentis. Alciatus, iam annis pluribus dū Ferrarie legeret, & post eū apertius, & distincte consuluerunt excellentis. Doct. Louanienses, & pleraqz collegia Germanorum subscripserunt, ego aūt sum modo requisitus, vt super predictis, quid de iure sentiam scribere velim, quare visis, ac bene introspectis predictis cōsilijs, diligenter facti cōtingentia vti mihi pponit, & in cōsilijs p̄fatis presupponit ɔsiderata.

¶ Circa primā qōnem verissima, & indubitata vz cōclusio do-
1 minorū cōsulentiū, nā† iudiciū, pcessus, & sentētia, que in vna causa fiunt, nō procedūt, seu nō preiudicāt in alia, aliā personam respiciēte, iuxta titulū. C. res inter alios acta &c. & tradūt Doc. maxime Alex. in l. sepe. ff. de re iudic. facit l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. cū similibus & sicuti nō nocet, ita ēt nō patrocinatur alteri vt l. ij. C. quib. res iudic. non noc. & ibi plene tradunt Doct. & sic in proposito nostro processus, & sententia super portione dn̄e Elisabeth nō potest patrocinari dn̄e Mectildi, aut eius cessionario, & quia hoc in iure exploratissimum est, & plene per dominos consulentes deducitur, super eo vlterius non instabo, firmando causam portionis domine Mectildis non posse dici aliquo modo determinatam per iudicium, & sententiam, que super portione domine Elisabeth interuenerunt.

¶ Nec pōt dicere Illustrissimus Comes a Nassauiensis predictū iudiciū seruire ei etiā super tali portione, quasi, & illa dicatur per eum in iudiciū deducta, cum illa ad eum nunc dicatur pertinere ex causa cessionis vt supra cum illud acciderit post iudicium acceptum, & multis annis interpositis iuxta l. non potest videri, & tradita ibi per Doct. ff. de iudic. & plene tradunt Doct. Louanienses in eorum consilio.

¶ Nec ɔclusioni p̄dicte aduersantur litere Illustris. Lantgrauij ad Cesareā Maiestatē, qbus ipse dicit, & polliceri vr, quod idē ius seruat circa portionē Mectildis, qd in portione Elisabeth iudicabitur, quoniā ad eas pluribus modis, & iuridice respondetur, vt p Alciatū, & alios cōsulentes, & licet quelibet respōsio bona sit, illa tñ est optima, & aperte tollit oēm difficultatē, quod ex dictis literis nullū ius efficax producit in fauorē Illustris. Comitis Nassauiensis, ex pluribus & ex eo presertim, qr per ipsum
2 nedum acceptate nō fuerūt, ex quo solo sequitur, † quod ex eis iuuari nō pōt iuxta. l. iij. & not. ibi per Bal. in ij. notab. C. de repud. hered. qdēt ibi voluit Saly. nu. 5. & sequūtur alij maxime Alex. in iij. not. dicēs, quod q nō acceptat verba aduersarij nō pōt in illis se fundare ad qd plura cumulat Jas. i l. error. nu. 4. 5. 6. & 7. C. de iur. & fact. ign. Sed ēt fuit illis ɔdictū p ipsum Comitē vt bene, & ɔdudēter deducūt Doct. Louaniēses in eor. cōsilio, ad quos me refero, quo stāte clara sequit conclusio, quod Comes p̄dictus nō pt se in dictis literis fundare, cū eis ɔdixerit, & unpu-

impugnasse videatur per regulam, ex eo non debet, de regul.
3 iur. lib. vj. sicut in simili per illam regulam dicamus, quod † assertio actoris in possessorio retinende, quod ipse possidet, & in possessione turbatur, non potest per reum allegari, nec in ea fieri fundamentum, qui per prius illam, negauerat, dicendo actorem non possidere, vt per Bart. & alios in l. naturaliter. §. nihil commune. in iij. lectura, vbi post alios de hoc ego scripsi ff. de acquiren. poss. & in predicta regula fundatur decisio. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testam. & l. alia. C. de his quib. vt indig. quatenus in eis denegatur petitio legati, illi qui illud testamentum per prius impugnauerat prout in d. legibus regulam illam exemplificat ibi Dynus &c.

¶ Et ex his sequitur, quod nihil prodesse potest predicto Comiti, quod in quibusdam literis suis postea scriptis videatur predictas literas Lantgrauij, seu pretensam oblationem in eis contentam acceptare, & petere eam obseruari, quoniam vt dictum est, hoc ei non permittitur per regulam predictam & quia absurdum est aliquem redire ad illud cui renunciandum putauit vt inquit Iustinian. in l. siquis iusiurandum in princi. C. de reb. cred.

¶ Sic igitur ex predictis, & alijs pluribus per consulentes predictos deductis (qui etiam ad quedam alia obiecta, licet leuia iuridice respondent) stet firma, & indubitata conclusio, quod iudicium, & sententia circa portionem dominae Elisabeth, non sunt attendenda circa portionem dominae Mectildis venditam, & cessam predicto Comiti pendente iudicio super alia portione. Hec de prima questione.

¶ Circa secundam videlicet vtrum petitioni, quam facit Comes predictus de portione dominae Mectildis obstet exceptio legitime prescriptionis, plene scripsit preclarissimus consulens, ita vt omnia tetigisse videatur, & siquid superesse videbatur deduxerunt postea Doctores Louanienses secundo loco consulentes ob quam causam conclusiue loquendo paucis me expediam.

¶ Dico ergo quod exceptio prescriptionis tuetur Illustrissimum Lantgrauium reum conuentum respectu predicte portionis prout etiam concludunt predicti domini consulentes, possedit enim bona fide bona, de quibus agitur, tanquam sua, absque aliqua molestia per annos
4 supra xl. merito ergo ex † tali, & tam longa possessione dicitur contra eum omne, & qualecunque ius extinctum. l. omnes. C. de prescrip. xxx. vel xl. ann. & c. ad aures. in fin. de prescrip. ibi omnem prorsus actionem excludit, & ita vt tanto tempore possidens dicatur plenissima munitione securus, vt dicitur in d. l. omnes. in fin. & nullam molestiam, vel inquietudinem debeat amplius formidare, vt inquit Imperator in l. fin. C. de fund. patrim. lib. xj. & per predi
5 cta iura infertur, † quod contra talem prescriptionem quadragenariam non competit aliqua in integrum restitutio ex capite puta ignorantie vt alias dari solet iuxta. l. j. in fin. ibi. si qua mihi iusta causa videbitur. ff. ex quib. caus. maior. nam si daretur, vtique qui tanto tempore possedit, non esset plenissime securus, sed molestiam pateretur contra iura predicta & ita hanc opinionem vti veriorem pluries secutus sum legendo, & consulendo, vt pluries inter consilia mea studiosus reperiet, & inter alia ita firmaui in consi. lxxvj. cum diebus elapsis. nu. 102. & in consi. cxlv. Baptista de sanctuccijs nu. 77. 78. & 79. j. vol. in quibus ostendi hanc opinionem magis communiter * approbari, licet aliqui reperiatur, qui contrarium tenentes asserant eorum opinionem esse communem, sed erant vt constat ex allegatis per me in d. consilijs, deduxi enim sexdecim vel septemdecim Doctores magni nominis opinionem hanc nostram tenentes, & vltra allegatos in d. consilijs addo quod hanc opinionem tenent infrascripti Moderni, videlicet Beltrand. in consi. cxxxix. cum supponatur ij. vol. ex primis. & in consi. cciij. punctus questionis. nu. 4. 5. & 6. ij. vol. ex nouis. Parisi. in consi. xxij. prima in huiusmodi. nu. 221. j. vol. Gozad. in consi. viij. in hac causa ad fin. Igneus. in l. iij. §. si conditioni. nu. 126. ff. ad Sillanian. Io. Ant. Alex. in consi. lvj. circa dubitationes. ad fin. vbi post Deci. dicit, quod est communis opinio. & Tiraquel. in tract. de vtroque retract. car. 234. num. 37. 38. & 39. & ante omnes istos ita videtur tenere Ias. in consi. ccix. vera vt arbitror. ij. col. ij. volu. super hoc tamen aliter non instabo, nec curabo tollere argumenta contraria, quia in proposito non expedit ex eo, quod ignorantia saltem probabilis ex parte domine Mectildis considerari non potest, ac etiam quia in predictis meis consilijs, & etiam in alijs allegatis per me ibi, & supra reperietur omnibus contrarijs responsum.

6 ¶ Et cum simus in prescriptione annorum xl. & vltra, † non est curandum si diceretur, quod in casu nostro prescribens titulum non habebat (tametsi id falsum sit vt statim dicetur), put clare probat, & ibi tradunt Doct. in d. l. fin. C. de fund. patrimo. & in d. l. omnes. C. de prescrip. xxx. vel xl. an. presertim cum in casu nostro prescriptio non fuerit contra ius commune, quia tunc aliud esset per tex. in c. j. de prescrip. lib. vj. vt per Abb. in d. c. ad aures. in fin. de prescript.

¶ Sed vlterius aduertendum est, quia dicimus, quicquid alias sit dicendum pro regula in petitione hereditatis in casu isto fuit prescriptum contra heredem prescriptione longi temporis ordinaria scilicet x. annis inter presentes, & xx. inter absentes circa bona immobilia, & triennio circa mobilia iuxta titulum. C. de prescrip. long. tempor. per totum. & institu. de vsucap. in fi. princ. cum similibus, & hoc ex eo quia Lantgrauius sue possessionis titulum habuit saltem putatiuum, & cum eo bonam fidem, nam cum decesserit Gulielmus Tertius sine descendentibus probabiliter credidit Gulielmus secundus patruelis illius ad se spectare, vti ad verum, & legitimum successorem in d. bonis, tum quia vt plurimum feuda sunt tum propter consuetudinem familie Hassiae, tum etiam propter conuentiones, & fraternitates inter eos & maiores eorum initas, prout alias plene prosecutus fui in consi. lxv. Illustrissimus Hermannus. nu. 23. cum aliquibus seq. j. vol. quod fuit primum consilium, quod feci in fauorem Illustrissimi Lantgrauij, ac etiam propter simultaneam inuestituram a Cesarea Maiestate concessam predictis Gulielmis Tertio & secundo que expresse continebat vt tertio sine liberis masculis decedente bona predicta venirent ad secundum. istis sic stantibus credidit ille secundus, & post eum filius eius in dictis bonis se fuisse verum successorem & ita cum tali titulo (saltem presumpto, seu putatiuo, & ex iusto errore causato & cum bona fide) talia bona ipse Gulielmus secundus & post eum Illustris. Philippus filius, & successor eius Lantgrauius modernus tenuerunt, & possederunt, merito ergo talia bona prescripserunt ordinario tempore vt dictum est, ita quidem vt petitio hereditatis tali prescriptione dicatur iuridice exclusa, prout de hoc est communis opinio, vt traditur in locis statim allegandis.

7 Et si dicatur, quod secundum hoc petitio † hereditatis non posset intentari, quia non datur contra titulo possidentem. l. regulariter. cum legibus seq. & ibi tradunt Doct. ff. de petit. heredit. & tradit post alios Ias. in §. actionum. nu. 218. institu. de act.

Respondetur, quod contrarium procedit, quando titulus est iustus & verus, tunc enim verum est petitionem hereditatis non dari contra titulo possidentem, sed si titulus sit putatiuus, iusto tamen errore causatus sufficit per se ad excludendam petitionem hereditatis, licet sit habilis ad prescriptionem predictam prout de hoc est glos. in rub. C. quor. bonor. & est doctrina Bar. in l. j. ff. eo. tit. cum concordantibus supra per alios consulentes deductis, quibus addo, quod ita etiam firmauit Ias. in l. j. in fi. C. de inoffi. testam. & in l. iij. in fi. C. de edict. diui Hadr. tollen. idem dixit Ruin. in consi. clxij. q. j.
8 nu. 6. iij. vol. du inquit, † quod ex iusto errore causatur titulus sufficiens ad prescriptionem, hoc etiam tradit Parisi. in consi. xlvij. actores isti nu. 15. & in consi. lxvj. Nobilis Siluester. nu. 84. iij. vol. vbi allegat l. Diutina. C. de prescrip. long. tempor. & alia plura iura, vt per eum, & hoc in effectu voluit Curt. Iun. in d. l. iij. nu. 20. & 21. C. de edict. diui Hadr. tollen. & hec ego alias dixi in consi. lxxvij. cum vigeret bellum. nu. cliiij. cum pluribus seq. j. vol. & reperio, quod idem firmauit Iacob. de sancto Georg. in d. l. iij. nu. 58. & dicetur in proposito titulus vniuersalis pro herede, vel generalius pro successore iusto, & probabili errore causatus in persona Lantgrauiorum Gulielmi secundi & Philippi eius filij, vt ex predictis, & alijs deductis per consulentes constat, & quod talis titulus causet prescriptionem ante preallegatos Doct. posuit Hostien. in summa, de vsucap. sub titulo, pro herede, in ver. veruntamen probabilis, siue iustus error, &c. & quod petitio hereditatis detur contra possidentem titulo putatiuo post alios velut * commune dictum firmat insignis Modern. Vbertin. Zuccbard. in d. l. iij. nu. 434.

9 ¶ Posset etiam ad obiectum planius responderi, nam † quod dicitur petitionem hereditatis non dari contra titulo possidentem non procedit, si pro herede quis possideat. d. l. regulariter. & l. pro herede. ff. de petit. hered. & l. hereditatem. C. in quib. caus. cess. long. temp. prescrip. sicut etiam dicitur de interdicto quorum bonorum. l. j. & ibi tradunt Doct. ff. quor. bon. & l. ij. C. eo. tit. intelligendo tamen, quando non sit verus heres, sed credit se heredem vt declarat gl. & sequuntur Doct. in d. l. pro herede. & hoc siue credat bona fide se heredem, siue etiam mala, vt clare docet Ias. in d. §. actionum. nu. 217. verum est, quod quando bona fide sic putat, & ad id inductus fuit iusto, & probabili errore talis titulus pro herede sufficit ad vsucapiendum, & prescribendum longo tempore vt supra dixi, & ita concluditur per Doct. in locis preallegatis.

10 ¶ Et si iterum replicatur, ꝙ † cum petitio hereditatis non soleat
* prescribi nisi spacio xxx. annorum. Iuxta tradita cōmuniter *
in l. licet. C. de iur. delib. videtur inconueniens, ⁊ non tolleran-
dum, ꝙ tollatur triennio, decennio, vel vicennio. Respondetur,
ꝙ istud toleratur, quia cum tunc petitio hereditatis detur con
tra titulo possidentem, ⁊ sic excedat suos terminos, qui sunt vt
non detur contra titulo possidentem vt supra dictum est, exce-
ditur postea a non suis terminis vt scilicet contra eam currat
prescriptio predicta, ita voluit glo. fi. in d. l. iij. C. de edict. diui
* Hadr. tollen. quam ibi communiter * sequuntur Doct. vt ibi
per Deci. in vltimis verbis. ⁊ per alios Moderniores. ita etiā
dixit alia glo. fi. in l. pe. C. in quib. cau. cess. long. temp. prescri.
⁊ ita magistraliter respondet, ⁊ declarat Ang. in consi. lxxxiiij.
in causa predicta. in iiij. dubio. cum concordantibus vt alias
dixi. in preallegato consi. lxxvij. nu. 157.

¶ Preterea obiectum aperte tollitur, quia nedum x. aut xx. an
ni lapsi sunt sed etiam xxx. ⁊ xl. ⁊ vltra. vt iam dictum fuit per
11 † quod tempus absque dubio excluditur petitio hereditatis
vt traditur in dicta l. licet. C. de iur. deliber. ⁊ in l. quandiu la
prima. ff. de acquiren. hered. cum cōcordantibus vt per Alex.
in consi. cxxix. videretur prima consideratione, in fin. lib. vj. ⁊
per Bald. in tract. prescrip. in iiij. part. quarte part. principa-
lis in xvj. quest.

¶ Nec predicte cōclusioni prescriptionis supra firmate, quicꝙ
obstāt litere Illustris. Lantgrauij, de quibus supra quasi, ꝙ p
eas ipse sit constitutus in mala fide, ⁊ ita prescriptio fuerit impe
dita iuxta. c. fin. de prescrip. ⁊ c. ij. de regul. iur. lib. vj.

¶ Quoniam ad eas pluribus modis respondetur vt per pre-
dictos dominos consulentes ⁊ indubitata est illa responsio, ꝙ
12 predicte † litere solā pollicitationem sunt operate, ita vt ad ea-
rū implementum teneri Lantgrauius non debeat. l. Charide-
mus. ⁊ ibi Doct. ff. de pollicita. ⁊ tradūt Moder. in rub. ff. de
verb. obli. vbi post alios aliquādo scripsi ⁊ presertim cū tales
litere nō fuerunt acceptate, sed eis fuit contradictū vt per alios
consulentes, ⁊ per me dictum fuit supra in preced. quest.

¶ Nec demum predicte prescriptioni obstant quedam litere
Cesaree Maiestatis que cōtinere videntur, ne prescriptio cur-
rat, quoniā respondetur, pluribus modis per dnm Alciatū in
13 suo consilio, tum † quia eo tempore prescriptio erat iam perfe-
cta, ⁊ sic ad eā litere ille nō referuntur, argu. l. patre furioso. ff.
de his, qui sunt sui vel alien. iur. ⁊ l. si vero non remunerandi.
§. si post. ff. mand. tum etiam quia nō fuit facta iudicialis con-
uentio post tales literas vti requirebatur ad interrumpendā
prescriptionē, iuxta l. sicut ver. nec sufficiat. C. de prescrip. xxx.
vel xl. ann. ac etiam ex alijs causis vt per predictum d. consulto
rem ad quem me refero. ⁊ vna cum eo, ⁊ alijs consulentibus, ⁊
subscribentibus cōcludo petitioni portionis domine Mectil-
dis obstare exceptionem prescriptionis, ⁊ hoc stante bona fide
ex parte prescribentis, ⁊ ꝙ nulla alia interruptio prescriptio-
nis interuenerit prout etiā plerīqꝫ subscribentium dicunt.

¶ Demū non ommittā, ꝙ id quod dicūt nouissimo loco Do
ctores Louanienses videlicet, ꝙ in euentum, quo ex parte acto
ris obtinerentur bona de quibus agitur, tam pro parte domi-
ne Mectildis, quàm pro parte domine Elisabeth, ei esse resti-
tuēda (tametsi illud velut iniustissimū non arbitremur) conue-
niret ac iustū videretur vt ex parte predictarū sororum vti here
dū Henrici patris earum per mediā personā Gulielmi Tertij
ipsarū fratris reddat ratio tutele Gulielmi secūdi p predictum
Henricū administrate, mihi vr̄ verissimū, ⁊ ita ēt illud sequor.

¶ Nec obstaret, ꝙ tali reditioni fuerit per ipsum Gulielmum
14 secundū renunciatū in concordia Coloniensi. iij. † Quoniā ta-
lis renūciatio fuit facta pretextu questionis inter eos inite, ⁊ si-
multanee inuestiture tūc de vtroqꝫ faciende, ⁊ postea facte, pro-
pter quod talis renūciatio illi preiudicare nō debet, nisi ipsa cō
uentio, ⁊ simultanea inuestitura predicta suū sortiretur effectū
arg. l. nihil interest. §. si cū filius. ⁊ eorū, que ibi dicūt Doct. ff.
de inoffi. testam. ⁊ l. si iure. ff. de leg. iij. qui enim vni iuri suo re-
nunciat vt aliud consequatur nō dicitur sibi preiudicare, nisi cō
sequatur quod ipse voluit, ⁊ propter quod facta fuit renuncia-
15 tio vt traditur in iuribus predictis, optime facit, quia † renūcia
tiones quas partes in compromisso facere solent, cū fiant pre-
textu sententie, seu laudi per arbitros proferendi, in aliquo nō
preiudicant nisi laudum sequatur, pulchra est doctrina Bald.
in l. si diuersa. C. de transact. cum concordantibus vt dixi in
preallegato consi. cxlv. nume. 84. j. volu. quibus adde Iaso. in
l. non dubium nume. 57. C. de legib. ⁊ in l. postquam liti. nue
me. 8. C. de pact. ⁊ quod in simili dicitur, de † renunciation-
ob certam causam facta vt scilicet sit nulla, nisi causa impleatur,
vt signanter post alios, quos allegat, firmat Ruin. in consil.
cxxxvij. verbis vtriusqꝫ testamenti, nu. 12. ⁊ 13. iij. volu. sed ta-
lis concordia, ⁊ simultanea inuestitura non haberet effectum si
restitutio bonorum fieret predictis mulieribus, siue earuꝫ suc-
cessoribus vt de se constat, ergo ⁊c. ⁊ cum predicta vera putem
satis etiam consequenter dici potest actores in euentum restitu
tionis (quod tamen timendum non est) teneri ad cauendum
de tali redditione facienda arg. tituli. ff. si cui plus quam. per
leg. falcid. ⁊ vt legat. nom. cau. ⁊ a fortiori. l. in omnibus. ff. de
iudic. nam si cautio prestanda est, eius quod nōdum debetur,
vt ibi dicitur, fortius in casu nostro vbi omnino ratio tutele red
denda esset concordia, ⁊ simultanea inuestitura predictis non
sortientibus effectum vt dictum est.

¶ Et hec non videntur aduertisse Doctores Thubingenses
cum in eorum subscriptione dixerint non satis intelligere cur
affirmari possit, quod postremo loco de cautione predicta a
Louaniensibus in eorum consilio dictum fuit. Non curo ta-
men super hoc vltra insistere quoniam (nisi mea me fallat opi-
nio in bona iustitia fundata, ⁊ ni decipiar) restitutio bonoruꝫ
non fiet per dicta supra, ⁊ in pluribus alijs consilijs per me red
ditis (pro iustitia vt credo) in fauorē Illustrissimi Lantgrauij
rei conuenti. Laus Deo Optimo Maximo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1554.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILIII XXXVIII.

¶ De carcerato, ꝙ nō possit citari vt personaliter compareat.
¶ Et plene an, ⁊ quando teneatur mittere procuratorem?
¶ Et vtrum in causis magnis, ⁊ arduis quis cogi possit mitte
re procuratorem?
¶ Quando impedimentum longo tempore duraturum sit,
vel si superuenit post lites inceptas, aut etiam si propria sua
culpa acciderit.
¶ Et an, ⁊ quando procurator post litem inchoatam possit
mandatum deponere?
¶ Item cum ex iusta causa id fieri possit.
¶ Plures cause ponuntur, quibus licitum est procuratori
mandatum non implere.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Citatio quæ in iudicijs fieri debet facta detento in captiuitate ut personaliter compareat, alias contra eum uti contumacem procedetur, fieri non potest, & facta eo modo nihil operaretur. Sed processus super tali citatione factus, & omnis actus iudiciarius, ac etiam sententia ipso iure non ualeret, ratione ut ibi.*
2 *Custoditus & comparere impeditus an teneatur mittere procuratorem ad causas contra se motas defendendas, ita ut alias possit contra eum ueluti contra contumacem procedi.*
3 *Procuratorem nemo tenetur mittere in causis grauibus & arduis, sed satis est mittere aliquem ad probandum impedimentum suæ personæ.*
4 *Impeditus perpetuo impedimēto aut lōgo tempore tenetur procuratorem mittere, præsertim quando lis fuisset inchoata ante impedimentum, & ibi discutitur regula cap. quærelam. de procurat.*
5 *Impeditus etiam breui tempore, culpa tamen sua, & ex causa non probabili, licet impedimentum sit necessarium, tenetur mittere procuratorem, etiam quod sit causa grauis.*
6 *Lex generaliter et indistincte loquens in quolibet casu generaliter debet intelligi.*
7 *Ratio generalior dicto nunquam ad terminos dicti restringitur.*
8 *Locus ab identitate rationis ualidus est in iure.*
9 *Procuratorem non inueniens, uel inueniens sed non idoneum uenit excusandus, nec potest contra eum procedi, & si procedatur, processus & sententia erunt ipso iure nullius momenti, si illud sciuerit iudex, alias restituetur in integrum.*
10 *Iura enumerantur quibus excusatur nō ualens cōstituere procuratorē.*
11 *Mandatū acceptare nemo inuitus cogitur, cū illud cōsensu cōtrahatur.*
12 *Regula, quod in omnibus casibus in quibus quis tenetur mittere procuratorem si non mittat, non excusetur & sit contumax, debet intelligi, si commode procuratorem inueniat.*
13 *Paria sunt quid non esse, & esse imperfectum uel inutile.*
14 *Diuites facile inueniunt procuratorem.*
15 *Mandata licet ab initio sint uoluntatis, & nemo cogatur ea acceptare, tamen ex post facto sunt necessitatis.*

Deten-

16 Detentus cum militari custodia, quodammodo in seruitute esse videtur.
17 Probatio admittitur contra præsumptionem iuris, secus contra præsumptionem iuris, & de iure.
18 Mandatum extinguitur si quid in persona mandantis contingat, ut status eius uarietur, præsertim in deterius.
19 Procurator omnino excusatur data impoßibilitate implendi susceptũ mandatum, cum nulla sit obligatio ad impoßibilia.
20 Mandati fines sunt diligenter custodiendi, ita ut si quid ultra fines mandati quis faciat illos excedendo, teneatur actione mandati.
21 Delegatus ab ordinario licet regulariter subdelegare non poßit, potest tamen propter multitudinem causarum.
22 Diuinare nemo tenetur.
23 Emergentia de nouo nouo indigent auxilio.
24 Procuratori non est deneganda facultas temporis, & loci, ut in rebus tractandis principalem suum consulere poßit, adeo quod (si denegetur per iudicem) posset appellare.
25 Procuratores non uidentur grauandi, ut de prouincia in prouinciam uadant.
26 Singula quæ non prosunt multa connexa iuuant.

CONSILIVM XXXVIII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.
¶ In ea difficultate vtrum scilicet Illustrissimus Princeps Romani Imperij Philippus modernus Lantgrauius Hassie iam per aliquot annos sub militari custodia a Cesarea Maiestate retentus possit per exceptionem carceris, & custodie differre lites contra eum tam motas ante custodiam, q̃ postea vsquequo proprie libertati (vt cito sperat) restituat. Multa hinc & inde dici possent, & certe animi nostri erat plurima scribere, verum cum hucusq; id explere non valuerim varijs, & multiplicibus curis impeditus, & nunc maxima cum instantia instetur, vt quamcitissime, & breuiter rem ipsam absoluam, paucissime me expediam, quod equo animo feram, quia in presenti difficultate ostensum est mihi sapientissimum, ac copiosissimum responsum amplissimi, & venerandi Collegij Patauini, (cuius aliquando dum ibi legerem pars aliqua licet minima fuit) quod reuerenter, libentiq; animo legi, ac perlegi, & tandẽ omnibus bene cõsideratis, ac presuppositis in facto veris, que in eo presupponuntur, placet admodum, & iuridica mihi videtur conclusio sacratissimi Collegij predicti, vt scilicet per exceptionem carceris, siue custodie iudicia contra predictum Lantgrauium mota, & mouenda differantur vsq; ad eius liberaz relaxationem, que benignitate Cesarea non multum differenda
1 speratur, & non est dubium, † q̃ citatio (que in iudiciis fieri debet per iura vulgaria) de predicto Principe vt ipse personaliter compareat, alias contra eum vti contumacem procedetur, fieri nõ potest, & facta eo modo nihil operaretur, sed processus fieri, & omnis actus iudiciarius, ac etiam super tali citatione factus, & omnis actus iudiciarius, ac etiam sententia ipso iure non valeret, nam cum ipse ita detineatur, q̃ ad iudicium venire non possit, dicitur legitimo impedimento impeditus, & ideo processus erit nullus eo presertim quia in casu nostro nullus est iudex, qui non nouerit eum carceribus, seu custodia iam per plures annos detineri, cum id toti Christiano orbi innotuerit, prout de hoc est doctrina Bartoli in l. ij. in
* fin. ff. de in ius vocã. que communiter * est recepta, vt traditur in predicto doctissimo responso, seu consilio, & vltra allegata in eo ita in terminis, & pro magistrali doctrina tradit recolende memorie dominus Marianus Socinus auus meus in suo solemni tractatu de citat. in v. arti. q. xxv. est sub nu. 47. & habetur per Docto. in l. questitum. in princip. per illum textum. ff. de re iudic. cum concord. multis, qui allegari possent, & quia loquendo respectu sue persone res caret omni difficultate, vlterius super hoc non est instandum.
¶ Tota autem difficultas presentis consultationis consistit in
2 eo † vtrum ille sic custoditus, & ita comparere impeditus teneatur mittere procuratorem ad causas contra se motas defendendas ita vt alias possit contra eum, veluti contra contumacem procedi, vt in simili dicitur in c. cum dilecti. & ibi tradunt Doc. de dolo, & contuma. de quo tractat Barto. in l. j. in ij. opposit. & distinguit vt per eum ibi. in versic. tu ergo latius &c. ff. de diuers. & tempor. prescript. & in l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis caut. & Innocen. Cardin. Abb. & alij in c. ij. incip. querelam. de procurat. & in aliis locis habetur per Doctores, de quibus per eminentissimum Patauinum Collegium in prefato consilio. & vltra allegatos in eo addo q̃ melius, & plenius, q̃ per alios de hoc tractat auus meus in predicto tractatu de citat. in d. artic. v. in q. xxviij. & plene etiam tractat Egid. Bellamer. quem etiam Patauinum Collegium non allegat in d. c. querelam. in tribus primis oppos. & ex dictis Doctorum in variis locis,
3 in primis firmatur regula, q̃ † in causis arduis, & grauibus nemo tenetur mittere procuratorem, vt est casus in d. c. querelaz. sed satis ei est mittere aliquem ad probandum impedimentuz sue persone, vnde cum in casu nostro exploratissimuz sit causas contra Lantgrauium custoditum esse graues, & arduas, & presertim motas per Illustrissimum Comitem Nassauiensez, vt bene deducit Patauinum Collegium, & constat etiaz ex dictis per auum meum in predicta quest. xxviij. nu. 58. dum declarat que dicatur causa grauis, & ardua, & impedimentum Lantgrauij est notissimuz, sequitur, q̃ sumus sub regula predicta, vt scilicet non teneatur mittere procuratorem.
¶ Sed aduertendum est, quia regula predicta limitatur pluri
4 bus modis, inter quos, primo non procedit, † quando impedimentum est perpetuum, aut longo tempore duraturũ, tunc enim tenetur procuratorem mittere presertim quando lis fuisset incohoata ante impedimentum, argumento l. eundez. §. j. ff. de legation. ita post plures, quos allegat firmat auus meus in preallegata quest. xxviij. sub nu. 50. Quinimmo ibidem voluit dictum c. querelam. & regulam predictaz non procedere, si causa ante impedimentum fuisset inchoata, etiam quando impedimentum fuisset temporale, si breui tempore duraturuz, vt ibi per eum. nu. 53. & ita etiam voluit Henric. vt refert, & sequitur Bellamer. in d. c. querelam. in iij. opposit. in versic. hic vero in hoc vltimo &c. Sed in casu nostro Illustrissimo Lantgrauio superuenit impedimentum post aliquas lites motas, ergo videtur, q̃ in eis non possit excusari, siue velimus, q̃ eius impedimentum sit longo tempore duraturũ, siue etiam breui (vti ex benignitate Cesaree Maiestatis sperandum est.)
¶ Preterea & secundo regula predicta limitatur, vt non proce
5 dat, † quando impedimentum etiam breui duraturum accidit alicui ex culpa sua, & sic dicatur ex causa non probabili, licet impedimentum sit necessarium, nam etiam tunc tenetur mittere procuratorem, etiaz q̃ sit causa grauis, vt auus meus declarat post Doctores, quos allegat in d. quest. xxviij. sub nu. 50. vers. aut impedimentum est necessarium, sed non probabile, prout videtur probari in l. Papinianus. ff. de minorib. & in l. sed & si per pretorez. §. j. ff. ex quib. cau. maior. & ita etiam per predicta iura firmat Bellamera in d. c. querelam. in j. opposit. & ita etiã predicta iura allegando dicit Aret. in consi. xxxij. consultissime domine. in j. dubio. dicens q̃ ita voluit Bar. in d. l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis caut. sed in proposito videtur q̃ Lantgrauius sit impeditus impedimento nõ probabili, licet necessario eo q̃ ex culpa sua detineri videatur, ergo videtur q̃ nõ debeat posse excusari, sed q̃ teneatur mittere procuratorẽ, & in his consistit omnis difficultas presentis consultationis.
¶ Uerum ad ista omnia responderi potest, primo, q̃ immo quicquid in contrarium dictum sit regula d. c. querelam. q̃ in causis grauibus nemo cogitur constituere procuratorem procedit generaliter etiam si causa fuerit ante impedimentum inchoata, & etiam q̃ impedimentum sit necessariuz, & non proba
6 bile, vt quando quis incidit in illud ex culpa sua, nam † cuz ille text. loquatur generaliter, & indistincte ita in quolibet casu generaliter debet intelligi. l. j. §. & generaliter. ff. de legat. prestan. l. item apud. §. generaliter. ff. de iniur. & l. quiq; §. parentes. ff. de in ius vocan. cum similibus, facit quod dici solet, vbi lex nõ distinguit, nec nos debemus distinguere. l. de precio. ff. de publici. & l. iij. in fin. ff. de offic. presid. etenim in d. c. querelaz. papa non distinguit, ergo &c.
¶ Nec te offendat q̃ ibi tex. loquatur de impedimẽto infirmitatis, & sic quando causa est necessaria, & probabilis, quoniam dico q̃ regula predicta ponitur ibi pro generali ratione decisionis, vnde nõ debet ad terminos illos restringi, sed generaliter
7 procedit, cũ vt † vulgo dicitur ratio generalior dicto nunq̃ ad terminos dicti restringit. l. regula. §. & licet, vbi Bar. ff. de iur. & fac. igno. & l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ij. bene facit l. nomen debitoris. §. fin. & ibi tradita per Doct. ff. de lega. iij. &
* de hoc est glo. cõmuniter * approbata in clem. j. de elect. quam Card. ibi dicit esse singularem, & ita per predicta firmat Alex. in consi. lij. circa hanc dubitationem. nu. 10. lib. iiij.

¶ Preterea

¶ Præterea ratio dictę regulę (videlicet q propter grauitatē negotij quis constituere procuratorem non cogitur, ex eo quia non ita bene omnia noscit, nec ita diligens est procurator sicut dominus, vt per Bellamer. in d. c. querelam. iij. col. in princip. & ibidem per alios) ita procedit quando impedimentum prouenit ex propria culpa, & etiam post litem motam, sicut quando ante motam litem, & absq culpa eius vt de se patet, merito
8 ergo debet esse idem ius per † locum ab identitate rationis, iuxta l. final. C. ad legem Falcid. c. constitut. de regular. lib. vj. cum vulgar.

¶ Et hanc opinionem q regula d. c. querelam. sic generaliter procedat post plures Doctores, quos allegat firmat Parisi. olim honorandus collega meus in Patauino gymnasio in cōsil. cij. quod sententia lata a nu. 4. vsq ad 9. iiij. vol. & inter alios fuit opinio Collecta. in d. c. querelam.

¶ Secundo etiam ad contraria respondetur (& tollitur omnis difficultas, posito q predicta responsio alicui non satisfaceret, prout eam plerique reprobant.) Nam dicimus q contraria possent procedere quando qui personaliter impeditur potest constituere procuratorem, & idoneum, hoc est inuenire potest ho-
9 minem, qui velit esse procurator, & sit idoneus, † verum si non inueniret procuratorem, vel si inueniret, non tamen esset idoneus eo casu argumenta contraria non procederent, sed tunc venit omnino excusandus, nec potest contra eum procedi, & si procedatur, processus, & sententia erunt ipso iure nullius momenti, si illud sciuerit iudex, alias restituetur in integrum, iuxta doctrinam Bartoli in d. l. ij. in fin. ff. de in ius vocand. & in d. l. ij. §. si quis iudicio. in fin. ff. si quis caut. per Canonist. in d. c. querelam. & per auum meum in dicto tracta. de citation. in v. articu. num. 54.

¶ Et istud q non valens procuratorem constituere excusetur,
10 probatur per multa iura, † in quibus semper consideratur q quis possit procuratorem constituere, ad hoc vt contra eū procedatur, vel iudicetur, vti contra contumacē, vel in aliquo eius intentio repellatur, vt est l. Papinianus. ibi. potuerit adire per procuratorem. ff. de minor. & in l. sed & si per pretorem. §. j. ibi, quia potuit procuratorem relinquere. ff. ex quibus causis ma. & vtrobique ita dixit Bart. Item c. bone. il primo. post mediū. ibi. secure potuisset procuratorem constituere. de elect. & c. cum dilecti. circa med. ibi. sic dirigere poterat responsalē. de dol. & contuma. prout hec, & alia plura considerant in eorum consilio Doctores Patauini Collegij ostendentes, q ita communiter * tenetur, & vltra allegatos p eos, ita firmat Bellamer. in d. c. querelam. in iij. quest. Inquit enim in absente ex causa non probabili, vt quando ex culpa sua id euenit, & in quibusdā aliis casibus, certum est q tenetur mittere procuratorē si potest, vt per eum, si igitur non potest secus erit secundum eum, idē etiā firmat auus meus in predicto tracta. de citation. nu. 57. in fin. & nu. 60. & ibi ponit huius dicti rationem, nam si non potest,
11 quia scilicet non inuenit volentem acceptare (ex † quo inuitus nemo cogitur acceptare mandatum, cum illud consensu cōtrahatur, l. j. in princip. ff. mand. Institut. eod. titu. §. mandatū. & probatur in l. commodato. §. sicut. ff. cōmoda. cum similib.) sequitur q debet excusari, cum impossibilium nulla sit obligatio. regula impossibilium. de regul. iuris. lib. vj. & l. impossibilium. ff. eodem titul. cum concordantibus, de quibus per glo. in vtroque loco.

¶ Et predicta procedunt nedum si non potest procuratorē cōstituere absolute, sed etiam si quo modo posset, non tamen cōmode, & facile, non enim poterit contra eū valide procedi, nisi quando facile, & cōmode potuit mittere procuratorem, ita voluit Angel. in l. si quis heres instituatur. §. fin. in fin. ff. de here. instituen. ibi. nisi quando inuenit procuratorem de facili. idem volunt Paul. de Castr. & Alexand. in l. ij. §. si quis in iudicio.
12 ff. si quis cautio. dicentes † q in omnibus casibus, in quibus quis tenetur mittere procuratorem, & alias erit contumax, debet illud intelligi si commode procuratorē inueniat, vt p eos, & ante omnes ita docet Barto. in l. idemque. in princip. per illū tex. ff. pro soc. & ideo dicit q qui vult repellere aliquē quia procuratorē non misit, probare debet, q de facili habere poterat, vt per eum, quem refert, & sequitur Alexand. in d. §. si quis in iudicio. ad fin.

¶ Et idem est etiam, quando procuratorem facile inueniret, sed non idoneum pro causarum qualitate, nam & tunc ille excu-
13 saretur perinde ac si non inuenisset, cum paria † sint, quid non esse, & esse imperfectum, vel inutile, argumento l. ij. ff. de auth. tut. & hoc bene probatur in d. l. idemque. ff. pro socio. ibi nisi valde sit idoneus. & ita per illum text. notat ibi Bart. & tradit Angel. in d. l. si quis heres instituatur. in fin. vbi etiam Imol. col. penult. versic. item adde secundo. & dixit Bal. in c. cum dilecti. nu. 9. de dol. & contumac. cum concordantibus, vt per Docto. Patauinos in eorum consilio, & vltra eos ita determinat auus meus in preallegato tractatu. in d. v. articu. & quest. xxviij. sub nu. 57. versic. item in casibus, in quibus dixi. vbi aperte dicit, q qui alias tenetur mittere procuratorem excusatur, si eū non inuenit, vel reperit minus idoneum, & sic secundum eum paria sunt procuratorē non inueniri, vel reperiri, sed non idoneū.

¶ Et hoc rationi congruum est, quia non conuenit q quis cōmittat negocia sua maxime grauissima, & difficillima minus idoneo, cum in eius manibus facile periclitari possent, nedum contra committentis vtilitatem, sed etiam contra publicū interesse cum publice expediat ne quis rebus suis male vtatur. §. sed & maior asperitas. Institut. de his qui sunt sui, vel alie. iur. Sed in proposito Illustrissimus Lantgrauius carceribus, vel sub custodia retentus, & ita impeditus comparere non potest procuratorem commode inuenire saltem idoneum grauitati, & difficultati causarum, que contra eum agitantur, vt satis notum est, & vti clarissime apparens presupponit sacratissimum Patauinum Collegium in suo consilio, ergo sequitur, q contra eum procedi non potest, & si procedatur, aut processum fuerit postq iudicibus notum fuit eius impedimentū; processus dicetur ipso iure nullius momenti, & si quid ante factū fuit per in integrum restitutionē annullabitur per predicta, & alia plura sapienter, & quam doctissime pro eius more per Venerandum Collegium predictum, que omnia vti iuridica approbo, & illis subscribo.

¶ Sed vltra dicta in dicto consilio aduertendum est, quia ex aduerso negabitur fortasse, quod Illustrissimus Lantgrauius Custoditus procuratorem idoneum non possit inuenire ex duobus.

14 ¶ Primo, quia † cum sit maximus, & ditissimus Princeps, maximamque habeat in multis ciuitatibus, & castris iurisdictionem, & potestatem verisimile non est, nec presumitur q procuratorem, & quidem idoneum non inueniat, vt voluit Hostien. in d. c. cum dilecti. de dol. & contuma. quem ibi refert, & sequitur Abb. col. v. versi. sed dices tu. quod etiā ponit auus meus predictus in preallegato tracta. de citatio. artic. & quest. de quibus supra sub nu. 60.

¶ Secundo, quia immo iam habet suos procuratores, quos iam pridem pro idoneis elegit, vt sic predicto Lantgrauio nō sit opus procuratorem querere cum iam habeat, & quidem viros doctos, & prudentissimos ab eodem pro idoneis electos.

Nec videtur obstare q ipsi querant talem procurationem dimittere, & a mandato per eos suscepto liberari, quoniam vide-
15 tur hoc non tollerandum, cum mandata † licet ab initio sint voluntatis, & nemo cogitur ea acceptare, vt iam dixi, sunt tamē ex post facto necessitatis per regulā l. sicut ab initio. C. de act. & obligat. & est text. in d. l. in commodato. §. sicut. ff. cōmodat. & in d. §. mandatum. Institut. de mandat. cum similibus, sicut in simili de arbitris ex compromisso dicitur. in l. iij. §. j. ff. de arbitr. & presertim re non integra, argumento l. post litem. ff. de procuratorib. & l. procuratoribus. & l. sequen. que incipit. nulla. C. eod. titu.

¶ Verum tuendo conclusionem supra firmatam ad predicta respondetur vt infra.

¶ Nam ad primum responsio patet ex aduersa fortuna, & cala-
16 mitate in qua reperitur Lantgrauius, qui † cum militari custodia detineatur, quodammodo in seruitute esse videtur, ex quo ei non datur facultas recedendi l. ij. ff. de liber. homi. exhib. & consequenter nō potest dici tali custodia durante, nec magnus Princeps, nec ditissimus cum libertate propria carere videatur, & pari modo non videtur aliquid possidere cū ipse ab aliis detineatur. l. cum heredes. §. j. ff. de acquirē. possess. & propter talē custodiā presertim cū ab Imperatore, & supremo principe seu iussu eius fiat, apud homines est in parua consideratione, & quodāmodo contēptui est omnibus, & similiter etiā dicit in egestate quodāmodo positus, ita vt cesset omnino ratio eius, qd dixit Hosti. in contrariū allegatus, procederet ergo dictū eius in principe diuite, & degenti in suo statu, & propria libertate viuente, quod non est in predicto Lantgrauio, per predicta.

¶ Et

¶Et preterea cum argumentū procedat presumptiue tollitur
per patentem veritatem in contrarium, etenim veritas est (⁊ ita
presupponitur) ꝙ procuratorem saltem idoneum, inuenire nō
* potest. Et alias est communis opinio * apud nostros Doct.
17 ꝙ† contra presumptionem iuris admittitur probatio in con-
trarium, nisi sit presumptio iuris, ⁊ de iure, vt plene per glos.
Abb. ⁊ Alios traditur in c. is qui fidez. extra de presumpt. cum
concordantibus. per Corne. in ꝯsil. cxxxvj. visis articulis. lite-
ra. F. j. volum. ⁊ per Ruyn. in consi. xlj. de duobus principa-
liter. nu. 18. j. vol. ⁊ ego dixi in consil. lxvij. lata fuit sententia. nu
me. 21. j. vol. ⁊ in consil. lxxxv. Magnificus dominus Pe-
trus. nu. 40. ij. vol.
¶Non obstat modo secundum (quod magis vrgere videba-
tur) ⁊ videtur hoc pendere ab eo, vtrum procuratores a Lant-
grauio iam constituti possint iuridice susceptum officiuz depo
nere, ⁊ mirum est, ꝙ venerandum Patauinum Collegiuz de
hoc verbum non fecerit, cum de eo in specie a consultantibus
queratur. Dicam itaqz pro resolutione argumenti, ꝙ procura
tores iam constituti onus tale dimisserunt, ⁊ eorum supplica-
tionibus notum hoc fecerunt inuictissimo Imperatori, nec nō
ipsi custodito Lantgrauio, ⁊ iudicibus, coram quibus cause
ventilabantur, ⁊ non est dubium ex causa id fieri potuisse. l. mu
tari. ibi vel ipso procuratore postulante. ff. de procurato. ⁊ hoc
modo respondetur ad regulam. §. sicut. cum simil. in contra-
rium allegatis, vt scilicet non procedat, quando iusta causa con
trarium suadeat, ⁊ ita etiam tollitur, quod dicebatur de re non
integra per l. post litem. ibi. causa tamen prius cognita. cū mul
tis legibus, que ibi sequuntur.
¶Solum itaqz videndum est nunquid in proposito iusta cau
sa subsit, ꝙ procuratores predicti possint procurandi onus di-
mittere? Et certe videtur concludendum nedum ꝙ possint,
seu potuerint vti per eos iam factum extitit, sed etiaz ꝙ debue
rint ex causis pluribus.
¶Et primo, quia cum predicti procuratores saltem pro maio
ri parte, vel forte omnes fuerint a custodito Lantgrauio dum
carceribus, vel custodia detineretur constituti, facile suspicari
possunt ne ex libertate animi eius constituti fuerint, ⁊ ideo con
uenit vt onus dimittant, ne quid contra intentionem principa-
lis videantur agere, debet enim expectari vt Lantgrauius in li
bertate sua positus eos constituat procuratores, quos ita liber
existens elegerit, pro quo videtur tex. in c. accedens. ⁊ ibi dicūt
Docto. extra de procurat.
¶Et si qui anteꝙ Lantgrauius custodiretur mandatum acce
perint, secuta tali custodia nedum conuenit, vt ipsi a tali man-
dato exequendo abstineant, rationibus de quibus infra, sed ēt
potest dici ꝙ in agendis ipso iure tale mandatum finiatur, naz
18 † si quid in persona mandantis cōtingat, vt status eius varief,
presertim in deterius agendis mandatum extinguitur, puta si
fiat furiosus, vt est casus in l. si quis alicui. ff. de acquir. heredi.
⁊ id est, quia in eo deest voluntas, vt ibi per Doct. vnde idem
dici debet in casu nostro propter carceres, vel custodiaz Lant-
grauij, cum status eius in deterius sit mutatus, ⁊ quodammo
do libera voluntate sit priuatus, ⁊ ita generaliter in mutatione
status mandantis, firmat patruus, ⁊ dominus meus Soci. in
consil. clxxij. multum abunde, ⁊ eleganter. col. mihi viij. in ver-
sic. tertium est ꝙ quando. ij. vol. refert, ⁊ sequitur Deci. in l. ro-
gasti. §. si fugitiuus. in ij. notab. ff. si cert. petat. ⁊ vterqz allegat
d. l. si quis alicui.
19 ¶Secunda causa, siue ratio est impossibilitas † implendi su-
sceptum mandatum, eo enim posito sunt procuratores omni-
no excusandi, cum nulla sit obligatio ad impossibilia. l. impos-
sibilium. ff. de regul. iuris. ⁊ c. impossibilium. eod. titu. lib. vj.
quod autem ita sit probatur primo ex eo ꝙ in mandato eis fa-
cto exprimitur, ꝙ ipsi nullam scripturam in iudicio eius nomi
ne exhiberent, que ab eo prius non fuisset visa, ac matura deli-
beratione approbata, quod quidem contingere nō potest pro-
pter maximam distantiaz locorum, in quibus cause agitantur
a loco custodie, item propter difficultatem, quam quis habet,
vt ipsum Lantgrauium sic custoditum alloquatur, nec potest
id fieri, quin adsint semper gregarij milites, vt sic secure sermo
cum illo de rebus occurrentibus haberi non possit, ⁊ preterea
aliqui procuratores iam senio confecti tam longam itineratio-
nem subire non possunt, ⁊ ita implere mandatū illud nequeūt,
20 nec sufficeret, si facerēt quantum in eis esset, quia † fines māda
ti sunt diligenter custodiendi. l. diligenter. ff. mand. ita vt si qd
vltra fines mandati quis faciat illos excedendo teneatur actio
ne mandati, vt ibi dicitur, cum igitur quod expresse in manda
to cōtinetur impleri nequeat optimo iure procuratores depre
cantur se a tali mandato liberari ratione impossibilitatis.
¶Quod ⁊ secundo ex alio ostenditur, nam multitudo causa-
rum contra istum custoditum principem motaruz, ⁊ in diuer-
sis curiis, ⁊ locis inuicem distantibus facit, vt omnibus dictis
causis superesse non possint, propter quod ne ipsi postea man-
dati teneantur propter id quod facere non poterant, equū est,
vt procurationem dimittentes audiantur, etiam, ꝙ alias regu
21 lariter non essent audiendi, sicut in simili dicitur, ꝙ † delegatus
ab ordinario, licet regulariter subdelegare non possit, potest ta
men propter multitudinem causarum, vt tradunt legiste in l.
more maiorum. ff. de iurisd. omn. iudic. ⁊ Canon. in c. cū cau-
sam. de appellat.
¶Nec dicatur ꝙ ipsis procuratoribus sit imputanduz, ꝙ tot
causas acceptauerint. Quoniaz respondetur ꝙ ipsi non sic ac-
ceptauerunt, sed generaliter constituti ad causas, ⁊ lites puta-
uerunt paucas fore lites, nec cogitauerunt, aut diuinare potue-
runt tot causas aggregari, aut contra dictum Lantgrauium
moueri, quibus ipsi superesse nō possent, quod certe verosimi-
22 le tunc non erat, ⁊ vulgo dicitur ꝙ † nemo tenetur diuinare l.
si putator. ff. ad legeʒ Acquil. ⁊ l. si fideiussor. §. si cum debitor.
ff. manda. ⁊ c. vnico. extra vt eccles. benefic. cum similibus. pre-
sertim cum tunc in occulto esset, qui ius aliquod pretenderet
contra dictum Lantgrauium, etenim illa regula absqz dubio
procedit in occultis. d. c. vnico. ⁊ tradit Specul. in titu. de ex-
cept. §. ij. versi. sed quid si probatur, vnde cum nouiter exorta
sit ista litium, seu causarum multitudo, est merito illis procu-
23 ratoribus succurrendum, quoniam † que de nouo emergunt,
nouo indigent auxilio. l. ij. §. sed quia diuine. C. de veter. iur.
enucle. l. de etate. §. ex causa. ff. de interrogator. act. ⁊ c. ceteruz.
de iuramen. calum, cum concordantibus, vt per Hippolyt. in
singular. cclxxxiij. que de nouo ⁊c. vbi in simili ponit vnum ca-
sum, in quo propter nouiter emergentia licitum est procurato
ri officium illud dimittere.
24 ¶Sed ⁊ tertio idem probatur, nam iure ordinatur, ne † pro-
curatori negetur facultas temporis, ⁊ loci, vt in rebus tractan-
dis principalem suuz consulere possit, adeo ꝙ si denegetur per
iudicem posset appellare, vt est text. in capit. dilectus. ⁊ ibi tra-
dunt Doctores de procuratoribus. sed in proposito nostro ta
lis facultas vti desideranda est non conceditur, ergo procura-
tores exequi non possunt susceptum mandatum, saltem eo mo
do vt iura volunt.
¶Et si dicatur ꝙ nunꝙ fuit denegatum procuratoribus no-
minatim colloquium consultandi gratia, respondetur ꝙ adeo
difficilis est illius impetratio, vt vix post multos dies conceda
tur, ita quidem vt interim statuta dies labi possit.
¶Preterea propter gregarios milites, qui semper sunt apud
custoditum Lantgrauium non possent procuratores cum eo
de negocio tractare quin intima, ⁊ secreta causarū patefacerent
circūstantibus, quod valde periculosuz est, ⁊ plurimū a iure cō
sideratur, iuxta l. iij. §. j. versic. post nudata vtriusqz partis inti-
ma ⁊c. ff. de arbitr.
¶Preterea hanc cōmoditatem alloquendi custodituz Prin
cipem eorum principalem causa habende instructionis habe-
re facile non possunt, quoniam in diuersis locis ipsi procurato
res cōmorantur lites in variis curiis, ⁊ longe distantibus sunt
proposite, ⁊ valde etiam distant a loco custodie, vt hic nedum
difficile, sed fere impossibile videatur primū procuratores con
uenire, ⁊ consulto deliberare, secundo custoditum consulere,
⁊ apud iudices comparere ante datos terminos ab eisdem, vt
sic videatur impossibile ꝙ possint principalem suuz consulere
gratia instructionis habende, ⁊ ita etiam propter hoc impossi-
bilitas implendi mandatum videatur, ergo ⁊c.
25 ¶Et preterea nō videntur † procuratores grauandi, vt de pro
uincia in prouinciam vadant. l. sed ⁊ he. §. non solum. in fin. ff.
de procura. cum itaqz ex istis negetur facultas procuratoribus
colloquendi, ⁊ deliberandi cum principali suo, ⁊ ita mandatuz
(vt decet) implendi, conuenit immo necessariuz videtur vt ipsi
etiam inuiti officium susceptum dimittant, ⁊ dimittentes om-
nino sint excusati ⁊c.
Tertia ratio principalis est, vt euitetur periculum maximū pre
iudicandi nedum ipsi Lantgrauio custodito, sed etiam filiis
eius, ⁊ vniuerso statui, ⁊ ditioni eius, ⁊ sic Reipublice sui prin-
cipatus,

cipatus, siue Lantgrauiatus, quod periculuȝ immineret ex eo quia per dictos procuratores (vt supra est ostensum) causę eius vti oporteret, defendi non possunt, vnde vt tale periculum (cuȝ maximum sit) cautius fugiatur, cum omni diligentia, & cautela procurandum est, iuxta illud vbi maius est periculum, cautius est agendum. c. vbi periculum. de elect. lib. vj. l. quoniam multa. C. ad leg. Jul. de vi publ. & priuat. & l. j. §. sed & si quis. ff. de Carbon. edict. cum similibus. cautius autem agi non potest his temporibus, q̃ ꝙ procuratores deprecantes depositionem mandati audiantur, sic enim per eos damnum aliquod predictis non inferretur, & iudicium supersedebit propter exceptionem carceris, & custodie, de qua in precedentibus &c.

¶ Et licet hoc videatur contra ipsum mandatum, quod tendebat, vt ipsi procurarent, & in officio persisterent, tamen cum ipsi videant dimissionem mandati ipsi mandanti prodesse, & procurationeȝ obesse eis dicitur hoc permissum pro ipsius mãdantis vtilitate, argumen. l. si hominem. ff. mandat. vbi procuratori permittitur si iusta causa subsit venire contra ea, que per dominum ordinata erant, & ita erit dicendum in casũ nostro, secundum ꝙ supra dictum fuit.

¶ Et ex his rationibus, & qualibet earum concluditur procuratores susceptum mandatum posse iuridice dimittere, immo etiam debere, cum licet ab initio reputati fuerint idonei ad illud implendum ex superuenientibus facti sunt non idonei, vt ex predictis constat.

¶ Si cui aliqua ex rationibus prepositis per se separata nõ videatur sufficiens, nulli tamen dubiuȝ videri debet, ꝙ simul iun
26 cte illud debent operari, iuxta illud † singula, que non prosunt multa connexa iuuant, de quo per glosam, & Doctores in l. si stipulatus. ff. de vsur. & in l. instrumenta. C. de probation. cum concordantibus. vt dixi in consi. viij. in presenti consultatione. num. 36. ij. vol.

¶ Et stantibus predictis sequitur totaliter esse sublatum secũdum argumentum, quod supra factum fuit contra conclusionem in principio firmatam, & etiam iustificatum videtur, quod Lantgrauius custoditus non inueniat procuratorem, saltem idoneum, & propterea verissimum est ꝙ per exceptionem carceris, & custodie debent differri iudicia contra euȝ mota, & pendentia vsq; in eius liberationem, quam cito sperare potest confisus in clementia, & benignitate sue Maiestatis, & satis est ei mittere excusatorem iudicibus, si qui sunt, qui tale impedimentum ignorarent, aut etiam omnibus vt illis notificetur ꝙ idoneum procuratorem non inuenit. Laus Deo.

¶ Socin. Nepos Bononie. 1551.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XXXIX.

¶ Promissio alicui facta de eligendo ad certum officium, quem ipse voluerit, an possit retractari per vtrunq; in preiudicium eligendi?

¶ Et vtrum possit dici nulla, veluti per ambitum obtenta? Et sic vtrum promittens possit alium idoneum, & benemeritum eligere?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Obligationem dissoluere eorum est qui eam contraxerunt.*
2 *Pactum in fauorem tertij, uel alterius non est seruandũ, & ab eo impune recedi potest, si res in eo statu non mansit.*
3 *Promissio facta ambitiosis non debet seruari, nec adimpleri, sed omnino cassari.*
4 *Episcopatum non appetens, sed illum fugiens, qui tamen meritis splendet, est eligendus,*
5 *Episcopatum desiderans, & eum ambiens ad illum eligi non potest, & per ambitionem electus repellitur.*
6 *Multa impediuntur fieri, & facilius quam facta tollantur.*
7 *Ambitio etiam iure ciuili, & circa secularia reprobatur.*
8 *Fides seruanda non est in malis promissis, & contra bonos mores, etiã quod esses iuramento firmata.*

CONSILIVM XXXIX.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ In proposita questione vtruȝ scilicet Sempronius, qui Meuio promisit se collaturum quoddam officiũ, & dignitatem eius, cui Meuius ipse voluerit, possit a tali promissione recedere cum consensu Meuij. Posito etiam ꝙ post predictam promissionem allocutus fuerit cum illo, cui tunc volebat Meuius dignitatem illam conferri, & ei dixerit ista, vel similia verba. bono sis animo, quia quod Meuio promisi implebo, & ideo dignitas ista cõferretur in te, quia a promissione Meuio facta nunquam deesse &c.

¶ In questione inq̃ proposita vidi allegationes quasdaȝ duorum excellentissimoruȝ Doctorum, licet sine nomine authoris mihi exhibentes predictum Sempronium, predicto Tertio, qui prius erat eligendus ad instantiam Meuij, ad aliquid nõ teneri, nisi quatenus Meuius voluerit, & ex Meuij consensu
1 re integra posse ab illa promissione recedere, tum quia † eoruȝ est dissoluere obligationem, qui eã contraxerunt. l. ab emptione. & ibi tradunt Docto. ff. de pact. tum quia illi Tertio nullũ fuit quesitum, cum alteri per alterum, nec pacto, nec stipulatione acquiri possit regulariter. l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. l. stipulatio ista. §. alteri. vbi plene per Docto. ff. de verbo. obliga. & §. si quis alij. Institut. de inutil. stipula. cum aliis adductis in supra dictis allegationibus. Ego auteȝ de subscriptione requisitus in presenti specie, vna cuȝ predictis scribentibus arbitror conclusionem predictaȝ verissimã esse, vt scilicet Sempronius non teneatur illi Tertio dignitatem conferre per ea que leguntur in allegationibus predictis.
2 ¶ Que etiam confirmantur, quia † in fauorem illius Tertij, vel alterius pactum illud non erat seruandum, si res in eodem statu non mansisset, tunc enim ab eo impune recedi potest. l. cũ quis. in princip. ff. de solut. & l. fin. ff. qui satisda. cogant. vbi ita permittitur, etiam si interuenisset iuramentum, & ibi plene tradunt Doct. sed res in eodem statu non mansit, quia vt mihi dicitur, cessauit causa, ob quam Meuius volebat in illum Tertium dignitatem conferri, & successiue etiam, & ob eam causam Meuius, & Sempronius contrahentes, seu paciscẽtes ab illo pacto recesserunt, & ita res statum mutauit, ergo &c.
3 ¶ Preterea ex alio, & precipue moueor, quia † talis promissio vti ambitiosis facta non debet adimpleri, sed omnino cassari, eo ꝙ ille Tertius crimen ambitus commisisse videtur querẽs his modis, & pactionibus non propria virtute acquirere talem dignitatem, iuxta l. j. ff. ad leg. Jul. de ambit. & l. j. C. eod. titu. facit l. ad splendidioris. C. de diuer. offic. lib. xij. & ibi plene tradunt Docto. maxime Lucas de Penna.

¶ Comprobatur per l. si quenq̃. C. de episcop. & cleri. & tradita ibi per Bart. Saly. & alios. dicunt enim ibi Docto. per illũ
4 text. ꝙ † non appetens episcopatũ, sed illum fugiens, & qui meritis splendet eligẽdus est, vt per eos, pro quibus bene facit. c. in scripturis. viij. q. j. in princip. ibi. quia sicut locus regiminis desiderantibus, negandus est, ita fugientibus offerendus est, qui etiam dicunt contrafacientes esse puniendos. & pro hoc est text. iuncta glo. in c. nullus itaq;. j. quest. j. cum enim ibi dicantur, ꝙ nullus permittatur accedere ad episcopatum per ambitum, dicit glo. ꝙ qui episcopatum petierit pena centum aureo
5 rum punitur, & efficitur infamis, & hanc opinionem ꝙ † desiderans episcopatum, & eum ambiens ad illum eligi non possit firmat Cardinal. post Laud. & Matth. in clemen. in plerisq;. in vij. quest. de elect. vbi respondet ad c. episcopatuȝ. viij. quest. j. qui tex. videbatur facere in contrarium, vt per eum, idem etiaȝ voluit Bald. in d. l. si quenq̃. C. de episcop. & cleric. Abb. in c. cum iam dudum. j. col. versic. tertio obiectum ambitionis. de preben. & Joan. Bertachin. in tracta. de episcopis. in ij. lib. in quest. lxix. cũ pluribus aliis qui ad hoc allegari possent, & hinc eleganter legitur in c. multi sacerdotes. ad fin. ꝙ qui primatus desiderat, inter cetera inueniet confusionem in celo. & adeo ambitio ista ad dignitatem, & petitio est a lege damnata, ac etiaȝ a Deo nostro improbata, Matth. c. xxiij. in princip. & Marc. c. xij. ad fin. dum damnantur qui amant primos accubitus in cenis, & primas cathedras in sinagogis &c. vt dicatur peccatuȝ mortale secundum Abb. in d. c. cum iamdudũ. & ipsa sola oppositio contra electum sufficiat ad ipsius electi remotioneȝ, vt ibi

ibi per Abb. Ex quo in proposito sumitur argumentum, naz si propter ambitionem iam electus repellitur, fortius impedie
6 tur electio, cuz † multa impediantur fieri, τ facilius q̃ facta tol lantur. l. patre furioso. τ ibi per Docto. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. τ ibi per Docto. maxime Jas. qui ad id plura cu mulat, τ tradit Parisi. oliz honorandus collega meus in Pa tauino gymnasio in consil. lxviij. dubium exoritur. num. 176. iiij. vol. τ ego dixi in consi. cxl. stantibus his. nu. 49. ij. vol.

¶ Et si quis dixerit predicta procedere respectu dignitatis, ec clesiastice, vt est episcopatus, vel quid simile.

¶ Respondetur primo q̃ forte etiam in casu nostro agitur de tali dignitate, aut forte de mixta.

¶ Sed quia in puncto non aperitur, quale sit officium de quo agitur, secundo respondetur q̃ immo predicta procedunt etiã in officio, vel dignitate seculari, vt patet in d. c. nullus itaq3. j. quest. j. vbi Symmacus Papa arguitur de excessu ambitio nis in laicali conuersatione culpato, τ reprobato, ad reproba tionem eiusdem in episcopatu. τ simili argumento vtitur text. in c. miramur. in fin. lxj. distinc. qui tex. in princ. etiam, τ per to tum bene reprobat tales ambitus.

¶ Probatur etiaz in l. contra publicam. C. de re milit. lib. xij. dum ibi dicitur, q̃ non ambitione, sed labore ad honorez con uenit peruenire. τ cum illo text. concordat. d. c. miramur. in fi.
7 τ q̃ † etiam iure ciuili, τ circa secularia reprobetur ambitio est tex. in l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. facien. ad quod etiã alia cumulari possent, sed gratia breuitatis dimitto. τ alias glo. fin. in c. fin. in fin. extra de simon. dicit q̃ ambitiosis honor est aufe rendus, τ allegat c. in scripturis. viij. quest. j. τ c. sicut. j. q. vj. vt per eam. Idem etiam per eadem iura dicit Joan. le Cirier in tract. de primogenitur. in ij. lib. quest. xiiij. nu. 9. sic itaq3 ex predictis concludendum est, petentes dignitatem, τ illam am bientes non esse audiendos, etenim lex odio ambitiosos inse ctatur, eorumq3 anxietudinem damnat, vt scribit elegans Do ctor Alciatus in suo j. lib. de verb. significa. col. mihi xxxiij. vbi plura cumulat contra affectantes, τ ambientes honores, τ offi cia, vt per eum. Hinc Euripides ambitionem vti pessimuz cri men in ciuitate execrabatur, vt refert Franciscus Patritius conciuis meus in suo lib. de Regno. in iiij. lib. in xx. titulo. qui etiam dicit q̃ ambitio tollit virtutis premiuz, τ deteriores me lioribus prefert, quem etiam allegat predictus Joan. le Cirier in loco preallegato, τ hos ambitiosos damnat Jo. Montan. in tract. de autho. mag. consilij. col. xvij. nu. 38. τ 39. τ ibi etiaz Nicol. Boer. in addit. super verb. ambierunt.

¶ Et stantibus predictis prout verissima sunt, sequitur in pro posito nostro q̃ promissio de officio, vel dignitate conferenda per dictum Sempronium facta, τ per ambitionez obtenta ser uanda non est veluti facta ambientibus, τ sic grauiter peccanti
8 bus, etenim † in malis promissis, τ contra bonos mores pro ut esset ista promissio fides seruanda non est, etiam quod esset iuramento firmata. c. non est obligatoriuz. de regu. iur. lib. vj. τ ibi tradit Dyn. in princip. τ concordantes allegat. facit. l. nõ dubium. C. de legib. volens non valere promissionem eorum, que a iure reprobantur, etiam q̃ iuramento fuerint firmata, τ ibi plene de hoc scribunt Doct. τ tradit Alex. in consil. xxj. at tentis his. num. 6. τ 7. lib. iij. vbi etiam concludit q̃ promissio etiam iurata contra publicam vtilitatẽ seruanda non est, quod plurimum seruit in casu nostro, eo q̃ promissio de qua agitur, videtur contra publicam vtilitatem, que requirit dignitatem conferri benemeritis, τ non ambientibus, τ illam petentibus, vt ex predictis constat. Concluditur igitur ex omnibus predi ctis Sempronium predictum non teneri predicto Tertio, sed debet dignitatem, de qua agitur, cui voluerit idoneo, τ bene merito conferre.

¶ Et memini alias dum Padue legerem iam annis viginti, vel supra similia pacta, τ conuentiones, etiam cum iuramento, τ pignorum datione pro ipsorum obseruantia fuisse per Ma gnificos, τ Clarissimos Rectores, τ Patritios Venetos tunc Padue Presidentes rescissas, τ annullatas, τ eosdem iussisse pignora restitui proprias promissiones non seruantibus, ex eo solum, vt ipsi dicebant, quia officium, τ dignitas Rectoratus, de qua tunc agebatur, non ambientibus, τ per tales promissio nes erat conferenda, sed persone digne, τ benemerenti, τ si que stio presens per Magnificos Venetos, τ eorum grauissimuz iudicium terminanda esset, non dubitarem sententiam hanc nostram debere approbari, sed sit a quocunq3 decidenda con fido idem terminandum cum Clarissimoruz Venetorũ exem plo, a quibus nihil, quod iustissimum non sit, procedit, tum τ maxime quia sic iustitia exposcit, vt ex predictis, τ aliis dedu ctis in predictis allegationibus euidẽter apparet. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie legens. 1551.

CASVS CONSILII XL.

FEDERICVS de Gondola nobilis Ragusæus in suo vltimo testamento heredem instituit Ma ram eius sororem, tunc innuptam, τ substituit per ista verba. Item lascio tutti gli miei beni presenti, τ futuri alla mia sorella nomine Mara, τ alli suoi figliuoli, τ se per caso essa morira senza figliuoli, voglio che habbino gli miei beni i figliuoli di Troiano de Corua (qui erant filij, τ tũc iam nati Ursule alterius sororis testatoris) τ se gli detti mori ranno senza figliuoli τc. lascia ad pias causas τc.

¶ Mortuo Federico testatore, Mara vti instituta omnia bo na eius adepta est, que postea ex Sigismũdo viro eius habuit tres filios, videlicet Marinum, Simonem masculos, τ vnam feminam nomine Vecchiam. Que dum nupsit patri eius renũ ciauit portionem ad eam spectantem ex bonis Federici predi cti, cuius renũciationis copia transmittitur, decessit postea Si mon, τ deinde Sigismundus intestatus, τ postea Marinus, qui credens Sigismundum patrem eius viuere illum heredẽ instituit ex triente, Maram vero eius matrem ex besse per ta lia verba, Lo resto della mia facolta quale posso testare lascio al mio padre, τ madre, vn terzo al padre, τ alla madre dui ter zi, che essa possi godere in vita, τ testare in morte alla volonta sua gli sia. Demum decessit Mara superstite Vecchia eius fi lia pluribus filiis onerata, τ in suo testamento Vecchia eius fi lia, τ ex ea nepotibus penitus preteritis, extraneos heredes in stituit. Istis sic stantibus oritur controuersia super bonis dicti Federici ad quem pertineant, τ pro qua parte, inuicem de hoc concertantibus ipsa Vecchia filia Mare ex vna, τ heredibus a Mara institutis ex alia. Queritur quid iuris, τ soluz pro ve ritate petitur responderi.

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ Institutio de sorore, τ filiis eius cum nati non essent, an in telligatur facta ordine successiuo?

¶ Et an etiam respectu fideicommissi post mortem?

¶ De renunciatione facta de iure quod habebat, an trahatur ad simile ius superueniens.

¶ Errans in statu suo testari non potest.

¶ Fideicommissarius conditionalis pendente conditione de bonis illis testari non potest.

¶ Grauatus per fideicommissum post eius mortem non po test de bonis fideicommisso subiectis testari in preiudicium fi deicommissarij.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Testator quando instituit fratrem, & eius filium, an uocentur or dine successiuo.*
2 *Copula, & simul & æqualiter coniungit, & uocat.*
3 *Dispositio testatoris sicut & alia qualibet debet sic interpretari, ut ualeat potius quam pereat, & nullum operetur effectum.*
4 *Institutio facta de non existentibus in rerum natura non ualet, sed pro non scripta habetur.*
5 *Oratio indefinita æquipollet uniuersali, nisi de aliquo particulari re periatur specialis prouisio.*
6 *Testatoris menti seruiendum est, ne quid contra eius intentionem fiat.*
7 *Fideicommissum an dicatur inductum inter eos qui ex substitutione simpliciter facta uidentur uocati ordine successiuo.*
8 *Emptio dicitur quando interuenit res, & preciũ in pecunia numerata.*
9 *Verba præsentis temporis non debent trahi ad ea, quæ postea perue nerunt.*
10 *Aestimatio rei in dotem datæ an faciat emptionem cognoscitur ex con formitate cum uero pretio rei.*
11 *Errans in conditione propria personæ est inhabilis ad testandum.*

Debitu n

12 *Debitum post mortem grauati habet conditionem, scilicet si fideicommissarius eo mortuo superuiuat.*
13 *Testamentum non ualet in quo filius, uel filiæ sint præteriti.*
14 *Locus ab idemptitate rationis ualidus est.*
15 *Spes debiti conditionalis ex contractu in hæredes transfertur.*

CONSILIVM XL.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Pro vera resolutione presentis consultationis (reiectis pluribus disputationibus, que fieri possent, & a quibusdã ꝓponũtur.) ¶ Primo videndum est de viribus institutionis per Federicum facte de Mara, & filiis eius, vtrum scilicet censeantur instituti simul, & copulatiue, an vero ordine successiuo?

1 ¶ Et licet quando testator † instituit fratrem, & eius filium puta Seium dubia sit questio, & in ea Barto. tenuerit illos vocari ordine successiuo, quia sic ordinata charitas, & affectio testatoris exposcit, & per alia etiam vt per eum in l. Gallus. §. quidã recte. ff. de liber. & posthum. & cum Barto. ibi in puncto iuris transit patruus, & dominus meus Socin. & eam sequitur etiã Ruyn. ibi. dicens ꝙ semper tenuit, ꝙ opinio Bartoli sit vera, & eam defendit etiam Andr. Barb. in c. Raynutius. col. xxiiij. de testamen. & ego alias legendo d. §. quidam recte. subtiliter, & pulchris considerationibus illã probaui, & ab omnibus obiectis defensaui, & tanꝗ veram secutus sum, tametsi in contrarium videatur magis communis opinio, * vt ibi per Alexan. & Ias. Tamen quicquid in eo articulo sit dicendum, in casu nostro absq; dubio puto institutionẽ debere intelligi ordine successiuo, vt sic Mara sit prius in totum vocata, & post eam filij eius, & pluribus dimissis ista conclusio probatur ex tribus.

¶ Primo quia illa communis conclusio, ꝙ si instituatur frater, & filius eius dicantur simul, & eodẽ tempore ad partes vocati, procedit quando filius fratris est certus, & notus testatori, puta si testator instituat eius fratrem, & Seium dicti fratris filium, nam tunc cum filius fratris sit certus, quia est Seius, & pariter cum patre eius vocetur per copulam attenta natura co-
2 pule, † que est vt simul, & equaliter coniungat, & vocet l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. & l. si quis Titio. ff. de vsufr. accrescen. cum similibus. presumitur testatorem eos equaliter dilexisse, & ita equaliter vocasse prout verba important, a quibus, & eorum significatione non est recedendum, nisi de contraria mente testatoris appareat. l. non aliter. ff. de legatis. iij. & in hoc stat precipuum fundamentum communis opinionis, sed in casu nostro filij Mare per testatorem vocati non sunt certi, immo nec testatori noti, cum nondum nati essent, quia Mara erat innupta, ergo sequitur ꝙ non potest dici ꝙ testator eos pariter dilexerit cum Mara, sed bene, ꝙ eos considerauerit post Maram, vt scilicet successiuo ordine post eam vocentur, ista fuit singularis opinio Bald. etiam in fortioribus terminis, quã scilicet iam nati essent, sed incerti in ipsa vocatione, in quodam suo consilio incip. carissima &c. prout refert patruus meus Socin. in d. §. quidam recte. iij. col. versic. limita tamen communẽ conclusionẽ. dicens ꝙ pleriq; moderni consulendo secuti sunt & videtur fateri se subscripsisse, & licet ibi videatur dubitare, & quasi contra Baldum tenere, tamen (ni fallor) opinio Baldi mihi videtur vera saltem in terminis nostris, cum nulla possit dari affectio in nondum natis, immo nec nupta Mara, & inuenio ꝙ opinionem Bald. saltem cum fit mentio de filiis nascituris, prout in casu isto contingit, sequitur & ad allegata per dominum meum Socinũ. Respondet Deci. in cons. ccxlviij. visa petitione Io. nume. 4. & ego alias in consil. cxxv. domina Ioanna. num. 11. presupposui hanc opinionem pro clara, cũ in eo casu esset vocatus quidam Bartholomeus, & filij sui nati, & nascituri vt ex themate dicti consilij apparet, & hanc opinionem nouissime sequitur, & a contrariis defendit elegans Alciatus in d. §. quidam recte. num. 33. & in his terminis hodie est communis opinio. *

3 ¶ Secundo idem probatur fortiori ratione, nam † dispositio testatoris, sicut & alia quelibet debet sic interpretari, vt valeat potius, ꝙ pereat, & nullum operetur effectum. l. quoties. ff. de reb. dub. cum similibus, vt per Alexan. in consil. ccxlviij. ponderatis narratis. nu. 5. lib. vj. & Deci. in consi. cccxliiij. applaudet mẽs. in fi. vbi dicit ꝙ ista presumptio superat omnes alias presumptiones, vt per eum, qui dicit se hoc dixisse in c. quoniã Abbas. de offic. delegat. & probatur hoc in l. in contrahenda. prout declarat ibi Deci. ff. de regul. iur. & dixi alias in consilio xcviij. dominus Petrus de Brandis. nu. 17. j. vol. & in consilio cxl. stantibus his. nu. 45. ij. vol. & alibi sepe, sed sic est quod nisi institutio, de qua agitur, intelligeretur ordine successiuo in eo quod de filiis Mare loquitur, esset nullius momenti, & totaliter inutilis, ergo vt aliquid operetur, & valeat aliquo modo debet interpretari facta ordine successiuo, illud autem probaẽ, quia cum Federicus testator sciret Marã sororẽ filiis tunc carere, immo adhuc esse Domicellam innuptam, loquendo de filiis eius non potuit velle vt simul cum matre admitterentur,
4 qꝛ † tunc talis institutio de talibus filiis facta non existentibus in rerum natura valere non potuisset, sed pro non scripta. l. j. §. & cum triplici. C. de caduc. tollend. vnde vt illa verba, & alli suoi figliuoli, aliquid operentur, iuxta l. si quando. in princip. ff. de legat. j. cum similibus. & tradita per Bald. in rubri C. de contrahen. emptio. in ix. quest. & dispositio in dictis verbis cõprehensa, videlicet vocatio dictorum filiorum non pereat, sed aliquo modo valeat, debet interpretari vt testator voluerit eos ordine successiuo post Maram eorum matrem vocare, & ista consideratio (ni fallor) concludentissima est, & ineuitabilis.

¶ Tertio etiam idem probatur alia pulchra consideratione, nam testator post institutionem fecit substitutionem, dicendo, & se per caso Mara morira senza figliuoli, voglio che habbino gli miei beni, gli figliuoli di Troiano &c. & ista substitutio facta Mare, si decesserit sine filiis dicitur facta de bonis testatoris
5 indefinite, & sic de omnibus vniuersaliter, cum indefinita † oratio equipolleat vniuersali. l. si pluribus. ff. de legat. ij. vbi plene per Bartolum, & alios. & l. si plures. ff. de legat. iij. nisi de aliquo particulari reperiatur specialis prouisio, vt declarat Bar. per illum textum in l. cum in testamento. §. fin. ff. de heredi. instituend. quo posito testator dicitur voluisse, ꝙ Mara viuẽs habeat omnia sua bona, & sic post eam absq; filiis decedentem substituti ad ea omnia vocentur, prout vocati sunt, ergo sequiẽ ꝙ prius Mara sola erat admittenda, & non cum ea filij, sed tãtum ordine successiuo post eam. Alioquin potuissent substituti, non ad omnia admitti contra verba, & mentem testatoris. Nam demus ꝙ filij extitissent tempore mortis testantis, & quilibet fuisset cum matre simul in virilem admissus, & postea matrẽ omnes predecederent, & de sua parte in vita, vel in morte disponerent, in extraneos, postea autem decederet Mara sine liberis, certe substituti solum haberent portionem Mare, cum illi tantum sint substituti, non autem possent habere portionẽ filiorũ, quibus non erant substituti, nec illi in aliquo reperiuntur grauati, hoc autem, vt dixi omnino repugnaret menti, & verbis testatoris, qui substitutos ad omnia bona vocauit, igi-
6 tur, ne † quid contra intentionem eius fiat, sed vt menti eius seruiamus, iuxta l. in conditionibus primum locum. ff. de conditio. & demonstrat. l. ex facto. la grande. circa medium. ff. de heredib. instituen. l. iij. C. de liber. preterit. & l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellian. cum similibus. omnino talis institutio est interpretanda ordine successiuo. vt prius sola Mara fuerit vocata, & post eam filij eius si superuixerint.

¶ Et hoc satis suadent illa verba, & se essa morira senza figliuoli, quasi dicat, si habebit filios, ad eos bona mea peruenient saltem ab intestato illi succedentes, iuxta glo. quã ibi sequuntur Bar. Bal. Imo. Pau. de Cas. & alij fere omnes in l. Lucius. la. ij. ff. de hered. instit.

¶ Et stante conclusione predicta, vt scilicet filij Mare sint cũ ea vocati ordine successiuo, prout ex predictis clarissime ostensum fuit, dico vlterius ꝙ illud intelligitur nedum respectu vulgaris, si Mara nõ fuisset heres, quod certe in casu isto testator non videtur considerasse, cũ tunc Mara sine filiis, & innupta esset, sed etiam respectu fideicommissarie, vt scilicet post mortẽ Mare vocati dicãtur filij eius, ad quod testator principaliter
7 tendebat, & licet articulus sit dubius † quãdo simpliciter facta sit substitutio de aliquibus, qui videntur ordine successiuo vocati, an scilicet dicatur inter eos inductum fideicommissum, vt plene per Docto. in d. §. quidam recte. vbi patruus, & dominus meus Soci. distinguendo considerat quinq; casus, vt per eum, & ego ibi aliquando post alios scripsi reprobando circa hoc dicta domini mei Socini in tertio, & quinto casu, & ibi videri potest. Tamen in casu nostro non cadit illa dubitatio, sed resolutio

resolutio facile sumitur ex predictis. Nam cum mens testatoris omnino fuerit, ut filij vocentur post mortem Mare matris, ut iam dictum est, constat Maram per fideicommissum grauatam fuisse, ut sic ordo successiuus etiam respectu fideicommissarie, & quidem principaliter dicatur attendendus, & predicta in proposito casu arbitror clarissima, & propterea super eis ulterius non insisto.

¶ Sed stantibus predictis infertur, quod cum Mara (iam facta heres fratris eius) nupserit Sigismundo, & ex eo susceperit tres filios, scilicet Marinum, Simonem, & Vechiam, cuilibet ex dictis filiis quesita fuit spes ad bona Federici testatoris eorum, ut sic ipsa Mara dicatur fuisse in effectu grauata predictis suis filiis bona Federici post eius mortez restituere cuilibet eorum pro tertia parte.

¶ Quo stante dnã Vechia postea nubens patre, & matre eius, necnon etiam fratribus viuentibus, aut alij pro ea agentes renunciant Sigismundo patri eius portionez suam de bonis dicti Federici, ei ex ipsius testamento debitam pro ducatis centũ ab eo receptis, quia tãti fuit dicta portio extimata videtur per eam facta renunciatio tantum sue tertie partis, seu spei, quam ad illam partem habebat, etenim talis spes ita probabilis fuit, ut de ea potuerit per viaz pacti fieri talis renunciatio, iuxta l. j. & tradita ibi per Docto. maxime moderniores C. de pact. immo videtur, q isto casu fuerit facta quedam venditio dicte tertie partis, fuit enim dicta tertia pars extimata ducatis centuz,
8 quos pro ea soluit dictus Sigismundus, ut † sic interueniente re, & precio in pecunia numerata videtur facta emptio. l. naturalis. §. j. ff. de prescript. verb. & tradunt Docto. in l. final. ff. de condict. ob caus.

¶ Nec. ob. q realiter tunc Vechia non habebat dictam tertiã partem, sed tantum esset habitura post mortẽ Mare matris, & sic solam spem habebat, quoniam etiam spes vendi potest. l. si iactum retis. ff. de act. empt. & vendit.

¶ Et predictum pactum, venditio, siue velis dicere renunciatio solum, & dumtaxat procedit respectu illius tertie partis, de qua tantum, tunc erat illi Vechie spes probabilis, non autem trahi potest ad portiones fratruz, que postea post eorum mortem sine liberis ad eam peruenerunt, tum quia in renunciatione predicta dicitur primo, q liberantur bona dicti quondam Federici, seu Sigismundus, qui ea uti maritus Mare possidebat a dicta parte, & portione domine Vechie, non ergo ab aliis portionibus, quia qui unum dicit aliud excludit. l. cuz pretor. in princip. ff. de iudic. & capit. nonne. extra de presumptio. cum similibus.

¶ Secundo etiam dicitur, q ceditur, & renunciatur dicto Sigismundo beneficium dicti testamenti, & omne ius, quod dicta
9 Vechia habebat in dictis bonis &c. que † verba cum sint presentis temporis, seu ad tẽpus dicte renunciationis referantur, non debent trahi ad ea, que ad ipsam postea peruenerunt. l. si ita legatum. ff. de aur. & argent. legat. l. si ita scripsisset. ff. de legat. secundo. & l. si a colono. & l. si stipulatus fuerim. §. j. ff. de verbo. obligatio.

¶ Tum etiam, & maxime quia dicta renunciatio virtualiter videtur quedam venditio, ut dixi, que declaratur a precio eius, quid in eam veniat per doctrinam Bartoli in l. patronus. §. j. ij. col. ff. de legat. iij. ubi allegat. l. semper in stipulationibus. cũ glo. ff. de regul. iur. cum concordantibus, ut dixi in consil. lxj.
10 in presenti consultatione. num. 7. j. volu. sicut etiam † extimatio rei in dotem date, an faciat emptionem cognoscitur ex conformitate, cum vero precio rei, ut tradunt Saly. Jas. & alij in l. ex conuentione. C. de pact. & dixi in consi. cxlj. domina Magdalena. nu. 21. & 22. j. vol. unde cum extimatio facta fuerit tantum portionis domine Vechie, & in aureis centum que summa condigna erat, tali portioni, sequitur q non trahitur renũciatio pro centum aureis facta ad superuenientes portiones, que bis totidem valebant.

¶ Secundo principaliter videndum est de viribus testamenti Marini fratris dicte Vechie, nam ipse, Vechia iam nupta, & mortuo Simeone eorum fratre testamentum fecit, ut in puncto dicitur. Circa quod in primis dicendum est, q de iure non valuit, nec seruandum est, nam cum ipse putasset, tunc patrem eius Sigismunduz viuere (licet tamen esset mortuus) quod pa
11 ter q eum pro parte fecit heredem, sequitur q ipse † errauit in conditione proprie persone, erat enim iaz factus sui iuris, morte patris, ut Institu. quib. mod. ius patr. potest. sol. post principium. & sic habilis ad testandum, ipse tamen credidit patrez viuere, & sic se esse in eius potestate, & consequenter de iure in eo statu fuisset inhabilis ad testandum. l. qui in potestate. in princip. ff. de testamen. & Institut. quibus modis non est permiss. facere testamen. in princip. Quo errore posito, sequitur aperta conclusio, quod testamentuz facere non potuit. l. de statu suo. ff. de testamen. & quia hoc in iure non habet dubium super eo non insistam, concludendo, ut dixi testamentum predictum secundum ius commune non valere, nisi Marinus fuisset emancipatus &c.

¶ Verum posito, q de iure valuerit, vel quia fuisset emancipatus, vel quia sic statuto, vel consuetudine Ragusine ciuitatis caueretur. Dico tamen, quod non potuit valere, aut aliquem effectum sortiri. Circa bona quondam Federici primi testatoris, etiam respectu portionis, que ad eum potuisset peruenire si Mare matri superuixisset, etenim ad illum matre viuente solum spectabat quedam spes, ut scilicet matri superuiuens portionem suam consequeretur, de qua spe nullo modo testari potest, si eum ante matrem mori contingat, quoniã illi fideicommissuz dicte portionis conditionaliter debebatur, nã
12 † quod post mortem grauati debetur conditionem habet, scilicet si fideicõmissarius, eo mortuo superuiuat. l. heres meus. in prin. ff. de condit. & demonstr. & l. si cum heres. ff. quan. dies leg. ced. cum simil. & ego dixi in consi. lxxxiiij. in causa nobilis. viri. nu. 12. j. volu. & propterea ad heredes non transmittitur pendente conditione. l. j. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de caduc. tollen. & tradunt Docto. per illum text. in l. is cui. ff. de act. & obligat. & in l. heredes mei. §. cum ita. ubi ego post alios dixi. ff. ad Trebellian. nõ ergo potuerunt bona dicti Federici, aut portio eorum, que Marinum respiciebat, siue spes ad illam consequendam transmitti in matrem uti heredem Marini eius filij, cum enim Marinus ante Maram matrẽ decesserit, & sic pendente conditione nihil ei, aut eius successoribus potest dici quesituz de bonis dicti Federici, ut in simili dixi in d. consil. lxxxiiij. nu. 12. Sed bene dicta bona apud ipsam Maram erant, & permanserunt uti heredem Federici fratris eius cum onere restituendi filiis suis, qui post eam superuixerint, a quo honere, nec per se, nec per alium liberari poterat in preiudicium filiorum sibi superuiuentium, cuz illud proueniat ex testamento dicti Federici confirmato morte eius, & aditione dicte Mare.

¶ Et ex istis constat non esse disputandum utrum Marinus in suo testamento potuerit dare licentiam Mare matri contra formam statuti dicte ciuitatis, sed bene talis questio cadere posset respectu bonorum, que per ipsum Marinum ei fuissent relicta, sed circa bona Federici, que Mare semper per testamentum Federici fuerunt, predicta dubitatio impertinenter proponitur.

¶ Tertio principaliter videndum est de testamento domine Mare, & de viribus eius circa bona dicti Federici fratris eius & in primis secundum ius commune clarum est tale testamen
13 tum non valere, † cum in eo Vechia tunc unica filia fuerit penitus preterita, ut est tex. apertus in auth. ut cũ de appel. cogn. §. aliud quoq; capitulum. & ibi plene declarant Doct. & id quidem summa ratione dispositum fuit, sicut & cetere legales sanctiones, ut ibi habetur, & traditur plene per Docto. in auth. ex causa. C. de liber. preter. & licet audiam in dicta ciuitate hoc nõ seruari, & q valent, & seruantur testamenta etiaz q in eis filius sit preteritus, de hoc tamen plurimũ admiror, non enim mihi quadrat, q in tali ciuitate in ceteris q̃ optime instituta tolleretur talis iniquitas (sic enim appellare placet) contra expressam decisionem Imperatoris, & summa ratione munitam in d. §. aliud quoq; capitulum.

¶ Verum posito, quod testamentum in se valuerit non obstante preteritione Vechie filie, & natorum ex ea, secundo loco dico, quod non valet, nec seruandum est, circa bona quondam Federici fratris, nam cum ipsa Mara esset in effectu grauata restituere ea filiis suis superuiuentibus, ut supra dictum fuit, & solum superuiuat Vechia cum pluribus filiis, non potuit Mara in filie preiudicium de dictis bonis disponere, sed post eius mortem omnino, & tota ex causa fideicommissi predicti pertineat ad Vechiam filiam eius superuiuentem, & omnis dispositio per dictam Maram facta in preiudicium eius dicitur nulla, ut probatur in l. final. §. sed quia nostra. in fin. C. commu. de legat. etenim satis absurdum esset, &

irrationabile bona, que Mara pure, seu libere non possidebat, in alios eam potuisse transferre, vt ibi dicitur, ⁊ licet ille tex. loquatur de translatione, ⁊ dispositione inter viuos, tamen idem est, etiam si translatio fieret in testamento, cum sem
14 per ratio predicta, que ibi allegatur, vigeat, vnde † per locum ab identitate rationis, idem ius statui debet. l. illud. ff. ad leg. Aquil. ⁊ l. a Titio. ff. de verb. oblig. cum simil. ⁊ quia hoc in iure nostro exploratissimū est, ⁊ procul ab omni dubitatione super eo vlterius non instabo.

¶ Demum non omitto, ꝙ cum Vechia portionem suaȝ, ⁊ sic tertiam patri suo renunciauerit acceptis ab eo centum aureis, vt supra dictum fuit, que renunciatio nunc impleta conditione fideicommissi dicitur verificata, ⁊ sic dicitur realiter acquisita
15 dicta portio Sigismundo predicto, vel eius heredibus, † cum spes debiti conditionalis ex cōtractu in heredes transferatur. §. ex conditionali. Institu. de verbo. obligatio. cum similibus. heredes autem eius cuȝ intestatus decesserit, fuerunt filij eius, qui tunc supererant, scilicet Marinus, ⁊ Vechia equis portionibus. authen. in successione, ⁊ in corpore vnde sumitur. C. de suis, ⁊ legitimis. ⁊ similiter Marinus predecens pro sua rata transtulit in suos heredes.

¶ Et stantibus predictis prout in iure verissima sunt, sequitur clara cognitio, que hodie spectent ad Vechiam predictam de bonis quondam Federici primi testatoris, nam ex causa fideicommissi omnia petere potest excepta sexta parte. Laus Deo.

¶ Socin. Nepos Bononie. 1551.

CASVS.

CONSILII XLI.

NOBILIS vir Franciscus de Paltronibus de Urbino in suo testamento relicta cōdecenti dote duabus eius filiabus instituit, ⁊ substituit, vt infra.

¶ In omnibus suis bonis instituit suos heredes vniuersales Federicum, ⁊ Perantonium filios suos pleno iure, ⁊ equali portione.

¶ Et si aliquis d. eius filiorum decederet in pupillari etate vsqȝ ad vigesimumquintum annum inclusiue sine filiis ⁊c. substituit superuiuentem.

¶ Et si ambo decederent in pupillari etate, vel quandocunqȝ substituit suprascriptas eius filias equali portione.

¶ Mortuo testatore filij instituti se immiscuerunt paterne hereditati, ⁊ nuptui tradiderunt sorores cum dote illis in testamento patris relicta.

¶ Decessit postea Perantonius intestatus maior xxv. annis superstite sibi Hippolyta filia legitima, ⁊ naturali, que patri ab intestato successit.

¶ Deinde Federicus similiter maior xxv. annis clericus beneficiatus, ⁊ in curia Romana existens decessit instituta herede vniuersali dicta Hippolyta fratris filia.

¶ Modo sorores dicti Federici pretendunt portioneȝ illius de bonis Francisci ad eas spectare ex causa fideicommissi in testamento dicti Francisci contenti, eo quod Federicus vltimo loco sine filiis decessit per l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellianum. contrarium asserente dicta domina Hippolyta. Queritur quid iuris.

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De substitutione vltima facta si ambo filij instituti decesserint ⁊c. vtrum procedat respectu vltimo decedentis sine filiis, si alius predecesserunt cum filiis.

¶ Et plene tractatur de intellectu §. cuȝ ita. in l. heredes mei. ff. ad Trebellianum. ⁊ an, ⁊ quando in eo textu suffecisset reciproca?

¶ De sermone collectiuo, vel alias plurali, an, ⁊ quando resoluatur in suas singularitates?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Conditio quam lex in substitutionibus præsupponit, licet non exprimatur tamen habetur pro expressa.*
2 *Sermo pluralis regulariter resoluitur in suas singularitates.*
3 *Substitutio conditionalis sicut & quælibet conditionalis dispositio non potest sortiri effectum, nisi conditione impleta, quæ conditio debet impleri specialiter, & in forma illa, quæ est a testatore prolata quando est conditio uoluntaria, & ubi non sic impleatur, dicitur deficere, & ea deficiente deficit ipsa substitutio.*
4 *Oratio collectiua requirit in utroque uerificari, seu adimpleri conditionem.*
5 *Verba, si ambo, si uterque, uel si omnes, faciunt orationem uniuersalē, ut sic in uno uerificata tota reddatur falsa.*
6 *Loquutio pluralis in uno uerificari non potest. & nu. 20.*
7 *Cōditio uoluntaria proprie, & in forma uti probata est impleri debet.*
8 *Filij grauatorum ponuntur in conditione ipsorū fauore ut ipsi habeant siue ab intestato, siue ex testamento.*
9 *Positi in conditione non dicuntur uocati ex testamento grauantis.*
10 *Casus non expressus a testatore habetur pro expresso, quando testator interrogatus, si certus casus contigisset, uerosimiliter certum quid respondisset.*
11 *Verborum significationi in testamentis inhærendum est, nec ab ea est recedendum, nisi de contraria uoluntate testātis appareat, quia uerba declarant mentem loquentis.*
12 *Statutum exorbitans a regulis iuris communis stricte, & in propriis terminis, ut uerba sonant, intelligi debet, ut minus ius commune lædat, & minus a regulis prædictis recedat.*
13 *Declaratur decisio §. cum ita. l. hæredes mei. ad Trebell.*
14 *Indefinita æquipollet uniuersali.*
15 *Substitutio quando fit post mortem plurium, ad hoc ut inter illos plures dicatur inductum tacitum reciprocum fideicommissum, inter cetera requiritur, quod substitutio sit facta in tota hæreditate.*
16 *Argumentum a cessante ratione ualidum est in iure.*
17 *Deferentia inter conditionem, si sine filiis decesserit, & inter conditionem, si infra xxv. annum suæ ætatis quis decesserit.*
18 *Illatio non bene fit ex diuortiis.*
19 *Sermo pluraliter prolatus non resoluitur in singularitates secundum uim, & proprietatem uerborum.*
21 *Loquutio pluralis resoluitur in singularitates quando constare potest disponentem ita uoluisse.*

CONSILIVM XLI.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie.

¶ Subtilis, ⁊ difficilis videtur resolutio presentis ꝯsultationis, ⁊ omittendo, que non sunt multe difficultatis super eo tantum instabo, in quo est principalis dubitatio, ⁊ de quo sum cōsultus. Et viso testamento predicti Francisci, ⁊ substitutionibus in eo contentis, ac etiā considerata facti contingentia post dictum testamentum, ⁊ mortē testatoris. Prima facie videtur aperte dicenduȝ, ꝙ filie testatoris, ⁊ sorores Federici in vltima substitutione vocate debeant admitti ex causa fideicōmissi, saltem ad partem bonorum testatoris, que peruenit ad Federicū vltimo loco decedentem, cum absqȝ filiis decesserit.

¶ Et pro ista opinione primo videtur decisio Iuriscōsulti satis nota in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia. vbi pater duos filios heredes instituit, ⁊ si vnus decederet sine filiis substituit superuiuentem, prout in casu isto cōtingit, ⁊ si ambo, vel vterqȝ decesserit sine filiis substituit Claudiam neptem suā, sic etiaȝ in casu nostro fuerunt substitute filie testatoris. Et licet in
1 hac secunda substitutione in casu isto non fuerit expressa † illa cōditio, si ambo decesserint sine filiis, subauditur tamen a lege, perindeqȝ est, ac si fuisset expressa per l. cum auus. ff. de condit. ⁊ demonstratio. per l. cum acutissimi. C. de fideicommis. ⁊ per l. generaliter. §. cum autem. C. de institut. ⁊ substitut. ⁊ hoc fieri debet ex mente testantis a fortiori. Nam si in prima substitutione posuit filios grauati in conditione ad exclusionē filij substituti, quem magis dilexit fortius dici debet, ꝙ voluerit ponere ad exclusionē filiarum in secunda substitutione, quas minus dilexit, ⁊ propter hoc predicte subauditioni non ob. ꝙ alias dixi in consi. cxxviij. in ij. q. j. vol. post mortē autē testatoris in d. §. cum ita. decessit vnus ex filiis institutis superstite sibi filio, sicut euenit in casu nostro, quia predecessit Petrus antonius superstite sibi filia do. Hippolyta, demum decessit alius filius testatoris sine filijs tam hic, ꝙ in d. §. cuȝ ita. Unde quemadmoduȝ ibi decidit, ꝙ neptis Claudia vltimo loco substituta admittit ad partē vltimo decedentis, quia in eo verificatur illa conditio, si sine liberis decesserit, ita videtur in casu nostro terminandum quod filie testatoris vltimo loco substitute vocentur ad partem Federici vltimo loco decedentis, cum in eo dicatur impleta

pleta conditio, si sine filiis &c. sicut proprie contingit in d. §. cũ ita, vt dictum est &c.

2 ¶ Secundo eadem opinio confirmatur, nam † regulariter pluralis sermo resoluitur in suas singularitates. l. falsa. §. final. ff. de conditio. & demonstratio. & l. ij. in fin. ff. de condit. institu. cum similibus. vnde illa verba si ambo decesserint &c. resoluti in suas singularitates important perinde ac si dictum fuisset, si aliquis eorum decesserit &c. vt sic substitutio verificetur in quolibet sic decedente, merito ergo videtur, quod substitute filie testatoris vocentur ad partem Federici, qui sine liberis decessit, tametsi Petrus antonius cuz filia decesserit, vt in themate narratur &c.

¶ Uerum predictis non obstantibus contrariam opinionem vti de iure veriorem amplector, & concludo, q̃ filie testatoris in vltima substitutione vocate ad aliquid admitti non possint vt sic, nec etiam partez Federici petere valeant, sed domina Hippolyta vti heres testamentaria partem predictam habere, & libere retinere potest.

3 ¶ Et fundamentum vnicum est, & clarum, nam † substitutio condicionalis sicut, & quelibet conditionalis dispositio non potest sortiri effectum, nisi demuz conditione impleta. l. cedere diem. ff. de verborum significatio. l. hec venditio. in principio. ff. de contrahend. emptio. cum similibus. & debet impleri conditio specialiter, & in forma illa, que est a testatore prolata, quãdo est conditio voluntaria. l. Meuius. & l. qui heredi. in prin. ff. de condition. & demonstratio. & tradunt Bartol. & alij in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis, & posthum. & vbi non sic impleatur dicitur deficere, & ea deficiente deficit ipsa substitutio per iura preallegata, & dixi alias in consil. xciij. nobilis vir. nume. 26. j. volum. & in consil. xcvij. ser Berardus Philippi. nume. 53. ij. vol. Sed sic est, quod in casu nostro substitutio de filiabus testatoris vltimo loco facta fuit conditionalis, videlicet si ambo filij, & heredes testatoris decederent sine filijs, secundum quod supra dictum fuit, & conditio illa defecit Petrus antonius decesserit cum filia, ergo sequitur, quod dicta substitutio totaliter euanuit.

¶ Et hoc ipsum, quod talis conditio defecerit probatur eui-
4 denter, naz illa oratio si ambo decesserint &c. veluti † oratio collectiua requirit in vtroq; verificari, seu impleri conditionem, vt sic ambo sine filijs decedant, quod si ex vno supersint filij cõditio defecit, quia verum non est ambos sine filiis decessisse, & hec est propria verborum illorum importantia, quoniaz, vt dixi, collectiua sunt, sicuti etiam dicitur de dictione, si vterq; vel si omnes sine filijs decedant, iuxta doctrinam Bartoli ab alijs receptam in l. hoc articulo. ff. de heredib. instituend. & probatur in l. penult. C. de impub. & aliis substitutio. vbi illa oratio, si vterq;, requirit in persona vtrius conditionem impleri, & clare etiam probatur in d. §. cum ita. in versic. neptis. prima quidem facie propter conditionis verba admitti non videbatur, prout ibi not. Paul. de Cast. & post eum ibi dixi in vij. notab. si igitur predicta est propria verborum significatio, siue importantia, ab ea non est aliquo modo recedendum, nisi quatenus de manifesta voluntate testatoris contraria appareat. l. nõ aliter. in princ. ff. de legat. iij. cum similibus. at in casu isto non cõstat de tali voluntate, immo voluntas pro verborum significatione facile probatur, ergo &c.

¶ Et predicta conclusio comprobatur triplici ratione, prima
5 est, quia illa verba, † si ambo, sicut etiam illa, si vterq;, vel si omnes faciunt orationem vniuersalem, vt sic in vno falsificata tota reddatur falsa, iuxta l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dub. prout signanter declarat Paul. de Castr. in d. §. cum ita. quem in hoc communiter alij sequuntur. vnde cum in proposito ista oratio ambos sine filiis decessisse sit falsificata in persona Petriantonij sequitur, quod tota predicta oratio dicitur falsa, & sic verum est, conditionem predictam defecisse, merito inanis reddita dicitur substitutio de filiabus testatoris sub illa
* conditione facta si ambo sine filiis decesserint. & ita se habet cõmunis * opinio Docto. in d. §. cum ita. & in dicta l. penult. vbi vtrobiq; traditur maxime per Moderniores, sic etiam voluit Deci. in consil. cccccxciij. viso testamento. Carol. Ruyn. in cõsil. xlvj. ponderatis diligenter. num. 3. in consil. lxvij. viso themate. nume. 7. & in consil. cxxj. viso, ac perlecto testamento. nume. 5. & 6. iij. volu. & Parisi. olim honorandus collega meus in Patauino gymnasio, & postea Reuerendissimus Cardin. in consil. xiiij. cum in facto. nume. 9. ij. volu. vbi proprie loquitur in substitutione facta duobus, si ambo sine filiis decesserint, & concludit nullo modo substitutum posse admitti, nisi conditio impleatur in persona vtriusq;, qui alios Doctores allegat, sicuti etiam faciunt Deci. & Ruyn. in consiliis prefatis. & inquit ibi Parisi. quod ita communiter tenent omnes Doctores, vt per eum, & ita hanc conclusionez ego firmaui vti veram, & communem in consil. clviij. Illustris Dominus Andreas. num. 51. ij. vol. &c.

¶ Secunda ratio est, quia negari non potest verba illa si ambo decesserint sine filiis esse numeri pluralis, vnde succedit re-
6 gula, † quod pluralis locutio in vno verificari non potest. l. vbi numerus. ff. de testibus. capitu. pluralis locutio. de regul. iur. lib. vj. & l. fin. vbi Barto. ff. ad Trebellian. cum similibus, merito ergo iste sermo pluralis si ambo decesserint &c. non potest dici verificatus ex eo, quod solum Federicus sine filiis decesserit, & tanto magis hoc dicendum est in casu isto, quia su-
7 mus in conditione † voluntaria, que proprie, & in forma vti prolata est, impleri debet. l. Meuius. ff. de condition. & demonstration. cum aliis supra allegatis. & in simili inuenio. quod hanc rationem ita determinat Gozadin. in consil. liij. Joannes Turchus. num. 12. volens, quod conditio illa si deficerent masculi, cuz sit pluralis sermo, non verificetur, si vnus tantum decedat, vt per eum.

¶ Tertia ratio est, quia vltra vim, & importantiam verborum ad idem concurrit verosimilis intentio testatoris, nam ipse absq; dubio predilexit suis filiabus nedum suos filios masculos, quos vniuersales heredes instituit, ipsis filiabus a iure vniuersali exclusis, sed etiam ipsorum filios eius nepotes, cum ipsos posuerit in conditione ad exclusionem ipsarum filiarum in ipsorum nepotum defectum vocatarum, & ita hanc considerationem facit Jurisconsultus in l. Lucius. la secunda. in fine. ff. de hered. instituen. ibi. nam prudens consilium testantis &c.

8 ¶ Et dici solet, quod † filij grauatorum in conditione ponuntur ipsorum fauore, vt ipsi habeant, vt est glos. notabilis in l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de legat. j.

¶ Siue velimus intelligere, vt habeant, scilicet ab intestato, seu ex testamento grauati, de quo primus testator dicitur confidisse, vt vult illa opinio, que a pluribus appellatur commu-
* nis, * scilicet quod † positi in conditione non dicantur vocati
9 ex testamento grauantis, iuxta glo. in dicta l. Lucius. quaz ibi sequuntur Bartol. Bald. Paul. de Castr. & alij plures. & de quo plene tractat talem opinionem defendendo patruus, & dominus meus Socin. in l. cum auus. colum. mihi lxxj. cum pluribus sequen. ff. de condition. & demonstration. nam isto casu domina Hippolyta habet ex testamento dicti Federici patrui eius, & forte etiam ab intestato fuisset habitura totum, si de hoc statutum esset in loco, vel saltem partem de iure communi, iuxta authen. cessante. & in corpo. vnde sumitur. C. de legit. hered. de quo tamen non est curandum cum ab ipso Federico fuerit heres instituta.

¶ Siue etiam velimus dicere vt habeant, scilicet ex testamẽto grauantis, quasi ipsi filij dicantur ex fideicõmisso vocati tenendo aliam opinionem, que vult q̃ positi in conditione dicantur vocati, prout non cauillando literam probatur in d. l. Lucius. & probatur etiam aliis iuridicis fundamentis, prout ego soleo dicere legendo in l. centurio. ff. de vulg. & pupil. & plene prosequutus sum in consi. clviij. preallegato. nu. 57. vsq; ad nu. 72. & in consi. clxxiiij. do. Melchior ab oleo. nu. 1. vsq; ad nu. 22. ij. vol. in quibus locis deduxi supra xxx. Doct. maxime authoritatis ita tenentes, ita quidem, vt hodie forte de hoc sit com-
* munis opinio, * vt etiam ibi dixi.

¶ Nunc autem non prosequor vlterius, quia non expedit.

¶ Sed dico, q̃ etiam ita tenẽdo do. Hippolyta dicetur habere ex testamento Francisci aui eius, cũ per eum fuerit posita in cõditione ad exclusionẽ filiarũ testatoris vltimo loco vocatarũ.

¶ Et cum testator simpliciter dixerit, seu dixisse presumatur, si ambo decesserint sine filiis nõ referendo se magis ad primo, q̃ ad secundo sic decedentez, sed ad vtrunq; collectiue ita decedentem, sequitur quod filij cuiuscunq; illorum in secunda substitutione sunt positi in conditione ad exclusionem substitutarum vltimo loco vocatarum.

¶ Et licet dominus meus Socin. in d. §. cum ita. videatur aliquid considerare in contrarium.

¶ Tamen sua consideratio reprobatur ibi per Carol. Ruyn. in sua pulchra repetit. nondum impressa.

¶ Et quod ego supra dixi, est de intentione aliorum Doctorum in d. §. cum ita.

¶ Sic itaq; sequitur veritas huius tertie rationis, vt scilicet substitutio secunda euanuerit ex mente testatoris predicti.

10 ¶ Ex quo potest addi quarta ratio, naz † quando testator interrogatus, si certus casus contigisset, verosimiliter certũ quid respondisset, illud omnino attendi, & seruari debet, etiaz quod illud non reperiretur expressum per ipsum testatorem, vt est glo. singularis. iunctis traditis ibi per Bartolum, & alios maxime Jas. in ij. not. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. cum concordantibus, vt dixi in consil. cvj. Bartholomeus de Bonauenturis. nu. 11. j. vol. & in consil. clxxij. sic inter cetera legitur. num. 19. ij. volu. & tradit Parisi. in consi. lxxix. videtur prima facie. nu. 26. ij. vol.

¶ Dico enim quod si Franciscus testator de hoc casu fuisset interrogatus verosimiliter respondisset conditionem secunde substitutionis dici defectaz ex superexistentia domine Hippolyte filie Petri antonij vnius ex filiis, & heredibus institutis.

¶ Et hoc dico, vltra q testator illud ipsum dicitur in verbis suis satis aperte dixisse, vt supra ex deductis constat.

¶ Et conclusio supra posita de plano procederet, & nemine reclamante, nisi allegata in contrarium repugnare viderentur.

¶ Sic itaq; tota difficultas presentis consultationis consistit in remouendis deductis in contrarium, que vt statim dicetur vere nihil obstant, si bene intelligamus.

¶ Quantum ergo ad primum, & sic ad predictum §. cum ita. in quo iacere videtur lepus, dico q non obstat, & pro responsione aduertendum est, q decisio illius text. dicitur iuris regulis repugnare, que volunt verbis esse inseruiendum. l. j. §. si is,

11 qui nauem. ff. de exercit. & † a verborum significatione in testamentis non est recedendum, nisi de contraria voluntate testantis euidenter appareat. l. non aliter. in princip. ff. de lega. iij.

¶ Et illud est ex eo quia verba declarant mentem loquentis, immo dici solet, nullum esse mentis nostre maius testimoniuz quam qualitas inspecta verborum, prout post Cassiodorum dixit Bald. in l. generaliter. C. de non nume. pecun. post principium. in c. super literis. v. colum. de rescript. & in rubr. de testib. & tradit Tiraquel. in l. si vnq̃. in glo. libertis. nu. 16. C. de reuocand. donatio.

¶ Et ob eam causam inspecta natura verborum, nisi reperiretur decisio illius §. (qui vere in iure est singularis, cum alibi talis, nec similis decisio reperiatur certe) nullus eam ponere auderet, nimirum ergo si habet ille tex. difficilia contraria, vt ibi per Docto. & maxime moderniores.

¶ Non tamen ex hoc dicam decisionem illam reiiciendam cum a maximo Jurisconsulto, & acutissimi ingenij Papiniano emendauerit, & ab Imperatore fuerit approbata, nobisq; pro lege tradita.

¶ Ex hoc enim solo seruanda est, etiaz si dura videretur. l. prospexit. ff. qui, & a quib. manu. lib. non fi.

¶ Sed solum dicam illam veluti singularem, & verbis repugnantem debere strictissime intelligi, & in casu tantum, in quo

12 loquitur, vel omnino simili sicut dicimus de statuto † exorbitanti a regulis iuris communis, q scilicet stricte, & in propriis terminis, vt verba sonant intelligi debet, vt minus ius commune ledat, & minus a regulis predictis recedat, argumento l. precipimus. in fin. C. de appellat. & tradunt Doctores in l. serui vestri. C. de noxal. & plene per Canonistas in c. cuz dilectus. de consuetudine. & frequenter a nostris maioribus consulendo hoc dici solet, vt per Cornenm in consil. cxv. in hac consultatione. iij. colum. ij. vol. per patruum, & dñm meũ Socinum in consil. ix. viso statuto terre Burgi. ij. colum. iij. volum. & per Decium in consil. cxcvj. in casu proposito. ij. colum. cum concordantibus multis, vt dixi in consilio primo. factum tale proponitur. nu. 45. j. vol.

13 ¶ Hoc ita posito dico, quod † decisio d. §. cum ita. debet intelligi tantuz in casu, in quo loquitur, & sic quando vltima substitutio facta fuit in tota hereditate, in quo decisio illa fundatur, & ex quo voluntas testantis colligitur, vt patet ibi. quam totum habere voluit &c. iunctis verbis vltime substitutionis. ibi. omnem hereditatem ad neptem Claudiam peruenire voluit &c.

¶ Hinc dicunt ibi Angelus, Paulus Castrens. & alij magis communiter, quod si vltima substitutio non fuisset facta in tota hereditate, sed aliter puta in portione vltimo decedẽtis, decisio illa non procederet, sed in tali substitutione verificanda requireretur conditionem impleri in persona vtriusq;, quia tũc cessaret ratio ibi allegata, & standum esset eo casu proprietati illorum verborum collectiuoruz, si vterq; decesserit sine filiis &c. que est vt requirat vtrunq; sic decedere, vt per Doctores ibi. & supra dictum fuit.

¶ Sed in casu nostro substitutio de filiabus testatoris vltimo

14 loco facta nõ fuit facta in tota hereditate nec expresse, nec † per indefinita verba, puta in hereditate sua, que solent equipollere vniuersali. l. si pluribus. vbi Bart. & alij ff. de legat. secundo. Sed simpliciter dicitur substituit supradictas eius filias, ergo non sumus in casu dicti §. cum ita. merito de illo text. ad casuz istum non potest argui.

¶ Sed in casu nostro standum est proprie importantie illoruz verborum, si ambo decesserint &c. vt supra deductum fuit.

¶ Nec dicatur hos casus equiparari, quasi subaudiri debeat in tota hereditate. Quoniam hoc falsum est, requiritur enim, quod illud exprimatur, aut indefinite in hereditate fiat substitutio, vt dixi.

¶ Et in simili ostenditur, naz quando fit substitutio post mor-

15 tem plurium, ad hoc † vt inter illos plures dicatur inductum tacitum reciprocum fideicommissum inter cetera requiritur, quod substitutio sit facta in tota hereditate, vt est magis communis * opinio, vt per Jasonem in l. penultim. C. de impube. & aliis substitutio.

¶ Vel saltem quod indefinite fiat in hereditate, vt per Curtium Juniorem in dicta l. penult. v. & vj. colum. prout alias dixi in consilio clxxvj. prouidus vir ser Petrus. nume. 11. & sequen. & in consilio clxiiij. iam annus est. nume. 3. 4. & 5. ij. volumi. & tale consilium secundo loco allegatum factum fuit pro defensione eius, quod primo fuit allegatum, vt in eo dicitur.

¶ Cum igitur in proposito casu ex verbis substitutionis non constet testatorem voluisse, quod filie eius vltimo loco substitute totam hereditatem haberent, cessat ratio, in qua illa decisio fundatur.

16 ¶ Unde arguendo a cessante † ratione, dicendum est, quod in casu isto cesset illius §. decisio, iuxta l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronatus. & capitu. cum cessante. de appellation. cum similibus. & est bonus textus in l. quod dictum. in fin. & ibi not. Paul. de Castr. & Jas. qui plura dicit de ratione cessante. ff. de pact.

¶ Sed dicet fortasse aliquis, quod talis voluntas testantis, quod vltime substitute totum habeant potest colligi ex reciproca substitutione inter filios facta, etiam quod non fiat vltima substitutio in tota hereditate expressis verbis, nam si voluit superuiuentem premorienti succedere, & sic ad ipsum totum peruenire substituendo postea ei videtur, quod velit istas substitutas habere totum primo sine filiis decedente, & ita plerique dixerunt vt Raphael Cuman. in consil. iij. testator. B. siue Fulgos. inter consilia Cumani. quod & defendi potest in terminis dicti §. cum ita. vt ibi ego videor firmasse in vltimo notabili &c.

¶ Verum ad hoc respondetur, & primo dico, quod predicta opinio est contra mentem aliorum Doctorum, nam volunt ex sola reciproca de tali voluntate testantis non constare, cum dicant ex eo tantum eam constare, quia hic testator dixit omnem hereditatem &c. immo plerique volunt vtrunq; requiri, scilicet quod precesserit reciproca, & vltima substitutio fuerit facta in tota hereditate, in quo vltimo magis se fundant Docto. vt ibi per eos maxime modernos.

¶ Unde cum in casu nostro id factum non fuerit, sequitur de tali voluntate non constare, & sic cessare rationem dicti. §. cum ita. merito etiam decisio cessare debet, vt dictum est &c.

¶ Sed secundo respondetur (posito millies quod illa opinio Raph. de iure procedat, prout tentaui eam tueri in d. §. cũ ita) nam dico, quod illa procederet quando talis reciproca perdurasset in potentia vsq; ad mortem primo decedentis, nam considerari potest, quod vltimo decedens ex ordine testatoris potuisset habere partem decedentis, & ita postea ad vltimuz substitutum peruenisset totum.

¶ Sed

¶ Sed in casu nostro substitutio reciproca euanuit ante mortẽ Petri antonij cũ ipse, ⁊ Federicus iã excessissent etatẽ xxv. annorum, ⁊ sic defecerit conditio reciproce substitutionis, que erat facta inter cetera, si aliquis eoꝝ decederet infra etatẽ xxv. annorũ, ⁊ ideo ẽt si sine filiis Petrusantonius iam factus maior decessisset portio sua nõ pertinuisset iure substitutionis ad Federicum, ⁊ consequenter constat ꝙ isto casu non potest considerari ratio d. §. cum ita. ex quo Federicus partem fratris ex substitutione non suscepisset ⁊c.

¶ Et si contra predicta dicat̃ ꝙ ex eo ꝙ illi instituti excesserint xxv. annum, ⁊ sic non possit habere locum reciproca non videt̃ tolli, seu impediri decisio. d. §. cuꝫ ita. nã licet ibi vnus decedat cũ filiis, vt sic nõ sit locus reciproce, tamen Claudia neptis admittit̃ ad partẽ decedentis vltimo loco, quasi nõ inspiciat̃ veritas, ꝙ reciproce sit locus, vel non, sed tantum potentia, ⁊ sic ꝙ ei poterat esse locus si sine liberis decessisset, ⁊ ita videtur dicenduꝫ isto casu, q: poterat Petrus antonius decessisse infra xxv. annum, ⁊ sine liberis, licet aliter fuerit veritas ⁊c.

17 ¶ Respõdebitur, licet subtile videatur argumẽtũ, ⁊ ꝓ rñsione subtilius, ⁊ verius considerandũ est, ꝙ † magna est differentia inter ꝯditionẽ si sine filiis decesserit, positã in reciproca, de qua loquitur d. §. cũ ita. ⁊ illaꝫ, si infra xxv. annũ sue etatis quis decesserit, prout in casu nostro fuit apposita in reciproca.

¶ Prima enim semper stat in suspenso vsq; ad mortem eius, cui dicitur facta substitutio, etiam si ei filij nati fuerint, q: semꝑ possibile est eũ mori sine filiis, cũ filij iam nati premori possent, ⁊ consequenter semper posset esse locus reciproce, ⁊ ideo veruꝫ est, ꝙ eo casu, ⁊ eo respectu ꝯsiderat̃ potentia, cũ semper ex ordine testatoris posset superstes habere totum, si locus reciproce fieret, que nunq̃ vsq; ad mortem dicitur euanuisse.

¶ Non sic est in secunda, de qua in casu nostro, nam cũ ambo instituti excessissent etateꝫ xxv. annorum, iam penitus euanuit substitutio inuicem facta, nec de ea est amplius spes aliqua, q: neuter illorum poterat amplius decedere infra xxv. annum sue etatis, ⁊ sic dicendũ est adueniente dicto excessu perinde fuisse, ac si illa reciproca facta nõ fuisset, ⁊ amplius considerabilis nõ erat, ⁊ ideo non potest dici, ꝙ vltimo moriẽs puta Federicus, ⁊ post eum filie vltimo loco substitute potuissent habere totuꝫ ex ordine testatoris, ⁊ consequenter clare apparet, nõ posse habere locum in casu isto rationem, de qua in d. §. cum ita. vt iaꝫ dictum est.

¶ Et ista (ni fallor) verissima sunt.

¶ Ex quibus constat casum nostruꝫ tam in iure, q̃ in facto diuersum esse a casu d. §. cum ita.

¶ Unde cum ille tex. sit in sua decisione stricte intelligendus, vt dictum est, in suis terminis procedit, ⁊ nõ est trahendus ad terminos nostros diuersos, ⁊ diuersam rationem habentes,

18 cum † ex diuersis non bene inferatur. l. fin. ff. de calumniat. ⁊ l. inter stipulantem. §. sacram. versic. sed hec dissimilia. ff. de verbo. obligat. cum vulgar.

¶ Remanet igitur casus noster sub regula, ⁊ propria verborũ importantia, vt scilicet vltime substitutioni nõ sit locus, ex quo in persona vtriusq; non est impleta conditio, sicuti supra dictum fuit ⁊c.

¶ Et ex his sequitur ꝙ illa opinio Raph. quam ego alias defensaui, vt scilicet ex sola reciproca possit dici constare de voluntate testantis, nihil penitus obstat conclusioni supra firmate in fauorem domine Hippolyte, eo q: in effectu, quãdo mortuus fuit Petrus antonius non reperiebatur inesse reciproca, nec aliquo modo poterat sortiri effectum, vt sic ex ea per ordinem testantis posset totum peruenire ad filias vltimo substitutas, etiam si sine filiis decessisset secundum supra deducta.

* ¶ Que tamen dicta sint ex abundanti, quia secundum cõmunem opinionem, * vt de illa voluntate testatoris constet, requiritur, quod vltima substitutio facta fuerit in tota hereditate, sicuti fuit in d. §. cum ita. quod in casu nostro non fuit.

¶ Et vltra ꝙ ita est de intentione Scribent. magis communiter in d. §. cum ita. ⁊ in d. l. penult. C. de impub. ⁊ aliis substit. ita etiam voluit Deci. in preallegato consil. ccccxciij. Ruyn. in tribus consiliis supra allegatis, videlicet xlvj. lxvij. ⁊ cxxi. iij. vol. ⁊ Parisi. in d. consi. xiiij. ij. vol. ⁊ ego firmaui in preallegato consil. clviij. ij. vol.

¶ Et circũscripta consideratione reciproce. ideꝫ in effectu voluit in d. §. cum ita. in iij. opposit. Bart.

¶ Et per predicta satis, superq;, ⁊ iuridice responsum est ad primum argumentum factum in contrarium fundamentum in decisione d. §. cum ita.

¶ Non obstat modo secundum, q: responderi potest primo, ꝙ argumentum contrarium non procedit in nomine collectiuo presertim conditionaliter prolato, puta si ambo. si vterq;.

19 si omnes decesserint sine filiis. Nam † talis sermo sic pluraliter prolatus non resoluitur in singularitates secundum vim, ⁊ proprietatem verborum, vt probatur in d. §. cum ita. ibi. propter conditionis verba. ⁊ supra dictum fuit.

¶ Sed posset argumentum procedere in alia plurali locutione, puta si mei erunt, cum moriar. in quibus terminis loquuntur iura in contrarium allegata.

¶ Nec tunc obstabit decisio d. §. cum ita. quoniam (vt dictuꝫ est) procedit specialiter in illo casu, in quo de voluntate testantis, de qua ibi, constat, quia vltimam substitutionem fecit in tota hereditate, quod non contingit in casu nostro, secundum quod supra plene deductum fuit.

¶ Secundo etiam respondetur, ꝙ immo etiaꝫ extra nomina collectiua in plurali sermone regula est contra argumentum,

20 quoniam pro regula dicimus † pluralem locutionem non verificari in vno, sed pluraliter intelligi debet, vt est prolata, ita colligitur ex doctrina Jas. in l. Gallus. §. quod si is. iij. col. ff. d liber. ⁊ posthu. ⁊ sic pro regula dicitur, ꝙ pluralitas non resoluitur in singularitates, nisi identitas effectus, vel rationis resolutionem talem requireret, vt ibi per Jas.

¶ Uel dicamus ꝙ totum hoc pendet a voluntate disponẽtis,

21 vt scilicet tunc † resoluatur in singularitates, quando constare potest disponentẽ ita voluisse, prout voluit Fely. in c. omnes. j. distin. quod etiam voluit Curt. Juni. in d. l. pen. quod recte intuenti non differt realiter a doctrina Jas. in d. §. quod si is. nam si ad talem resolutionem nos inducit voluntas disponentis, vt volunt Felyn. ⁊ Curt. dicemus eam fieri per identitateꝫ rationis, vt dicebat Jas. ⁊ ita alias predictas opiniones cõcordaui in d. §. cum ita. in ij. premisso.

¶ Et secundum has doctrinas procedunt iura in contrariuꝫ allegata, eadem enim est ratio, quia scilicet testantis voluntas concurrit in casu illorum iurium ut scilicet vnus tantum debeatur, si ille solus reperitur testatoris, cum moritur.

¶ Et ꝓdicta, ni fallor, est verissima declaratio in hac materia.

¶ Sed in casu nostro nec voluntas testãtis, ⁊ minus idẽtitas rationis reperiuntur, vt verba illa, si ambo ⁊c. resoluantur in singularitates, ac si diceret, quolibet eoꝝ decedente, ergo stat firma regula, vt resolutio non fiat, ⁊ sic remanet verissima conclusio, ꝙ nisi vterq; sine liberis decesserit, filie testatoris substitute vltimo loco non poterant admitti.

¶ Et ideo cum Petrus antonius cum filiis decesserit, ille dicuntur aperto iure excluse. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1551.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XLII.

¶ De eo qui promisit fideiussorem suum conseruare indemnem, ꝙ tenetur ad sortem, ⁊ vsuras, ⁊ alias accessiones.

¶ Item ad expensas litis, ⁊ ad fructus, in quibus fideiussor dãnum passus fuit.

¶ Et fideiussor pro his, que soluit habet executionem paratam.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ¶ *Promittens aliquem indemnem conseruare, debet eum releuare ab omni, & quocunque damno, etiam respectu usurarum, & aliarum quarumcunque accessionum.*

2 *Promittens conseruare aliquem indemnem tenetur ei ad omnes expensas litium per eum factas, in quibus fuit damnificatus occasione promittentis.*

3 *Oratio indefinita æquipollet uniuersali, maxime quando uiget eadem ratio.*

4 *Iudex qui compellit fideiussorem soluere est immediate iudex competens, ut principalem debitorem condemnet.*

CONSILIVM XLII.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Viso puncto mihi exhibito, considera- tisq; omnibus in facto contingentibus arbi- tror presentis consultationis resolutionē ad modum claraʒ esse, & probabili dubitatione carere, vt. s. isti de Ricasolis, vti heredes Philippi eorum pa- tris teneantur filiis, & heredibus quondā do. Francisci de So- cinis, omne, & quodcunq; damnum, quod passi fuerunt occa- sione fideiussionis per eorū patrem facte pro dicto Philippo in venditione per eum facta quondam Jacobo de Tantucis, de quodā predio, & in locatione postea eiusdeʒ predij per dictū
1 emptorem ipsi venditori facta. Cum enim † promiserit Phi- lippus do. Franciscum, & heredes conseruare indemnē, debet eos releuare ab omni, & quocunq; damno, etiam respectu vsu rarū, & aliarum quarūcunq; accessionum, vt est doctrina Bar. per illum tex. in l. quero. in prin. quā ibi sequunt Doct. ff. loc. immo etiā tenetur eisdē soluere omne eoꝝ interesse, in quo eo- rum conditio diminuta esset propter fideiussionem predictam vt voluit Bal. & post eū Saly. in l. ij. in versi. querit Bal. C. de senten. que sin. cer. quant. profer. & q; ita teneat, qui indēnitatē ꝓmisit, voluit etiā Deci. in ꝯsi. cccccli. plene, & subtiliter. nu. 7. qd̄ fuit subscriptio ad consi. meum. cxxix. j. vol. & ita ego dixi in consi. lxxviij. in locatione de qua agitur. nu. 20. ij. vol. & pro his est bonus tex. in l. ij. & ibi tradunt Doct. C. si mater indemnit. ꝓmiss. & adeo ille, qui indemnitatē ꝓmiserit, tenetur ad omne interesse sui fideiussoris, vt etiaʒ teneat anteq; fideiussor soluat, eum releuare ab omni molestia, & interesse suum sibi restituere puta si pro tali fideiussione fuisset carceratus, vt dicunt Bal. & Saly. in d. l. ij. C. de sent. que sin. cer. quāt. profer. Quinimmo etiam qui sic promisit tenetur omne iudicium contra talem fi- deiussorē ex tali causa motū supra se suscipere, eum defendere, & ab omni dāno conseruare, vt voluit Bar. in l. pater. in prin. ff. de dot. preleg. pro quo dicit ibi esse bonum tex. & q; hoc est mē ti tenendum, quia non reperitur alibi ita bene. & ita etiā firmat Carol. Ruyn. in consil. clxxxvij. habita super his. nu. 1. 2. & 3. j. vol. & hec omnia plene prosequitur, & firmat Parisi. olim in Patauino gymnasio honorandus collega meus, & post Reue rendiss. Cardin. in consi. cix. videtur prima facie. nu. 37. cum duobus seq. j. vol. vbi alios plures allegat. & plures alij etiā al- legari possent, sed quia hec in iure clarissima sunt, gratia breui tatis vlterius non insistam super eis.

¶ Sed ex predictis clarissime infertur ad propositum nostrū, q; heredes predicti Philippi tenentur filijs, & heredibus dicti do. Francisci vltra ducatos 400. pro sorte, & principali debito, prout de eis iam extat sententia condemnatoria, & res iudica- ta. Ad alia plura pro eorum interesse, & in quibus ipsi sunt passi damnum.

¶ Et primo ad ducatos 250. in quibus fuerunt condemnati, & quos realiter soluerunt, de affictibus, seu mercede plurium annorum, in quibus durauit locatio, & conductio predicti pre- dij. Cum enim isti de Socinis vigore sententiarum contra eos latarum predictos ducatos 400. pro sorte, & 250. pro merce- de predicte locationis, seu conductionis, & sic in eis fuerint dā- nificati conueniens est, & omni iuri consentaneum, quod a pre dictis de Ricasolis, eis predicte pecunie restituātur, per supra deducta &c.

2 ¶ Secundo tenentur eisdem ad omnes † expensas litium, per eos factas, in quibus ipsi fuerunt dānificati occasione fideius- sionis per do. Franciscum eorum patrem facte, nam & ille eis sunt restituende, vt sic indēnes cōseruentur, prout dictus Phi lippus promiserat, secundum quod supra dictum fuit, & nedū ad expensas, quas isti de Socinis fecerunt in litibus preteritis quando ab illis de Tantucijs ad predicta conuenti fuerūt, sed etiam ad expensas presentis iudicij, nā cum ipsi apertissimam foueant iustitiam, & econtra illi de Ricasolis manifestam iniu- stitiā, & temere voluerint litigare, & sic istos de Socinis vexare, sequitur q; debeant in expensis condemnari, iuxta l. properan dum. §. sin autem alterutra. & ibi declarant Doct. C. de iudic. etenim vti improbi litigatores debet expensas litis reficere istis de Socinis, eorum aduersarijs, vt inquit Imperator. in §. hec autem omnia. Instit. de pen. temer. litigan. &c.

¶ Tertio et tenent ad oēs fructus, quos ipsi percipere potuis sent ex illo predio, qd̄ isti de Socinis vendiderūt, vt p̄dictis de Tantucijs satisfacerent, put pluribus sentētijs fuerunt ꝯdēna ti, vnde cū i dictis fructibus p plures annos fuerint dānificati, & de presenti dānificant, occasione fideiussionis p̄dicte, debēt ēt circa tales fructus indēnes ꝯseruari iuxta promissionē, & obli- gationē predicti Philippi, nā cū illa fuerit generalis de cōser- uādo do. Frācīscū, & eius heredes indēnes, seu eos releuare ab oī dāno, nō est dubitandū, q; ēt damnū amissoꝝ fructuū predi
3 ctorū sit cōprehensuʒ, cum indefinita † oratio equipolleat vli, maxime qñ viget eadeʒ rō, put isto casu viget. l. si pluribus. §. fin. & ibi declarat Bar. ff. de legat. ij. & hoc etiam indubitanter colligit ex doctrinis supra allegatis, & nemineʒ sani capitis de hoc, sicut & de aliis supra dictis puto dubitaturū, & ob eaʒ cām in predictis cōprobandis aliter gratia breuitatis non narrabo.

¶ Predictis tamen addam q; isti de Socinis in eo, quod eis resarciendum est vti per eos solutum, ex quo illud iam per sen- tentiam condemnati soluerunt, habent a lege executionem pa ratam, & sic debent per viam executiuam summarie, & sine stre pitu, & figura iudicij iustitiam consequi, vt sic illi de Ricasolis eorum aduersarij confestim eis resarcire eorum damna tenean tur, vt videtur text. in l. fin. in vltimis verbis. C. de vsur. rei iu- dicat. dum ibi dicitur. statim pecunias soluere compellebātur, & ita illum text. not. ibi Bart. & ad predictam decisionem indu
* cit, vt per eum, quem communiter * alij sequuntur, & maxime Ange. & Paul. de Castr. & dicit ibi Ange. q; hoc putat verissi mum suadente equitate, ne quis pro alio grauetur, vt per euʒ,
4 & plus etiam dicunt Angel. & Paul. ibi, q; † illemet iudex qui compulit fideiussorem soluere, est immediate iudex competēs vt principalem debitorem condemnet, licet alias iudex compe tens non esset, eo forte quia nō erat de sua iurisdictione, quod vere est nota dignum. super quo tamen non insisto, quia in ca su nostro non seruit, cum id petitum non fuerit, licet nunc peta tur coram proprio iudice istorum de Ricasolis. Et licet Bart. ibi videatur loqui in fideiussore iudicatum solui, tamen d. l. fin. loquitur generaliter, in quolibet fideiussore, & preterea viget eadem ratio in casu nostro (cum isti de Socinis realiter solue rint) quod in fideiussore iudicatum solui per Bartolum. & in d. l. fi. generaliter consideratur, vt sic fideiussor, qui realiter sol uit, statim possit suas pecunias petere. Laus Deo.

¶ Socin. Nepos Bononie. 1551.

CASVS.

CONSILII XLIII.

OBILIS Dominus Vincentius de Rubeis Fa uentinus in suo vltimo testamento, Bernardinuʒ eius filium mutuum instituit heredem in certis re bus, & ei quandocunq; decedenti substituit Ju lium alium filium suum, & eius filios cū iam aliquos haberet, quem Julium vniuersalem heredem instituit.

¶ Et inter cetera in eo testamento reliquit domine Camille, & domine Jsotte eius filiabus tunc Domicellis vsumfructum plenum, & liberum vnius possessionis, & vna illarum predece- dente voluit partem vsusfructus predicti ad eam spectantem peruenire ad superstitem donec vixerit.

¶ Post mortem vero cuiuslibet earum reliquit predictā pos- sessionem, & terras, & bona ipsius Julio, & Bernardino suis fi- liis predictis pro equis portionibus.

¶ Mortuo testatore, & adita eius hereditate iuxta ordinem testamenti superstite adhuc Jsotta vna ex dictis filiabus deces- sit Julius prefatus superstitibus Andrea, Hieronymo, & Francisco filiis, & heredibus vniuersalibus, & dicto Ber- nardino.

¶ Demum decessit dicta domina Jsotta vsufructuaria illius possessionis.

¶ Dubitatur vtrum predicta possessio nunc pertineat to- ta ad Bernardinum prefatum, an vero solum dimidia, & alia dimidia spectet ad filios, & heredes Julij predicti prede- functi?

SVMMA-

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ Conditionale relictum pendente conditione, nec etiam ad filios transfertur.
¶ De relicto facto heredi instituto, ꝛ alteri an, ꝛ quando pro parte heredis pertineat ad alterum?
¶ Jus accrescendi an, ꝛ quando habeat locum inter coniunctos verbis tantum?
¶ Testator id creditur voluisse, ꝛ seruatur, quod ipse interrogatus verosimiliter respondisset.
¶ Filiorum appellatione veniunt nepotes in dispositione ab ascendente facta in filiorum fauorem.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Relictum conditionale euanescit deficiente conditione.*
2 *Possessio relicta coniunctim duobus accrescit uni si alter præmoriatur.*
3 *Vsufructu solo alicui relicto, nuda proprietas remanet apud alium.*
4 *Hæreditas est successio in uniuersum ius quod defunctus habuit.*
5 *Testator si partem pluribus cuilibet relinquat, non conuenit ut quis habeat ultra partem.*
6 *Ius accrescendi habet locum etiam in coniunctis uerbis tantum.*
7 *Testatoris mens seruanda est.*
8 *Filiorum appellatione ueniunt nepotes, quando in testamento fit mentio de filijs testatoris in dispositione eis fauorabili.*

CONSILIVM XLIII.

IRIGAT Dominus verba mea in viam
veritatis, ꝛ iustitie.
¶ In hac consultatione, nõ vereor, quemlibet
primo aspectu inclinaturum in partem primã
proposite dubitationis vt scilicet tota posses-
sio, de qua agitur ad Bernardinum filium te-
statoris superstitem pertineat, prout ꝛ ego prima consideratio
ne in eam sententiam inclinabam.
¶ Et hoc viua, ꝛ legali ratione, nam cum dicta possessio post
mortem Camille, ꝛ Isotte fuerit per testatorem relicta Julio,
1 ꝛ Bernardino filijs suis, ꝛ sic† relictum fuerit in effectu condi-
tionale vt l.iiij.ff.quando dies leg.ced. ꝛ l. heres meus. ij. re-
spon.ff.de condit.ꝛ demonstra.cum concordantibus alijs alle
gatis ibi in glo.fin.ꝛ l.dies incertus.iuncta glo.eod.titu.sequi-
tur, ꝙ ex parte Julij predecedentis tale relictum euanuerit, nec
ad filios, ꝛ heredes eius fuerit translatum vt in iuribus predi-
ctis cum suis glo.habetur quicquid in contrariu dixerit glos.
in l.is cui.ff.de act.ꝛ oblig. que communiter reprobatur, per
tex.in sui generalitate in l.j.§.sin autem aliquid sub conditione
C.de caduc.tollen.ꝛ tradunt Bar.Bald.ꝛ alij post glo.in l.j.
C.de his, qui ante apert.tab. ꝛ in l.j. ff.de legat.j. ꝛ ita se ha-
* bet communis opinio * vt per Doct.in locis predictis ꝛ ego
alias dixi in l.heredes mei.§.cum ita.ff.ad trebel.ꝛ in consi.cj.
Nobilis vir Antonius nu. ꝛ.j.vol.ꝛ in consi. xcviij. dominus
Joannes Jacob.nu.7.ij.vol.quare cum portio predicto Ju-
lio relicta videatur euanuisse, ꝛ caduca facta sequitur, ꝙ illa vi-
2 deatur accreuisse† Bernardino eius fratri, cum vtrisq coniun
ctim possessio illa relicta fuisset per l.re coniuncti.cum sua ma-
teria.ff.de legat.iij.ꝛ probatur in l.j.§.pro secũdo.ꝛ §. his ita.
C.de caduc.tollen.cum similibus, vt sic hodie videatur tota
illa possessio pertinere ad Bernardinum superstitem, ꝛc.
¶ Uerum predictis non obstantibus, ꝛ casum nostru nõ tan
gentibus rectius, ꝛ legalius predictum testamentum conside-
rãdo verius esse arbitror, ꝙ immo predicte possessionis pars
dimidia pertineat ad Andream, ꝛ alios filios, ꝛ heredes predi
cti Julij predefuncti.
¶ Et pro hoc demonstrando animaduertendum est, ꝙ ipse
Julius fuit, a patre vniuersalis heres institutus in testamento,
propter quod sequitur, ꝙ predij, seu possessionis de qua agi-
tur proprietas ad eundem iure hereditario dicitur pertinuisse,
cum dominis Camille, ꝛ Isotte filiabus testatoris relictus fue
rit solum vsusfructus, dicte possessionis vti sonant verba testa-
3 menti, etenim† ex eo sequitur nudam proprietatem remansisse
apud Julium vniuersalem heredem, vt aperte dicitur in §.i.
institu.de vsufr.facit l.vsusfructus pluribus.ꝛ l. si cuius rei. ff.
de vsufruct.ꝛ l.vsusfructus municipibus.ꝛ l.generali.in princ.
ꝛ per totum.ff.de vsufr.legat.ita quidem vt si testator nihil de
tali predio disposuisset post finitum vsumfructum ipse vsusfru-
ctus ad proprietatem redijsset, seu cum ea fuisset consolidatus
§.finitur.cum sequenti institu.de vsufr. ꝛ sic pertinuisset ad ip-
sum Julium heredem, ꝛ proprietarium, vel eo predefuncto
prout casus euenit, ad eius heredes vt ibidem habetur, etenim
proprietas, que erat Julij de eo transiuit in eius filios, ꝛ here-
4 des, cum hereditas† sit successio in vniuersum ius, quod defun
ctus habuit.l. nihil aliud.ff.de verbo.significatio. ꝛ l. heredi-
tas.ff.de regu.iur.
¶ Hoc ita posito, dico ꝙ cum testator postea disposuerit fini-
to vsufructu de predio predicto in personam Julij predicti, ꝛ
Bernardini filiorum suorum equis portionibus vt in testamẽ
to legitur, certe nihil aliud fuit, quam grauare Julium heredẽ
vniuersalem solum pro parte Bernardino eius fratri, nam ta-
le relictum pro parte ipsius Julij valere non potuit cum here-
di a se ipso nihil relinqui possit.l.ꝛ quidem.in fin. ꝛ l. legatum
est.§.j.ff.de legat.j.sic igitur ad Bernardinum solu dimidia
pars pertinere potest.
¶ Et si tunc dicatur, quod ex eo quod pro parte Julij, non va
luit debet totum predium queri Bernardino, quodam iure
accrescendi, vt videtur text. in dicto.§.j.ꝛ in l.plane.§. si duo-
bus. eod. titu.
¶ Respondetur ꝙ in casu nostro hoc dici nõ potest, quia Ju-
lius, ꝛ Bernardinus fuerunt vocati ad illud predium equis
portionibus, ꝛ sic non fuerunt re coniuncti, sed disiuncti vt pro
batur in d.l.re coniuncti ꝛ ibi declarant Doct. maxime Jaso.
5 tunc enim† cum testator cuilibet reliquerit partem non conue
nit, vt quis habeat vltra partem, ꝛ ita signanter declarat Bar.
in l.plane.§.si duobus.ꝛ in l. huiusmodi.§. si Titio. el primo.
ff.de legat.j. sic vno modo limitans d. §. si duobus. ꝛ cum eo
transeũt ibi Ang. Paul.de Castr.Florian.ꝛ Alex.vt per eos.
ꝛ ita etiam consulendo sequitur Ang.in consi.ccxcv.punctas.
testator solum Titium, quod iteratur, nume.342.per totum.
maxime nu.4.ꝛ 5.ꝛ licet Ang.in casu illo determinet totam rẽ
pertinere ad vocatum cum herede per d.l.plane.§. si duobus.
tamen id facit, quia in eo casu illi erant coniuncti re, ꝛ verbis,
prout etiam eo casu ita voluit Bart.in locis predictis, secus au
tem esset secundum Ang.ibi si non fuissent coniuncti re, vt q2
relictum fuisset factum equis portionibus vt per eum, ꝛ ideo
ipse ibi nititur probare, ꝙ in casu suo relictum erat factum con
iunctim re, ꝛ verbis, ꝛ licet aliqui dubitent in d. §. si Titio. de
* opinione Bart. tamen illa videtur tenenda vti magis cõiter *
per Doct.recepta.vnde cum in casu nostro testator voluerit
predium illud equis portionibus pertinere ad Julium heredẽ
ꝛ ad Bernardinum fratrem non conuenit vt totum ad Ber-
nardinum pertineat vt per Bart. ꝛ alios in locis predictis ꝛc.
6 ¶ Nec obstat† si dicatur, ꝙ quum pro parte Julij tale relictu
defecerit debet illa pars accrescere Bernardino, etiam ꝙ fue-
rint tantu verbis coniuncti, sed re disiuncti vt videtur tex. in l.
re coniuncti.in fin.ꝛ declarat ibi Bart.col.mihi.ix. in versi. ij.
quero nũquid inter coniunctos verbis. Quoniam responde-
tur illud procedere, quando ita pro parte deficeret vt pars illa
vacaret, nec alio modo esset illius cui relicta fuerat, tunc enim
pars vacans accresceret alteri portioni, vt in casu nostro pars
relicta Julio nõ vacauit, sed Julij, cui relicta erat semper fuit,
tamen vt heredis, ꝛ de ipso postea in filios, ꝛ heredes eius tran
siuit, ꝛ ita mihi videtur materiam istam debere intelligi, alio-
quin opinio Bart.magis communiter recepta in d. §. si Ti-
tio.locum habere non posset. ꝛ preterea Bar.sibi ipsi aduersa-
retur, in his, que dixit in d. l.re coniuncti. in d. versi. secundo
quero, ꝛc.quod nullo modo dicendum videtur.
¶ Et stantibus predictis constat allegata supra in contrariu
nihil obstare, ac etiam ad casum nostrum non pertinere, quo-
niam filij, ꝛ heredes Julij non vocantur ad partem illam ex re-
licto facto eorum patri de tali predio, sed vigore proprietatis
per patrem eorum in eos translate.
¶ Et sic etiam tollitur, quod dicebatur relictum illud vti con
ditionale non fuisse translatum in heredes Julij etiam filios,
quia predicti filij, ꝛ heredes non veniunt eo modo. Sed vacan
tem vsumfructum dicti predij vti proprietatis domini accipiũt
pro illa parte scilicet dimidia, in qua non valuit relictum dicti
predij, pro alia vero parte illum habet Bernardinus, qui iure
legati fuit in dimidia dicti predij honoratus; ꝛ hanc opinione
ego puto iuridicam, ꝛ equam, ac etiam omnino conformẽ vo-
luntati testantis, quod vltimum ex eo constare potest, quia te-
stator

statoꝛ relinquendo predium predictum Julio, ⁊ Bernardino eius filijs, videtur omnino sensisse etiã de filijs Julij si ipse predecessisset, cum tunc filij ipsius iam nati essent, attento, ꝙ in tali statu res erat, ꝙ testatoꝛ non cogitabat, Bernardinũ filios habiturum cum esset mutus, prout etiam nunc est, ob quã causam pater eum instituit in rebus certis, ⁊ sibi quãdocunq; de
7 cedẽti substituit Julium predictum, ⁊ filios eius, ⁊ mens † ista testatoris debet obseruari. l. qnoniam indignus. C. de testam. ⁊ l. iij. C. de liber. preter. cum similibus etiam ꝙ eã non ita ex
* presserit, est enim vna trita, ⁊ communis * regula in iure, ꝙ in interpretatione testamentoꝛum illud attẽdere debemus, quod testatoꝛ verosimiliter respondisset, si de occurrenti casu fuisset interrogatus. l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. ⁊ posthum. ⁊ est glo. singularis, licet vulgaris, ⁊ communiter recepta in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. cum concord. vt alias dixi in consi. ⁊c. dominus Marianus, de Balionibus nu. 14. ⁊ in cõsi. cxxviij. presentis consultationis materia. nu. 16. j. vol. ⁊ in cõsil. clxxij. sic inter cetera legitur. nu. 19. ij. vol. iij.
8 ¶ Pro hoc etiam facit alia ratio, nam † quandã in testamento fit mentio de filijs testatoris in dispositione eis fauorabili, hoc est in eo, quod relinquitur filijs, appellatione filioꝛum veniunt
* etiam nepotes vt est doctrina Bart. communiter * recepta in l. liberoꝛum. ff. de verb. significa. ⁊ tradũt Doct. maxime Moderni in l. Gallus. §. instituens. ff. de liber. ⁊ posthu. cum similibus vt alias plene scripsi in cõsil. cxiiij. stante testamento quõdam Clarij. nu. 31. j. volu. ⁊ alibi sepe. ⁊ pro hoc facit, quia iuridicum est, ꝙ appellatione filij veniant omnes descendentes l. filij appellatione. ff. de verb. signifi. saltem ex iusta interpretatione. l. iusta interpretatione. eod. titu. vbi clare dicitur, ꝙ eo modo sub nomine filioꝛũ veniunt nepotes, sed si est in proposito, ꝙ testatoꝛ pater Julij, ⁊ Bernardini eis sub nomine filioꝛum suoꝛum relinquit predium de quo agitur finito vsufructu, ⁊ sic in eoꝛum fauorem disposuit merito videtur, ꝙ eius nepotes, ⁊ sic filij Julij eo predefuncto dicantur eius loco vocati.
¶ Ex istis ergo ⁊ precipue ex primo, ⁊ principali fundamento meo suprapositio concludo ꝙ filij ⁊ heredes dicti Julij simul cum Bernardino eoꝛum patruo admittuntur ad predium de quo agitur. Laus Deo.
¶ Socinus Nepos Bononie legens. 1552.
¶ Ex literis datis ij. Martij fuit mihi nunciatum sententiam fuisse prolatam secundum precedens consilium.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XLIIII.

¶ De legato totius Castaldarie cum omnibus pertinentibus ad eam, ⁊c. vt in consilio vtrum comprehendat predia liuellaria, si castaldo liuellum non soluebatur?
¶ De annuo legato certoꝛum scutoꝛum auri, an possit fieri solutio in alia moneta ad equivalentiam?
¶ Et si valoꝛ creuit an equiualentia consideretur tempore testamenti, an tempore solutionis, et plura in materia mutationis monete?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Loquens generaliter & omnia dicens nihil dicitur excludere.*
2 *Fines ostendunt rem pertinere illi intra cuius fines res ipsa est.*
3 *Verba testatoris non debent esse inaniter prolata.*
4 *Copulæ (&) natura.*
5 *Interpretatio plena ratione coniunctionis in legatis fieri debet.*
6 *Interpretatio semper facienda est, ita ut creditor non damnificetur.*
7 *Interpretatio ultimæ uoluntatis semper facienda est ut impleatur testatoris intentio & uoluntas.*
8 *Moneta noua in qua est ualor aurei de præsenti aliqualiter deteriorata, licet in maiori numero, subintrat in locum paucioris, & aliqualiter melioris in qua erat ualor aurei tempore obligationis.*
9 *Moneta quando deleatur noua & in usu currenti, & quando ea quæ currebat tempore contractæ obligationis, uide plures casus.*

CONSILIVM XLIIII.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie.
¶ Illustrissime, ac excellentissime Dux, ⁊ domine semper colendissime, literas tue Illustrissime dominationis, ea, qua decuit reuerentia, recepimus, vna cum scripturis ad nos transmissis, ⁊ cum alioquin mirum in modum cuperemus tue excellentie vti par est, obedire, ⁊ omni nostro conatu inseruire admodum displicuit illud quam primũ per me (multipliciter tam publicis, quam priuatis negocijs impeditum.) impleri non potuisse, quod celsitudo tua postulabat, sed cum Deo placuerit, vt ab alijs curis aliquantisper respirauerim, visis, ac diligenter cõsideratis duabus dubitationibus super quibus Illustrissima domina tua nos consulere dignata fuit, consideratisq; accurrate his, que in doctissimis allegationibus vtriusq; partis continentur. Deum semper pre oculis, ⁊ iustitiam ipsam habendo, in predictis dubitationibus vt infra respondendum duxi, conclusiue, ⁊ quam breuissime absq; argumentoꝛum conflictu procedendo.
¶ Et circa primam, dum queritur, an certe terre liuellarie, vel frumentum, quod pro eis soluitur annuatim pertineat ad dominum Baptistam legatarium totius Castaldarie, intra quas terre predicte reperiuntur. Licet ista dubitatio, primo aspectu visa fuerit non parum obscura propter rationes, que hincinde allegari possent, tamen pro veriori parte illã amplector, ꝙ terre liuellarie de quibus agitur, ⁊ consequenter frumentũ, quod pro ipsarum liuello soluitur annuatim cedant domino Baptiste legatario, nam generalia verba dicti legati omnia compre
1 hendat, quia † qui generaliter loquitur, ⁊ omnia dicit nihil dicitur excludere. l. a procuratoꝛe. C. mandat. ⁊ c. si romanoꝛũ. xix. distinct. cum vulgaribus, ⁊ alias dicitur, ꝙ generalia verba, sunt generaliter intelligenda. l. quiq;. §. parentes. ff. de in ius vocan. cum concoꝛdantibus vt scripsi in consil. lxv. Illustrissimus Hermanus. nu. 20. j. vol. vnde cum in eo legato dicatur in tutta la Castaldaria de Alba con tutte le sue possessioni, ⁊ con tutti li casali, terre, prati, pascoli, valli, boschi, schiappe, vsi, liuelli, ⁊ ogn'altra qualonche cosa spettante ⁊ pertinente a detta castaldaria, ⁊c. sequitur, ꝙ terre, ⁊ liuelli, de quibus agitur, dicantur in legato contineri, cum infra castaldariam repe
2 riantur, ⁊ sic ad ipsam spectare, ⁊ pertinere dicantur, nã † quicquid est intra fines alicuius rei, ad ipsam rem pertinere dicitur l. ede sacra. §. j. ff. de contrahen. empt. ⁊ l. insule Italie. vbi not. Bald. ff. de iudic. cum multis, que ad propositum deduxi in dicto consil. lxv. nume. 68. ⁊ cum de terris, ⁊ liuellis omnibus sit facta expressa mentio non videtur dubitandum quia etiã veniant he, vel hi, de quibus agitur.
¶ Et si foꝛte in ista castaldaria non essent alij liuelli conclusio predicta esset indubitata, quoniam si alij non sunt, ad istos te
3 statoꝛ necessario se retulit, ⁊ illos legasse dicitur, ne † alias verba illa, ⁊ liuelli, essent inaniter prolata contra. l. si quando. in prin. ff. de legat. j. ⁊ c. si Papa. de priuileg. lib. vj. ⁊ contra do
* ctrinam Bald. communiter * receptam in rub. C. de contrahen. emptio. in ix. questio. volentis, ꝙ in dispositione nullum verbum debet esse superfluum.
¶ Facit etiã, q2 cũ verba illa, ⁊ liuelli, nõ possent verificari nisi in istis, de quibus agitur, perinde est, ac si fuissent nominatim, ⁊ particulariter expressi arg. l. ij. ff. de liber. ⁊ posthu.
¶ Sed posito etiam, ꝙ impleta castaldaria sint alij liuelli, adhuc idem dicendum est, vt scilicet etiam isti veniant per supradicta, nam testatoꝛ dixit, ⁊ tutti liuelli, igitur omnes relinquere voluit, quia vt dixi, qui omnia dicit, nihil excludit, ⁊ ꝙ dixerit tutti, ⁊ sic vniuersaliter loquutus fuerit, patet quia illa verba, ⁊ con tutti li casali, ⁊ terre ⁊c. referuntur ad omnia sequentia, ac si dictum esset, con tutte le terre, tutti pascoli, tutti liuelli, ⁊c.
¶ Solum remanet difficultas in eo quod opponitur, ꝙ isti liuelli non soluebantur administratori castaldarie. Sed alteri factori, vt in facto presupponitur propter quod videbatur, ꝙ tales liuelli, non essent sub gubernio dicte, castaldarie, ⁊ eo dato videtur, ꝙ non cedant legato propter vltima verba dicti legati, quando dicitur, ⁊ che si gouerna sotto quella. ⁊c.
¶ Uerum pro responsione presuppono, ꝙ illa vltima verba non ponuntur restrictiue ad precedentia, sed potius ampliatiue propter naturam copule, † per quam illa verba subijciun 4
tur iuxta. l. ea tamen adiectio. ⁊ ibi not. ff. de legat. iij. tradit Bald. in l. j. C. de verb. significa. ⁊ ponunt Canon. in c. ex parte per illum tex. de rescrip. ⁊ sic dico, ꝙ intentio testatoris fuit legare nedum castaldariam totam, terras, ⁊ liuellos suos, ⁊ quicquid ad eam pertineat, ⁊ intra eius fines est, sed etiam si quid extra eam esset, quod sub ea gubernaretur, sic igitur ex verbis predictis non minuitur in aliquo legatum supra generaliter

valiter factum, sed remanet generale ⁊ vniuersale in omnibus supra expressis, ⁊ in tota castaldaria, cum ampliatione illa vt scilicet etiam legata dicantur, que sint extra eam si sub ea gubernentur, vnde cum terre, ⁊ liuelli, de quibus agitur in legato includantur, propter eius verba vt supra ostensum fuit propter illa vltima verba legatum in aliquo non diminuitur, ⁊c.

¶ Nec quicquam obstat, ꝙ frumentum pro liuello soluendum non daretur administratori castaldarie, sed alteri huiusmodi, seu factori eiusdem testatoris quia respõdetur, ꝙ ex eo ipse nõ habuit Castaldariam, ⁊ ad eã pertinentia pro diuisa, quinimmo habuit pro vnita saltem in ipso legato vt generalia eius verba important, ⁊ istud faciebat testator vt scilicet frumentum pred. alteri solueretur, propter aliquam eius particularem considerationem, quam non debemus perquirere, ⁊ forte id faciebat ratione commodioris exactionis ex eo tamen non debet dici quin tota castaldaria cedat legato arg. l. Gaius. §. Titius. ff. de legat. ij. vbi totus fundus cedit legato, licet testator in vita propter diuisam locationem videretur eum habuisse pro duobus, nam cum diuisam locationem fecisset gratia commodioris culture non dicitur propterea vere habuisse illum fundum pro diuersis, ⁊ ideo totus legato cedit, ita ergo ⁊ in casu nostro in simili dicendum est, ⁊c.

¶ Preterea dici potest, ꝙ ille vsus testatoris, ⁊ exactio per diuersos factores facta fecerit vt testator postquã generaliter, seu vniuersaliter dixerat. in tutta la Castaldaria, ⁊c. que verba vti vniuersalia forte sufficissent, vt tamen tolleret omnem dubitationem que ex illo vsu contingere posset, vel ex alia causa, voluit exprimere, cum tutte le sue possessioni, con tutti casali, terre pascoli, vsi, liuelli, ⁊c. ⁊ etiam vt ostenderet precisam suam voluntatem ꝙ omnia relicto cederent subiunxit verba generalissima, videlicet, ⁊ ogni altra, ⁊ qualonche cosa spettante, e pertinente, a detta castaldaria. ⁊c.

¶ Et pro predicta conclusione non parum facit ratio persone cui relinquitur, mixta consideratione persone relinquentis, nã pater reliquit filio, quem, quia non erat primogenitus, non fecit heredem vniuersalem, vnde credendum est, ꝙ ratione paterne dilectionis voluerit facere tale relictum amplissimum, ⁊
5 ita † nos ratione talis cõiunctionis debemus plenius illud interpretari. l. Aurelius. §. Titius testamento. ff. de liberat. lega. cum similibus vt per Deci. in consil. lxix. visis duobus. mihi. iij. col. in fin. ⁊ in consi. dcj. viso eleganti. nu. 6. ⁊ ego dixi. in cõsil. xcviij. do. Petrus. nu. 23. j. vol.

¶ Circa secundam dubitationem (de qua sola leguntur allegationes vtriusqꝫ partis mihi exhibite.) dum queritur, quomodo solui debeat relictum factũ predicto domino Baptiste filio testatoris de scutis aureis. 120. annuis per infrascripta verba vcꝫ. Itẽ vuole, ⁊ comanda, che lo infrascritto suo herede vniuersale sia obligato dare, ⁊ cosi dia con effetto al prefatto Battista suo figliuolo, in sino che viuera ogn'anno scudi. 120. de oro, di prouisione dandogli ogni mese la rata senza eccettione, o dilatione. nam heres dicit se non teneri ad soluenda scuta aurea in auro, sed ad ipsorum valorem, ex quo in relicto nam dicitur, scudi. 120. de oro in oro, ⁊c.

¶ Et eo posito dicit se teneri soluere valorem illum, qui erat tempore facti testamenti, ⁊c.

¶ At dominus Baptista pretendit sibi deberi scuta aurea, vel saltem valorem ipsorum, qui reperitur tempore faciende solutionis de tempore in tempus, ⁊c.

¶ In qua difficultate licet multa dici possent hincinde, vt in predictis allegationibus, ⁊ plura etiam in varijs locis per Doctores nostros scribantur, cum materia ista monete, ⁊ mutationis ipsius, vel eius valoris, sit amplissima, tamen ego pro nunc gratia breuitatis in predicta dubitatione ponam conclusionẽ, quam puto veram, quapropter dimissa longa disputatione, que ad partes fieri posset, cum questio videatur ardua, ⁊ difficilis, in primis stante consuetudine, que presupponitur, ꝙ vbi nõ dicitur d'oro, in oro debitor non teneatur soluere scuta aurea, volo fateri, ꝙ heres in proposito non teneatur soluere in auro, sed quod possit soluere valorem scutorũ auri, quod etiam facile consentiret D. Baptista.

¶ Secundo quantum ad alium punctum, quo tempore scilicet sit considerandus valor scutorum auri in quo iacet difficultas ego pro veriori, ac equiori opinione amplector illam, ꝙ quicquid in alijs multis, ⁊ varijs casibus possit dici in presenti casu valor scutorum aureorum existentium in obligatione inspici debeat tempore solutionis de tempore in tempus, nam in casu nostro agimus de mutatione scutorum aureorum in bonitate extrinseca vt est notum, quia scuta aurea reperiuntur eiusdẽ ponderis, forme, ⁊ materie, ⁊ sic remanet eadem bonitas intrinseca ⁊ stante hoc, ꝙ simus in mutatione bonitatis extrinsece, dico ꝙ variatio valoris non est attendendus, sed semper haberi debet respectus, ꝙ scuta aurea soluantur prout sunt in obligatione, ⁊ licet ex consuetudine detur facultas soluendi valorem, scutorum auri in alia moneta, istud tamen non facit quin obligatio remaneat in scutis aureis, ⁊ dicta consuetudo debet intelligi de valore scutorum soluendorum, ⁊ sic tempore faciende solutionis ita signanter firmat Bal. in consi. ccxxxvij. super eo, quod queritur in fin. ij. vol. ⁊ hoc ne alias oriatur damnum
6 creditoris, semper † enim facienda est interpretatio, ita vt creditor non damnificetur vt est casus in l. Paulus. la prima. ff. de solut. ⁊ ibi plene Bart. ⁊ alij declarant, ⁊ ita per illum text. declarat Marti. Laud. in tract. de monetis. in v. questio. nam postquam dixit, ꝙ ex consuetudine potest solui vna pecunia pro alia, subdit quod dictum intelligo verum, si creditor ex receptione alterius pecunie non sentiat damnum dicens, ꝙ de hoc est casus in d. l. Paulus. ⁊ ita etiam alij plures dixerunt, de quibus plene in allegationibus, mihi exhibitis pro hac parte, sed in proposito nostro si aliter diceremus dominus Baptista legatarius pateretur damnum, quia vere non consequeretur scuta. cxx. aurea vt est notum, ergo ⁊c.

¶ Et ista opinio, que iudicio meo est verissima optima consideratione comprobatur ponamus enim ꝙ valor scutorum fuisset diminutus, certe heres nollet soluere valorem scutorum in minori pretio, quia sic solueret in effectu plures scuta. cxx. ⁊ sic damnificaretur, vnde sequit, ꝙ sicut illud noluisset in sui damnum diminuto valore scutorum, ita per contrarium aucto valore non debet, talem solutionem facere, que dominũ Baptistam legatarium damnificaret arg. l. pen. cum ibi not. C. de solut. nemo enim audiendus est, volens aliquid cuius contrariũ non esset in casu contrario postulaturus vt ibi habetur ⁊c.

7 ¶ Tertio facit, quia semper † facienda est interpretatio vltime voluntatis vt impleatur testatoris intentio, ⁊ voluntas. l. iij. in fin. C. de liber. preter. l. in conditionibus primum locum. in princ. ff. de condi. ⁊ demonstra. cum infinitis concordantibus vt dixi in consi. cj. Nobilis vir Antonius. nu. 5. j. vol. sed voluntas patris fuit vt domino Baptiste filio soluantur scuta aurea cxx. annua. ⁊ si heres in eo quod intendit audiretur, non tot soluerentur, sed pauciores vt est notum ergo ne quid sequatur contra voluntatem testatoris audiri non debet, ⁊c.

¶ Et predictam opinionem si recte aduertatur tenuit Bar. in l. cum certum. ff. de aur. ⁊ arg. legat. Bald. in d. consi. ccxxxvij. ⁊ in l. si quis argentum. C. de dona. ⁊ in alijs locis allegatis in predictis allegationibus. Roma. in consi. cxxiij. circa primum. Corn. in consi. cclxxxvij. in hac consultatione pen. ⁊ fin. colũ. j. volu. ⁊ in alijs consilijs vt citatur, in predictis allegationibus. Aret. in consi. xj. procedendum est breuiter vbi asserit hanc esse
* communem * opinionem, quod etiam firmauit in cõsil. lxxxiiij. diligenter ponderatis, ⁊ in consi. cxij. consideratis diligenter. Idem voluit Laurentius de Rodulph. in tract. de vsur. in iij. partic. princip. nu. 2. ver. preterea. dicens, ꝙ contrarium dicere est truffatorium, vt per eum, hoc etiam signanter determinat Nicol. Boer. in decisio. cccxxvij. Nobilis Gulielmus de Monte. per totam, ⁊ maxime ij. ⁊ iij. colũ. hoc etiam voluit si bene consideretur Andr. Barbat. in cõsil. xix. Clementissimũ Deum oro ij. ⁊ iij. col. iiij. vol. idem firmat Patruus, ⁊ dominus meus Socin. in cõsi. cccviij. pro resolutione presentis cõ
8 sultationis. ij. vol. vbi inquit ꝙ † moneta noua in qua est valor aurei de presenti aliqualiter deteriorata licet in maiori numero subintrat in locum paucioris, ⁊ aliqualiter melioris, in qua erat valor aurei tempore obligationis vt per eum, vbi etiam post Abb. in c. quanto. de iureiur. dicit, ꝙ ita se habet communis
* opinio * tam legistarum, quam Canonistarum, hoc in effectu voluit si recte ponderetur. Guid. pape in q. ccccxciij. si fiat monete mutatio, ⁊ clare firmauit Capra in cõsi. xxix. punctus fuit quidam. in ij. dubio. Brun. in tract. de augmento ⁊ diminut. Monet. in v. partic. per totam. ⁊ in vj. in versic. vbi autem interuenisset, vbi dicit, ꝙ ita est communis opinio, idem nouissime firmarũt duo insignes Moder. videlicet Hierony. Grat. in consi. xij. xij. contra quamplures. nu. 44. cũ pluribus sequẽtibus. j. vol. ⁊ in nume. 51. ⁊ 52. considerat, ꝙ augumentum valoris

valoris aurei prouenit a diminutione bonitatis intrinsece mo nete minute, vt per eum, & Aymon Crauetta in consil. xlvij. Magnificus do. Carolus.nu.6. vbi facit eandem considerationem diminutionis bonitatis intrinsece monete minute, cõcludens (prout & alij preallegati cõcludunt) q solutio debet fieri in valore auri secundum tempus solutionis, & ita procul dubio concludendum est, in proposito nostro, &c.

¶ Posset demum pro ista opinione in fauorem domine Baptiste considerari q eiusmodi legatum dicitur non vnum tantum, sed multiplex: pro primo anno purum, pro ij. conditionale, vt sic quolibet anno incipiat nouum legatum, cuz viua obligatione, attento maxime, q solum in vita do. Baptiste duraturum esse ad tradita per Doct. in l. si stichum. §. stipulatio. ff. de verb. obligatio. propter quod semper videtur q . . inspiciendo tempus obligationis valor aurei considerari deberet, de anno in annum tempore solutionis, verum super hoc non insisto, quia non est necessarium cuz predicta satis superq sufficiant in fauorem domine Baptiste, &c.

¶ Nec predictis ob. que in contrarijs allegationibus docte satis, & ingenio se adducuntur, maxime dum dicitur, quod pro herede sunt decisiones in terminis vt est doctrina Bald. in c. quanto. de iureiur. ver. quero quid in anima obligatione. Alberic. de Rosat. & Jaso. post eum in l. ij. q. xxxvj. C. de iur. emphiteut. & aliorum plurium. Quoniã ad omnia accurrate multum, & iuridice respõdetur in allegationibus pro domino Baptista mihi exhibitis singulariter quamlibet decisionem in contrarium allegatam considerando, & cuilibet responsionez optimam accommodando ad quas gratia breuitatis me remitto. & solum tangam quatenus inter contrarias authoritates allegatur decisio mea in consil. cxlij. domina Franceschetta nu.6. ij. vol. & licet ad eam etiam plene respondeatur in predictis allegationibus, tamen vt mentem meam ibi, & hic aperiam pauca subdam, vnde pro clara resolutione cõsiderandi sunt aliqui casus, & tolletur nedum illa mea decisio, sed etiam omnes alie

9 in contrariũ allegate dico † ergo q aliquando & primo in obligatione est certa moneta, puta centum scuta aurea, prout est casus noster. & post contractam obligationez contingit mutatio auree monete in bonitate intrinseca vt in materia vel pondere, & tunc vera est conclusio, q in solutione facienda, habenda est ratio, & consideratio temporis contracte obligationis, & sic solui debet de illa moneta, que tunc erat, quia de ea intellexerunt contrahentes, que tunc currebat, & si non reperiatur debet fieri solutio de presenti & vsuali pecunia ad equivalentiam illius antique, & hoc casu procedit decisio Bal. in d.c. quanto. de iureiur. & quasi omnes in contrarium allegate, & ita alias ego determinaui plura allegando in consi. cxlv. Baptista de sanctucijs. nu.94. j. vol. & tradit Jo. Ant. Rubeus in cõsi. xvij. presupponitur in facto, sed hic non est casus noster, quia scuta aurea remanserunt in eadem intrinseca bonitate.

¶ Aliquando & ij. obligatio constituitur in certo numero librarum, que sunt monete imaginabiles, quia nõ reperitur species, seu petia alicuius monete cusse, que appelletur libra, sed illa conficitur ex certis paruis monetis puta. xx. solidi, vel bononeni faciũt libram in Tuscia, vel Bononie referendo singula, singulis, & tunc si libra illa variatur simili modo debet inspici tempus contracte obligationis, & ille libre solui debent, que considerabatur, & in vsu erant illo tempore, & ita procedit decisio mea in d. consi. cxlij. nu.6. & per totum. & hoc per eandem rationem, quia scilicet de talibus libris intellexerunt contrahẽtes, & in casu d. consilij intellexit testatrix, vnde vt seruetur voluntas inducentis obligationem, seu disponentis debet fieri solutio de libris tali tempore consideratis, nõ enim potuit disponẽs de futuris libris cogitare sed nec iste est casus noster, quia non fuerunt in testamento relicte libre, nec facta fuit mutatio aliqua librarum.

¶ Aliquando, & tertio (dimissis pluribus alijs casibus, qui cõsiderari possent) constituitur obligatio in certa aurea moneta, in cuius bonitate intrinseca nulla accidit postea mutatio, sed solum, ex vsu hominum, mutatur eius valor, & tunc siue crescat siue decrescat, cum id extrinsecus accedat non alteratur in aliquo obligatio, & solui debet moneta aurea, prout est in obligatione, & sicut diminutio esset ad damnuz creditoris, ita & augumentum erit ad eius commodum per regulam l. secunduz naturam. ff. de regu. iur. & si pro aurea moneta velit debitor soluere valorem in alia moneta debebit soluere secundum valorem, qui reperitur tempore solutionis, & ita procedãt, que supra deducta fuerunt per iura, rationes, & authoritates supradicta de quibus supra & vltra allegatos supra reperio, q ita voluit, receptumq magis communiter * asserit elegãs Moder. Andr. Alciatus in d. l. cum quid. in glo. eadem bonitate soluatur, & iste est proprie casus noster sunt enim relicta scuta. cxx. aurea singulis annis, que in aliquo in bonitate intrinseca non dicuntur mutata, sed extrinsecus accessit valoris augumentũ, & ideo licet heres vere sit obligatus annuatim soluere aurea scuta cxx. temporibus a testatore ordinatis si bene velit vti beneficio consuetudinis vt scilicet pro scutis aureis eorum valorem soluat in alia moneta, debet iste valor considerari tempore faciende solutionis, & ita omnino iudicandum censeo. Habes nunc Illustrissime, ac Excellentissime Princeps, quid in duabus prepositis dubitationibus de iure esse sentiam semper tamen omnia remittendo sapientissimo iudicio tue celsitudinis, cui me plurimum commendo, dedoq.

¶ Et licet predictas conclusiones potuissem pluribus alijs roborare, placuit tamen his paucis pro materie amplitudine rez ipsam perstringere, cum potuissem etiam eas absq alicuius rationis expressione simpliciter proponere, attento, q quasi iudicis officio, iussu tuo videar functus iuxta tradita per Doct. in c. sicut. extra de re iudic. cum concordantibus vt dixi in consil. lxij. pro iustificatione in princ. j. volu. & in consil. xxxvj. ex processu. in fin. ij. volu. Laus Deo Optimo Maximo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1552.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XLV.

¶ De pacto de reuendendo infra certum tempus cum maiore inito, an seruandum ita sit cum minore eius herede vt scilicet lapso illo tempore minor amplius non audiatur ?

¶ Et vtrũ tunc detur restitutio in integrum aduersus cursum temporis saltem ex clausula generali si qua mihi iusta causa &c. ex capite ignorantie?

¶ Et posito q detur, an requirat lesionem, & quam?

¶ Et an in pupillo cadat ignorãtia eorũ, que tutori nota erãt?

¶ Interesse affectionis, quia res fuit maiorum suorum quando prebeat restitutionem in integrum ?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Tempus initum ex pacto cum maiore currit etiam aduersus heredem uenditoris licet minorem, sine spe etiã restitutionis in integrũ.*

2 *Restitutio in integrum ratione minoris ætatis fauorabilior est quam illa quæ conceditur ex illa generali clausula, si quã mihi iusta causa &c.*

3 *Restitutio in præscriptione conuentionali non datur ex clausula illa, si qua mihi iusta causa uidetur ex capite ignorantiæ.*

4 *Tutoris scientia pupillo regulariter nocet.*

5 *Restitutio ex capite ignorantiæ non conceditur nisi cũ ignorantia concurrat læsio considerabilis.*

6 *Pactum redimendi dicitur pars pretij.*

7 *Res uendita ab eo qui maximo ere alieno erat grauatus, ita ut excederet longo interuallo uires sui patrimonij, dicitur uilioris pretij.*

8 *Damnificatus quis dicitur ex eo quod priuatur prædijs in quæ habet affectionem quia fuerunt antiquorum suorum, propter quod solet dari restitutio in integrum.*

9 *Fauorabilior est qui tractat de dãno uitãdo quã qui de lucro captãdo.*

CONSILIVM XLV.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Viso ac diligenter cõsiderato cõsilio excellentissimi Consultoris mihi vt patri sho norãdi Augustini Beroij, licet plura se obtulerint, ex quibus conclusio per eum firmata dubia reddi videbatur, tamen omnibus bene consideratis illis non obstantibus conclusionem eius iuridicam, & summa equitate nitentem arbitror, & ideo vna cum eo concludo istos de lucianis non posse cogi ad reuendendum predia de quibus agitur

agitur, cum lapsum fuerit tempus conuentionaliter, & ex speciali gratia positum ad reuendendum scilicet quadriennium iuxta tradita per Doct. in l. ij. C. de pact. inter empt. & vendi. &
1 †cum tempus tale fuerit ex pacto inito cum maiore, non est dubium, quod cucurrit etiam aduersus heredem venditoris licet minorem, & quidem sine spe restitutionis in integrũ iuxta l. Aemilius, & tradita ibi per Bar. & alios. ff. de minor. cum similibus per dominum consultorem allegatis.

¶Et licet Bar. ibi Fulgos. & alij quidam hoc intelligunt tantum respectu restitutionis in integrum, que datur ratione minoris etatis, & non respectu restitutionis, que datur a lege ex capite ignorantie, ex generali illa clausula si qua mihi iusta causa videbitur de qua in l. j. in fin. ff. ex quib. cau. maior. propter quod videtur, quod heres venditoris vti succedens in ius alterius ignarus dicti pacti, & temporis quadriennij iuxta. l. qui in alterius. ff. de regu. iur. possit ex dicte generali clausula in integrum restitui aduersus lapsum quadriennij predicti vti petit. Tamen videtur, quod opinio Bar. & sequacium de iure non procedat, nam ipsi volunt fauorabiliorem esse restitutionem ignoranti concessam ex illa generali clausula, quam sit restitutio concessa ratio-
2 ne minoris etatis, †cuius contrarium videtur verius prout contrarium tenuit Areti. in l. cum quidam. in princ. col. fin. in ver. contrarium consului in q. facti. ff. de acquir. hered. in cõsi. ciiij. breuitas in consulendo iij. colũ. versi. venio nunc ad secundum dubium. & in consi. clxj. in presenti consultatione. iij. col. versi. secundo principaliter videtur & in indiuiduo in tempore redi-
3 mendi, & sic† in prescriptione conuentionali (vt ipsi dicunt) quod non detur restitutio ex clausula illa, si qua mihi iusta causa videtur, ex capite ignorantie aperto ore firmauit Curt. Senior in consi. lviij. super premissa dubitatione. versi. sed premissis omnibus, vsque in finem vbi ad hoc facit quinque pulchra fundamẽta, & in eis in effectu respondet omnibus contrarijs, & ita etiam sequitur pro veriori opinione Hierony. Cagnol. in l. ij. C. de pact. inter empt. & vendi. in prima lectu. in questio. xvj. sub nume. 125. cum quatuor seq. &c.

* ¶Et licet idem Doctor in ij. lectura eiusdem l. nu. 1. contrarium teneat asserendo ita magis communiter * teneri, tamen verior videtur opinio supra posita. & si tempus mihi daretur hoc viuis, & concludentibus rationibus ostenderem, & ita offero me offensurum, si quando ad id dabitur opportunitas, sed equo animo patior nunc ita transire, quia pro vero Curt. in d. consi. lviij. optime hoc ipsum fecit, pluribus modis ostendendo, quod fauorabilior, dicitur restitutio concessa ratione minoris etatis, quam sit illa, que conceditur ex illa generali clausula, si qua mihi iusta causa videbitur ad quem pro nunc me remitto, & per hec ponatur primum fundamentum conclusionis supra posite in fauorem Lucianorum, &c.

¶Secundo etiam probatur dicta conclusio posito, quod opinio Bar. in d. l. Emilius. sit vera, quam etiam videtur ponere in l. ij. C. si aduers. vendit. pign. & sic dato millies, quod alias in alijs casibus concederetur restitutio in integrum ex dicta generali clausula, ex capite ignorantie aduersus lapsum temporis dati ad reuendendum, quoniam dico, quod in occurrenti casu danda non est, ex eo quia, dici non potest, quod iste heres venditoris licet minor, & pupillus tale pactum, & cursum temporis ignorauerit quia domina Anastasia videtur, & tutrix eius persona diligens, sagax, & prudentissima, tale pactum, & cursum quadriennij recte nouerat, noluit tamen redimere (vt creditur) ex iustis causis, & pro honore, & vtilitate sui pupilli, vnde sequitur, quod scientia dicte tutricis dicatur & scientia pupilli, & illi dicitur no-
4 cere, cum regulariter† tutoris scientia pupillo noceat ad tradita per Bar. in l. qui duos. in princ. ff. de reb. dub. & ibi etiam tradit Patruus, & dominus meus Socin. circa v. & vj. q. Bart. sub nu. 19. & 20. cessante ergo ignorantia cessat fundamentum petite restitutionis in integrum, &c.

¶Tertio probatur posito etiam, quod opinio Bar. sit vera vt supra & posito etiam quod iste heres posset dici ignorans, nam illa opinio debet intelligi, quando cum ignorantia concurrat con-
5 siderabilis lesio, sed† vbi lesio nulla esset aut modica, non conceditur talis restitutio. Iuxta tradita per Bart. & alios in l. ij. in fi. C. si aduers. vendit. pign. & damnum debet esse enorme. c. j. de in integr. restitu. facit. l. scio. ff. eod. titu. cum concordantibus vt per Alex. in l. cum filius. §. in hac. ij. colũ. ff. de verbo. obligat. & in consi. lxxxix. viso puncto. v. col. & in consi. clxix. viso themate. lib. ij. & per Curt. Senior. in d. consi. lviij. col. pen. sed sic est, quod in casu isto nullum penitus damnum passus fuit iste heres ex eo, quod non redemerit dicta predia, aut certe modicissimũ cum venditio facta fuerit iusto precio, hoc est quanti tunc communiter vendi potuisset cum, qualitatibus, que tunc circa predia vendita considerari poterant scientibus scilicet ipsas qualitates, nam in primis vendita fuerunt cum illo pacto redimendi, propter quod dici solet, rem esse minoris precij,
6 †cum tale pactum dicatur pars precij vt traditur. in l. fundi partem. ff. de contrahen. emptio. & ponunt Canoniste in c. ad nostram. de empt. & vendit. Insuper vendita fuerunt ab eo, qui maximo ere alieno erat grauatus, ita quidem, vt excederet longo interuallo, vires sui patrimonij vt mihi in facto presuppo-
7 nitur, nam† etiam propter hoc res dicuntur vilioris precij iuxta tradita per Bar. Raph. Commen. Patruum, & dominum meus Socin. & alios in l. j. §. si heres. ff. ad treb. sic igitur veritas est, quod iste heres damnificatus non fuit, ex eo quod non redemerit. Quinimmo (vt mihi in facto narratur) maximã vtilitatem consecutus fuit (licet hoc extrinsecus obuenerit) nam illi maximum es alienum remissum fuit, quoniam ex non facta dicta redemptione apparuit magna illius paupertas, & quod soluendo non erat, propter quod ei facta fuit predicta remissio. Vltra etiam, quod si fuisset facta redemptio prediorum fuissent illa per creditores occupata, & sic iste heres precio, & predijs caruisset, quod ei maxima damno cessisset vt sic dici possit, quod etiam propter hoc vtile illi fuerit non redimere, & ideo cessare debet petita restitutio.

8 ¶Nec obstat si dicatur, quod † satis potest dici damnificatus ex eo quod priuatur predijs istis in que habet affectionem, quia fuerunt antiquorum suorum propter quod solet dari in integrum restitutio. l. si in emptionem. ff. de minor. & not. in l. necesse. ff. de in diem adiect. ad quod facit. l. lex que tutores. ver. nec domum vero vendere, &c. C. de admin. tut. quoniam respõdetur secundum consultorem vno modo vt scilicet illud procedat in domibus in quibus considerantur, qualitates posite in d. l. lex que tutores. que in predijs non videntur quadrare de qua responsione ad eum me remitto, nec de veritate eius discutio, quoniã videtur contra generalitatẽ d. l. si in emptionẽ, &c.

¶Vnde vltra eum secundo modo respondetur, quod allegata in contrarium procedant in casu addictionis in diem prout iura in contrarium deducta loquuntur, eo enim casu tolleratur dari restitutionem, quia ille minor poterat tantũ offerre quantum alius obtulit, cum oblatio alterius debebat sibi notificari vt d. l. necesse. vnde si id facere recusat, in quo leditur lex prebet illi restitutionem. Sed in casu nostro nihil est gestum cum minore, sed patri eius de speciali gratia fuit concessum illud quadriennium ad redimendum, merito non debet iste minor restitui, istam responsionem in terminis tradit Curt. Senior in d. consi. lviij. ij. col. in fin. versi. nec huic conclusioni obstare vide-
9 tur, &c. Que responsio ex alio probabilis est, † quoniam in casu illo agitur de auocanda re, de manu minoris, qui iam emerat, cum pacto illo adiectionis in diem, & sic agitur per eũ de damno vitando, hic vero econtra agitur de auferendis his predijs de manu emptorũ, cũ maximo eorum damno, vt sic iste minor videat tractare de acquirendo vnde nõ est ita fauorabilis arg. l. fi. C. de codicil. & l. proculus. ff. de dam. infect. &c.

¶Remanet itaque ex predictis firma cõclusio quod isti de Lucianis ad reuendendũ nullo modo cogi possunt, placuisset ẽt vlterius procedere tam ad corroborationẽ predicte conclusionis, quam etiam ad remouenda quedam obstantia, sed quia consultans instat pro expeditione vlterius progredi non licet, ipse enim calamum de manu mea quodammodo abstulit. Ideo finem facio, & conclusionem predictam vti equissimam amplector, & de iure veram arbitror. Laus Deo.

¶Socinus Nepos Bononie. 1552.

CASVS

CONSILII XLVI.

AGNIFICVS Dominus Comes Ludouicus de Alfiatatis de anno. 1533. vendidit quedã sua predia pro certo inter eos conuento precio domino Marcoantonio Luciano, qui de speciali gratia promisit dicta predia eidem, vel eius heredibus reuendere pro eodem precio infra tempus, & terminum annorum quattuor

quattuor tunc proxime futurorum. Postea pendente dicto quadriennio decessit venditor superstite sibi Comite Jo. Baptista pupillo filio, & herede vniuersali, cuius tutelam suscepit Magnifica domina Anastasia mater eius, lapsum fuit quadriennium & postea etiam lapsi sunt anni octo, & vltra. Nunc dictus Comes Jo. Baptista filius, & heres venditoris oblato precio petit dicta predia sibi reuendi dicens, quod licet sit lapsum tempus prestitutum, tamen cum ille tale pactum, & tempus lapsum ignorauerit, nō debet sibi obesse & ideo petit se in integrū restitui, vt scilicet nunc redimere possit nō obstante lapsu quadriennij. At emptor negat se ad reuendendum teneri postquā lapsum fuit quadriennium dicens etiam d. Comitem non esse aliquo modo restituendum, vnde queritur, quid iuris?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De restitutione in integrum ex clausula generali si qua mihi iusta causa, &c. an, & quando detur heredi in ius alterius succedenti aduersus temporis cursum per eius authorem appositi ad aliquid agendum si se asserat illud ignorasse?

¶ Et an, & quando cessatio, vel non factum eius propter ignorantiam, ei preiudicet, & plene de materia?

¶ De promissione sub conditione volūtaria, quod euanescat quocunque modo deficiat conditio.

¶ De gratia, quod stricte debeat interpretari vt minus auferat concedenti.

¶ Restitutio predicta an, & quam lesionem requirat?

¶ Et an, & quando detur ratione lucri cessantis?

¶ Et de scientia tutoris, an, & in quo noceat pupillo?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 Restitutio in integrum an concedatur ex capite ignorantiæ ex clausula generali si qua mihi iusta causa uidebitur.

2 Ius redimendi non competit ordinario iure post lapsum quadriennium ad redimendum constitutum.

3 Permissa ad certum tempus post illud tempus censentur prohibita.

4 Tempus ex pacto inito cum patre uenditore & maiore, currit aduersus ipsius uenditoris hæredem, etiam quod sit minor uel etiam pupillus, sine spe aliqua restitutionis in integrum etiam minoribus concessæ, quin cum ipso minore nihil dicitur gestum.

5 Succedens in ius alterius dicitur habere iustam ignorantiam.

6 Minor succedens maiori licet circa gesta per authorem eius maiorem uel cursum temporis ab eodem præstituti non restituatur ratione minoris ætatis, tamen ex capite ignorantiæ restitui poterit ex generali illa clausula, si qua mihi iusta causa uidebitur, &c. & nu. 35.

7 Hæres emphyteotæ non soluens canonem licet cadat à iure suo, etiam quod sit minor, nec tanquam minor restituatur in integrum, tamen si ignorabat se obligatum ad talem canonem restituetur ex clausula illa generali, si qua mihi iusta causa &c. ex illo capite ignorantiæ.

8 Restitutio in integrum competit etiā ratione lucri quod quis nō fuit.

9 Præscriptio conuentionalis currit etiam contra hæredem minorem & sine spe restitutionis in integrum.

10 Argumentum ualet quo dicitur, in aliquo casu minori non succurritur ratione minoris ætatis, ergo nec etiam maiori ex alia causa.

11 Minor ætas dicitur magis priuilegiata quam absentia uel alia causa.

12 Tempora utilia non currunt absenti uel alias impedito.

13 Minor ætas in quolibet actu regulariter fauorabilior est quo ad obtinendum restitutionem in integrum quam sit absentia aut aliud impedimentum.

14 Restitutio in integrum innititur æquitate & iustitia.

15 Locupletari quis non debet cum aliena iactura.

16 Contractus sic sunt interpretandi ut semper menti contrahentium seruiant.

17 Obligationes & conuentiones cum defuncto factæ (uti facti fuerunt) transeunt in hæredes cum suis qualitatibus, ita quidem ut ex persona hæredis in aliquo non mutentur.

18 Ignorantia hæredis ipsum non excusat, quando cessatio uel nō fieri ipsius tendit ad implendum factum defuncti eius authoris, tunc enim sequitur tale implementum & nulla cōceditur restitutio, licet aliud esset quando talis cessatio uel non fieri tenderet ad resoluendum factum defuncti.

19 Opinionem ultimam quis in dubio semper dicitur approbare.

20 Ignorantia hæredis ipsum non excusat etiam quod sit minor, & ignorantia eius non dicitur esse impedimento dispositioni seu ordinationi defuncti, quin sequatur, uel quin secundum eius ordinationem oriatur obligatio, quando non factum ipsius hæredis, seu eius cessatio in eo quod poterat defunctus facere non est causa productiua obligationis ipsius, sed solum non impedit quin nascatur obligatio, uel quin sequatur quod à defuncto erat ordinatum.

21 Ignorantia probabilis uidetur quod quis in ius alterius succedat.

22 Recuperare uolens oblato pretio rem iam alterius effectam dicitur de lucro captando tractare.

23 Dictio (si) inducit conditionem.

24 Promissio uel dispositio conditionalis euanescit deficiente conditione.

25 Conditio uoluntaria ruditer prout concepta fuit debet adimpleri.

26 Conditio mixta per casum impedita habetur pro defecta.

27 Verbum (& non aliter) inducit formam.

28 Conditio data pro forma si deficiat actus omnino corruit.

29 Ignorantia ad petendam restitutionem, ex illa generali clausula (si qua mihi iusta causa Cy. non est attendenda nisi quando esset reus conuentus) & ad sui defensionem ignorantiam allegādo peteret in integrum restitui, non autem si ipse ageret.

30 Restitutio aliqua dari non debet quando hæres minor patitur præiudicium propter non fieri.

31 Defuncti mala fides impedit præscriptionem etiā in persona hæredis, cum ipse teneatur defuncti conscientiam exonerare.

32 Promissio de reuendendo facta de speciali gratia debet stricte intelligi, ut scilicet minus auferat gratiam illam facienti.

33 Gratia conditionaliter & sub certa forma facta nulla est conditione non impleta, & forma non seruata.

34 Singula quæ non prosunt multa collecta iuuant.

36 Iudicare quis tenetur secundum ueriorem opinionem, & melioribus rationibus munitam etiam si contraria opinio esset magis cōmunis.

37 Præscriptio conuentionalis est maioris ualoris quam legalis, & currit ubi aliàs non currit legalis.

38 Fauorabilior est qui tractat de damno uitando & ei magis succurritur, quam qui tractat de lucro faciendo.

39 Lucri deperditi non solet haberi consideratio. & nu. 43.

40 Legi. rem maioris. C. de rescind. uendit. & edicto prætoris de minoribus quando locus sit.

41 Pactum de retrouendendo dicitur pars pretij, & ideo propter tale pactum solet dici rem esse minoris pretij.

42 Restitutio in integrum non datur ex sola ignorantia, sed necesse est quod qui restitui petit probet se enormiter læsum.

44 Tutoris scientia regulariter nocet pupillo.

45 Restitutio in integrum dicitur remedium extraordinarium, quod non concurrit cum ordinario.

46 Mulier inuita tutelam non accipit.

47 Restitutio quando competit non ratione minoris ætatis, sed tantum ex æquitate, de qua in illa clausula (si qua mihi iusta causa uidebitur) quia non datur in priuilegium personæ, sed tantum ex illa æquitate, non potest dari ubi cessat æquitas.

CONSILIVM XLVI.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Resolutio presentis consultationis tota pendet ab eo vtrum scilicet predicto Comiti Jo. Baptiste filio, & heredi venditoris sit
1 concedenda in integrum restitutio † ex capite ignorantie ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur, &c. de qua in l. j. §. fin. ff. ex quib. caus. maior. & in l. sed & si
2 per pretorem. §. item in quibus pretor. eod. tit. nam† cum lapsum fuerit quadriennium ad redimendum constitutum, nedū semel, sed & ter, & vltra clarum est, quod ordinario iure non competit amplius ius redimendi iuxta l. ij. & tradita ibi per Doct.
3 C. de pact. inter empt. & vendit. etenim† que ad certum tempus permittuntur post illud tempus censentur prohibita. l. statu liberum. §. j. & ibi Bart. ff. de legat. ij. & l. iiij. in princi. & ibi glos. super verbo pacti. ff. de seruituti. & l. epistola. §. fin. ff. de pact. & ibi sumat Paul. de Cast. sicuti etiam per contrarium prohibita ad certum tempus post illud tempus censentur permissa. l. Imperator. vbi Bal. & alij. ff. de postuland. & l. pater filium. §. fundum. & ibi Bar. ff. de leg. iij. cū cōcordantibus vt per Decium consil. ccclxxxvj. licet in controuersijs. nu. 3. & dixi in consi. cxxx. proponitur in facto. nu. 2. j. volu. & in consi. lxvij. domina Cornelia de Lari. nu. 44. ij. vol.

¶ Nec dici potest, quod Comes Jo. Baptista possit petere restitutionem tanquam minor, qui erat tempore, quo lapsum fuit tempus redimendi vt ex causa minoris etatis veniat restituendus per totum titulum. ff. de minor. vt sic cursus illius temporis illi veluti minori non potuerit re ipsa preiudicare quoniam
4 pro vero illi preiudicauit, nam† cum tempus illud ex pacto inito cum patre eius venditore, & maiore fuerit adiectum, immo ex gratia speciali sibi concessum esset non est dubium, quin cucurrerit aduersus ipsius venditoris heredem, etiam quod fuisset

mino:

minor, vel etiam pupillus et talis cursus interuenit sine spe aliqua restitutionis in integrum alias minoribus concesse, eo quod cum ipso minore nihil dicitur gestum iuxta tradita per illum tex. per Bar. et alios. in l. Emilius. ff. de minor. etc.

¶ Solum igitur difficultas est utrum illi Comiti Jo. Baptiste alleganti se ignorasse pactum illud de redimendo, seu tempus ad id prestitutum sibi labi, sit concedenda restitutio in integrum ex capite dicte ignorantie, ex predicta generali clausula si qua mihi iusta causa videbitur.

¶ Et certe prima facie videtur dicendum, quod illi cocedi debeat, posita ignorantia eius prout ipse allegat, que probabilis dicitur, cum quis in ius. eo. titu. lib. vj. et l. fi. ff. pro suo. cum simi. nam ita in terminis videtur firmare Bar. in d. l. Emilius. et ibi videtur sequi Fulg. et in simili hoc idem voluit Bart. in l. ij. C. si aduer. vend. pign.
6 dicunt enim, quod † licet minor succedens maiori, circa gesta per authorem eius maiorem, vel cursum temporis ab eodem prestituti non restituatur ratione minoris etatis, tamen ex capite ignorantie restitui poterit, ex generali illa clausula, si qua mihi iusta causa videbitur, etc. et idem voluit Bar. in l. cum filiusfamilias. §. in hac. ff. de verbo. obligatio. ubi etiam videtur sequi, et multum not. Joan. de Imol. et Patruus et dominus meus Soci.
* et Jas. dicentes, quod ita communiter * tenetur, etc.
7 ¶ Confirmatur, quia videmus, quod licet † heres emphiteute non soluens Canonem cadit a iure suo, etiam quod sit minor, nec tanquam minor restituatur in integrum, tamen si ignorabat se obligatum ad talem Canonem restituetur, ex clausula illa generali. Si qua mihi iusta
* causa etc. ex illo capite ignorantie ut per Doct. in d. §. in hac. et per Jaso. qui multos allegat, et dicit esse coem * opinionem in l. ij. nu. 107. est mihi col. lxvj. et lxvij. C. de iur. emphiteut. etc.

¶ Et predicta restitutio videtur ex eo etiam cocedenda, cum equum videatur predia de quibus agitur restitui predicto Comiti Jo. Baptiste, tum quia fuerunt antiquorum suorum arg. l. si in emptionem. ff. de minor. et l. lex que tutores. C. de administrat. tuto. et eorum, que utrobique tradunt Doct. tum etiam quia ipsa sunt longe maioris precii, quam vendita fuerunt, ut sic circa ea d. Comes videatur multum damnificatus, merito ergo videtur, quod restitui debeat, ut a tali damno releuetur, etc.

¶ Quinimmo videtur, quod esset restituendus, etiam si quis diceret, quod ipse
8 tractaret de lucro faciendo † cum etiam ratione lucri, quod quis non fecit de iure restitui possit in integrum. l. ait pretor. §. fina. ff. de minor. et c. constitutus ubi Abb. in vj. not. extra de in integr. restit. et in proposito de restitutione ex clausula illa generali, si qua mihi iusta causa, etc. videtur tex. in l. Julianus. §. fi. et in l. et siue. ff. ex quib. caus. maior. danda enim est restitutio inquit d. l. et siue. si quis aliquid ammisserit, siue quia lucratus non fuerit.

¶ Predictis tamen non obstantibus in proposito casu verius esse puto predictam restitutionem etiam ex dicta clausula generali cocedendam non esse predicto Comiti agenti, seu illam petenti prout alias non sunt multi dies in quadam subscriptione pauca scribendo firmaui nunc aut data temporis opportunitate volui plenius scribere, et istam opinionem uberius roborare.

¶ Et primum, et principale fundamentum est, tex. clarus in l. Emilius. preallegata. de minor. quatenus in ea habetur (uti etiam Doct. oes concludunt) quod ex actu gesto cum maiore, qui in eo tempus apposuit ad aliquid agendum, si eo decedente illi succedit minor et suo tempore labitur illud tempus non poterit talis minor in
9 integrum restitui, et sic † tempus conuentionale, seu vis dicere, prescriptio conuentionalis currit etiam contra heredem minorem, et sine spe restitutionis in integrum, ut est ibi tex. et oes Doct. notant et idem etiam probatur in d. l. ij. C. si aduers. vend. pign. nam si a maiore fuerat datum pignus creditori cum pacto, quod illi liceat vendere puta si infra certum tempus non fuerit illi solutum, quod ei debebatur, et tempus labatur post mortem debitoris, cui minor successerat, et ita pignus vendatur, illi minori non dabitur restitutio solum ex eo quia cum eo nihil gestum fuit, et tempus illud conuentionale dicitur cucurrisse absque spe restitutionis ut ibi declarant oes Doctores. Et licet minor dicere posset, ego sum lesus non luendo pignus ante tempus, et similiter in d. l. Emilius, se fuisse lesum non soluendo ante tempus, tamen ex tali allegata lesione non est audiendus ut in integrum restituatur, non obstante sua minori etate.

¶ Quibus ita stantibus dicendum est in proposito nostro idem scilicet quod Comes prefatus non sit audiendus non obstante pretensa allegata ignorantia propter quam solet alias succurri maiori ex illa generali clausula. Si qua mihi iusta causa, etc.

10 Quoniam † bonum est argumentum in aliquo casu minori non succurritur ratione minoris etatis, ergo nec etiam maiori ex alia causa ut est de hoc celebris glo. fi. in l. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. cau. maior. quam Doct. ibi taciti transeuntes videntur approbare, et ita illam glo. sequendo concludit Curt. Senior in consi. lviij. super premissa dubitatione. iij. colum. versi. quarto principali fundamento, immo ipse dicit, quod tale argumentum procedit a fortiori, quia fauorabilior dicitur causa minoris etatis, quam sit
11 absentia causa reipublice, vel aliud impedimentum, et † sic minor etas dicitur magis priuilegiata, quam absentia, vel alia causa ut signanter docet Bald. in l. in contractibus in princi. in iij. not. C. de non nume. pecu. quem Curt. ubi supra allegauit, et ultra eum ita voluit Alexan. in l. si finita. §. Julianus. col. mihi xxv. in fin. ff. de dam. infect. et dixit Curt. ubi supra quod ista opinio est
* verior et communior, * et eam sequitur Ruin. in consi. cxcix. viso statuto nu. 5. j. vol. ubi alios allegat.

¶ Et licet in contrarium videatur. l. si qua mihi. ff. ex quib. caus. maior. ubi absenti ex cursu temporis non tollitur accusatio, et tamen tollitur minori, ut l. auxilium. in prin. ff. de minor. Tamen facilis est responsio, nam id procedit, non quia fauorabilior in se sit illa absentia, sed ex eo, quia sic est de natura termini legalis statuti ad accusandum, nam cum tempus illud sit utile ipso iure non currit, quia
12 † tempora utilia non currunt absenti, vel alias impedito ad tradita per glo. et alios in rub. ff. de diuers. et temp. prescrip. ita recte intellecta voluit glos. in d. l. si qua mihi. et declarant Alberic. et et Bal. ibi, ita etiam consulendo firmat Aret. in consi. ciiij. breuitas in consulendo. in ij. dubio. mihi in iij. col. et ibi aperte demonstrat, quod
13 † minor etas in quolibet actu regulariter fauorabilior est, quo ad obtinendum restitutionem in integrum, quam sit absentia, aut aliud impedimentum ut per eum, qui idem dixit in consi. clxj. in presenti consultatione. mihi in iij. col. ver. secundo principaliter videtur posse dici. Idem etiam firmauit legendo in l. cum quidam. in prin. col. fin. et in l. Pantonius. col. fin. ff. de acquir. heredit. ubi pro hoc subtiliter inducit. l. etiam ei. ff. de minor. et alia etiam allegat ut per eum, et ita etiam firmat, et plenius demonstrat Curt. Senior in predicto consi. lviij. iiij. et v. col.
14 ¶ Secundo probatur ista conclusio, quia non est dubium † restitutionem in integrum initi equitate, et iustitia ut dicta l. j. ex quib. caus. maior. et tradunt Canoniste in c. j. de restitutio. in integr. hinc in dicta l. j. dicitur. si qua mihi iusta causa videbitur, et sunt verba pretoris, qui solet semper equitate moueri. §. emancipati. institu. de heredit. que abintest. defer. cum similibus. sed si talis restitutio concederetur magna iniustitia, et iniquitas sequeretur, ergo etc. Illud autem probatur, quia emptor, qui ex gratia speciali promisit reuendere infra quadriennium absque dubio noluit ulterius teneri, ne scilicet in illo ambiguo tandiu versaretur utrum scilicet predia libere ad eum spectarent necne, quod valde considerandum, argu. l. j. ff. de usucap. etenim tale tempus apposuit et infra illud se reuenditurum promisit intendens post illud nullo modo velle teneri, sed predia empta libere esse sua, et eiusdem intentionis fuit etiam venditor uti verba important ut supra in princ. dictum fuit, unde vel le nunc lapsis iam annis xiiij. vel circa, quod teneatur reuendere cum maximo eius damno, magna esset iniquitas, et iniustitia, et contra intentionem utriusque contrahentis, nihilque aliud esset quam,
15 quod † Comes Jo. Baptista vellet locupletari, cum iactura emptoris cotra l. nam hoc natura, et totum titulum. ff. de condict. indeb. et c. locupletari. de regu. iur. lib. vj. cum similibus.

¶ Nec pretensa ignorantia d. Comitis debet quicquam operari in preiudicium dicti emptoris, qui nullo modo emisset, nisi post quadriennium se liberum, a tali pacto intellexisset prout
16 ei sic in effectu erat promissum, et non est dubium, quod † contractus sic sunt interpretandi, ut semper menti contrahentium seruiant. l. in conuentionalibus. in princip. ff. de verb. obliga. et l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iur. et cum pactum predictum initum fuerit per venditorem, qui dicitur eius obseruantiam promisisse et sic virtualiter, quod lapso quadriennio, et non facta redemptione emptor remaneat libere dominus prediorum emptor debet istud omnino obseruari, quicunque sibi succedat, siue minor, siue etiam ignorans per predicta.
17 ¶ Tertio facit regula. l. ij. §. ex his. ff. de ver. obli. qua dicitur † obligationes, et conuentiones, cum defuncto factas (uti facte fuerunt) transire in heredes cum suis qualitatibus, ita quidem ut ex persona heredis in aliquo non mutentur, et fere in terminis nostris ita docet Bal. in dicta l. Emilius. de minor. in repetitio.

col. pen. ver. in glo. quã leges. ibi. prima est, quia transmissio, dicens id verũ, etiã ꝙ persona heredis soleat habere prerogatiuã. vt est minor, ecclesia, hospitale, vel quid simile. puta dicam ego ignorans, ⁊ idẽ tradunt Doct. in d. §. ex his, ⁊ videtur hoc velle Abb. in d. c. cõstitutus col. pen. ver. idez dic in prescriptione cõuentionali, dũ cõcludit eã omnino currere cõtra heredem ẽt minorem vt per eũ, quod plurimũ seruit in casu nostro, ⁊ dicit Bal. in loco predicto, ꝙ vocat qualitates pacta, ⁊ cõuentiones modos, ⁊ tẽpora, que sunt de regulari intentione cõtrahẽtiũ, ⁊ quicquid additur vltra substantiã cõtractus, sed sic est, ꝙ cõtractus ille vẽditionis cũ pacto redimẽdi ita qualificabat vt tantũ infra quadrienniũ posset fieri redemptio, ⁊ nõ aliter vt in ipsa promissione apparet que cõuentio dicitur qualitas predicti contractus, seu dicte promissionis de retrouendendo ergo debet dici translata in filiũ, ⁊ heredẽ vẽditoris prout erat, vt. s. solũ, ⁊ duntaxat posset fieri redẽptio infra quadriẽniũ, ⁊ nõ aliter, nec debet talis conuẽtio ex persona heredis immutari quicunqꝫ fuerit, ⁊ sic siue sciuerit, siue ignorauerit, sed si petita restitutio in integrum consideretur qualitas predicte cõuentionis ex persona heredis mutaretur, quia etiam post quadrienniuz cogeretur emptor predia de quibus agitur reuẽdere, ergo ⁊c.

18 ¶ Quarto moueor, quia† qñ cessatio, vel non fieri heredis tendit ad implendũ factũ defuncti eius authoris, tũc sequitur tale implementum, ⁊ nulla cõceditur restitutio, ⁊ sic ignorãtia heredis ipsum nõ excusat licet aliud esset, qñ talis cessatio, vel nõ fieri tenderet ad resoluẽdũ factũ defuncti vt est pulchra doctrina Bal. in d. l. ij. C. si aduers. vendit. pignor. in ver. iuxta predicta queritur, ibi. quõ ergo respondes ad l. Emilius. ⁊c. quam ibi sequitur Saly. in iij. opp. ibi secundũ Bal. interdũ cessatio, ⁊c. ⁊ cũ hoc ibi ponat vltimo loco dicitur in tali opinione permanere, ⁊ ita tenere, quicquid aliter supra dixerit, etenim† quis in

19 dubio dicitur semper residere in vltima opinione, ⁊ illam approbare vt voluit glo. fi. cõiter * recepta prout illam ibi ponderant Doct. in l. qui filiũ. §. Sabinus. ff. ad treb. Petr. ⁊ Cyn. in l. j. C. de sum. trin. ⁊ fid. cath. ⁊ dixit Bar. in l. bona fides. ff. deposit. cũ concordantibus vt per Curt. Senior. in cõsil. xliij. statuto, seu consuetudine. mihi col. viij. ver. ⁊ ideo huic decisioni ⁊ dixi in consi. cix. nobilis vir Petrus Pannolinus, nu. 5. j. vol. ⁊ istã doctrinã Bal. ⁊ Saly. i d. l. ij. refert, ⁊ sequit̃ Curt. Senior. in d. consi. lviij. ver. sed premissis omnibus nõ obstantibus ⁊ dicã eam cõiter receptã cũ non inueniã cõtradicentes. Sed in proposito cessatio, vel nõ fieri Comitis Joã. Baptiste heredis Comitis Ludouici tendit ad implendũ, ⁊ cõseruandũ contractũ venditionis factũ per patrẽ eius, ac etiam pactuz illud, qd̃ dicitur fecisse virtualiter emptori, vt scilicet nõ soluto ei precio infra quadrienniuz predia vendita apud eũ libere remaneãt, ergo ignorantia heredis eũ non debet excusare, nec ei danda est aliqua in integrum restitutio sed venditio debet conseruari, ⁊ apud emptorem debent empta predia libere remanere, ⁊ ita fere in terminis nostris per hanc rationem determinat Curt. Senior. loco preallegato, ⁊c.

20 ¶ Quinto facit, †qm̃ qñ non factũ heredis, seu eius cessatio in eo qd̃ poterat defunctus facere non est causa productiua obligationis ipsius, sed solũ non impedit quin nascatur obligatio, vel quin sequatur quod a defuncto erat ordinatum, tũc heres ignorãs non excusatur, ẽt ꝙ sit minor, ⁊ ignorãtia eius nõ dicit̃ esse impedimẽto dispositioni, seu ordinationi defuncti quin sequatur, vel quin secundũ eius ordinationez oriatur obligatio. pulchra est doctrina dñi Guliel. Maynerij post quendaz do. Bonifaciũ in l. qui in alterius. nu. 23. ff. de reg. iur. ⁊ inter cetera allegat. l. ad diem. ff. de ver. oblig. vbi si nõ soluitur pecunia per defunctũ sub pena promissa, ⁊ sic cessetur ab eo, quod defunctus facere poterat ad euitandã penã licet id fiat per casum, qꝛ scilicet iacebat hereditas, tñ pena dꝛ cõmitti, ita ergo verum est, ⁊ a fortiori (si de pena non agatur) ꝙ sequi debet ordinatio defuncti, sed in proposito cessatio, ⁊ non factũ predicti heredis in non redimendo nõ dicitur productiua alicuius obligationis eius, sed tm̃ nõ impedit, quin sequatur preordinatio defuncti vt. s. lapso quadriẽnio nõ facta redemptione predia efficiantur libere emptoris, ⁊ sic ꝙ nõ oriat̃ obligatio emptoris ad reuendendum oblato sibi precio merito ignorãtia dicti heredis ipsum non excusat, ⁊ ideo in integrũ restitui non debet, ⁊c.

¶ Sexto facit, qꝛ si restitutio ex clausula generali si qua mihi iusta causa, ⁊c. isto casu dari posset, vtiqꝫ solũ daretur ex capite

21 ignorãtie, prout ẽt in cõtrarijs dicebat̃, eo† ꝙ probabilis ignorãtia videat̃, ꝙ quis in ius alterius succedat. d. l. qui in alterius cũ simi. supra allegatis, modo sic talis ignorãtia nõ attẽditur, neqꝫ excusat, qñ ignorãtiã allegãs agit de faciẽdo lucro, sed tm̃ si vult euitare damnũ ad tradita p Deci. in d. l. qui in alterius. nu. 4. ⁊ ibi ẽt Moderniores tradũt. sed in pposito iste Comes Jo. Baptista agit de lucro faciẽdo, ergo ⁊c. Jd aũt ostendit̃,

22 qꝛ† qui precio oblato vult rẽ iã alterius effectã recuperare dꝛ de lucro captãdo tractare vt signãter dicit Abb. i d. c. cõstitutus. de restitu. in integ. in vj. not. ⁊ vltra eũ hoc in casu nr̃o euidentissime ostenditur, nã venditio iã facta cũ traditione transtulit in emptorẽ dñium. l. ex empto. in prin. versi. que res. ff. de act. empt. ⁊ dicta predia sunt de presenti lõge maioris precij, q̃ fuerint vendita, ⁊ quam valuissent tempore dicte venditionis, forte in duplum vel vltra, vnde Comes Joã. Baptista volens dicta predia nunc redimere, ⁊ vt vendantur eo precio quo alias pater eius vendidit, ⁊ ita auferre ea de manu dicti emptoris querit lucrari illud plus, quo hodie valent, cum maxima iactura dicti emptoris vt est notum igitur, ⁊c.

¶ Septimo cõfirmatur ista opinio in casu nr̃o, nã emptor pmisit facere reuẽditionẽ sub cõditione si j. quatuor annos tunc prime futuros vẽditor vel eius heredes dederint, ⁊ soluerint, ac realiter in pecunia numerata, ⁊ effectualiter soluerint emptori vel eius hẽdibus libras. 7155. imperiales, qbus dicta pdia

23 vendita fuerũt, ⁊ nõ aliter vt verba instrumẽti sonãt, nõ enĩ est dubiũ per† illã dictionẽ (si) induci pditionẽ. ad tradita p Bart. ⁊ alios in l. j. ff. de condi. ⁊ demonstr. cum simi. sed talis conditio nõ fuit impleta, sed omnino defecit, merito ergo illa pmis-

24 sio de reuẽdendo totaliter dꝛ extincta ac si facta nõ esset, sic†. n. est de natura promissionis, vel alterius dispositionis conditionalis vt. s. deficiente cõditione omnino euanescat. l. qui heredi. §. Plautius. vbi Bar. Patruus ⁊ dñs meus Socin. ⁊ alij. ff. de cõdi. ⁊ demonst. l. j. §. finaũt sub cõditione. C. de caduc. tollen. l. hec vẽditio. in prin. ff. de cõtrahẽ. empt. ⁊ l. cedere diẽ. ff.

25 de verb. sign. cũ simi. ⁊ cum† cõditio predicta fuerit volũtaria, fuit in ea pũderatũ merũ factũ, ⁊ ruditer prout cõcepta fuit, debuit adimpleri, iuxta not. per Bart. ⁊ alios in l. Gallus. §. et quid si tantum. ff. de liber. ⁊ posthum. dixit Francis. Tigrin. in l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebell. prout refert, ⁊ sequitur Joan. de Anan. in consil. xxij. ad approbandam. ⁊ dixi in consi. cij. Mattheus quidam de colle. nu. 39. ⁊ 40. j. volu. ⁊ in consi. clxix. visa facti contingentia. nu. 11. ij. vol. ⁊c.

¶ Nec quicquã facit, ꝙ cõditio non fuit impleta, ⁊ sic defecit propter ignorãtiã Comitis Jo. Baptiste, ⁊ sic per casuz. Qm̃ respondetur posita tali ignorantia (absqꝫ tamẽ preiudicio veritatis) ꝙ ex hoc non tollitur quin conditio defecerit prout ruditer concepta fuit, cũ infra quatuor annos non fuerint solute pre

26 dicte libre. 7155. ac etiam quia† cõditio mixta per casuz impedita habetur pro defecta vt concludit Bart. ⁊ magis commu

* niter * sequuntur alij in l. j. C. de legat. cum concordantibus, vt per Ruyn. in consil. xlvj. quãuis alias consuluerim. nu. 3. ⁊ ego dixi in consi. cviij. viso testamento. nu. 4. j. vol. ⁊c.

¶ Et istud fundamentũ bene cõsideretur, qꝛ ni fallor cõcludit quicqd alias esset dicendum, si fuisset simplex pactũ de reuẽdẽdo infra quatuor annos ⁊ sic nõ fuisset obligatio pditionalis, naz in casu isto cũ fuerit facta obligatio sub cõditione, ⁊ illa defecerit non video, cur obligatio nõ euanuerit per predicta, ⁊c.

¶ Et maxime, qꝛ in instrumento predicte obligationis dꝛ, ⁊

27 †nõ aliter, per que verba, dꝛ inducta forma vt docet Bar. per illũ tex. in l. de his. ff. de transact. ⁊ in l. cõparationes. C. de fid. instrum. cum concordãtibus vt per Deci. in consi. cxxviij. pro resolutione casus propositi. nu. 11. ⁊ per Ruyn. in consil. xcij.

28 de duobus principaliter. nu. 25. iij. vol. si† igitur fuit illa cõditio data pro forma, ea deficiẽte actus omnino corruit. l. Julianus. §. sed ⁊ si quis. ff. ad exhiben. tradũt Doct. maxime Jas. in l. cũ hi. §. si pretor. ff. de transact. col. xj. cum cõcordantibus, vt per Deci. in consi. cclxix. stante constitutione. nume. 2. ⁊ in consi. cxxxij. pro vera resolutione. nu. 5. ⁊ dixi in consil. xxxvij. formata fuit inquisitio. nu. 9. ⁊ 10. ij. vol. ⁊ adeo verum est hoc vt deficiente forma actus annulletur, vt procedat etiam si causa sit iustissima secundum Bald. quem refert, ⁊ sequitur Deci. in consi. cccclxvj. stante statuto. nu. 13. ⁊ 14.

29 ¶ Octauo ẽt facit, qꝛ† ignorãtia dicti Comitis Jo. Baptiste in qua vult fundari petitã restitutionẽ ex illa generali clausula, si qua mihi iusta causa ⁊c. nõ est attendenda, nisi quando esset reus conuentus, ⁊ ad sui defensionem ignorantiam allegando peteret

peteret in integrum restitui, non autem si ipse ageret vt probatur in dicta l. qui in alterius, versicu. nec ita de herede, ꝛ ita ibi not. Deci. ꝛ alij. post eum. Sed in casu nostro. Comes agit ꝛc. ꝛ quia hoc argumento in terminis vtitur Curt. Senior in preallegato. consil. lviij. ij. colum. versi. ij. solido, ꝛ principali fundamento, ad eum, quia plene deducit, ꝛ ab omnibus videri potest me refero, ꝛc.

¶ Nono similiter moueor ex alio fundamento Curt. Senio.
30 in dicto consil. quod secundo loco facit, nam † quando heres minor patitur preiudicium propter non fieri vt in terminis. l. ij. C. si aduers. vend. pign. nulla datur restitutio vt per Bald. ꝛ Saly. in d. l. ij. in casu nostro sic est, quia preiudiciuꝫ, si quod patitur Comes Joan. Baptista prouenit propter eius non fieri, videlicet quia tempore statuto non redemit, ergo restitutio aliqua dari non debet, ꝛ super hoc etiam non instabo vlterius remittendo me ad predictum Curt. in illo secundo fundamento, qui plene, ꝛ docte loquitur ꝛc.

¶ Et hoc eo magis procedit, quia in casu nostro cursus quadriennij, ꝛ sic causa propter quam Comes Jo. Baptista debet dici omnino exclusus inceperat a defuncto patre eius, ꝛ ex propria conuentione, vnde heredis ignorantia non debet attendi, cum ipse censeatur eadem persona, cum defuncto, ꝛ vt etiam supra dixi, ex persona heredis non debet conditio obligationis immutari, nec debet dici iusta talis ignorantia propter rem cū defuncto principiatam, ꝛ quia eum heres representat propter
31 quod dici solet, ꝙ † mala fides defuncti impedit prescriptioneꝫ etiam in persona heredis, cum ipse teneatur defuncti conscientiam exonerare. l. cum heres. ꝛ ibi Doct. ff. de diuers. ꝛ temporal. prescript. ꝛ canoniste tradunt in c. fin. de prescrip. cuꝫ concordantibus, de quibus per Hieronym. Cagnol. in d. l. qui in alterius. nu. 16. vbi ita arguit. ꝛc.

32 ¶ Decimo, ꝛ vltimo considerandū est, ꝙ promissio † de reuendendo de qua agimus fuit facta de speciali gratia, vt sonāt verba eius, propter quod sequitur vt debeat strictε intelligi, vt scilicet minus auferat gratiā illā facienti arg. eorū, que dicūt glo. ꝛ Doct. in c. quamuis de preben. lib. vj. ꝛ c. si gratiose. de rescri. eod. lib. ꝛ dixit Parisi. in consi. xij. in isto iudicio. nu. 10. ꝛ in consi. lxxiij. gratia super dicta nu. 14. ꝛ nu. 34. lib. iiij. merito ergo dicendū est, ꝙ restringatur ad illos quatuor annos immediate currentes, ꝛ de eis solum intelligatur, nec eis elapsis operetur aliquē effectum, sed totaliter debet dici nulla, immo gratia ipsa totaliter ruit ꝛ perinde est, ac si non fuisset facta, ex quo fuit facta sub conditione, ꝛ conditio defecit, vt dictuꝫ fuit supra in septimo fundamento, per quod iudicio meo tollitur
33 omnis difficultas, ꝛ in specie, ꝙ gratia † conditionaliter, ꝛ sub certa forma facta nulla sit conditione non impleta, ꝛ forma nō seruata firmat Parisi. in consi. xxxj. circa presentem difficultatem. nu. 23. ꝛ 24. in consi. lxxxij. pensio octo ducatorum. nu. 6. ꝛ 7. ꝛ in consi. cxxxviij. dico in ista causa. lib. iiij. ꝛc.

¶ Ex his itaqꝫ decem fundamentis saltem simul iunctis intrepide censeo petitā restitutionē in integrū, etiam ex clausula generali, si qua mihi iusta causa ꝛc. non esse in casu nostro concedendam, ꝛ licet mihi videatur plura ex his ēt singulatim considerata vigere ꝛ probare opinionē predictā, tamē omnibus simul iunctis nemini dubium remanere arbitror, vt sic cadat il-
34 lud, singula † que non prosunt, multa collecta iuuāt de quo per glo. in l. si stipulatus in princ. in glo. j. ff. de vsur. ꝛ per glo. fi. in l. instrumenta. C. de probat. cum concordantibus vt dixi in consil. iij. Nobilis dominus Odoricus. nu. 15. ꝛ in consil. viij. in presenti consultatione ad fin. ij. vol. ꝛ dixit etiaꝫ, ꝛ plura ad hoc allegauit Parisi. in consi. iij. videtur d. Diogenē. nu. 54. iij. volu. ꝛ in consi. xvij. de bono iure. in fin. iiij. vol. ꝛc.

¶ Et ex predictis recte intuenti apparebit responsio fere ad omnia in contrarium allegata.

¶ Nam primo dum in contrarium allegabatur opinio Bar. in d. l. Emilius, cum concordantibus de quibus in contrarijs, responsio colligitur, ꝛ potest dici primo loco, ꝙ opinio illa nō est tuta in iure in ea enim presupponitur, ꝙ fauorabilior est restitutio ex illa generali clausula, si qua mihi ꝛc. quam illa, que minori conceditur, cuius contrarium est verius, vt supra est ostensum in primo fundamento,

35 ¶ Nec etiam illa † opinio videtur ita cōis vt pleriqꝫ asserunt, nā cōtra eā in effectu tenuerūt, multi antiqui, ꝛ moderni, ꝛ primo Petr. ꝛ post eum Cyn. in auth. quas actiones, in v. quest. C. de sacrosanct. eccles. dum faciunt differentiā inter factū, ꝛ nō factū vt ibi per Cyn. qđ etiā, ijdem Petr. ꝛ Cyn. dixerūt in l. ij. C. de iur. emphyteu. item Bal. ꝛ Saly. in d. l. ij. C. si aduers. vendit. pign. in duobus locis secundū ꝙ supra fuerunt allegati in iiij. ꝛ v. fundamentis. ꝛ cōtra Bar. ēt tenuit Raph. Comē. in l. cū filius. §. in hac. ff. de ver. oblig. post Petr. ꝛ Cy. prout ibi refert. Patruus, ꝛ dñs meus, Socin. qđ ꝛ firmauit Aret. legendo, ꝛ cōsulendo, prout supra fuit allegatus, in j. fundamēto, idem ēt lato ore, ꝛ intrepide tenuit Curt. senior. in d. consi. lviij. per totum, sequitur etiam Mayner. in d. l. qui in alterius nume. 23. applicando dicta eius ad casum nostrum vt dictum fuit supra in quinto fundamento pro ista parte, ꝛ demum istaꝫ opinionē cōtra Bar. pro veriori sequitur insignis modernus, Hierony. Cagnol. in l. ij. in prima lectura. in xvj. questio. C. de pact. inter empt. ꝛ vendit. vide ibi sub. num. 125. cum quatuor sequentibus. ꝛc.

¶ Et licet idem Doctor in eadē l. in ij. lectura videatur cōtrariū firmare dicēs, ꝙ magis cōiter ita tenetur, tamen verior videtur opinio supra posita per fundamēta predicta, ꝛ fortasse ēt est magis cōiter * recepta maxime si redigatur ad terminos nostros, ꝛ vbi etiā magis communis esset contraria, ex hoc tamē non debet terreri iudex hanc nostram opinionem sequi, quia
36 † quis tenetur iudicare secundum opinionē veriorē, ꝛ melioribus rationibus munitā, etiam si cōtraria opinio esset magis cōmunis vt est tex. in l. j. §. sed neqꝫ. C. de veter. iur. enuclea. ꝛ fuit dictum Jo. Andr. quem Abb. ꝛ alij sequuntur, in c. j. de constitu. ꝛ ita firmauit Matthesil. in tract. de elect. verioris opinionis circa princ. ꝛ sepe maiores nostri relecta communi opinione secuti fuerunt contrariam, quādo iuribus, ꝛ rationibus optimis fundatam inuenerunt vt Abb. in consi. j. facti contingentia. in fin. j. vol. Jas. in consi. cxxx. institutio nu. 5. iiij. volu. Curt. Senior in consi. lxxxij. Deus pius ij. col. Deci. in consi. cclxxxiiij. viso puncto. in fin. ꝛ Curt. Jun. in consi. xxix. habita diligenti. nu. 11. ꝛ ego etiam pluries consului. ꝛc.

¶ Secundo ēt respondetur, posito, ꝙ opinio Bar. sit vera, citra veritatis preiudiciū, qm̄ illa procedere posset in simplici pacto de reuendendo, non aūt, qū promissio de retrouendendo fuisset facta de gratia speciali, ꝛ sub cōditione, que postea defecit, prout supra dictum fuit in vij. ꝛ x. fundamento ꝛc.

¶ Ad secundū dū allegatur restitutio, que dicitur cōcedi heredi emphiteute non soluenti canonē per ignorantiā, responsio virtualiter colligitur ex predictis, ꝛ primo potest dici allegata in contrariū posse procedere respectu tēporis per legē statuti ad soluendum Canonē, Secus est si tēpus sit appositū, a pluribus, ꝛ sic sumus in prescriptione conuentionali, nā tunc tēpus tale currit cōtra heredem, etiam minorem, ꝛ ignorantē, ꝛ sine aliqua spe restitutionis in integrū, ita post D. Bonifaciuꝫ determinat Mayner. in d. l. qui in alterius nu. 29. versi. ex quo infertur, ꝛ ratio tunc est, quia durius agitur cū homine, quam cū lege iuxta glo. ꝛ que ibi tradūt Doct. in l. Celsus. in prin. ff. de arbitr. ꝛ reperio, ꝙ similē differētiā inter tēpus a lege statutum, ꝛ ex conuentione partium, ꝛ per eandē rationem posuit Andr. Barb. in consi. xl. preclare scribitur sapientie. vij. col. si
37 ver. ꝛ ēt facit j. vol. concludens, ꝙ † maioris vigoris est prescriptio conuentionalis, quaꝫ legalis, ꝛ currit vbi alias non currit legalis vt per eum, qui ad hoc plura allegat.

¶ Secūdo ēt respōdetur, ꝙ nō debet argui de herede emphiteute ad casum nostrū propter magnā diuersitatis rationē, dico enim ꝙ in casu predicto, idest heredis posset tolerari vt illi succurratur ex maxima equitate, vcꝫ ne ipse ignorans patiatur tā grande preiudiciū, vt scilicet priuet rebus emphyteuticis iā suis effectis, at in casu nr̄o aliqđ preiudiciū in amissione rei sue nō nō patit iste comes, sed solū priuatur facultate redimendi, ꝛ sic nouiter acquirēdi, vt sic dicatur tractare de lucro faciēdo,
38 vt dictū fuit s. in vj. fundamēto pro opinione nr̄a, ꝛ nō est, † dubiū esse fauorabiliorē eū, qui tractat de damno vitando, ꝛ ꝙ ei magis succurritur, ꝙ̄ qui tractat de faciēdo lucro. l. fi. C. de codicil. l. fin. §. si vero. creditores. C. de iur. delib. l. fi. ad fin. C. de acqr. poss. ꝛ l. proculus. ff. de dam. infect. cū simi. ꝛ ego dixi. in consi. cxxvij. in testamēto nobilis viri nu. 7. ꝛ 8. j. vol. immo di-
39 ci solet, ꝙ † lucri deperditi nō solet haberi ꝯsideratio vt p. Rui. in cōsi. xxix. pōderatis ꝛ diligēter consideratis ad fi. j. vol. ꝛc.

¶ Potest ꝛ tertio respōderi, ꝙ decisio de qua i argumēto, procedit qꝛ cessatio heredis eo casu tēdit ad resoluēdū factū defuncti, vt colliges ex dictis supra in quarto arg. pro nr̄a opin. ꝛc.

¶ Nō ob. nō, qđ iij. loco dicebat, ꝙ equū videbat restōnē fieri

eũ predia de qbus agitur sint hodie maioris pretij, ac ẽt q fue-
runt maiorũ dicti Comitis, ꝛc. Quñ ad primum respondetur,
ꝙ non est considerandũ precium, quo hodie vẽdi possent, ad
cognoscendũ an vẽditor fuerit lesus, sed preciũ, quo tũc vendi
poterãt, verũ vt mihi narratur vẽdita fuerũt quãti tũc valebãt
aut cuiqꝫ emere volẽti vendi potuissent, maxime habito respe-
ctu ad qualitates in ipsa venditione cõsideratas, ꝛ ita asseritur
per testes, ꝛ alias legitimas probationes, probatum esse.
¶ Et istis ita stantibus constat venditorẽ non fuisse in aliquo
lesum, saltẽ vt contractus rescindi potuerit, cum ille esset ma-
ior, ꝛ predia non fuerũt vendita infra dimidium iusti precij, vt
40 † sic nõ sit locus. l. rẽ maioris. C. de rescind. vendit. nec edicto
pretoris de minoribus loquẽti, de quo in l. j. ꝛ per totũ. ff. de
minor. ꝛ C. si advers. vendi. per totũ. Quinimmo fuerũt vẽdi-
ta iusto precio, quo tũc vendi potuissent, ꝛ si quid minimũ de-
fuit, illud accidit, primo cõsiderato pacto de retrouẽdẽdo, nã
41 ꝓpter tale pactũ solet dici rẽ esse minoris precij, eo † ꝙ illud pa-
ctũ dicitur pars precij iuxta l. fundi partẽ. ff. de cõtrahen. emp.
* vbi Bal. Alberi. Saly. ꝛ alij, ꝛ est doctrina cõis * Abb. ꝛ alio-
rum. in c. ad nostram, de empt. ꝛ vendi. cum alijs allegatis per
Deci. in consi. cccviij. in casu ad me transmisso. nume. 2. ꝛ dixit
Nicol. Boer. in decisio. xxiij. nu. 28. ꝛ Paris. in consil. lxxxj.
consultus quale sit. nu. 30. ꝛ 31. ij. vol. ꝛc.
¶ Secundo ẽt illud evenit, q venditio facta fuit a Comite Lu-
dovico qui magno ere alieno premebatur, ꝛ ita vt tale es alie-
nũ vires sui patrimonij tũc tẽporis longe excederet, vt in facto
mihi presupponitur, quo posito sequitur, ꝙ predia vendita po-
tuissent dici eo tempore vilioris precij, vt volunt Bar. Comẽ.
ꝛ Patruus, ꝛ dominus meus Soci. in l. j. §. si heres. ff. ad tre-
bel. si igitur iusto, ꝛ condecenti precio vendita fuerunt, saltem
inspectis predictis qualitatibus, ꝛ eiusdem precij erant in fine
quadriennij, sequitur, ꝙ Comes Joã. Baptista filius, ꝛ heres
venditoris non fuit damnificatus ex eo ꝙ nõ redemit, propter
qđ sequitur nullam esse dandam restitutionem in integrũ, q
42 † ad eam non sufficit sola ignorantia, que pretenditur, sed ne-
cesse est, ꝙ qui restitui petit probet se lesum, ꝛ quidem enormi-
ter iuxta c. j. ꝛ tradita ibi per Doct. maxime per Abb. in ij. no
tab. ꝛ novissimos Bononien. nu. 5. cum aliquibus sequenti-
bus. de in integr. restit.
¶ Quinimmo vt mihi in facto p̄supponitur, ex nõ facta redẽ-
ptione predicta maximã vtilitatẽ cõsecutus fuit, tametsi illa ei
extrinsecus obvenerit, etenim ipsi maximũ es alienum vsqꝫ ad
summã xxx. milliũ aureorũ fuit remissum, si quidẽ inter alia ex
nõ facta redemptione predicta, aperte cõstitit eũ non esse soluẽ-
do, propter quod talis remissio ei facta fuit, ꝛc.
¶ Plus preterea dici potest, ꝙ si fecisset redemptionẽ maxi-
me fuisset damnificatus, nam preciũ iam soluisset, ꝛ postea pre-
dia redẽpta fuissent per creditores occupata, ꝛ sic, ꝛ illis, ꝛ pre-
tio caruisset, vt sic dici possit, ꝙ illi fuerit vtile non redimere,
prout mater eius, ꝛ tutrix mulier prudens, ꝛ sagacissima de-
buit precogitasse cum sciret venditionẽ, ꝛ pactum illud, ac qñ
tempus haberetur vt infra dicetur cum igitur nulla appareat
lesio d. Comitis ex nõ facta tali redẽptione, sed potius vtilitas
sequitur, ꝙ nullo modo concedenda est petita restitutio, cum
illa nõ detur, nisi de enormi lesione cõstet per predicta, ꝛc.
¶ Quantũ vero ad secundũ dũ allegatur, ꝙ predia fuerũt ma-
iorum suorũ propter ꝙ solet dari restitutio in integrum. l. si in
emptionẽ. ff. de minor. ꝛ est glo. in l. necesse. ff. de in diẽ adiect.
Respõderi põt (vltra dicta per illũ excellentissimũ cõsultorẽ, cu-
ius cõsiliũ alias subscripsi) vt ẽt ego dixi in illa mea subscriptio-
ne scilicet ꝙ allegata in cõtrariũ procedunt in casu adiectionis
in diẽ vt dixit Curt. Senior in prealiegato cõsi. lviij. iij. coluũ. in
fin. ad quẽ, ꝛ ad dictam meam subscriptionem me remitto, ꝛc.
¶ Nec obstat d. l. lex que tutores. C. de administr. tut. quia ni-
hil facit ad propositum, solum enim ibi dicitur, ꝙ domũ nõ li-
cebat vendere in qua pater defecit, ꝛ minor crevit ratione de
qua ibi, licet statim ibi subdatur idẽ esse in qualibet re immo-
bili, sed si vẽditio iuste facta fuerit lege nõ resistente, ꝙ postea
illa rescindi possit eo pretextu quia fuit antiquorum suorũ ibi
non dicitur, nec verũ est, nisi specialiter in casu adiectionis in
diem, vel simili, puta si licitatione minor fuerit superatus vt
d. l. si in emptionem. ꝛ per glo. in d. l. necesse, vt modo dicebã
secundum Curt. Senior. in d. consi. lviij. ꝛc.
¶ Et illud optima ratione comprobatur, qñ scilicet eo casu
ageretur de auferenda re de manu minoris, qui iam illã titulo
emptionis habebat, ꝛ sic ageret ille minor de evitando damno
in quod inciderat facto eius, ꝛ ex sui facilitate nõ offerendo il-
lud plus, quod per alterũ erat oblatũ, vnde fuit cõveniẽs eum
adversũ factũ eius restitui, sed in casu nostro cessat talis ratio,
qñ agitur de auferendis predijs, de quibus agitur, de manu
emptoris cũ maximo suo damno, ꝛ iste Comes Jo. Baptista
vere tractaret de acquirendo ꝛ lucro faciendo, vt dixi supra in
vj. fundamento, non ergo debet esse ita favorabilis vt dixi su-
pra in secunda respõsione ad secundũ fundamẽtũ cõtrariũ, ꝛc.
¶ Nec predictis obstat quod quarto ꝛ vltimo loco allegaba-
tur, ꝙ restitutio est cõcedẽda etiã si de lucro agatur, hoc est vt
detur etiã ratione lucri nõ acquisiti, propter quod videntur cõ-
fundi plura ex iam dictis, qñ breviter respondetur dicta in ar-
gumento procedere posse quando quis poterat lucrum facere
absqꝫ preiudicio alterius, secus si tale quid, cum iniuria, ꝛ dam-
43 no alterius cõsideretur, † nã tunc ob tale lucrũ nõ debet dari re-
stitutio prout declarãt Ang. Paul. Castrẽ. Raph. Comen. ꝛ
Roman. in l. cum quidam. in princ. ff. de acquir. here. vbi etiã
idem tenet Alex. col. j. ver. limitatur tñ hoc. Aretin. j. col. ver.
nec tamẽ intellige ꝛ Jas. in j. not. in princ. ꝛ in versi. limita nisi
* illud, ꝛ hoc est cõe * dictum, nemine contradicente. Sed in pro-
posito nostro lucrũ quod potuisset facere Comes Jo. Bapti-
sta si redemisset in tempore scilicet quanti plurimi dicta predia
nũc vendi possent (quod ex cursu tẽporis contingit, ꝛ forte etiã
propter melioramenta, si que ab emptore facta fuerũt) cũ iniu-
ria, ꝛ damno emptoris cõtingeret ex eo q valor predictus cre-
vit, post quadriẽniũ prestitutũ ad redimendũ, ꝛ sic post tẽpus,
quo predia ex cõvẽtione erãt effecta eius irrevocabiliter, ꝛ ma-
xima iniuria ei esset illa nũc auferre, ꝛ gravissimũ damnũ pate-
retur, merito nõ debet dari restitutio ꝑꝑ id quod Comes Jo.
Baptista tali lucro privatur, ꝛ tãto magis, q vt in facto narra-
tur, emptor si predia fuissent in tẽpore redempta, ex pecunia
sibi tradita emisset alia predia, quorũ ẽt valor vsqꝫ nunc crevis-
set, ꝛ sic habuisset vtilitatẽ quãtiplurimi, vnde in eius locũ con-
venit, vt preciũ, quo creverunt predia de quibus agitur, perti-
neat ad ipsum emptorem verum dominũ effectũ, ꝛ irrevocabi-
liter iuxta tenorẽ promissionis de retrovẽdẽdo finiẽde omni-
no, quadriennio, hoc aũt si nũc cõcessa in integrũ restitutione,
prout petitur auferetur, nihil aliud esset quã ei iniuriã, ꝛ gra-
vissimũ damnum afferre, ꝛ eũ iure suo spoliare, igitur predicta
restitutio nullo modo cõcedi debet, ꝛ ita ego iuri, ꝛ equitati cõ-
venire intrepide arbitror. ꝛ profecto quando audio, ꝙ emptor
valde rogatus vix tale quadrienniũ cõcessit, ꝛ de gratia specia-
li, ꝛ nõ cõcessisset nedũ aliũ annũ, sed nec mensẽ, ꝛ quidẽ iusta
ratione, ne scilicet tandiu tali oneri adstrictus ignoraret an ve-
re predia sua essent, vt ẽt dictũ fuit supra in secũdo fundamẽto
pro ista parte nõ possum videre quo iure nũc ipse cõpelli possit
ad retrovendendum, quod esset si petita in integrum restitu-
tio concederetur, ꝛ sic ex predictis omnibus remanet conclu-
sio in proposito casu restitutionem in integrum, etiam ex ge-
nerali clausula, si qua mihi iusta causa, ꝛc. etiã ex capite igno-
rantie non esse dandam, ꝛ istud est principale fundamentũ, ꝛc.
¶ Sed ꝛ secundum fundamentum colligitur ex predictis vi-
delicet ꝙ posito, ꝙ alias in similibus casibus danda esset vbi
magnum, ꝛ enorme damnum, quis passus esset, isto tamen ca-
su non est danda, quia vere Comes Jo. Baptista, nullũ dam-
num passus fuit, vt ex predictis constat, ꝛc.
¶ Sed ꝛ tertio principaliter deneganda est restitutio predi-
cta (etiam posito, ꝙ opinio Bart. in dicta l. Emilius. ꝛ in alijs
locis de quibus supra serviret casui nostro, ꝛ posito etiam, ꝙ
probaretur enormis lesio) ꝛ hoc ex eo quia cessat ignorantia
dicti pacti (saltem iuris presumptione) in qua fit precipuũ fun-
damentum per d. Comite Joã. Baptistam dico enim ꝙ ipse
pactum predictum ẽt per cursum temporis non dicitur igno-
rasse, attento, ꝙ Magnifica quondã do. Anastasia, mulier sa-
gax, ꝛ prudentissima mater, ꝛ tutrix eius, illa omnia sciebat, ꝛ
ꝓpterea, dicitur in effectu ẽt filius eius id scire quantũ ad eius
44 preiudiciũ licet esset pupillus † cũ regulariter scientia tutoris no-
ceat pupillo vt signanter docet Bart. in l. qui duos. in princip.
ff. de reb. dub. ꝛ ibi post eũ tradit Patruus, ꝛ dominus meus
Socin. in v. ꝛ vj. quest. Bart. num. 19. ꝛ 20. ꝛ alij sequuntur,
quod autem mater talia sciret, vltra violentam quandam pre-
sumptionẽ, que sumitur ex eo quia erat vxor Comitis Ludo-
vici, ꝛ cõtinuo cũ eo habitabat iuxta tradita per Ruyn. in cõsi.
clxviij. ex investitura facta. nu. 7. j. volu. probatur apertissime
per

per testes pro parte dicti Comitis examinatos, vt ex dictis eorum facile percipitur, deponũt enim ꝙ ipsa pluries dixerat ante lapsuꝫ quadriennij, ꝙ ex certis suis causis intẽdebat alijs vẽdere dicta prædia cũ longiori dilatione, ⁊ sic cõstat, ꝙ pactũ de quadriennio sciebat, quod ẽt ⁊ Comes Io. Baptista dicitur fassus fuisse in sua sexta positione in causa arbitramentali, ⁊ licet illa positio fuerit aliqualiter pro emptore negata, propter quod videbatur se in ea fundare non posse. c. ex eo nõ debet, de regu. iur. lib. vj. tamen ille non negauit pactũ de quadriennio, nec poterat cũ de eo extaret publicuꝫ instrumentum, nec scientiã domine Anastasie sed eã acceptando negauit se promisisse etiam lapso quadriennio reuendere, stante itaque scientia tutricis censetur dari quo ad eius preiudicium etiam scientia pupilli, ⁊ sic dicitur cessare ignorantia, ⁊ consequenter totum fundamentum petite restitutionis, ⁊c.

¶ Et si tũc pupillus, nunc maior factus, arbitretur se in aliquo lesuꝫ habet remediũ ordinariũ contra tutricẽ, ⁊ eius heredes, que fuit, ⁊ hodie eius heredes sunt plene soluendo ⁊ ideo non

45 est danda illi restitutio in integrum contra emptoreꝫ quia† illa dicitur remediũ extraordinariũ, quod nõ concurrit cũ ordinario. l. in causę, la seconda. in prin. ff. de minor. ⁊ l. in prouinciali. §. j. ff. de no. oper. nunciat. vbi per Bart. ⁊ alios. ⁊ procedit hoc sine dubio in casu nostro, qꝛ mater, que ordinario re-

46 medio tenebatur oneri tutele se ex voluntate subiecit,† cũ mulier inuita tutelam non accipiat auth. matri ⁊ auię. ⁊ per totum titu. C. quando mulier tut. offic. fung. poss. nam quando quis ordinario remedio tenetur soluendo est, ⁊ ad id ex volũtate dicitur adstrictus tale remedium ante omnia est proponenduꝫ, ⁊ non datur electio eius, vel extraordinarij remedij, etiã quod certis casibus talis electio dari soleat, iuxta l. etiam. ⁊ l. fin. C. si tut. vel curat. inter. ita eniꝫ firmant Doct. vt per Saly. ⁊ alios in d. l. fina. ⁊c.

47 ¶ Preterea quando† restitutio competit nõ ratione minoris etatis sed tantum ex equitate de qua in illa clausula, si qua mihi iusta causa videbitur, ⁊c. quia non datur in priuilegium persone sed tantũ ex illa equitate, non potest dari vbi cessat equitas, puta quia aliunde potest ius suum cõsequi vt post alios, quos allegat firmat Ruyn. in consi. cxix. videretur fortasse prima facie. nu. 21. v. vol. sed in casu nostro restitutio nõ potest dari ratione minoris etatis, ⁊ sic in priuilegium persone iuxta doctri-

* nã Bar. ⁊ cõem* in preallegata. l. Emilius. cum alijs. supra deductis, sed tantum ex equitate per clausulam illam, si qua mihi ⁊c. vt ibidem per Bar. ⁊ seq. ⁊ hic cesset equitas cum comiti Io. Baptiste aduersus matrem tutricem, ⁊ hodie eius heredes, qui soluẽdo sunt, sit ordinario remedio succursuꝫ ergo ⁊c.

¶ Sic itaqꝫ ex predictis omnibus remanet firma conclusio petitã restitutionẽ concedendam non esse, ⁊ quidem ex pluribus vijs, ⁊ separatis. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1552.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XLVII.

¶ De inbibitione, ꝙ fieri non possit circa temporalia per Papam, aut eius delegatos in terris Pape non subiectis in tẽporalibus, ⁊ ꝙ etiam citatio requiratur.

¶ De restitutione in integrum, ꝙ minori enormiter leso detur, non obstante iuramento.

¶ Et, ꝙ iuramento non tollitur, nisi iurans de beneficio per iuramentum perdendo certioretur.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Inhibendi potestas pendet à superioritate & iurisdictione.*
2 *Appellatio non datur ad Papam in temporalibus in loco Romanæ ecclesiæ non subiecto.*
3 *Iudex qui intendit inhibitoriam facere debet prius animaduertere ut coram eo sit facta litis contestatio, per quam dicitur iurisdictio seu iudicium inhibentis fundari.*
4 *Inhibitio non potest fieri sine citatione regulariter loquendo quando à parte peteretur.*
5 *Inhibitio nulla non est seruanda, nec potest impedire processum iudicis a quo.*
6 *Nemo plus iuris in alium transfert quam ipse habeat.*
7 *Læsio arguitur ex eo quod quis alienã obligationẽ fideiubẽdo suscipit.*
8 *Minor ex sola fideiussione restituitur.*
9 *Restitutio in integrum requirit ut quis dicatur læsus facilitate minoris ætatis.*
10 *Nemo presumitur uelle iactare suum.*
11 *Auth. sacramenta puberum. C. si aduers. uend. quo casu non procedat.*
12 *Iuramentum non debet esse uinculum iniquitatis.*
13 *Minor debet certiorari de beneficijs competentibus, & de importantia iuramenti, ad hoc ut sibi dicatur sublatum beneficium restitutionis in integrum.*
14 *Remedium extraordinarium semper impeditur per ordinarium.*
15 *Actio est inanis quam excludit inopia debitoris.*
16 *Actio de dolo (licet sit remedium extraordinarium) datur quando ordinarium remedium competebat contra inopem & existentem non soluendo.*

CONSILIVM XLVII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie.

¶ Visis primo, ⁊ secundo cõsilio Excellentissimi dñi Camilli Iordani mihi vti fratris honorandi, ⁊ olim in Patauino gymnasio acutissimi discipuli mei, in fauorem iacentis hereditatis Reuerendi Episcopi D. Laurentij de Puccijs, siue curatoris dicte hereditatis, ac etiam subscriptione ad secũdũ consilium predictũ clarissimi Augustini Beroij, vti patris semper honorandi, omnibusqꝫ mature ac diligenter consideratis reducendo causam istã ad duas difficultates, prout ⁊ ipsi faciunt, placent mihi, ⁊ iuridicas esse censeo predictaruꝫ difficultatũ resolutiones, ⁊ licet de simplici subscriptione requisitus satis superqꝫ esset ipsorũ cõclusiones approbare, attẽto maxime ꝙ omnia diligenter per primum consultorem discussa fuerũt, ita quidem vt fere additioni locus non videatur relictus, ⁊ si quid addi poterat, illud fuit, a primo subscribente collectum, tamen vt (mihi ipsi satisfaciẽdo) rem ipsam videar degustasse, ⁊ vt etiam consultanti aliqua ex parte morem geram pancula quedam pro temporis angustia subijciam quam breuissime si quas spiculas post terga optimorũ messorũ incedendo inuenero, presertim in secũda difficultate, que est maioris importãtię.

¶ Nam circa primã res satis clara vꝫ in iure nostro, ꝙ inhibitio per delegatuꝫ summi Pontificis facta Iudici Florentino non potuit impedire quin ipse iudex, dicta inhibitione reiecta procedere potuerit, ⁊ valuerit ꝓcessus, qꝛ quũ inhibitio a superiore fieri debeat nõ est dubiũ, ꝙ summus Põtifex in causis profanis in ciuitate Pape nõ subiecta in tẽporalibus nõ dicitur superior, nõ ergo potuit predicta inhibitio fieri, ⁊ facta nõ valuit

1 veluti facta a nõ habente talem facultatem, cũ† inhibendi potestas a superioritate, ⁊ iurisdictione pẽdere dicatur iuxta c. tuã.

2 de ordin. cognit. cum alijs supra per alios allegatis, sicuti† etiã ad Papam in temporalibus in loco Romane Ecclesie nõ subiecto non appellatur. c. si duobus. in fin. extra de appellat. ⁊ ibi tradunt omnes scriben. facit. c. cum ad verum xcvj. dist. cũ alijs multis deductis supra per alios consulentes ad quos in hoc me refero, qui etiam alia plura deducunt ostendentia inhibitionem de qua agitur non valuisse, nec potuisse impedire, quin iudex in ciuitate Florentie de iure processerit maxime stã-

3 te de hoc expressa municipali censura, quibus addo, quia† iudex, qui intendit inhibitoriam facere debet prius animaduertere vt coram eo sit facta litis contestatio, per quam dicitur iurisdictio, seu iudicium inhibentis fundari vt signanter declarat Egid. Bellamer. post Cardin. queꝫ allegat in rub. vt lit. pend. nihil innou. nu. 6. sed in casu nostro non erat coram delegato Pape facta litis contestatio, ergo ⁊c. Immo nec etiam citatio

4 †sine qua nõ põt fieri inhibitio regulariter loquẽdo qñ a parte peteretur, iuxta. c. Romana. §. si vero, ⁊ tradita ibi per Doct. de appellat. lib. vj. cũ alijs adductis per Alexã. in cõsi. xcj. visis actis mihi exhibitis. nu. 7. lib. ij. qui ita ꝯcludit, ⁊ alios allegat v. vol. ⁊ ꝓpter hec, ⁊ alias rationes de quibus supra per alios

5 consulentes talis† inhibitio fuit nulla, merito seruanda non erat, nec potuit processum iudicis Florentini impedire vt per alios, ⁊ per me supra dictum fuit, ⁊ vltra etiam late scribit Parisi. olim honorandus collega meus, in Patauino gymnasio in suo consil. cviij. de bono iure ipsorum. nume. 9. 10. 11. ⁊ 12. j. volumi.

¶ Circa secũdã difficultatẽ vtrũ s. iacẽti hereditati Reuerẽdi

quondam domini Laurentij de Puccijs, vel curatori eius cõcedenda sit restitutio in integrum aduersus fideiussiones, de quibus agitur, vna cum alijs concludo concedendam esse, & propterea male iudicatum fuisse, quando fuit denegata, & tota difficultas pendet ab eo, an ipsi Reuerendo do. Laurentio dũ viuebat, competeret, nam eo cõcesso ille decedens dicitur eam transmisisse, in suos heredes, vel in hereditatẽ iacentem, iuxta. l. non solum. ff. de in integr. restitu. cum similibus vt ibi per glo. & Doct. si vero id negaretur, nec alij post eum, ipsum re

6 presentanti dari posset, †cum nemo plus iuris in alium transferat, quam ipse habeat. l. nemo plus iuris. ff. de regu. iur. & c. is qui in ius succedit, eod. titu. lib. vj. &c.

¶ In eo autem puncto arbitror veritatem esse prout & alij volũt, ꝙ d. Reuerẽdo d. Laurentio si viueret, talis restitutio cõpeteret, quia procul dubio lesus fuit quod vel ex eo constat, ꝙ

7 † alienã obligationẽ fideiubẽdo suscepit, ex eo enim solo, arguitur lesio. l. ait pretor. §. non solum. & ibi Bald. & alij not. ff. de minor. hinc dicebat Chilo Lacedemonius vnus ex septem gra

8 tie sapientibus, ꝙ fideiussioni nõ deest iactura, & ꝙ † ex sola fideiussione minor restituatur est text. in l. si Titius, & Seia. post princi. ff. de fideiuss. & ille Reuerendus dominus Laurentius lesus fuit, nedum enormiter, sed etiam enormissime, cum maximam quantitatem scilicet 3000. scutorum, & vltra promisse-

9 rit fideiussorio nomine, & quidem lesus dicitur facilitate † minoris etatis prout videtur requiri vt detur restitutio in integrũ vt videtur velle Iurisconsultus in l. verum. §. si locus. ibi neq; enim etatis lubrico. & in l. quod si minor. §. Sceuola, ibi iuuenili leuitate. ff. de minor. & l. fina. & ibi Doct. C. de in integ. restitut. etenim fecit, quod alias, maior, & prudens paterfamilias non fecisset, nemo enim circunspectus vir pro illo Reuerendissimo Cardinali, tam magnam summam promisisset, cum iam inciperet fieri non soluendo prout paulo post in morte sua

10 repertus fuit, † cum nemo presumatur velle iactare suum l. cum de indebito. ff. de probat. & hoc vltra id, ꝙ sufficit, ꝙ fideiusserit per d. §. non solum, vt supra dictum fuit.

¶ Nec predictis obstat quod ipse in tali promissione & fideiussione iurauerit se obseruaturum quod promisit, propter quod videbatur perdidisse restitutionem in integrum iuxta authen. sacramenta puberum, & tradita ibi per Doct. C. si aduers. vendit.

11 ¶ Quoniam respondetur primo, † ꝙ illa dispositio non procedit, quando minor fuisset enormiter lesus, & multominus si enormissime, eo enim casu iuramentum non operatur, quin cõcedenda sit in integrum restitutio, maxima enim esset iniquitas minori sic enormiter, immo enormissime leso non succurri

12 propter iuramentum, † cum illum non debeat esse iniquitatis vinculum c. inter cetera. xxij. quest. iiij. & c. quanto. de iureiur. cum similibus, & hanc opinionem tenent magis communi-

* ter * Doct. in d. authen. sacramenta puberum, & in alijs locis vt supra per primum consulentem dictum fuit, & ego alias dixi in consil. xlviij. Antonius Cardini de Piscia. nume. 23. cum quatuor sequen. in consi. lxxix. cum vigeret bellum. nu. 132. & in consi. cxliiij. decessit quondam Ludouicus. nu. 25. vsq; ad nu. 35. j. vol. in quibus locis plures rationes, & plures auctoritates allego, dicens, ꝙ de hoc est cõmunis opinio, & in consi. iij. Nobilis iuuenis B. Odoricus. nu. 42. & in cõsi. lxvij. domina Cornelia de Lari nu. 6. ij. volu. & quia super hoc plene, & docte loquitur d. Consulens. non instabo vlterius, &c.

¶ Secundo etiam responderi potest, vltra eum, ꝙ allegata in contrarium procedere possent, quando minor iurans obseruãtiam contractus in quo ledebatur, & alias non prestito iuramẽto erat habiturus restitutionem in integrum fuit certificatus de suo beneficio, & quod per tale iuramentum, illud amitte-

13 bat, † alias non facta tali certificatione minori non dicitur sublatum beneficium restitutionis in integrum vt signanter voluit Byn. in l. iij. §. j. ff. de contrar. vel vtil. act. tut. Bald. in consi. ccxiij. punctus talis est. ij. vol. cum multis concordantibus vt alias dixi in preallegato consi. iij. nu. 48. volu. ij. & vltra ibi allegatos per me ita voluit Ant. de Butr. in c. pen. in fin. extra de emp. & vendit. & Alex. in l. sciendum. col. ix. ver. iuxta hoc querit Bar. ff. de verbo. oblig. prout istos, ac etiam alios refert, & sequitur Deci. in consi. cccclix. consuluit excellentissimus Doctor D. Carolus Ruyn. nu. 6. ad fin. concludens ꝙ ista opinio absq; dubio debet attendi, quando minor enormiter erat lesus, prout isto casu fuit, vt supra dictum fuit, & hanc opinionem saltem vbi sit immodica lesio firmat, & dicit esse commmunem Beltrand. in consi. xlvj. pro breuiori, & faciliori declaratione. nu. 2. ij. volu. ex vltimis. vbi allegat etiam Cyn. Card. Florentin. & alios in locis, de quibus per eum.

¶ Nec predicte conclusioni obstat si dicatur, in integrum restitutionẽ vti remediũ extraordinariũ non competere cum videatur cõpetere actio mandati cõtra heredes Reuerendissimi Cardinalis, pro quo, & cuius mandato Reuerendus Episcopus fideiussit, que dicitur remediũ extraordinariũ cum semper

14 † remediũ extraordinariũ impediatur per ordinariũ. l. in causela ij. in prin. ff. de minor. & l. in prouinciali. §. j. & ibi Bar. & alij. ff. de no. oper. nunc. &c. Quoniam clara est responsio, quia predicta procedunt, quando per ordinarium remedium potest consuli eo vti volenti, at isto casu clarum est ordinarium remedium esse inutile, cum exploratissimum sit, & in iudicio probatum hereditatem Reuerendissimi Cardinalis esse non soluendo, vnde sequitur, ꝙ actio mandati contra illam omnino esset

15 inutilis, quia † inanis est, actio, quam excludit inopia debitoris vulgata. l. nam is. ff. de dolo. cũ concordantibus vt dixi in consil. lxxxj. Anto. Bertini nu. 10. ij. volu. & in d. l. nam is. cũ fin. l.

16 precedentis deciditur in terminis dari † actionem de dolo licet extraordinarium remedium sit, quãdo ordinariũ remediũ cõpetebat cõtra inopẽ, & existentẽ non soluendo, sic ergo & isto casu dici debet, de restitutione in integrum, vt plene supra per primum subscribentẽ deducitur, ad quẽ me refero. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie legens. 1552.

CASVS.

CONSILII XLVIII.

MVLIER quedã soluta vel cõiugata ex lõgo commertio cũ Archiepiscopo quodã peperit Comitẽ Io. primogenitum, & etiam secundo genitum, qui postea factus fuit episcopus ipsa viuente precedente ad illud dispensatione Pontificis.

¶ Illa postea decedens vtrunque filium heredem instituit.

¶ At episcopus nihil vnquam de hereditate suscepit, nec illam adiuit, sed semper per annos vigintiquinq; vel circa passus fuit, ꝙ Comes Ioã. frater eius (qui per prius fuerat solemniter legitimatus, & in forma amplissima.) teneret, & possideret totam hereditatem matris, & omnia bona eius, & sic dictus Comes vti vniuersalis heres, & bonorum maternorum dominus se gessit illa tenendo, possidendo, & de illis disponendo vt verus dominus, & absq; eo ꝙ episcopus frater eius in aliquo se ingesserit circa dicta bona.

¶ Et cum inter dictos fratres dati, & accepti debiti, & crediti esset ratio pluries inuicem computarunt, & calculationem fecerunt, & nunquam ex parte episcopi fuit aliquid dictum, aut petitum de hereditate, & bonis matris.

¶ Demum decessit episcopus testatus instituto herede pro dimidia domino Constantio filio suo, & pro alia dimidia illustri Comite Ioan. ipsius fratre dubitatur modo nunquid dominus Constantius vt heres vt supra possit aliquid de bonis, & hereditate predicte mulieris ex persona ipsius Episcopi petere, & queritur, quid iuris?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De filio nato ex quodam archiepiscopo, & sic ex coitu sacrilego, vtrũ succedat matri non Illustri abintestato vel ex testõ?

¶ Quo nomine appelletur?

Et de alijs ex punibili coitu natis.

¶ Spurij nomen capitur stricte, & large.

¶ De monachatu bastardi an, & quando ipsum legitimet, vt succedere possit.

¶ An illud operetur episcopalis dignitas.

¶ Papa an possit legitimare sibi non subditos in temporalibus remissiue.

¶ Dictio, vt aliquando ponitur causatiue, & restrictiue.

¶ De dispensatione ad dignitates ecclesiasticas an trahatur ad temporalia, & plura de dispensatione.

De institutis filijs vtrum post apertas tabulas trãsmittant hereditatem non aditam ad posteros.

¶ De donatione quando presumatur inter fratres?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Testantis uoluntas omnino impleri debet.*
2 *Spurij succedunt cum legitimis matri non illustri.*
3 *Spurietatis macula tollitur per dignitatē episcopalem, sicut & patria potestas.*
4 *Spurio ingresso monasterium pater relinquere potest, quin per talem ingressum uidetur legitimatus, & sic factus habilis, ut ei relinqui possit, monachatus enim omnem humanam maculam detergit.*
5 *Episcopus fieri nō potest, nisi natus de legitimo matrimonio, uel saltem pro tali habitus ex Pontificis dispensatione.*
6 *Hæreditas non adita non transmittitur, nisi a filiis respectu suorum hæredum descendentium, nam filij patris, uel matris hæreditatem etiā non ad aditam ad proprios filios transmittunt.*
7 *Ius adeundi non dicitur sublatum, nisi spatio triginta annorum.*
8 *Natos ex damnato coitu ita lex abhorret, ut nolit eos succedere nedum patri, sed nec etiam matri.*
9 *Coitus mulieris cum Archiepiscopo, etiam si esset soluta, est accusabilis, & punibilis.*
10 *Filij nati ex coitu sacrilego, puta ex muliere cum Archiepiscopo, non succedunt nec patri, nec matri. sicut & filij presbyteri, etiam si sint nati ex unica concubina clerici in sacris constituti. & num. 11.*
11 *Nati ex sacerdote, uel alia persona religiosa non merentur nomen filij, nec sunt successibiles.*
13 *Coitus mulieris cum sacrata persona dicitur continere stuprum, adulterium, incestum, & sacrilegium.*
14 *Coitus adulterinus est punibilis.*
15 *Testamentis licet iura multum faueunt, & dispositis in eis, id tamen procedit, nisi testamentaria dispositio sit contra leges.*
16 *Spurij non nati ex damnato, & punibili coitu secūdum iura ciuilia matri succedunt, secus si ex tali coitu nati fuerint.*
17 *Spurius proprie dicitur qui uulgo est conceptus, tamen sub largo nomine spurij ueniunt omnes quicunque ex non legitima, & improbata coniunctione nascuntur.*
18 *Dignitas episcopalis licet faciat legitimum reputari, & habilem ad succedendum filium naturalem, id tamen non procedit respectu spurietatis in illo existentis, qui sit natus ex damnato coitu, & punibili, nam talis macula eo modo non tollitur, nisi quo ad effectum, ut patri succedat, uel matri, & aliis a quorum successione repellitur propter maculam prædictam.*
19 *Bastardi licet legitimentur per ingressum monasterij, tamen non legitimantur quo ad succedendum. & ibi uide quid de baptismate.*
20 *Concessio generalis legitimandi spurios restringitur, ut non procedat respectu filiorum sacerdotis.*
21 *Monachus uere non dicitur ante professionem, nec est effectus de corpore monasterij, & inde potest ex arbitrio exire.*
22 *Legitimatio ad succedendum per monachationem dicitur fieri in fauorem monasterij, ut ei bona quærantur.*
23 *Locus a cessante causa ualet.*
24 *Papa an possit legitimare non subditos, uide remissiue.*
25 *Dictio, ut, ponitur causatiue, ut sic ostendat causam dispositionis, & ad quam dispositio uidetur restringi.*
26 *Dispensatio ad episcopatum, & alia beneficia non trahitur ad succedendum in hæreditatibus, aut ad alia temporalia.*
27 *Dispēsatio mera Papæ simpliciter ad spiritualia uelut odiosa est stricte interpretanda, ut sic per eam minus recedatur a iure communi.*
28 *Dispensatus ad ordines non admittitur ad canonicatum.*
29 *Dispensatus ad sacerdotium ex eo non potest consequi ecclesiam curatam, quia dispensatio nunquā trahitur ad ea quæ sunt separata, uel separabilia ab eo super quo facta fuit.*
30 *Dispensatus ad dignitatem non admittitur ad episcopatum, & dispensatus ut patri ex testamento succedat, non succedit illi ab intestato.*
31 *Argumentum ad simile, nec etiam ad minus ualet in materia dispensationis, nisi illud minus ueniat consequutiue ad id super quo factum sit dispensatio.*
32 *Dispensatio sic debet interpretari, ut per eam minus ius cōmune offendatur quam sit possibile.*
33 *Dispensatio cum illegitimo quo ad quædam particularia, & non in totum, nō operatur quod ille fiat legitimus, remanet enim illegitimus, sed talis illegitimitas quo ad illa particularia uelatur dispensatione.*
34 *Portio quando uni ex cohæredibus relicta ad illum non peruenit, nec de eo facta institutio ualuit iure accrescendi ad cohæredem pertinet.*
35 *Mater non habet filios in potestate.*
36 *Hæreditas non adita non transmittitur.*
37 *Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipse habeat.*
38 *Res iam alicuius effecta illi donari non potest.*
39 *Donatio censetur, quando concurrit sanguinis coniunctio, longitudo temporis, & sæpius hinc inde facta computatio. & calculatio debiti, & crediti, & nunquam de certo debito est habita mentio, aut facta aliqua petitio.*
40 *Donatio sæpe facta præsumitur ex sola sanguinis coniunctione.*

CONSILIVM XLVIII.



IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Considerato casu proposito, & his que in eo narrantur, pro resolutione presentis consultationis videtur prima fronte dicendum predictū heredem ex persona Episcopi pro sua rata hereditaria posse petere partem hereditatis, & bonorum predicte mulieris matris ipsius Episcopi vigore testamē
1 ti ipsius matris, etenim † testantis voluntas omnino impleri debet iuxta l. j. C. de sacros. eccle. & in authē. de iureiur. a mor. prestit. in princip. cum simil.

¶ Nec videtur obstare φ ille Episcopus fuerit filius Archiepiscopi, & sic illegitime natus, quia videtur primo, φ hoc non
2 operetur respectu successionis materne, nam † matri non illustri succedunt etiam spurij, & quidem cum legitimis, vt l. si qua illustris. in fin. C. ad Orfician. senat. consult.

3 ¶ Secundo etiam videtur posse dici, quod † nota illa sine macula per dignitatem Episcopalē dicatur sublata, sicut tollitur patria potestas. authen. sed dignitas. C. de episcop. & clericis. Item etiam tollitur nota seruitutis. authen. episcopalis ordo. C. eodē. & ad hoc bene facit, quod post Guliel. de Cun. dixit Bald. in l. j. iij. colum. versic. iuxta hoc quero. C. de sacrosan.
4 eccles. in j. lectu. dum vult, φ † spurio ingresso monasterium pater relinquere potest eo, φ per ingressum talem videatur legitimatus, & sic factus habilis, & capax, vt ei relinqui possit, hoc etiam sequitur Alexan. in consil. xxxv. super contentis. nume. 14. lib. iij. & Hippoly. in rub. ff. de fideiuss. num. 123. & in suo singul. cclxxiij. ij. col. versi. limito etiam istud. in quibus locis alios allegat, vt per eum. ad quod facit tex. in auth. de monach. in prin. in eo φ ibi dicitur, monachatū omnē humanā maculam detergere &c.

¶ Ex alio etiam videtur, φ non obstet illa nota, φ sit illegitime natus, quoniam per prius videtur, φ fuerit in effectu legitimatus, & habitus perinde, ac si esset de legitimo matrimonio
5 genitus, nam † cum Episcopus alias fieri non possit, quam si talis esset. c. cum in cunctis. extra de elect. vel saltem pro tali haberetur ex Pontificis dispensatione, iuxta c. innotuit. eod. tit. & ipse fuerit per sedem Apostolicam dispensatus, & factus habilis ad episcopatum, videtur φ etiam fuerit legitimatus, & sic habitus pro eo, ac si de legitimo thoro natus esset, merito ergo videtur, φ succedere potuerit.

¶ Et stāte hoc non videtur obstare, φ in vita sua dictus Episcopus non adierit hereditatem matris pro sua rata, & sic ante aditam decesserit. Quoniam respondetur, φ licet alias pro re
6 gula hereditas † non adita non transmittatur. l. j. §. in nouissimo. C. de caduc. tollen. & pro regula ponunt Barto. & alij in l. ventre. ff. de acquiren. heredita. tamen id non procedit in filijs respectu suorum heredum descendentium, nam filij patris, vel matris hereditatem etiam non aditā ad proprios filios trāsmittunt, iuxta l. j. C. de his qui ant. aper. tab. & videtur text. in d. §. in nouissimo. in versic. exceptis videlicet liberorum personis, & licet longum tempus lapsum fuerit, scilicet annorum vi
7 gintiquinq̄, & vltra, tamen † cum non transierint triginta anni non dicitur sublatum ius adeundi, iuxta l. licet. & ibi per Doc. C. de iur. deliber. & illud in effectu dicitur transmissum, dicitur enim transmitti hereditas adeunda. s. vel repudianda.

¶ Sic igitur videtur, φ filius, & heres dicti Episcopi pro sua rata hereditatem predictam petere possit.

¶ Ueruntamen istis non obstantibus maturius considerando contrarium puto verius, & concludo, φ immo ex persona dicti Episcopi nihil peti potest. Et verum, solidumq̄ fundamentum est, quia institutio de dicto Episcopo facta, nullo modo valuit, ex quo ille natus fuit ex damnato, & punibili coitu,
8 tales † enim ita natos adeo lex abhorruit, vt noluerit eos succedere nedum patri, sed nec etiam matri, iuxta authen. ex complexu, & in corpore vnde sumitur, & tradita ibi per glo. & Doc. C. de incest. nupt. & videtur tex. in authen. licet. in fin. C. de natur. liber. & in filio sacerdotis est pulchra decisio Archidiacon. per illum text. in c. cum multe. in fin. xv. quest. viij. nam cū ibi tex. simpliciter dicat filios sacerdotis ad hereditatem admittē dos non esse, dicit ibi Archidiac. post Lauren. antiquum Doctorem, quem allegat, φ debet simpliciter intelligi de hereditate tam materna, φ̄ paterna, vt per eum. & φ natus ex coitu accusabili,

cusabili, & punibili etiam matri non succedat tametsi large spu
rius dici possit est glo. notab. in d. l. si qua illustris. C. ad Or
fician. quam ibi sequuntur Cyn. Bart. Odofr. Alberic. Bal.
* Paul. de Castr. Saly. Fulgos. & alij communiter. * & Bart.
in l. fin. in j. & ij. quest. ff. de his quib. vt indig. & est de hoc ma
gistralis doctrina Ange. in §. fin. nu. 18. in auth. quib. modis
natural. effician. sui. & ita etiam firmat Alexan. in consi. clxxiiij.
super eo, de quo queritur. lib. v. & nouissime dicit Corn. in d. l.
si qua illustris. q a tali opinione nullo modo in decisiuis est re
cedendum, & hanc opinionem sequitur, & dicit communiter,
teneri Calcan. in consil. lx. factum tale proponitur. ij. colum.
9 nulli autem dubium est, q † coitus illius mulieris cum illo
Archiepiscopo, etiam si soluta tunc esset, fuit accusabilis, & pu
nibilis, vt per Caccialup. & Cagno. in d. l. si qua illustris. & per
Paul. Grilan. in tract. de pen. omnifar. coitus, in vlt. quest. &
probatur in c. de his. xxviij. distinctio. & in c. Maximilianus.
10 lxxxj. dist. & in primo dicitur talis coitus sacrilegus, filij † enim
qui ex tali coitu nascuntur, non succedunt nec patri, nec matri,
vt habetur in locis predictis, & in specie Odofred. in d. l. si qua
Illustris. sequendo glo. ibi ponit exemplum inter alia, in filio
presbyteri concludendo q nec matri potest succedere, eo quia
coitus ille erat accusabilis.
11 ¶ Et procedit hoc † etiam si sint nati ex vnica concubina cleri
ci in sacris constituti, vt tradit Abb. in c. per venerabilem. mihi
in vij. col. versic. in glo. in verb. adulterinis. extra qui fil. sint le
git. talis enim coitus reprobatus, & punibilis est etiam in con
cubina, vt plene tradit Caccialup. i d. l. si qua illustris. col. xiij.
12 & xiiij. sub nu. 31. & † isti qui ex sacerdote, vel alia persona nascu
tur filij nomen non merentur, nec sunt successibiles, vt voluit
glo. in verb. adulterinis. in d. c. per venerabilem. prout decla
rat insignis Modern. & mihi vti pater honorandus Augusti
nus Berous in c. in presentia. nu. 232. in fin. de probat. cuius
lectura nouiter est impressa. & tales filij sic ex sacrata persona na
ti, & que continentiam vouerat, appellantur variis modis. Ali
quando enim vocantur spurij, aliquando incestuosi, aliquando
sacrilegi, quandoque etiam nepharij, & aliquando ex stupro na
13 ti, immo etiam adulterini. Etenim † talis coitus dicitur conti
nere stuprum, adulterium, incestum, & sacrilegium, vt declarat
Paul. Grilan. in preallegato tract. de pen. omnifar. coitus. in
j. quest. sub nu. 10. & Caccialup. in d. l. si qua illustris. nu. 13.
& licet ipsi loquantur de coitu cum muliere sacrata, id est mo
niali. idem tamen videtur de coitu cum sacrato viro, vt est Ar
chiepiscopus. & presertim in casu nostro hoc procederet, si mu
lier illa fuisset coniugata, prout in facto (disiunctiue tamen) pre
14 supponitur, cum tunc absque dubio coitus ille fuisset adulteri
nus merito punibilis (etiam vltra considerationem sacramen
ti Archiepiscopi) vt ff. & C. ad leg. Jul. de adulter. per totos ti
tulos. & tradunt Docto. in locis supraallegatis. Et cum super
hoc nulla prorsus videatur dubitatio, non est insistendum vlte
rius, sed concludendum est de iure ordinario predictum Epi
scopum matri sue vti natum ex damnato coitu, & punibili suc
15 cedere non posse, etiam ex testamento, † & licet alias iura mul
tum faueant testamentis, & dispositis in eis, vt in contrariis di
cebatur, velintque ea obseruari tanquam leges. §. disponat. in auth.
de nupt. illud tamen procedit, nisi testamentaria dispositio sit
contra leges, vt ibi vult. text. in versic. vt dignum est. quicquid
enim contra leges fit, non valet. l. non dubium. C. de legi. facit
l. nemo potest. cum materia. ff. de lega. j.
16 ¶ Et licet dici soleat, q spurij † matri succedant, & econtra. l.
hac parte. & l. si spurius. ff. vnde cognat. & secundum vnum in
tellectum probatur in d. l. si qua illustris. C. ad Orfician. hoc
tamen intelligi debet de spuriis, qui non sunt nati ex damnato
& punibili coitu secundum iura ciuilia, secus est si ex tali coitu
nati fuerint, quia veritas est, q tales nec etiam matri succedere
possunt, vt ex predictis constat. & declarat etiam Afflict. in de
17 cis. xcvj. fuit in facto. nu. 3. Et † quamuis spurius proprie vi
deatur dici, qui vulgo sit conceptus. §. si aduersus. & ibi tradut
Docto. Institu. de nupt. & l. vulgo concepti. ff. de stat. homi.
* vel etiam similes. vt tradunt communiter * Doct. in d. l. si qua
illustris. tamen large sub nomine spurij, veniunt omnes qui
cunque ex non legitima, & improbata coniunctione nascuntur,
iuxta doctrinam Bart. quem alij sequuntur in l. fin. ff. de his,
quib. vt indi. voluit Bal. in cons. ccvj. casus talis est, quidam A.
prope fin. iij. vol. Alex. in consi. preallegato clxxiiij. ij. col. versi.
hoc ita premisso. lib. v. & tradit Caccialup. i d. l. si qua illustris.
circa princip. Abb. in c. tanta. nu. 13. qui fil. sint legiti. Jas. in
consi. xj. spectabilis, & generosus. nu. 2. iij. vol. & Deci. in consi
lio cccxj. in casu proposito. nu. 1. & 2. cum alijs multis, qui ad
hoc cumulari possent.
¶ Nec predictis, & conclusioni supra posite obstant, que supra
dicta sunt de dignitate Episcopali primo, secundo de dispensa
tione per sedem Apostolicam facta cum ipso Episcopo, vt ad
talem dignitatem promoueri possit non obstante defectu nata
lium, in quibus videtur consistere omnis difficultas presentis
consultationis.
¶ Nam ad primum respondetur primo, q argumentum pos
set forte procedere respectu filij naturalis, vel alias nati ex coi
18 tu non punibili, † nam esto, q dignitas Episcopalis faciat le
gitimum reputari, & habilem ad succedendum (quod tamen
non videtur verum, vt infra dicam) ad instar monachatus, de
quo loquuntur Guliel. de Cun. & Bald. in l. j. C. de sacrosan.
eccles. in contrarium allegati, illud tamen non procedit respe
ctu spurietatis in illo existetis, qui sit natus ex damnato coitu,
& punibili, talis enim macula eo modo non tollitur, saltē quo
ad effectum, vt patri succedat, vel matri, aut aliis, a quorum
successione repellebatur, propter notam, & maculam predictam
ita signanter declarat Anton. Rosel. in tracta. de legitimat. in
vlt. quest. nu. 7. ita limitando preallegatam doctrinam Bald.
& Guliel. & hoc ea ratione, quia tales sunt indigni omni clemē
tia. §. fin. in authen. quib. mod. natural. effic. sui. & in authen. ex
complexu. C. de incest. nupt. & intendit Rosel. restringere pre
dictam doctrinam ad naturales tantum, & dicit ita tenendum
esse, licet Bal. aliter sentiat, & male, at ego dicam q licet Bal.
loquatur de spurio, nō tamen sequitur, q intelligat de eo, qui
ex damnato, & punibili coitu natus sit, cum spurius proprie, &
stricte sit, qui vulgo dicitur conceptus, vel etiam alias ex coitu
non punibili natus, vt supra dixi, preter quam ex concubina
vnica indubitato affectu in domo retenta, quia ex ea natus di
citur filius naturalis, & non spurius, & secundum omnes exem
plum erit in pedisequis, seu fanticellis non in schemate concu
binali retētis, vel similibus. Et sic dici potest, q Baldi autho
ritas predicte declarationi, quo ad propositum nostrum non
repugnat, & predictam declarationem sequitur, & dicit esse no
tandam Jo. Berthachi. in tract. de Episcop. in ij. lib. in xlvj.
quest. & Caccialup. in d. l. si qua illustris. xv. col. nu. 36. & repe
rio, q insignis moder. Gallus. dominus Guliel. de Benedi
ctis in repetit. c. Raynutius. in verbis illis, & vxorem nomine
Adelasiam. nu. 200. extra de testamen. hoc in effectu sequēdo
19 generalius loquitur, volens, q † licet bastardi legitimentur per
ingressum monasterij per doctrinam Guliel. de Cun. prealle
gatam, tamen non legitimantur quo ad succedendum, sicut
etiam contingit de baptismate, vt scilicet non legitimet bastar
dos quo ad hereditates, vt per eum. Sed quicquid sit circa na
tos ex coitu non damnabili satis nobis est, q in natis ex puni
bili coitu religio, & professio in ea, eos nō legitimat quoad suc
cessionem per predicta.
¶ Et predicta opinio probatur optima ratione, nam quod di
cunt Guliel. & Bald. in d. l. j. procedit secundum eos ad instar
legitimationis, que fit per oblationem curie, sed illa non proce
dit in spuriis, sed tantum in naturalibus. §. quod vero. & §. seq.
in auth. quibus mod. natur. effic. sui. ergo nec legitimatio illa,
que fit per monachationem, seu clericatum.
20 ¶ Ad idem facit, quia † generalis conclusio legitimandi spu
rios, restringitur, vt non procedat respectu filiorum sacerdotis
ad tradita per Deci. in consil. cccxxxviij. in casu proposito. nu
me. 6. ita ergo dici debet in proposito, quod generale dictum,
quod monachus legitimetur ad succedendum, non procedat
in filio sacerdotis.
¶ Secundo etiam respondetur negando, q doctrina illa Gu
liel. de Cun. & Bald. procedat in casu isto respectu illius Epi
scopi, & pro hoc ostendendo considerandum est, q vt doctrina
illa procedat in monacho non sufficit, q quis induatur habitu
monachali, sed requiritur, quod in eo faciat professionem, nec
alias tollitur macula, seu irregularitas ex defectu natalium, vt
bene intuenti voluit Felyn. in c. cum deputati. nu. 2. versicu. &
intellige, quod solus ingressus. extra de iudi. & etiam in versic.
ibi sequē. ibi, tu uero circa hoc. qui fuit additus postea ab alio
21 Doctore. Et ratio est, † quia ante professionem vere non di
citur monachus, nec est effectus de corpore monasterij, & inde
potest ex arbitrio exire, vt idem Felyn. declarat per illum text.
in c.

in c.nuper nobis.nu.2.de testib.⁊ talis professio videtur consi
22 derata in proposito nostro, quia illa † legitimatio ad succeden
dum per monachationem dicitur fieri in fauorem monasterij,
vt scilicet ei bona querantur, vt dixit Alexand.in l.necessariis.
colum.fin.versic.sed hoc non puto verum.ff.de acquiren. he
redita.⁊ ad hoc allegat authen.ingressi.C.de sacrosanc.eccles.
vt per eum,⁊ propterea vult ibi Alex.falsuȝ esse,ꝙ talis mona
chus inuitus teneatur suscipere paternam hereditatem, nam
quod in fauorem monasterij inducitur, scilicet vt ille dicatur le
gitimari ad succedendum non debet operari grauamen,quod
esset,si monasteriuȝ onere illius hereditatis grauaretur per re
gulam l.quod fauore.C.de legib.cum similibus. ⁊ hec est in
tentio Alexan. licet non omnia ista dicat, sicut etiam per con
trarium eadem ratione non potest talis monachus ad damnū
monasterij repudiare hereditatem, vt dixit Aretin. in d.l.ne
cessariis.iij.colum.in fin.⁊ in princip.iiij. Si igitur predicta le
gitimatio ad succedendum dicitur induci fauore monasterij,
vt sic ei bona acquirantur,sequitur,ꝙ talis legitimatio non di
citur fieri vbi monasterio bona,vel ecclesie non acquirerentur,
23 sed ipsi spurio remanerent,per † locum a cessante causa. l.adi
gere.§.quamuis.ff.de iur.patr.l.per retentionem C.de vsur.
⁊ c.cum cessante.de appell.cum similibus.⁊ plene traditur per
Baldum in l.generaliter.C.de episcop.⁊ cler.sed sic est,ꝙ iste
Episcopus bona sibi obuenientia non alicui ecclesie acquire
bat,sed sibi ipsi retinebat,sicut quilibet alius clericus secularis
iuxta c.quia non.⁊ ibi notant Doctores de testamen. ⁊ voluit
Angel.in consil.cxxxiij.super primo puncto.post principium.
dum dicit,ꝙ tales clerici proprium habere possunt.⁊ hoc om
nibus patet,⁊ sic in aliqua ecclesia non dicitur fecisse professio
nem,vt per eaȝ bona sua ecclesie acquirantur, ergo non potest
dici,ꝙ per talem dignitatem episcopalem dicatur inducta legi
timatio ad succedendum.

¶Nec quicquam facit,ꝙ liberetur a patria potestate, ⁊ a ser
uitute per allegata supra in contrarium,quoniaȝ illud fit, quia
non conueniret in tali dignitate existentem esse sub potestate
domini,vel patris,id enim diminueret suam dignitatem,vt de
se notum.sed quod non succedat,non diminuit talem dignita
tem,ergo ⁊c.nec miruȝ,nam non liberat etiā a fortuna curiali,
vt in preallegata auth.episcopalis.eo forte,quia nec ex eo dimi
nuitur talis dignitas.

¶Ad secundum vero respondetur tribus modis,⁊ nō intra
24 bo in illam difficultatem † vtrum Papa possit legitimare nō
subditos,de qua plene per Doctores in cap.per venerabilem.
extra qui fil.sint legiti.⁊ per Ludouic.de Sard. in tract. de le
gitimat.sub titu.de legitimat.per rescriptum.in iiij.questio. ⁊
ego tetigi in consi. 100. Excellentissimus artium, ⁊ medicine
Doctor.num.27.⁊ alibi. ij.vol.⁊ vltra ibi allegata de hoc tra
ctat etiam Nicol.de Vbald.in tract.de success.ab intesta.in j.
part.num. 106.Etenim in casu nostro ille Episcopus cum es
set de terris ecclesie,erat subditus iurisdictioni Pape etiam in
temporalibus,⁊ ideo si Papa voluisset,procul dubio potuis
set,etiam quantuȝ ad bona temporalia,⁊ sic ad hereditates di
spensare,seu legitimare.

¶Sic itaqȝ duntaxat videndum est, vtrum Papa quando
predictum Episcopum(cum eo dispensando)fecit habilem ad
episcopalem dignitatem,non obstante defectu natalium dica
tur etiam fecisse habilem ad succedendum matri,⁊ aliis cogna
tis,eo defectu non obstante? ⁊ vt iaȝ dictum fuit videbatur af
firmatiue respondenduȝ per allegata supra in contrariis.Ego
tamen contrarium puto verius,⁊ ad argumentum, vt dixi,tri
bus modis respondetur.

¶Et primo dici potest,quod dispensatio summi Pontificis
circa defectum natalium,siue velis,ꝙ sit legitimatio , ⁊ verbis
eius dicitur restricta ad effectum consequendi episcopatum,
vel Archiepiscopatuȝ,aut aliam dignitatem,⁊ administratio
nem,de quibus in ipsa dispensatione, aut legitimatione, nam
in ea(licet alio ordine verborum)virtualiter dicitur, tecum di
spensamus,tibiqȝ pariter ꝯcedimus,⁊ indulgemus, vt in Epi
scopum,vel Archiepiscopum eligi,⁊ cathedrali ecclesie prefici
possis,⁊ nullam de natalium defectu mentionem facere tenea
25 ris.nam † illa dictio,vt,ponitur causatiue, vt sic ostendat cau
sam dispositionis,⁊ ad quam dispositio videtur restringi,sicut
sepe ponitur in iure nostro.l.vt responsum.C.de transact.⁊ c.
vt debitus.extra de appellat.⁊ per illa iura, ⁊ alia dixit Corn.
in consil.ccciij.rem arduam continet presens consultatio, lite
ra 9.iij.vol.⁊ voluit etiam patruus, ⁊ dominus meus Socin.
in l.cum auus.ij.colum.sub num.4.ff.de condit.⁊ demonstr.
duȝ inquit,ꝙ dictio,vt,potest stare modificatiue,⁊ ꝙ ponatur
aliquando limitatiue, ⁊ restrictiue tradit Hierony. Grat. in
consil.liiij.in presenti causa.nu.13.j.vol. Sic igitur in proposi
to dicemus,ꝙ dispensatio,aut legitimatio Pape solum facta
fuit ad finem,⁊ ea causa, vt episcopatum, vel simile quid conse
quatur,vnde conuenit,vt ad talē effectum restringatur,⁊ pro
pterea non potest dici,ꝙ importet legitimationem ad succedē
dum,sic importantibus verbis dicte dispensationis ponderā
do,vt dixi,illam dictionem,vt.

¶Nec videtur alienum a mente Pape, nam sicut supra fece
rat absolutionem ab excommunicatione , ⁊ similibus ad effe
ctum presentium duntaxat,vti verba exprimunt, ita etiam di
spensationem predictam, vel legitimationem dicatur fecisse ad
effectum presentium,⁊ sic ad episcopatū, vel similia consequen
da duntaxat.

¶Vel secundo posito ꝙ dictio,vt,non ita importaret,respon
26 deri potest,ꝙ predicta dispensatio † ad episcopatum,⁊ alia be
neficia non trahitur ad succedendum in hereditatibus, aut ad
alia temporalia, vt voluerunt Bernard. Glossator, ⁊ Ioan.
Andr.in d.c.per venerabilem.qui fil.sint legit.prout ibi refert
⁊ sequitur Abb.mihi in iiij.⁊ v.col. ⁊ licet pleriqȝ teneant con
trarium,tamen vt Abb.ibi dicit in v.colum.versic.sed de sub
tilitate iuris ista opinio seruatur in practica, ⁊ ita etiam vide
mus temporibus nostris,naȝ ex eo,ꝙ quis sit dispensatus,vel
etiam legitimatus quo ad sacros ordines, non propterea ad
mittitur ad succedendum his,quibus alias succedere non po
test,⁊ practica,siue consuetudo ista dicitur optima leguȝ inter
pres.l.si de interpretatione.ff.de legibus.cum similibus.vt ibi
per Abb.qui pro hoc etiam ponit pulchraȝ rationem, ad quē
me refero, qui tandem subdit, ꝙ maxime(hoc est dicere sine
scrupulo)teneret istam opinionem,quando dispensatus,vel le
gitimatus ad ordines,⁊ sic ad spiritualia fuisset natus ex adul
terio,incestu,vel simili reprobato, ⁊ punibili coitu, prout erat
ille Episcopus in casu nostro, ad quod in simili facit opinio
Antonij Roselli,⁊ aliorum, de quibus supra quando volunt,
ꝙ per professionem in religione natus ex simili coitu non legi
timetur,licet alias naturalis legitimetur.

¶Tertio etiam respondetur(posito ꝙ predicta non procede
rent)⁊ tollitur omnis difficultas,nam Doct. in hac amplissi
ma dubitatione,vtrum scilicet habilitatus ad spiritualia dica
tur etiam habilitatus ad temporalia, ⁊ sic ad successionem ma
gis communiter clypeo distinctionis opiniones concordant.

¶Nam aut habilitatio fit per viam legitimationis, aut alio
modo,in forma tamen plenissima,puta quia in totum fit resti
tutio natalibus pristinis, ⁊ tunc licet videatur principaliter fa
cta quo ad sacros ordines,tamen propter eius amplitudineȝ,
⁊ generalitatem,qui sic habilitatur, dicitur habilitatus etiam
quo ad temporalia, ⁊ in his terminis procedat opinio tenen
tium istam partem.

¶Aut habilitatur per viam mere, ⁊ simplicis dispensationis
facte ad beneficia,vel ad episcopatum, ⁊ similes dignitates, ⁊
tunc non trahitur ad temporalia, vt ad successiones, ⁊ similia,
⁊ in his terminis procedit opinio altera precedenti contraria.
27 Et ratio tunc est, quia † cum Papa simpliciter dispenset ad
spiritualia,⁊ sic vtatur mera dispensatione illa velut odiosa, est
stricte interpretanda,vt sic per eam minus recedatur a iure cō
muni,prout communiter fit de qualibet dispensatione, iuxta
c.j.⁊ ij.⁊ in eis tradunt Docto.extra de fil.presbyt.lib.vj.cum
concordantibus,vt per Barbat. in consil. lvij. preclare scribi
tur apud Iob.nu.3.ij.vol.tradit Felyn.in c.mandato. nu.3.
de simo.Deci.in consi.cccccxxvj.pro resolutione casus. nu.7.
Ruyn.in consil.cxlij.clarum est,ꝙ de iure.nu.9.v.vol. ⁊ Pa
risi.in consi.cxxxvj.stante defectu.nu.23.iiij.volu.cum multis
aliis,qui allegari possent.⁊ ego dixi in cōsi.cxx.prospectis his,
que in facto.nu.20.ij.vol.hanc distinctionem si recte conside
retur sensit Nico.de Vbald.in tract.de success.ab intestato.in
prima part.nu.105.(licet verba sua videantur aliqualiter cor
rupta)⁊ illam aperte ponit Cardin. Alexandrin.in d.c.per ve
nerabilem.colum.lvij.⁊ lviij.sub nu.72.⁊ idem vult etiam po
stea sub nu.77.⁊ hanc opinionem, seu distinctionem inter le
gitimationem,⁊ dispensationem,in simili ponit Corn. in con
sil.xciij.primo aspectu videtur.ij.colum.in fin.⁊ iij.ij.vol. ⁊ di
cit,ꝙ illam voluit Anto.de Butr.in d.c.per venerabilem. ⁊

alios

alios etiam allegat, vt per eum, ⁊ ita etiam recte intueri voluit Felyn. in d. c. mandato. nu. 4. de simon. ⁊ ita in effectu se habet communis opinio. * Sed sic est, ꝙ in proposito casu non fuit facta legitimatio, neqꝫ habilitatio in forma plenissima, sed mera, ⁊ simplex dispensatio particulariter ad obtinendum episcopatum, aut vt cathedrali ecclesie prefici possit, non obstante natalium defectu, ergo sequitur, ꝙ talis dispensatio vti odiosa, ⁊ strictissime interpretanda non potest trahi ad temporalia, ⁊ cõsequenter ad successionem.

¶ Et ista conclusio, ⁊ secunda pars predicte distinctionis confirmatur.

28 ¶ Primo, nam videmus, † quod dispensatus ad ordines nõ admittatur ad Canonicatum ratione predicta, vt tradit Fely. in c. pastoralis. in prin. nu. 11. extra de offi. deleg.

29 ¶ Secundo in simili dicimus, ꝙ † dispensatus ad sacerdotiũ ex eo non potest consequi ecclesiam curatam, vt per eundẽ Felyn. in d. c. mandato. nu. 4. de simo. ⁊ vltra rationem predictã mouetur, quia dispensatio nunquam trahitur ad ea, que sunt separata, vel separabilia ab eo, super quo facta fuit, vt per eum, quod plurimum seruit in casu nostro, cum succedere matri nedum separatum dicatur ab episcopatu, sed cum eo nihil cõmune habet, vt notum est ⁊c.

30 ¶ Tertio videmus, † dispensatus ad dignitatem, non admittitur ad episcopatum. c. innotuit. ⁊ ibi Aegid. Bellamer. not. in ij. notab. extra de elect. vbi etiam alij sequuntur.

¶ Quarto in simili dicimus, quod dispensatus vt patri ex testamẽto succedat, nõ succedit illi ab intestato, vt est notissimũ.

¶ Demum facit vna regula generalis in materia dispensatio-

31 nis, † vt scilicet in ea non valeat argumentũ ad simile, nec etiaꝫ ad minus, nisi illud minus veniat consecutiue ad id, super quo facta sit dispẽsatio, ita docet Aegid. Bellamer. in c. postulasti. nu. 3. extra de rescript. ⁊ in c. nonne. nu. 7. extra de presumpt. ⁊ tradit Grat. in consil. lxv. ⁊ si agatur. nu. 42. j. vol. immo nec ex maioritate rationis, vt inquit Felyn. in d. c. mandato. ⁊ tradit Rip. in c. ad aures. num. 90. de rescript. ⁊ in lib. ij. respon.

32 c. xxxv. nu. 6. ⁊ id est, ꝙ † sic debet dispensatio interpretari, vt per eam minus ius commune offendatur, quam sit possibile. d. c. j. ⁊ ij. de fil. presbyter. lib. vj. cum similibus, vt per Grat. in d. consi. lxv. nu. 43. ⁊ dixi in d. consil. cxx. nu. 24. vbi pro hoc allego Geminian. in consil. xxxiij. pro examinatione. v. colum. ⁊ hoc eo maxime ne tertio preiudicetur, vnde in proposito vt minus ius commune offendatur, ⁊ ne Illustri Comiti Joanni preiudicetur absqꝫ aliqua dubitatione dicendum est dispensationem predicti Episcopi ad episcopatum, nihil operari quo ad succedendum matri.

¶ Quod nouissime vltra predicta confirmatur pulchra ratione (per quam etiam omnia predicta roborantur) nam Papa in predicta dispensatione non dicitur legitimasse dictum Episcopum, sed simpliciter cum eo dispensauit, ⁊ sic non fecit legitimum, sed voluit, ꝙ non obstante, ꝙ spurius, adulterinus, aut nepharius, siue sacrilegus remaneat, sit habilis ad episcopatum, vt in simili dicit Corn. in d. consil. xciij. litera B. ij. vol. ⁊ fuit dictum Paul. de Castr. in l. si ab eo. C. de legiti. hered. licet per Corn. non allegetur, inquit enim ibi Paul. singulari-

33 ter, ꝙ † quando fit dispensatio (que fieri dicitur, etiam quando diceretur legitimamus quo ad quedam particularia, ⁊ non in totum) ille non fit legitimus, sed remanet illegitimus, sed talis illegitimitas quo ad illa particularia velatur, ⁊ ita Pau. refert ⁊ sequitur Ruy. in consi. lxxv. quia de pluribus queritur. nu. 6. iij. vol. Si igitur Episcopus ille non fuit factus legitimus, sed illegitimus remansit, sequitur, ꝙ matri succedere non potuit ꝑ ea, que superius dicta fuerunt.

¶ Reiectis itaqꝫ omnibus contrariis remanet cõclusio supra posita, scilicet ꝙ dominus Episcopus predictus ad partem sibi in testamento matris relictam admitti non potuit, vnde clara sequitur alia conclusio, videlicet ꝙ illa portio accreuit Illu-

34 stri Comiti filio legitimato eiusdem testatricis. Nam † quando portio vni ex coheredibus relicta ad illum non peruenit, nec de eo facta institutio valuit, iure accrescendi ad coheredem pertinet, argumento l. j. §. in primo. ⁊ duobus sequentib. C. de caduc. tollen. ⁊ melius facit. l. legatum. §. j. ff. de legat. j. ⁊ in terminis quando institutio de illegitime nato, ⁊ incapace palam fit (prout euenit in casu isto) ꝙ portio, que illi acquiri nõ potest accrescat coheredi, est notabilis doctrina Barto. magis communiter * recepta in l. fin. ij. col. versicu. quero, ⁊ reuoco in dubium. ff. de his, quib. vt indign. vbi in fin. dicit, ꝙ ita determinauit Oldrad. ⁊ licet non alleget vbi, credo, ꝙ voluerit allegare in consil. xxxix. thema tale est. ⁊ eandem opinionem tenent fere omnes in l. hereditas. C. de his, quibus vt indign. maxime Alexan. Corn. ⁊ Jas. sic igitur illustris Comes dicitur matri sue in totum successisse, ⁊ ista conclusio procedit sine aliqua dubitatione, ⁊ istud, ni fallor, bene cognouit ille Episcopus, cum nihil vnquam de hereditate matris in vita sua petierit per annos vigintiquinqꝫ, ⁊ vltra, quibus matri sue superuixit, sed semper passus fuit predictum Comitem vti heredem vniuersalem totam illam hereditatem, ⁊ bona eius pacifice, ⁊ quiete tenere, ⁊ possidere.

¶ Et stantibus predictis vana prorsus redditur disputatio, vtrum dictus Episcopus predictam hereditateꝫ pro portione sibi relicta transmiserit ad Constantium filium legitimatum, licet ipse nunquam eam adierit, nam si nulla portio sibi delata fuit, vt ex predictis patet, non cadit consideratio transmissionis, que solum fit respectu hereditatis delate, sed non adite, ⁊ quando presupponeremus, ꝙ ei fuisset delata (quod tamen falsum est) forsitan in puncto iuris dici posset, ꝙ non fuisset transmissa cum ille Episcopus non esset suus heres matri, vt est no-

35 tum, tum quia erat illegitimus, cum etiam † quia mater nõ habet filios in potestate. l. illud. §. ad testamenta. ff. de bon. poss. contra tab. in suitate enim solet sepe fundari transmissio hereditatis non adite, vel ad omnes heredes, vel ad certas personas, iuxta tradita per Docto. maxime Saly. in l. apud hostes. C. de suis, ⁊ legiti. hered.

¶ Nec etiam videtur posse fieri fundamentum in contrarium in l. j. C. de his, qui ant. apert. tabul. quoniaꝫ Theodosius. d. l. author. loquitur, quando filius institutus decedit ante apertas tabulas, vt sunt clarissima verba eius, ibi. ⁊ ante apertas tabulas defuncti, ⁊ illud summa equitate motus induxit, naꝫ suo tempore nec instituti filij poterant ante apertas tabulas adire, vt ibi optime declarat Paul. de Castr. Unde cum adire non possent, si decedebant fuit equum, ꝙ saltem parentum hereditatem in suam posteritateꝫ transmitterent, que ratio cessabat, si post apertas tabulas decedebant, quia cum adire potuissent sibi erat imputandum, si non adibant, ⁊ ideo remanere debẽt

36 sub regula, ꝙ † non aditam hereditatem non transmittant, de qua in l. j. §. in nouissimo. C. de caduc. tollen. ⁊ tradunt Bart. ⁊ alij in l. venire. ff. de acquir. heredi. sic ergo dicta transmissio fieri non potuisset per d. l. j. C. de his, qui ant. apert. tab. quia loquitur in alijs terminis.

¶ Nec placet, quod ibi dicit Fulg. ⁊ sequitur Corn. dicentes, ꝙ illa verba, ⁊ ante apertas tabulas, ex vi illius copule, ⁊ posite pro etiam, implicant idem esse post apertas tabulas, quia, ni fallor, hoc esset magna violatio ad illum text. vt recte consideranti patebit. Dico enim, ꝙ illa copula non implicat, sed ponit, quod est necessarium vt procedat illa constitutio Theodosij, videlicet, ꝙ instituti filij decedant ante apertas tabulas, tũc enim habet locum equitas, de qua supra loquitur, ⁊ cum talis equitas cesset post apertas tabulas, constitutio etiam cessare debet, ⁊ sic constat, ꝙ illa expositio Fulgos. ⁊ Corn. est omnino contra illum textum. ⁊ intentioni Theodosij repugnat, super istis tamen non insisto, nec curo aliquid firmare, quia vana esset disputatio in proposito nostro, cum aperta veritas sit predictum Episcopum fuisse omnino incapacem materne hereditatis, vt ex predictis constat, ⁊ quod ad eum pertinere non

37 potuit, in suum filium transferre non potuit, quiꝫ nemo † plus iuris in alium transferat, quam ipse habeat. l. traditio. in principi. ff. de acquiren. rer. domin. ⁊ l. nemo plus iuris. ff. de regu. iur. cum similibus.

¶ Similiter etiam stantibus predictis non est opus intrare aliam difficultatem, scilicet an dictus episcopus patiendo vt supra tam longo tempore censeatur ius suum super dictis bonis donasse Illustri Comiti Jo. fratri eius valde dilecto, si enim bona predicta ad ipsum episcopuꝫ nullo modo pertinebant, sed ad ipsum illustrẽ Comitem non cadit cõsideratio donationis

38 eius, † quod ad eum non pertinebat, nec ipsi Comiti donari poterat, quod iam suum erat arg. l. proprias. C. de legat. ⁊ est tex. in §. sic itaqꝫ. institu. de act. facit. l. iij. §. ex pluribus in fin. ff. de acquiren. poss. ⁊ l. non vt ex pluribus. ff. de regul. iur. cum similibus. ⁊c.

¶ At vbi quis vellet, ꝙ bona illa pro sua rata pertinuissent ad dominum Episcopuꝫ, ⁊ sic iure dominij non pertinuissent ad Illustrem

Illustrem Comitem (licet in contrarium sit aperta veritas, vt ex predictis constat) aliud, ⁊ iuridicum fundamentum fieret in fauorem Illustris Comitis, videlicet, ꝙ presumantur per dominum Episcopum ei donata, 39 nam † quando concurrit sanguinis coniunctio, longitudo temporis, ⁊ sepius hinc inde facta computatio, ⁊ calculatio debiti, ⁊ crediti, ⁊ nunquaꝫ de certo debito sit habita mentio, aut facta aliqua petitio censetur tale quid donatum, vt est text. ⁊ ibi declarant glo. ⁊ Docto. in l. procula. ff. de probat. vbi presumitur eo modo facta donatio per sororem fratri suo, tametsi mulierūꝫ genus sit auarissimū, vnde fortius erit talis presumptio in casu nostro, cum Episcopus vir esset, ⁊ liberalis, ⁊ ditissimus, ac mirum in modum Illustrem Comitem fratrem eius diligeret, vti hoc argumentū a fortiori sentit Fulgos. in d. l. procula. in fin. Etenīꝫ in casu isto predicta omnia concurrunt, quia per annos vigintiquinqꝫ, ⁊ vltra frater a fratre nihil vnquam petiit, aut in computationē posuit, quod ei de bonis matris deberi potuisset, ⁊ tamen sepius fuit inter dictos fratres facta computatio, seu calculatio debiti, ⁊ crediti, vt in facto presupponitur (⁊ sufficit bina calculatio, secundum Fulgos. in d. l. procula) ergo sequitur ꝙ bona predicta presumūtur dicto Illustri Comiti donata. Ad quod 40 facit, † quia sepe ex sola sanguinis coniunctione presumitur facta donatio, vt per Ruyn. qui alios allegat in consil. clxij. viso processu. nu. 14. v. vol. faciunt etiam que alias dixi in cons. xcj. Reuerendus dominus Iupheldus. nu. 19. ⁊ 20. ij. vol. Verū nec super hoc insistendum est, quoniam rei veritas est, ꝙ nihil de bonis, ⁊ hereditate materna spectabat ad predictū do. Episcopum, sed omnia pleno iure erant Illustris Comitis, sicut supra plenissime ostensum fuit.

¶ Remanet igitur ex predictis omnibus firma conclusio, ꝙ Constantius dicti Episcopi filius (posito ꝙ in aliqua parte sit eius heres) nihil petere potest ab Illustri Comite de his, que fuerunt matris predicti Comitis. Laus Deo.

¶ Socin. Nepos Bononie. 1552.

CASVS.

CONSILII XLIX.

MVLTVM Magnificus, ⁊ strenuus armorum ductor dominus Paulus Luciaschus testamentum suum fecit, ⁊ in eo suam voluntatem circa bona sua declarauit, ⁊ cum ipse viueret obtinuit priuilegium, vel decretum ab Illustrissimo Duce Mantue, quo continetur, ꝙ ipse dominus Paulus, eius heredes, ⁊ successores, ⁊ habentes causam ab eis quadam possessione de Broylo (eidē in effectu ab eodem Illustrissimo Duce donata) vti, frui, ⁊ gaudere possint, eamqꝫ vendere, ⁊ alienare, vel quoquo modo alio titulo transferre quomodolibet vel ex testamento, vel ab intestato personis quibus voluerit etiam forensibus nō subiectis Dominio Mantuano, dummodo infra annum se subiiciant Dominio prefato. ⁊ fiant ciues Mantuani, ⁊ ꝙ hoc priuilegium transferendi dictam possessionem in forenses solum personam dicti domini Pauli cōprehendat, prout ⁊ alia plura latius in dicto decreto legi possunt.

¶ Decessit postea dominus Paulus Luciaschus predictus, ⁊ eo mortuo fuit disputatum de validitate sui testamenti, ⁊ tandem (licet forte de iure valuisset) fuit iudicatum illud non debere sortiri effectum, vt sic de bonis eius sit disputandum ab intestato.

¶ Et cum ei fuerint superstites, ⁊ proximiores in gradu quidam cognati, seu per feminam coniuncti (siue masculi, siue femine sint) qui dicuntur ciues Mātuani, ⁊ sic Dominio Mātuano subiecti. Ac etiaꝫ quidam agnati in gradu remotiores, qui sunt forenses, ⁊ Dominio predicto nō subiecti, dubitatur ad quos ex predictis pertineāt bona domini Pauli predicti, ⁊ presertim illa possessio Broyli stantibus statutis Mantuanis sub rubr. de succes. ab intest. Item etiam sub rub. de aliena. prohibit. in personas non subditas iurisdict. communis Mātue. Quorum statutorum copia transmittitur.

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De forensibus vtrum scilicet gaudeant beneficio statutoruꝫ contra ius commune loquentium?

¶ Et in specie de beneficio, ꝙ per agnatos masculos femine, ⁊ cognati excludantur contra ius commune?

¶ Et vtrum forensibus prosit, ⁊ cognatis noceat, si post fiant ciues?

¶ Decretum, quod ab intestato forenses vocari possint, debet intelligi de his, qui tempore mortis poterant dici ab intestato successores.

¶ Voluntas morientis etiaꝫ ex testamento inualido sumitur.

¶ De regula, ꝙ moriens censetur relinquere bona veniētibus ab intestato quomodo intelligatur?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Statuti uerba cum sunt clara non est ulterius disputandum.*
2 *Dispositio statutaria contra ius commune fauorabiliter introducta nō pertinet ad forenses, & onera ciuitatis non obeuntes, tales enim nō gaudent beneficio statuti contra ius commune concesso.*
3 *Statutum non potest personam sibi non subditā legitimare ad aliquid contra ius commune.*
4 *Agnati forenses non possunt gaudere beneficio statuti agnatis concesso contra ius commune, ut excludant cognatos proximiores qui de iure communi succederent.*
5 *Forensis, & onera non subiens non gaudet beneficiis statutorum.*
6 *Habilitatio ad succedendum contra ius commune non procedit in fauorem forensium.*
7 *Statutum uolens communitatem teneri resarcire ea quæ alicui fuerūt subtracta non procedit in fauorem forensis patientis derobationē.*
8 *Qualitas in dispositione posita semper uerificari, & attendi debet, & probari.*
9 *Qualitas adiecta uerbo debet determinari, & uerificari secundum tēpus uerbi.*
10 *Legitimatio superueniens postquam alteri acquisita fuit hæreditas ei non preiudicat.*
11 *Morientis uoluntatem qui non habet ei succedere non debet.*
12 *Vocans unum uidetur alios excludere.*
13 *Res una plurium in solidum esse non potest.*
14 *Intestatus decens dicitur uoluisse relinquere hæreditatem suam uenientibus ab intestato.*
15 *Voluntas gerentis etiam ex actu nullo declaratur.*
16 *Voluntas in animo consistit, & dicitur esse facti.*
17 *Cessio facta potentiori est nulla.*
18 *Ius competens contra ius commune propter respectum personarum cedi non potest.*

CONSILIVM XLIX.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie.

¶ Circa consultationem prepositam, visis, ac diligenter consideratis statutis predictis, videtur prima fronte dicenduꝫ agnatos predicti domini Pauli, etiam ꝙ sint in gradu remotiores admittendos esse ad eius successionem ab intestato, ex quo sunt in quarto gradu, vel infra, secundum ius Canonicum, prout de hoc videtur casus in statuto nobis exhibito sub Rubrica de succession. ab intestato. in §. seu. versic. in successionibus autem transuersalium. Etenim ibi expresse dicitur ꝙ agnati masculi vsqꝫ ad quartum gradum secunduꝫ computationem iuris canonici excludere debent agnatas feminas, ac etiam masculos descendentes ex dictis feminis, ⁊ cum in hoc
1 verba † statuti clarissima sint, non videtur vlterius disputandum, arg. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. iij. attento, ꝙ in qualibet ciuitate statuta eius legitime condita sunt omnino seruāda. l. omnes populi. ⁊ ibi tradunt cōmuniter * Doct. ff. de iusti. ⁊ iur.

¶ Nec videtur obstare ꝙ isti agnati sunt forenses, ⁊ non subditi iurisdictioni communis Mantue, propter quod videtur exclusi etiam a successione ab intestato respectu bonorum immobilium, vt in statuto sub rub. de alienation. prohibi. in person. non subditas ⁊c. Quoniam videtur posse responderi, ꝙ poterunt tale statutuꝫ euitare faciendo se ciues Mantuanos, ⁊ bona, de quibus agimus, ⁊ sua supponendo iurisdictioni Mantuane, vt in eodem statuto in prima cart. dicitur, in ver. seu nisi dicta talis persona ⁊c. ⁊ ista responsio videtur generalis quo ad omnia bona immobilia dicte hereditatis.

¶ Sed vltra etiam quo ad possessionem Broyli clarissima videtur responsio ex eo, ꝙ ipsi domino Paulo ab Illustrissimo

Duce

Duce per suum decretum concessum fuerat, ꝙ posset illam in
quoscunq; voluerit etiã forenses transferre ex testamento, vel
abintestatõ, vt sunt aperta verba predicti decreti, nam statutũ
predictũ de alienat. probibit. in vltima additione expresse per-
mittit alienationem in non subditos si precesserit ẽt in scriptis
licentia Illustrissimi Ducis, quinimmo etiam si tale quid in il-
lo statuto non diceretur, adhuc sufficeret decretum predictũ,
quia qui facit legem potest tollere per iura vulgaria. Sic itaq;
videtur dicendum istos agnatos in omnibus debere succede-
re, ⁊ presertim, ⁊ proculdubio in predicta possessione Broyli.
¶ Veruntamen melius, pleniusq; considerando predictis nõ
obstantibus contrarium verius esse puto, prout etiam docte,
⁊ sapiẽter firmauit Excellentissimus dominus Traianus mi-
hi vti frater honorandus, ⁊ olim in Patauino gymnasio acu-
tissimus, ⁊ carissimus discipulus meus in suis doctissimis alle
gationibus, ⁊ sic vna cum eo concludo predictos agnatos vti
forenses, ⁊ non subditos iurisdictioni ciuitatis Mantue nullo
modo succedere posse predicto domino Paulo in bonis exi-
stentibus sub predicta iurisdictione, adeo quidem, vt nec etiã
ad possessionem Broyli, de qua supra admitti possint, licet in
hoc videatur maior dubitatio propter decretum, de quo su-
pra. Et vt res ipsa apertius, ⁊ facilius ostendatur distincte
procedam. primo enim a facilioribus inchoando loquar gene
raliter de aliis bonis predicte hereditatis excepta possessione
Broyli. Secundo postea tractabo de possessione predicta cũ
suis connexis.
¶ Circa primum conclusio supra posita ostenditur verissima
primo (loquendo generaliter tam de bonis mobilibus, quam
3 de immobilibus) Quoniam † dispositio statutaria contra ius
commune fauorabiliter introducta non pertinet ad forenses,
⁊ onera ciuitatis non subeuntes, tales enim non gaudent be-
neficio statuti contra ius cõmune concesso, prout voluit Bar.
in tracta. represaliar. in v. quest. dum vult, ꝙ non debet sentire
statuti commodum, qui onus non suffert per l. secundum na-
turam. ff. de regul. iur. ⁊ ita determinat Guid. de Suzar. in q.
incip. pone questionem statutum ⁊c. prout eum referunt, ⁊ se-
quuntur Alexan. in consil. xliiij. videretur prima facie. num. 7.
lib. v. ⁊ Ruyn. in consil. cxij. circa primum dubium. nume. 11.
v. volu. ita etiam dixit plures allegando patruus, ⁊ dominus
meus Socin. in consil. cxxviij. circa presentem. nu. 4. vol. iiij. ⁊
ego dixi in consil. clxxxj. de duobus in presenti. nu. 76. ij. volu.
⁊ nouissime tradit Grat. Bonon. in consil. xxx. visis compro-
missis. nu. 48. j. vol. ⁊ Joan. le Cirier. in tracta. de primogeni.
in x. quest. ij. lib. nu. 7.
¶ Facit etiam quia cum statutum dicatur ius proprium sue ci-
uitatis. l. omnes populi. ff. de iusti. ⁊ iur. non conuenit vt bene
ficio eius gaudeat forensis, † non enim potest statutum perso-
nam aliquam sibi non subditam legitimare ad aliquid contra
ius commune.
¶ Prout hec considerat Bart. in l. cunctos populos. in iij. q.
princip. C. de sum. Trinit. ⁊ fid. cath. vbi propter ista in versi.
sed circa hoc dubitatur. determinat ꝙ statutum permittens fi-
lium familias testari contra regulam iuris communis, de qua
in l. qui in potestate. in princip. ff. de testamen. cum similibus.
non dicitur habilitare filiumfamilias forensem testari volentẽ
in loco statuti. Sic igitur dicendum est in proposito, quod isti
4 † agnati forenses non possunt gaudere beneficio statuti agna-
tis concesso contra ius commune, vt scilicet excludant cogna-
tos proximiores, qui de iure communi succederent, ⁊ ita in ter
minis concludit Bal. in consi. cccclx. Jo. de Albingana. ij. col.
in prin. j. vol. vbi ponit duas pulchras rationes, vt per eum.
¶ Et hanc pro indubitata post multos, quos allegat firmat
Albert. Brun. in tracta. de statut. excluden. femin. propter ma
sculos. in vj. artic. in ij. col.
¶ Maxime si agnati soli sint forenses, ⁊ cognati proximiores
sint subditi iurisdictioni statuentium, prout proprie contingit
de casu nostro, vt in puncto narratur.
5 ¶ Et † ꝙ forensis, ⁊ onera nõ subiens non gaudeat beneficiis
statutorum, consuluit Joan. de Jmol. apud ciuitatem Lucen-
sem, vt ipse asserit in c. quod clericis. de foro competent. prout
refert, ⁊ sequitur Alexan. in consil. xlj. ex multis, que in thema
te. nume. 6. lib. vij.
¶ Eandem opinionẽ voluit Deci. in consil. cxiiij. ⁊ pro tenui.
post princip. ⁊ alibi sepe.
¶ Cum quibusdam aliis allegatis per predictum dominum
Traianũ in suis allegationibus. ¶ Et vltra allegatos per eũ,
⁊ per Brun. vbi supra, hanc opinionem firmauit Alexand. in
preallegato consi. xliiij. num. 10. lib. v. vbi etiam allegat Joan.
de Jmol. in d. consilio apud Lucam facto.
¶ Idem determinat patruus, ⁊ dominus meus Socin. in d.
consil. cxxiiij. nu. 4. iiij. vol. Corn. in consil. xciiij. circa primum
dubium. litera F. G. H. ⁊ J. ij. volu. vbi dicit hanc theoricam
* esse communem, * vt † scilicet habilitatio ad succedendum cõ-
6 tra ius commune non procedat in fauorem forensium, ⁊ ita
etiam firmauit Andr. Barbat. in consi. lj. scripsit glo. num. 3.
versic. ⁊ adduco, ꝙ voluit. ij. vol. vbi refert ita fuisse consultum
per Paul. de Castr. in consil. ccxxxiij. vt per eum. licet in lib.
meo in dicto consilio Paul. non loquatur ad propositum, ⁊
forte voluit allegare consil. ccxxiiij. circa primum quesitum. in
j. dubio. vbi Paul. de Castr. firmat statuta loquentia in perso
nas non comprehendere forenses.
¶ Et idem in effectu voluit in consil. cccxlv. statutum supra re-
7 latum. concludens, ꝙ † statutum volens communitatem tene
ri resarcire ea, que alicui fuerunt subtracta, nõ procedit in fauo
rem forensis patientis derobationem, vt per eum, quod etiam
refert, ⁊ sequitur idem Barbat. in d. consi. lj.
¶ Et hanc conclusionem, ⁊ etiam generalem, ꝙ forensis non
gaudeat beneficiis statutorum plene prosequitur, ⁊ defendit
Parisi. olim in gymnasio Patauino honorandus collega
meus in consi. xij. in presenti informatione. nu. 24. cum tribus
sequentibus. ⁊ in consil. liij. dominus Hieronymus. num. 99.
iij. volum. ⁊ in dicto consil. xij. allegat plures rationes, ⁊ autho
ritates, vt per eum.
¶ Sic itaq; ex predictis stat firmum, ⁊ solidum hoc fundamẽ
tum primum, vt scilicet predicti agnati ad successionem gene-
raliter loquendo venire non possint, eo quia solum ex forma
statuti venire possent contra ius commune, cuius tamen statu-
ti beneficio vti forenses, ⁊ onera non subeuntes vti, ⁊ gaudere
non possunt per predicta.
¶ Secundo loquendo particulariter de bonis immobilibus
clarissimum est istos agnatos (quia forenses sunt non subditi,
⁊ onera non subeunt) non posse admitti, etenim in statuto sub
rub. de alienation. prohibi. in perso. non subditas in noua ad-
ditione. aperte disponitur bona immobilia non posse aliquo
modo etiam per successionẽ ab intestato transferri in non sub-
ditos, cum igitur in hoc verba statuti clarissima sint non est lo
cus disputationi. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. iij.
cum similibus. sed ponenda est conclusio clara, ⁊ aperta, quod
predicti agnati non subditi etiam ꝙ alias vocandi essent abin-
testato, non poterunt ad bona immobilia admitti. propter ex-
pressam prohibitionem predicti statuti, vt plene deducitur in
predictis allegationibus.
¶ Et vltra eas dico ꝙ istud satis clare sumitur ex alio statuto
de success. ab intesta. in quo ipsi agnati se fundant, nam in eo di
citur, ꝙ agnati vsq; ad quartum gradum excludant feminas,
⁊ coniunctos per eas, si ipsi admitti potuerint, ⁊ voluerint, vn-
de cum in casu nostro isti agnati non subditi admitti non pos-
sint ad immobilia propter expressã prohibitionem statuti pre
dicti, sequitur, ꝙ illis deest statutum predictum, ⁊ sic propriũ
eorum fundamentum, nam cum statutum vocet eos cum illa
qualitate, si possunt admitti, ⁊ qualitas absit, non habet locum
8 statuti dispositio, quia † semper in qualibet dispositione, qua-
litas in ea posita verificari, ⁊ attendi debet. l. nonnunquam. ff.
ad Trebellian. ⁊ debet etiam probari iuxta tradita communi-
* ter * in c. j. de homicid. lib. vj. ⁊ tradit Bart. in l. j. §. ait pretor.
ff. ne quid in flumin. publ. ⁊ ponit Deci. in consi. cclvj. in cau
sa domine Marie. nu. 4. cum concordantibus, vt per Paris.
in consil. xvij. potuit absq; dubio. nu. 28. j. vol. ⁊ ego dixi in cõ
sil. clix. Magnifica Comitissa domina Alda. nu. 22. ij. vol. sic
igitur constat, ꝙ vltra regulam iuris communis (qua prohi-
bentur isti agnati forẽses vti beneficio statuti Mantuani pro-
pter quod sequitur ꝙ cognati proximiores, qui sunt Mãtua-
ni ciues habent fundatam intentionem de iure communi, vt
domino Paulo ab intestato succedant non obstante statuto
per quod agnati preferuntur, quia in fauorem forensium non
procedit, vt dictũ fuit supra in primo fundamento) debẽt pre-
dicti forenses, ⁊ non subditi excludi secundo loco propter sta-
tutum de alienat. prohibit. loquendo de bonis immobilibus,
vt dictum est in hoc secundo fundamento.
¶ Nec predictis forẽsibus prodesset, neq; cognatis predictis
nocere.

noceret, ꝙ ipsi nunc post mortem domini Pauli crearentur
ciues Mantuani, quia hoc non sufficeret, vt statuto satisfactũ
esset, si quidem statutum velit eum, in quem transferuntur bo
na immobilia esse subiectum iurisdictioni Mantue, ⁊ subire
eius onera tempore trãslationis, ⁊ sic in proposito nostro tem-
9 pore delate hereditatis, † quum qualitas adiecta verbo deter-
minari, ⁊ verificari debeat secundum tempus verbi. l. in deli-
ctis. §. si extraneus. ff. de noxal. l. si Titius. ff. de testam. milita.
⁊ l. ij. ff. de aur. ⁊ argen. lega. cum similibus, vt per Alexand. in
consil. lix. viso themate. nu. 6. lib. v. ⁊ per patruum, ⁊ dominũ
meum Socin. in consil. cv. viso processu. ij. col. iij. volu. Unde
cuꝫ tempore mortis domini Pauli isti agnati essent forenses,
⁊ onera non subirent iam fuerunt exclusi ab acquisitione bono
rum dicte hereditatis, ⁊ illa fuit immediate delata, ⁊ acquisita
predictis cognatis in gradu proximioribus, si nunc fierent ci-
ues, non debet hoc eis prodesse in preiudicium cognatoruꝫ in
iure eis iam quesito, sicut in simili dicimus de legitimatione
10 † superuenienti postquam alteri acquisita fuit hereditas, vt sci
licet ei nõ preiudicet, iuxta tradita per Doct. maxime moder.
in l. Gallus. §. ⁊ quid si tantum. circa fin. ff. de liber. ⁊ posthu.
⁊ ita in fortioribus terminis concludit Ruyn. in consil. cc. viso
themate. num. 17. ⁊ 18. ij. volu. etenim in casu illo iam erat fa-
ctus ciuis ante mortem eius, de cuius hereditate agebatur,
sed non erat ciuilitas accepta, ⁊ concludit Ruynus, quod acce
ptatio predicta si postea fiat non preiudicat ei, cui iam heredi-
tas delata, ⁊ acquisita erat, fortius ergo hoc dici debet in casu
nostro, in quo post mortem domini Pauli isti agnati vellent
fieri ciues.

¶ Nec predictis obstat statutum predictum de alienat. prohi-
biti. in versic. seu nisi dicta talis persona, prout in contrarium
supra ponderabam. Quoniam quod ibi dicitur, debet intelli-
gi, quando fieret ciuis antequam res extimata, ⁊ in solutum
data sibi fuisset, vt patet ex illis verbis, in solutum dari vellet,
etenim talia verba ostendunt, quod res danda erat in solutuꝫ,
non autem data.

¶ Et preterea loquitur dictus versiculus particulariter in illo
casu, scilicet dationis in solutum, vnde non deberet trahi ad ca
sum delate successionis ab intestato. Remanet itaqꝫ ex predi-
ctis clara, ⁊ indubitata conclusio, ꝙ agnati predicti nullo mo-
do admitti possunt ad bona, ⁊ hereditatem domini Pauli, qꝛ
sunt forenses, ⁊ hoc expeditum est respectu bonorum aliorum
a dicta possessione Broyli, ⁊ sic sit expeditus primus pũctus.

¶ Circa secundum videlicet loquendo de predicta possessio-
ne Broyli, cum intentio proximiorum cognatorum sit funda-
ta in iure communi, ⁊ agnati predicti veluti forenses secunduꝫ
supra deducta dicantur exclusi non est insistendum super veri-
ficanda conclusione supra posita, scilicet vt proximiores cogna
ti admittantur, ⁊ illi agnati excludantur, sicut etiam respectu
aliorum bonorum dictum fuit.

¶ Solum igitur stat difficultas in decreto Illustrissimi Du-
cis facto prefato domino Paulo dum viueret, propter quod
videtur, ꝙ possessio ista Broyli possit ad istos agnatos perti
nere etiam ꝙ sint forenses, sicut supra in contrarium argueba-
tur, sed tamen tali decreto non obstante conclusio supra firma-
ta respectu aliorum bonoruꝫ est etiam vera respectu dicte pos-
sessionis, vt sic etiaꝫ ab ea dicantur agnati predicti exclusi, pro-
ut etiam iuridice, ⁊ plene deduxit predictus Excellentissimus
dominus Traianus.

¶ Et ad decretum predictum ipse respondet multis modis,
vt per eum.

¶ Et vltra etiam pro responsione dici potest, ꝙ isti agnati nõ
possunt vti beneficio dicti decreti faciendo se ciues creari, quo-
niam decretũ loquitur simpliciter ab intestato, ⁊ sic de his, qui
ab intestato do. Paulo fuissent successuri, sed isti agnati non
sunt tales, ergo ⁊c. Istud autem probatur, qꝛ non est dubiũ, ꝙ
de iure cõi ab intestato nõ succedunt cũ sint in gradu remotio-
res, ꝙ̃ sint illi cognati, ⁊ ideo isti cognati vti ꝓximiores ab in-
testato succedunt do. Paulo per tex. in auth. post fratres. la ij.
⁊ in corpo. vnde sumitur. C. de legit. hered.

¶ Similiter etiaꝫ nec ex forma predicti statuti de success. ab in-
testato, nam licet per illud vocentur agnati vsqꝫ ad quartum
gradum ad exclusionem cognatoruꝫ proximiorũ, illud tamen
procedit in agnatis, qui succedere possent, vt in fine statuti dici
tur, ibi si ipsi agnati masculi admitti potuerint ⁊c. sed isti ad-
mitti non possunt propter aliud statutum de alienat. prohibit.

vt supra fuit ostensum, ergo sequitur, ꝙ non sunt tales, de qui
bus loquitur decretum, cum nec de iure communi, nec munici
pali ab intestato succedant, ⁊ ista consideratio (ni fallor) satis vi
detur concludere horum agnatorum exclusionem.

¶ Nec eis potest prodesse si ex post fierent ciues infra annuꝫ,
qꝛ vt dicantur successores ab intestato debet inspici tẽpus mor
tis do. Pauli, ⁊ sic delate hereditatis, quo tempore illi non po
terant dici successores ab intestato, vt dictum est, merito ergo
de eis non potuit loqui decretum, vt etiam modo dicebam. ⁊
presertim hoc dicenduꝫ est, ne alias illis proximioribus cogna
tis preiudicetur in iure iam quesito, nam statim mortuo do.
Paulo illis fuit delata eius hereditas, cum agnati essent inha
biles, ⁊ illam adiuerint, vnde non conuenit eos cognatos nũc
tali iure iam quesito priuari.

¶ Placet etiam vt decretum remoueatur, eo ꝙ illud debeat
intelligi de forẽsibus, qui iure communi, ⁊ ordinario essent ab
intestato successores, non si extraordinario, ⁊ singulari iure sta
tutorum, vt signanter in simili firmauit Ruyn. in preallegato
consil. cc. nu. 19. ij. vol. ⁊ etiaꝫ dicit dominus Traianus in sua
tertia responsione.

¶ Preterea satis aperte ostenditur decretũ istis agnatis pa-
trocinari non posse, eo qꝛ in eo facultas transferendi in forẽses
restringitur ad voluntatẽ do. Pauli, vt patet in verbis illis de
creti. ibi personas, quibus ipse voluerit ⁊c. sed isti agnati nõ ha
bent do. Pauli voluntatem, vt eius bona habeant, maxime il
lam possessionem Broyli, ergo non potest eis fauere decretũ,
11 ⁊ hoc rationi ꝯuenit, qꝛ † qui non habet voluntatẽ morientis,
ei succedere non debet. l. j. §. pen. ff. si tab. testa. nul. extab. illud
aũt, ꝙ voluntatẽ non habeant do. Pauli constat ex eo, ꝙ do.
Paulus faciens testamentũ, quod credidit valiturũ, volunta-
tem suã expressit, ꝙ talis possessio deberet post eum peruenire
ad Ueronensiuꝫ, nã propter hoc apparet, ꝙ noluit esse istoruꝫ
12 agnatorum, qꝛ † qui vnũ vocat, videtur alios excludere. l. cum
pretor. in prin. ff. de iudi. ⁊ c. nonne. extra de presumpt. cum si-
13 mil. ⁊ qꝛ † vna res plurium insolidum esse non potest. l. quod
contra. §. vni duo. ff. de regul. iur. ⁊ l. si vt certo. §. si duobus.
post princ. ff. commodat. cum similib. ⁊ hanc responsionem in
effectu posuit etiam do. Traianus. in secundo loco.

¶ Sed contra eam dicet aliquis duo videntur vrgere.

¶ Primum est, quia cum testamentum fuerit declaratum in-
ualidum non videtur, ꝙ sit attendendum, quia testamento in-
ualidato omnia in eo contenta redduntur inualida. l. si nemo.
ff. de testamen. tutel. cum simil.

¶ Secundũ est, qꝛ videtur ꝙ immo predicti agnati vti venien
tes ab intestato ex forma statuti preallegati de success. ab intest.
dicantur habere voluntatẽ do. Pauli sic intestati decedentis,
14 nam qui † intestatus decedit dicitur relinquere voluisse heredi
tatem suam venientibus ab intestato. l. conficiuntur. post prin.
ff. de iur. codicil. Quilibet enim vbi contrariuꝫ non probetur,
creditur velle, ꝙ iura municipalia sue ciuitatis volunt. ad tra
dita per Doct. in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell.

¶ Uerũtamen ex istis non est recedendum a predicta respon
sione. Ad ista enim facillime respondetur, ⁊ ad primum dico,
ꝙ voluntas domini Pauli ex illo suo testamento licet inuali-
15 do optime sumitur, cum † etiam ex actu nullo voluntas geren
tis declaretur, vt est tex. ⁊ ibi not. Barto. in l. fin. ff. de reb. eor.
dixit Bartol. in l. fideicommissa. §. j. ff. de legat. iij. Ias. in con-
sil. ccxxvij. Carolus olim. xij. col. ad fin. ij. vol. cum concord. vt
per Deci. in consi. clxxij. in causa venerabilis. ij. col. in prin. per
Ruyn. in consil. xcviij. visis dubiis nouissime factis. nume. 6.
iij. vol. ⁊ dixi in consil. viij. in presenti consultatione. nume. 31.
ij. vol. Et pro hoc facit pulchra ratio, nam non est dubium, ꝙ
16 † voluntas in animo ꝯsistit, ⁊ sic dicitur esse facti. l. bone fidei.
§. j. ff. de acquir. rer. domin. factum autem illud remanet, licet
dispositio in qua prolata sit voluntas annulletur, ⁊ sic licet in
proposito testamentum fuerit inualidatum, remansit tamen fa
ctum illud, scilicet domini Pauli voluntas in illo ostensa, ⁊ ita
hanc rationem signanter tradit Deci. in d. consi. clxxij. in vers.
⁊ hoc comprobatur ratione ⁊c.

¶ Ad secundũ vero respondetur, ꝙ illud procedit in his, qui
sponte decedunt intestati, vt patet in d. l. conficiuntur, ibi spon
te sua ⁊c. hoc autem non contingit in casu isto, nam dominus
Paulus nolebat intestatus decedere, sed testatus, ⁊ ideo fe-
cit testamentum eo modo, quo fecit, ⁊ voluntatem suam, ad
quem bona sua pertinerent maxime possessio ista Broyli de-

clarauit, que fuit vt ad istos agnatos sibi in gradu remotiores non venirent, vt supra dixi, & licet tale testamentum fuerit declaratum inualidum (quod forsitan potuisset de iure defendi) tamen iam nota fuit voluntas eius, quod isti agnati bona sua praesertim hanc possessionem Broyli non haberent, unde nõ potest dici, quod dominus Paulus sponte sua voluerit eis talia bona relinquere, & sic non procedit regula in contrarium allegata, & satis est in proposito, quod dominus Paulus non voluerit in tales agnatos forenses bona ista peruenire, quia eo posito, sequitur, quod illi non sunt, de quibus loquitur decretum, ut supra dictum fuit.

¶ Denium praetermittendum non est, quod si isti agnati cesserunt iura sua fisco (vt mihi narratur) talis cessio esset inutilis,
17 tum † quia facta potentiori iuxta l. f. & tradita ibi per Docto. C. de alien. iudic. mutan. cau. fact. & iuxta rubricam, & totum titulum. C. ne liceat potent. tum quia praedictis agnatis contra
18 ius † commune ius illud competeret propter respectum personarum, nam tunc tale ius cedi non potest, vt per Roman. consil. cccclxxxiiij hoc quod vicinus. cum aliis adductis per praedictum Excellentissimum dominum Traianum. super hoc tamen veluti super non necessario non puto insistendum, & ideo ad dicta per eum me remitto. Laus Deo.

¶ Socin. Nepos Bononiae. 1552.

CASVS.

CONSILII L.

DOMINVS Joannes de Toroglionibus nobilis de Anchona cum ex prima vxore haberet Franciscũ filium, & ex secunda Hieronymum, & Jacobum, praedictos tres filios heredes in suo testamento instituit equis portionibus, & eis substituit eorum filios, & descendentes ex illis, & postea fecit aliam substitutionem per infrascripta verba, Item voglio, & commando che in caso, che alcuni de miei figliuoli instituti, & sostituti, & descendenti morissero senza figliuoli maschi la sua portione pleno iure, & sine aliqua diminutione diuenga, & diuenir debba nelli miei heredi instituti, & sostituti ex linea masculina tantum equali portione, prout hec latius in testamento continentur.

¶ Mortuo testatore quilibet ex filiis institutis pro sua rata hereditatem adiuit, & tunc Hieronymus, & Jacobus erant minores.

¶ Decessit postea Jacobus intestatus.

¶ Deinde cum Franciscus, & Hieronymus aliquot annis in communione mansissent, venerunt tandem ad diuisionem bonorum paternorum, & omnia diuiserunt equaliter, vt sic quilibet dimidiam habuerit, vt ex ipsa diuisione constat, & Hieronymus eo tempore adhuc erat minor viginti quinque annis, & praesupponitur quod in praedicta diuisione non interuenit requisita solemnitas in contractibus minorũ per statuta Anchonitana.

¶ Nunc Hieronymus iam lapsis annis tresdecim, vel supra post praedictam diuisionem pretendens se enormiter lesum in diuisione, eo quod asserit se solum successisse Jacobo fratri eius vtrinque coniuncto praedefuncto, petit praedictam diuisionem rescindi, & reduci ad terminos iuris, vt sic ille habeat ex tribus partibus duas, & Franciscus habeat aliam tertiam partem.

¶ Sed ex aduerso Franciscus omnia praedicta negat dicens diuisionem recte factam fuisse, & retractandam non esse.

¶ Quibus sic stantibus queritur quid iuris?

¶ Et praesupponitur, quod in dicta ciuitate extat statutum sub rubr. de success. ab intest. in quo inter cetera sic legitur.

¶ Si vero decedens intestatus non habuerit patrem, vel auũ paternum tali ab intestato defuncto sine filiis, vel nepotibus, natis ex filiis masculis succedat frater, vel fratres vtrinque cõiuncti, vel ex latere patris tantum.

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De statuto vocante ad successionem intestati fratris, fratrem, vel fratres vtrinque coniunctos, vel ex latere patris tantum, vtrum scilicet vocet simul, an fratres vtrinque coniuncti praeferantur?

¶ De substitutione facta de suis heredibus institutis vtrum vocet simul omnes filios testatoris equaliter institutos, an vero mortui frater vtrinque coniunctus praeferatur?

¶ De trebellianica, quod liberis primi gradus prohiberi non possit.

¶ De diuisione facta a minore sine solemnitate requisita in cõtractibus minorum, & facta etiam per errorem iuris, vtrum noceat minori, & erranti, & an rescindi possit?

¶ Et quid si fuerit iuramento firmata?

¶ Et quid si vltra decem annos fuerint bona possessa secundum formam diuisionis, vtrum scilicet eo modo per maiorem videatur ratificata?

¶ Et vtrum rerum sic possessarum possit dici facta praescriptio longi temporis?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Frater utrinque coniunctus solus succedit fratri praemorienti.*
2 *Statuta alicuius loci omnino in illo loco sunt attendenda, etiam quod per ea derogaretur iuri communi, & etiam quod uiderentur aliqualiter dura, & inhumana, quia consistunt solum in uoluntate, & authoritate statuentium.*
3 *Disiunctiua quando ponitur inter personas honoratas solet resolui in coniunctam.*
4 *Disiunctiua quando ponitur inter personas, inter quas cadit ordinata affectio, seu mens disponentis importat, ut ordine successiuo uocentur tales personae.*
5 *Statuta semper recipiunt interpretationem a iure communi.*
6 *Statuti uerba non debent esse superflua, & nihil operari.*
7 *Ordo affectionis ostenditur ex ordine nominationis, & praelationis.*
8 *Pater si incurrat cum auo paterno solum uocatur pater, & post eum auus.*
9 *Testatoris uerba sunt intelligenda secundum quod ipse talia uerba solitus erat capere, maxime in eodem testamento.*
10 *Argumentum de testamento ad statuta ualet, & econtra, quia pari ambulant passu.*
11 *Statuti uerba recipiunt interpretationem, & declarationem per alia uerba eiusdem statuti, & saepe etiam per aliud statutum.*
12 *Mens testatoris in conditionibus primum locum obtinet.*
13 *Voluntatis quaestio non admittitur ubi uerba sunt clara.*
14 *Legitima filij in bonis patris dicitur tertia pars eorum quae ab intestato fuisset accepturus.*
15 *Legitima semper detrahi potest cum illi nullum onus imponi possit, nec etiam dilatio aliqua, unde in fideicommisso uniuersali non includitur.*
16 *Trebellianica dicitur quarta eorum, quae remanent detracta legitima.*
17 *Trebellianica non potest prohiberi nisi uerbis expressis.*
18 *Pater liberis primi gradus, & sic propriis filiis non potest prohibere detractionem trebellianicae.*
19 *Statuta qualibet in sua ciuitate seruanda sunt uti ius proprium ipsius.*
20 *Diuisio propter errorem debet rescindi, & reiici.*
21 *Error iuris non excusat quando tractatur de lucro captando.*
22 *Fratres non possunt contrauenire diuisioni inter se factae, & iuramento confirmatae, etiam non obstante minori aetate.*
23 *Iuramentum seruari debet si non uergat in dispendium salutis aeternae.*
24 *Diuisio facta inter fratres fit irretractabilis si minor diuidens factus maior aliquo modo, seu aliquo facto diuisionem ipsam ratam habuerit.*
25 *Diuisio aequiparatur emptioni, cum cuius titulo praescribitur spatio decem annorum inter praesentes.*
26 *Bona fides in dubio praesumitur si titulus adest.*
27 *Diuisio erronea non nocet etiam maioribus.*
28 *Haeres ex asse non potest pro parte adire quin dicatur ex toto in effectu adire.*
29 *Tractans de perdendo lucro haereditatis in sua persona radicato uidetur tractare de damno uitando non de lucro captando.*
30 *Ignorantia iuris excusat etiam in lucris quando talis ignorans erat minor.*
31 *Iuramentum nihil potest operari quando praestatur per eum qui per errorem contraxit, quia in errante non potest dici uoluntas, siue consensus. & num. 32. & 34.*
33 *Iuramentum uti accessorium nihil operatur ad augumentum obligationis, sed ab ea debet regulari.*
34 *Error siue facti, siue iuris, cum excludat consensum, excusat a mendacio, & periurio.*
35 *Declaratur l. fin. C. si maior fact. alien. sine decr. fact. rat. hab.*
36 *Fides mala impedit omnem praescriptionem, maxime in praescriptione longi temporis decem, uel uiginti annorum.*
37 *Ignorantia iuris dicitur impedire praescriptionem.*
38 *Ignorantia iuris neminem excusat in acquirendis.*
39 *Ignorantia iuris non praesumitur, nam quilibet praesumitur scire iura.*

CONSI-

CONSILIVM L.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie.

¶ Pro vera resolutione presentis consultationis plura veniunt discutienda. Et primo vtrum Jacobo itestato defuncto successerit solus Hieronymus frater vtrinq; coniunctus?

¶ Secundo posito, quod solus ille successerit videndum erit vtrum ipse vt heres Jacobi teneatur ad aliquid restituendum Francisco fratri eius consanguineo tantum vigore substitutionis, ⁊ fideicommissi, de qua in paterno testamento?

¶ Tertio posito, quod fideicommisso sit locus in fauorem dicti Francisci pro aliqua parte videndum erit vtrum ex ea potuerit detrahi legitima, ⁊ trebellianica ex persona dicti Jacobi?

¶ Quarto, ⁊ vltimo vtrum ad instantiam dicti Hieronymi rescindi possit predicta diuisio propter lesionem non obstante lapsu annorum tresdecim, ⁊ vltra, vel etiam debeat nulla declarari?

¶ Circa primum si ius commune inspicimus clarum est, ꝙ
1 solus Hieronymus frater † vtrinq; coniunctus successisset, vt est text. in authen. cessante. ⁊ in corpore vnde sumitur. C. de legitim. hered. ⁊ in authent. itaq;. ⁊ similiter in corpore vnde sumitur. C. communia de successiõn. ⁊ vtrobiq; tradunt Bar. ⁊
* communiter * alij. Paul. de Castr. in l. fin. C. de verb. signifi. Alexan. consil. v. consideratis omnibus. nu. 3. lib. vj. cum concordantibus, vt dixi in consi. xciiij. proponitur in facto. nu. 14. ⁊ in consil. cxxvj. in testamento egregij viri. nume. 4. j. volumi. sic itaq; Hieronymus habet de iure communi fundatam intentionem.

¶ Sed difficultas aliqua consistere videtur consideratis statu
2 tis ciuitatis Anchone, que † omnino in loco sunt attendenda, etiam quod per ea derogaretur iuri communi, iuxta l. omnes populi, ⁊ tradita ibi per Bartolum, ⁊ alios. ff. de iustit. ⁊ iure. ⁊ etiam quod viderentur aliqualiter dura, ⁊ inhumana, quia consistunt solum in voluntate, ⁊ authoritate statuentium, vt tradit Corne. in consil. xc. scrupulosa videtur. litera O. iij. volum. ⁊ dixi in consil. iij. decessit nouissime domina Susanna. numero 32. primo volumi. pro quo dicto est text. in l. prospexit. ff. qui, ⁊ a quibus.

¶ Et inter alia (pluribus dimissis) difficultas fit ex eo, quia
3 quando disiuncta † ponitur inter personas honoratas solet resolui in coniunctam. l. penult. ⁊ ibi Bartol. Bald. Salycet. ⁊ alij. C. de verborum significat. vnde cum statutum dicat, quod defuncto fratri sine filiis ⁊c. succedant fratres vtrinq; coniuncti, vel ex latere patris tantum dicitur poni disiunctiua illa, vel, inter personas honoratas per ipsum statutum, merito videtur, quod resoluatur in coniunctam, ⁊ sic perinde videtur, ac si dictum fuisset, succedant fratres vtrinq; coniuncti, ⁊ ex latere patris tantum, quo dato non est dubium, quod in casu nostro simul fuissent admissi Franciscus, ⁊ Hieronymus ad successionem Jacobi fratris, licet alter eorum esset vtrinq; coniunctus alter ex latere patris tantum.

¶ Augetur difficultas, quia non videtur dubium, quin statutum voluerit fauere agnationi, ⁊ sic ea ratione excludere feminas propter masculos, quo posito sequitur, quod vinculum cognationis, ⁊ sic ex latere matris non fuerit a statuto consideratum, sed habitum pro impertinenti, propter quod sequitur, ꝙ frater consanguineus tantum pariter cum vtrinq; coniũcto debet admitti, nam illud, ꝙ sit vtrinq; coniunctus, ⁊ sic habeat vltra alium vinculum maternum, non attenditur, sed tale vinculum dicitur impertinens, vt voluit Bal. ⁊ sequuntur Doct. in l. j. C. de legiti. hered. ⁊ firmat Roman. in consi. ccccxi. quatuor sunt, que refragantur. nu. 1. ⁊ 2. ⁊ ita ego aliquando consulendo firmaui.

¶ Videbatur itaq; ex his pariter succedere debuisse Jacobo instituto defuncto Franciscum fratrem eius consanguineũ tantum, ⁊ Hieronymum fratrem vtrinq; coniunctum, cum per vtrunq; pariter conseruetur agnatio.

¶ Veruntamen maturius, ⁊ internius mentem statuentium considerando predictis minime obstantibus contrarium puto verius, ⁊ concludo, quod immo predicto Jacobo intestato successit solus Hieronymus frater vtrinq; coniunctus etiã stante predicto statuto, prout ante me consuluerunt tres Excellentissimi Jurisconsulti, scilicet Bartholomeus Appogius, Joannes Ronchegallus, ⁊ vltimo clarissimus Catus omnes mihi vti fratres honorandi.

¶ Et fundamentum est secundum omnes, quia quando disiũ
4 ctiua † ponitur inter personas, inter quas cadit ordinata affectio, seu mens disponentis importat vt ordine successiuo vocentur tales persone iuxta ordinem litere, ⁊ secundum affectionem, ⁊ mentem disponentis. l. heredes mei. §. fin. ff. ad Trebel. ⁊ l. cum pater. §. penult. ff. de legat. ij. ⁊ vtrobiq; tradunt Doc
* cto. ⁊ traditur etiam cõmuniter * in l. penult. C. de verb. signi. vt ibi per modern. cum concord. vt per Deci. in consi. xcv. ⁊ p tenui facultate mea. ij. col. in princ. ⁊ per predictos do. supra cõsulentes. Sed in proposito cũ ordine scripture ꝯcurrit statuentium mens, seu affectio quedam, vt scilicet preponãtur fratres vtrinq; coniuncti, veluti duplici vinculo coniuncti, ⁊ qui alias de iure communi preferendi essent, vt supra dictum fuit, er
5 go ⁊c. attento, ꝙ semper statuta † recipiunt interpretationem a iure communi, iuxta l. ij. ⁊ tradita ibi per Docto. C. de noxa. cum aliis deductis supra per alios consulentes, ⁊ vt alias dixi in consil. xix. Antonius quondam Francisci de Planeriis. num. 8. ⁊ in consi. xcij. Andreas Todeschinus de Sarteano. nume. 10. j. volum. ⁊ in consil. v. eleganter, ⁊ multum subtiliter. nume. 4. ⁊ in consi. lxxv. quia coram doctissimo viro. nume. 4. ij. vol.

¶ Sunt ⁊ alia fundamenta pro ista opinione docte, ⁊ copiose deducta supra per alios consulentes, ad quos gratia breuitatis me refero.

¶ Et vltra eos ꝙ ita debeat tale statutum intelligi, ⁊ sic ꝙ velit fratres vtrinq; coniunctos aliis fratribus preferre inspecto, ⁊ considerato duplici vinculo. Considero, ꝙ paulo ante in statuto isto dicitur, si aliqua persona decesserit ab intestato, sine aliquibus descendentibus masculis superuiuentibus patre, vel matre, sine fratribus vtrinq; coniunctis, vel ex latere patris tantum, vel filiis fratrum ⁊c. succedant, vel succedere debeant pater, vel auus paternus ⁊c. immediate autem sequitur, si vero non habuerit patrem, vel auum paternum, tali sic decedenti succedat frater, vel fratres vtrinq; coniuncti, vel ex latere patris tantum ⁊c. Dico enim, quod videtur ex tali verborum ordine sumi mens statuentiũ, vt fratres vtrinq; coniuncti preferantur, ⁊ eis non extantibus ordine successiuo vocentur fratres ex latere patris tantum, naʒ si aliud statuentes voluissent, scilicet quod simul vocarentur, satis fuisset dicere, tali sic decedenti succedant fratres predicti, vel fratres per patrem coniuncti absq; eo, quod diceretur vtrinq; coniuncti, vel ex latere pa
6 tris tantum, ea enim † verba omnino fuissent superflua, ⁊ nihil operarentur contra regulam l. si quando. in princip. ff. de legat. primo. ⁊ capitu. si Papa. de priuileg. lib. vj. ob quam regulam dixit Bald. in rubrica. C. de contrahend. emptio. in ix. questio. quod nullum verbum debet dici positum sine virtute aliquid operandi, ad quam regulam vide concordantes per Decium in consi. cccclxiiij. viso eleganti consilio. nu. 2. ⁊ in consil. ccccciij. ex duobus consiliis. nu. 6. ⁊ ego dixi in simili in consil. cxvj. ingrediens religionem nobilis Petrus. nu. 55. j. vol. vnde ne talia verba sint ociose posita, omnino credi debet ꝙ prolata fuerint eo ordine, vt ostenderent prius vtrinq; coniunctos vocandos, sicut prius nominantur, solet enim dici, quod
7 † ordine nominationis, ostenditur ordo affectionis, ⁊ sic prelationis. l. qui soluendo. la ij. vbi Angel. Jmol. ⁊ alij not. ff. de heredib. instituend. ⁊ tradit Felyn. in c. cum dilecta. sub nu. 4. versicu. ⁊ dicunt Angel. ⁊ Jmol. de rescript. cum concordantibus, vt dixi in consil. lxxj. nobilis dominus Hieronymus. nume. 15. 16. 17. ⁊ 18. j. vol.

¶ Et predicta consideratio confirmatur ex his, que postea in dicto statuto sequuntur in versicu. quibus fratribus existentibus ⁊c. ⁊ infra etiam in versicu. predictis autem fratribus non existentibus ⁊c. nam in his locis volens statutum id, quod disponit esse quolibet ex dictis fratribus existente, vt in primo casu, vel vtroq; non existente, vt in secundo simpliciter de illis mentioneʒ fecit, non exprimendo vtrinq; coniunctis, vel ex patre tantum, quia scilicet talis differentia in his, que ibi disponuntur non est habenda, at in proposito nostro in dicto versi. si vero non habuerit patrem ⁊c. cuʒ predicta differentia de eis meminit, eos vocando, propter quod satis videtur clara mẽs statuti, ꝙ non simul vocentur, sed ordine successiuo, secundum quod supra dictum fuit.

Consi. d. Maria. Socin iiij. vol.

¶Et hoc etiam ⁊ tertio comprobatur, quia non est dubium,
8 ꝙ † quando extaret pater, ⁊ auus paternus solum vocaretur pater, ⁊ post eum auus, iuxta §. si igitur defunctus. cum §. seq. in authen. de hered. ab intestat. venien. ⁊ authen. defuncto. C. ad Senatusconsult. Tertyl. ⁊ tamen in predicto statuto in precedēti versiculo dicitur, quod succedant pater, vel auus paternus, vnde sicut ibi illa disiunctiua, vel, non vtrunqꝫ simul vocat, sed ordine successiuo, secundum iuris ordinem, ita ⁊ in dicto versi. si vero non habuerit patrem ⁊c. dicendum est de illis verbis, succedant fratres vtrinqꝫ coniuncti, vel ex latere patris tantum, vt scilicet etiam tunc dicantur ipsi vocati ordine successiuo, vt dictum est, sumpto argumento a consuetudine loquendi ipsorum statuentium, sicut in simili dicimus, de verbis testa
9 toris, vt scilicet † intelligantur, secundum ꝙ ipse talia verba solitus erat capere, maxime in eodem testamento iuxta doctrinā Bart. ab aliis approbatam in l. centurio. col. mihi ix. versi. vel quid si in precedentibus. ff. de vulgar. ⁊ pupill. ⁊ dixi in consil. clxxxvj. Magnificus dominus Lazarus. nu. 11. ij. vol. valet
10 † enim argumentum de testamento ad statuta, sicut etiā econtra, cum pari passu dicantur ambulare Bald. post Nico. in l. penult. C. de verb. signi. glo. Bart. ⁊ alij in l. j. C. de his, quib. vt indign. ⁊ in l. omnium. C. de testam. ⁊ tradit Roma. in consil. cxxiij. circa primum dubium. post prin. cum concordantib. vt per Ias. in l. seruo legato. §. si testamento. nu. 10. 11. ⁊ 12. ff. de legat. j. ⁊ per Curt. Senior. in consil. xxvij. Magnificus vir dominus Augustinus. v. ⁊ vj. col. versicu. verum istis non obstantibus. dicendū itaqꝫ est ex predictis considerationibus statutum, de quo agimus (posito ꝙ de se in d. versi. si vero non habuerit aliis verbis statuti non consideratis posset dici dubium) debere tamen ex aliis verbis, vt supra ponderatis declarari, ⁊ intelligi, vt predicti fratres vtrinqꝫ coniuncti prius dicantur vocat, ⁊ deinde alij ordine successiuo, etenim clarum est
11 in iure verba † statuti recipere interpretationem, ⁊ declarationem per alia verba eiusdem statuti, ⁊ sepe etiam per aliud statutum, vt voluit Bart. in l. omnes populi. in ij. quest. vj. quest. princ. ff. de iusti. ⁊ iur. ⁊ in l. pretor ait. la ij. §. eritqꝫ hec differentia. ff. vi bon. rapt. Petr. de Ancha. in consi. ccccxiiij. viso puncto. col. fin. ⁊ patruus, ⁊ dominus meus Soci. in consil. ccxlij. circa primum. iiij. col. ij. vol. cum concord. vt dixi in consi. j. factum tale proponitur. nu. 42. in cōsi. x. casus super quo petitur consilium. nu. 6. ⁊ in consil. xxix. Antonius quondam Frācisci de Planeriis. nu. 6. j. vol. ⁊ alibi sepe.

¶Et stantibus predictis facile colligi potest responsio ad allegata in contrarium, nam ad primū responsio est, ꝙ regula d. l. pen. in contrarium allegate non procedit, quando disiunctiua ponitur inter personas, inter quas cadit ordinata affectio disponentis, vt ibi per Doct. ⁊ ponit Ias. ibi in iij. limitat. per iura supra pro ista parte allegata, prout etiā supra per alios consulentes responsum fuit, per quos, ⁊ etiam aliis modis respondetur, ad quos gratia breuitatis me refero.

¶Et vltra eos pro responsione considerandum est, ꝙ aliquādo disiunctiua ponitur inter personas honoratas simpliciter nihilo expresso, ex quo possit argui inter tales personas precedentia in mēte disponentis, puta lego Titio, vel Sempronio, ⁊ tunc simul ad legatum vocabuntur, ⁊ sic disiunctiua resoluetur in coniunctam, prout in argumento in contrarium facto dicitur, sed iste non est casus noster.

¶Aliquando vero disiunctiua non sic simpliciter ponitur, sed aliquid exprimitur, ex quo mens contraria disponentis percipi potest, ⁊ tunc non resoluitur in coniunctam, sed stabit secundum suam naturam, vt scilicet vna dictarum personarum vocetur secundum verosimilē voluntatem disponentis, ⁊ ita proprie est casus noster, nā in disiunctiua ponitur, seu exprimitur qualitas illa, vtrinqꝫ coniuncti, vel patre tantū, propter quod colligitur mens statuentium fuisse, vt vtrinqꝫ coniuncti preferātur, secundum quod supra dictum fuit, ⁊ hoc si bene considere tur tollit omnem difficultatem ex d. l. pen. prouenientem.

¶Non obstat modo secundum de doctrina Baldi in d. l. j. C. de legiti. hered. quoniam respondetur, vt supra per vltimū consulentem, seu subscribentem, qui solus hoc tangit, quod illa doctrina non est secura, cum contra eam teneat Anchara. in c. canonum statuta. in xiiij. questione principali. in versicu. occurrunt alie questiones. de constitution. mihi est colum. lxxij. versic. per predicta non puto quedam ⁊c. vt refert, ⁊ sequitur patruus, ⁊ dominus meus Marianus Socinus in consilio cclij. visis instrumentis. colum. xiij. versic. secundo ego respondeo. ij. volu. cum concordantibus multis adductis supra per vltimum subscribentem.

¶Sed vltra eum (posito ꝙ opinio Bal. stare possit in suis terminis) responderi potest, ꝙ illa procedere posset quando totaliter vinculum maternum fuisset reiectum, ⁊ omnino reputatū impertinens, quod non est in statuto, de quo agimus, cum in eo aliquando admittantur cognati, vt ipsa mater, ⁊ etiam fratres, vel sorores ex latere matris, vt inferius in eo statuto legitur, quinimmo ex considerationibus supra factis constare videtur, ꝙ statutum voluit vtrinqꝫ coniunctos preferre consanguineis tantum, etiam ꝙ quilibet eorum sit preferendus vti agnatus fratribus vterinis tantum. Et hanc opinionem audacius in casu isto ego amplector, quia in simili statuto Ferrariēsi ita firmauit Ruyn. in consi. xxviij. viso statuto inclyte ciuitatis Ferrarie. nu. 5. ⁊ 12. ⁊ per totum. iij. vol.

¶Circa secundum dubium, ⁊ si multa dici possent, quod non esset locus fideicommisso in fauorem Francisci, eo quod verba testamenti possunt intelligi, quod ex fideicommisso idem Hieronymus solus dicatur vocatus vti vtrinqꝫ coniunctus, ⁊ de iure communi, ac etiam municipali preferendus, vt per aliquos ex predictis consulentibus concluditur, tamen hoc pro nunc non disputando, ⁊ ad veram iuris decisionem me remittendo, posito ꝙ ex fideicommisso vigore testamenti paterni vterqꝫ istorum fratrū vocetur, prout voluit primus dominus consulens in sua tertia difficultate, vna cum eo concludo predicto Francisco deberi dimidiam partem bonorum testatoris predicti, que pertinuerunt ad dictum Iacobum fratrem eius predefunctum, vt sic vterqꝫ frater superstes dicatur per fideicōmissum vocatus post mortē Iacobi, tum quia in vtrunqꝫ erat
12 eadem testatoris affectio, cū agamus de ipsius voluntate † interpretanda, iuxta l. in conditionibus primum locum. ff. de cōdit. ⁊ demonstrat. ⁊ l. fin. C. de liber. preter. ⁊ l. cum virum. C. de fideicommiss. ⁊ in proposito in fideicommissis (prout de eis agitur in casu isto) est bonus text. ⁊ ibi ego notaui in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. ⁊ in simili hanc opinionē firmat Bar. in l. Lucius. in pen. q. ff. de vulgar. ⁊ pupill. cum concordantibus, vt ibi per Ias. ⁊ per Alex. in consil. xxx. viso testamēto Albertini. nu. 5. lib. ij. tum etiam quia verba testatoris videntur ad hoc satis clara cum in substitutione, de qua agitur testator dixerit ꝙ volebat, ꝙ portio decedentis sine filiis masculis deueniat ad suos heredes institutos ⁊c. que verba pariter vocant ambos, cum ambo simul cum dicto Iacobo fuerint instituti, ⁊ si solus Hieronymus vocaretur verba testamenti offen
13 derentur, ⁊ † cuꝫ iudicio meo verba sint satis clara nō videtur facienda alia questio voluntatis. l. ille, aut ille. §. cuꝫ in verbis. ff. de leg. iij. ⁊ ad hoc non parum facit. l. fin. ff. ad Trebel. cum his, que tradunt ibi Bar. ⁊ alij, ⁊ ita per hec volo esse expeditū secundum dubium.

¶Circa tertium vero breuiter insistendo dico, ⁊ concludo, ꝙ ex parte dimidia debita ipsi Francisco Hieronymus vti heres Iacobi fratris vtrinqꝫ coniuncti ab intestato defuncti ex persona dicti Iacobi poterit detrahere primo loco legitimā ipsi Ia
14 cobo debitam in bonis patris, que † dicitur tertia eorū, que ab intestato fuisset accepturus cum essent tres filij, iuxta auth. nouissima. ⁊ in corpo. vnde sumi. C. de inoffic. testa. vnde si exempli gratia dimidia pars debita dicto Francisco ex causa fideicommissi esset in trecentis, Hieronymus pro legitima sui fra
15 tris defuncti retinebit centum, etenim indubitatum est, † legitimam semper detrahi posse, cum illi nullū onus imponi possit, nec etiam dilatio aliqua. l. quoniā in prioribus. C. de inoffic. testamen. cum similibus. dixit Corn. in consil. xxij. in hac cōsultatione. litera E. la seconda. ij. vol. ⁊ dominus meus Soci. in consi. xcvij. presens consultatio. iij. col. iij. vol. cum infinitis concordantibus, qui ad hoc allegari possent, vnde dicimus, ꝙ in fideicōmisso vniuersali nō includitur legitima, vt per Ang. in consi. cclxxxvj. pro clariori decisione. ⁊ dixi in cons. lxxij. Gratiadeus de Caluagnis. nu. 63. j. vol. ⁊ quia de hoc nullus dubitat super eo vlterius non insistam.

¶Secundo loco dico, ꝙ poterit detrahere etiam trebelliani
16 cam, † que erit in exemplo supra posito quarta trecentorum, que remanent detracta legitima, ⁊ sic 50. ⁊ ita omnibus bene cōputatis pro legitima prius, ⁊ deinde pro Trebellianica detrahet dimidiam illius dimidie, ⁊ ita ex trecentis, vt in exemplo predicto detrahet centum quinquaginta.

¶Et si

¶Et si dicatur, quod trebellianica videatur prohibita per testatorem, quando dixit, pleno iure, & sine aliqua diminutione &c. Respondetur, & primo dici posset ex predictis verbis
17 non induci prohibitionem trebellianice, cum illa † fieri debeat expressis verbis, vt videtur probari in §. si vero expressim. in authent. de hered. & falcid. & in authen. sed cum testator. ibi. expressim vetuit. C. ad legem Falcidiam. & alias dixi in consilio clxx. Excellentissimus iuris vtriusque Doctor dominus Antonius de veritate. nu. 25. ij. vol. super hoc tamen non insisto, quia plerique contrarium tenent, & de quo est videndum per Doct. in d. auth. sed cum testator. & alibi sepe.

¶Sed secundo respondetur, quod in casu isto etiam si fuisset facta prohibitio trebellianice expressis verbis non esset attendenda, cum predictus Iacobus esset filius testatoris, & alias
* vera, equissima, & magis communis opinio * est, quod liberis
18 † primi gradus, & sic propriis filiis pater non potest prohibere detractionem trebellianice per l. iubemus. & ibi tradunt Bald. Salycet. & alij plures. C. ad Trebellianum. & ita ego multis rationibus deduxi, & latissime demonstraui in consil. cxxxi. nobilis vir Nicola de Raimundis. per totum. j. volum. & ibi. nume. 58. allegaui plurimos Doctores maxime authoritatis ita tenentes vsque ad xx. vltra quosdam alios, qui generaliter tenuerunt nemini posse prohiberi trebellianicam, & licet non desint, qui contrarium voluerint, tamen non tot sunt numero, nec forte tante authoritatis sicut illi viginti, & sic ex illis tantum firmari potest, quod ista dicatur magis communis opinio, & indubitanter hoc dici debet, quia vltra ibi allegatos alios plures reperio eandem opinionem firmantes, nam secundum hanc opinionem consuluit Ias. in consil. xcix. dominus Ludouicus. nume. 2. & in consil. cxlvj. presupposito fine veri preiudicio. nume. 6. iiij. volu. eandem opinionem firmauit Beltran. in consil. ccc. supposito testamento. nume. 6. ij. volu. ex primis Carol. Ruyn. in consil. clxiij. de duobus principaliter. nu. 14. 15. & 16. ij. volu. & in consil. xxj. circa casum, de quo queritur. nume. 8. & 9. & in consil. cxxxv. viso themate. nume. 5. 6. & 7. iij. volum. sic etiam firmat Curt. Iun. in consi. lxx. tota vis cause. num. 16. si tamen est Curtij. Et ibi dicitur, quod ista est communis opinio. Idem concludit Paris. olim in Patauino gymnasio collega meus honorandus in consil. j. presens legitimatio. num. 19. ij. volu. vbi etiam dicit, quod ista est communis opinio, qui idem dixit, & firmauit in quadam subscriptione ad predictum consilium meum cxxxj. incipien. ad corroborationem. in principio. & est impressa statim post dictum consilium meum, eandem opinionem ponit, & dicit esse communem Ludouic. Gozadin. in consil. ciiij. testator instituit quatuor eius filios. nu. 25. Idem facit Ioan. Anto. Rubeus in consi. 100. viso testamento Ludouici. in fine. & in consilio cxliij. subtiliter adeo scriptum est. nu. 6. Et alios fortasse studiosus reperiet, cum igitur saltem hodie ista sit communis opinio, vltra quod vera est in iure, & equissima, vt dixi in d. consil. cxxxj. non est ab ea recedendum, & ego pluries eam sum sequutus maxime in consil. cxxxvij. ser Dulcibonus de Archo. nu. 7. j. vol. & in consil. xxviij. spectabilis dominus Iacobus. nu. 2. ij. vol. & alibi sepe. Et ex his sit expeditum tertium dubium.

¶Circa quartum, & vltimum adeo plene, & subtiliter scriptum fuit per primum consulentem, & per alios Doctores subscribentes, maxime per Excellentissimum Datum, qui vltimo loco subscripsit, vt nihil prorsus intactum relictum fuerit, cum pro fundanda ipsorum conclusione, tum pro refellendis contrariis, vnde cum nullus sit amplius additioni locus, mihi de subscriptione requisito satis videretur eorum conclusionem simpliciter approbare, vt tamen consultanti morem geram, aliqua quam breuissime subijciam ad clariorem veritatis demonstrationem.

¶Et in primis dico, quod predicta diuisio in aliquo non preiudicat predicto Hieronymo, eo quod nulla, & inualida fuit ipso iure, quia cum ipse esset tempore diuisionis predicte minor vigintiquinque annis, in ea sicut in ceteris contractibus minorum erat obseruanda certa solemnitas per statuta Anconitana requisita sub rubr. xlij. & vbi non seruetur ibi expresse dicitur contractum quemlibet minoris ipso iure esse nullum, sed in dicta diuisione solemnitas illa non fuit seruata, vt presupponitur, ergo &c. Et hoc fundamentum (ni fallor) est clarissimum,
19 & solum sufficeret ad victoriam, cum indubitatum sit † statuta quelibet in sua ciuitate seruanda esse, vti ius proprium ipsius l. omnes populi. & ibi Bartol. & alij. ff. de iustitia, & iure. cum similibus.

¶Sed vltra hoc etiam dico secundo loco, quod predicta diuisio debet in fauorem domini Hieronymi rescindi, cum fuerit facta extraiudicialiter, & per errorem, credidit enim predictus Hieronymus minor, quod Iacobo fratri predefuncto simul cum eo successisset etiam Franciscus frater consanguineus tantum (quod tamen falsum erat, vt dictum fuit supra in prima questione) & ideo inter eos diuisio facta fuit equis portionibus. &
20 † propter talem errorem rescindi, & reiici debeat dicta diuisio est text. in l. cum putarem. in fin. ff. famil. herciscund. & in l. post diuisionem. C. de iur. & fact. ignoran. & vtrobique tradunt Doctores, que iura loquuntur etiam si per errorem deceptus fuisset maior, & sic in fortioribus terminis, & est de hoc singularis, & notissima doctrina Pauli de Castro in l. final. §. idem quesiit. versicu. & consului semel. ff. de condictio. indebit. cum concordantibus multis deductis supra per alios, & ego ita dixi in consil. xlviij. Antonius Cardini. nume. 43. & in consil. cxxviij. presentis consultationis materia. nu. 121. j. vol. & vltra predicta idem firmat Ruy. in consil. clxvij. viso testamento do. Valerij. nu. 13. & 19. ij. vol.

¶Sed aduertendum est, quia contra predictum Hieronymum, & pro conseruatione iam facte diuisionis dimissis aliis tria videntur vrgere.

¶Et primo, quia ipse Hieronymus dicitur fuisse in errore
21 non facti, sed iuris, † qui error non solet aliquem excusare, quando agitur de lucro captando (licet aliter sit, si agatur de damno vitando) l. error. ff. de iur. & fact. ignoran. & l. iij. C. eodem titu. cum similibus, sed iste Hieronymus tractare videtur de lucro, cum non videatur per eum adita hereditas fratri suo consanguineo tantum, ideo videtur quod per predictum iuris errorem iuuari non possit, ad tradita per Crauettam in consilio clxxxviij. Magnificus Senatus Taurini. nu. 10. versi. quod sane Baldi dictum.

22 ¶Secundo, quia in dicta † diuisione isti fratres eam iuramento confirmarunt, iurantes se non contrauenturos, propter quod videtur, quod nullus illorum possit contrauenire, etiam non obstante minori etate, iuxta authen. sacramenta puberum. & tradita ibi per Bartol. & alios communiter * C. si aduers. vendit.
23 est enim regula, quod † iuramentum seruari debet, si non vergit in dispendium salutis eterne, cap. cum contingat. extra de iure. iurand. & c. quamuis. de pact. lib. vj. cum similibus. vt dixi in consil. lxv. Illustrissimus Hermannus. nume. 46. j. volu. & in consil. lxxix. dominus Andreas Gandulphus. nu. 15. ij. vol. & alibi sepe.

¶Tertio, quia predicti fratres post factam diuisionem bona cuilibet concessa tenuerunt, & possederunt pacifice, & quiete per annos tresdecim, & vltra, vt in puncto presupponitur, ex quibus annis tresdecim, & vltra plures concurrerent post maiorem etatem dicti Hieronymi, ex hoc enim videntur posse inferri duo, vel tria.

24 ¶Primo, quod verosimiliter ipse Hieronymus factus † maior aliquo modo, saltem aliquo facto ratam habuerit diuisionem ipsam, argumen. l. Paulus respondit. ff. rem ratam haber. quo stante diuisio dicitur facta irretractabilis. l. j. iuncta glo. in verb. ratam. C. si maior fact. rat. habuer. ita quidem vt ex tali cursu temporis videatur de nouo, & iuridice facta diuisio, vt videtur firmare Bald. in consil. cclxxxij. proponitur, quod minor. ij. volum.

¶Secundo, quod licet diuisio predicta caruerit solemnitatibus in ea requisitis, tamen videtur firma esse ex eo, quod post maiorem etatem dicti Hieronymi debuerunt cucurrisse quinque anni, & vltra, in quibus nihil contra predictam diuisionem dictum fuit, prout hoc videtur determinari in l. fin. C. si maior fact. alien. sin. decre. fact. rat. habuer. & licet ille textus loquatur quando contractus erat inualidus ex defectu decreti, prout etiam loquitur rubrica, tamen ex identitate rationis videtur intelligendus etiam si ex alio defectu contractus inualidus sit, vt videtur velle Corne. in consil. xxxvj. in hac consultatione videtur. litera G. ij. vol.

¶Tertio, quod dictus Franciscus sit tutus prescriptione decem
25 annorum cum simus inter presentes, adest enim titulus † diuisionis, que equiparatur emptioni. l. j. C. comu. vtr. iudi. qui titulus dicitur sufficiens ad prescriptionem, vt tradit Alex. in consil. xxiiij. ponderatis his, que in themate. nu. 20. lib. v. & habetur

per Balb. in tracta. de prescript. in j. part. iij. part. principa. in iiij. quest. vbi alios allegat, videtur etiam quod adsit bona fides, quia dictus Franciscus credidit se pariter successisse vna cum dicto Hieronymo, Jacobo fratri predefuncto. Et in du-
26 bio † bona fides presumitur, si titulus adest. l. penult. & ibi Docto. C. de euiction. & tradit predictus Balb. in repetitio. l. Celsus. in iij. part. nu. 77. & dixit etiam in dicto tracta. de prescrip. in ij. part. iij. partis principalis. in materia bone fidei. nume. 7. in fine. & ista videntur primo aspectu multum vigere contra Hieronymum &c.

¶ Sed tamen eis non obstantibus maturius omnia considerando, & veras iuris decisiones amplectendo puto verissimam conclusionem supra positam, vt scilicet diuisio predicta etiam cum lapsu temporis, de quo supra, non preiudicet ipsi Hieronymo, quin ius suum consequi possit per ea, que supra p alios,
27 & per me dicta fuerunt, & quod † diuisio erronea non noceat etiam maioribus firmat Bald. in consil. ccclxxxvj. proponitur, quod frater. j. vol. per totum. patruus, & dominus meus Socin. in consil. xxv. prosequendo ordinem. nu. 3. cum multis seq. iiij. volu. vbi in casu suo ponit plures pulchras, & subtiles rationes, quarum plures seruirent etiam in casu nostro, vt bene consideranti patebit, quod gratia breuitatis aliter non prosequor, Idem etiam voluit Deci. in consi. ccccviij. in presenti consultatione. fere per totum, & Crauet. in preallegato consi. clxxxviij. nu. 10. & in consil. xxvj. de duobus videndum est, in fin. cum aliis, qui supra per alios allegantur.

¶ Nec obstant allegata in contrarium, quoniam ad primum respondetur, quod immo in casu nostro iste Hieronymus dicitur tractare de damno vitando, quia lucrum hereditatis dicitur in eo radicatum, & ita videntur Doctores nostri intelligere, vt Bald. in d. consil. ccclxxxvj. Paul. de Castr. in d. §. idem quesiit, & Deci. in d. consil. ccccviij. & ita ad hoc argumentum respondit Excellentissimus Catus, qui secundo loco subscripsit sed ex hoc non videtur tolli difficultas, quia si non sit adita hereditas, vt in argumento dicebatur, non potest dici ius, seu lucrum illud radicatũ in persona dicti Hieronymi, ita vt videatur tractare de damno vitando, quare tenendo dictam responsionem dico, quod immo hereditas dicitur adita saltem iuris presumptione, nam negari non potest, quod adierit pro dimidia, pro qua tantum credidit se heredem (licet in eo errauerit) quo stante dico, quod in proposito iuris presumptione idem dici debet respectu alterius dimidie, nam si sciuisset se in totum heredem fratris, sicut adiuit dimidiam, pro qua se tantum heredem credidit, ita verosimiliter adiuisset, & multo magis totam, vnde debet haberi pro adita, vt probatur in l. si ex asse. ff. de acquirẽ. heredita. & est glo. & ibi tradunt Docto. in l. j. eodem tit. & procederet hoc etiam si ipse sciret se heredem ex asse, & solum pro parte adiret, seu pro herede se gereret, vt in locis predictis, fortius ergo id erit in casu nostro, in quo per errorem tantum par-
28 tem adiuit, & ratio sit, quia † heres ex asse non potest pro parte adire, quin dicatur ex toto in effectu adire. l. j. & ij. & ibi Barto. & alij tradunt, & in dicta l. si ex asse. ff. de acquirend. hereditat. ad quod optime facit. l. si quis mihi bona. §. sed si mandauit. versicu. quod si ex parte. in eodem titu. nam sicut ibi iussus patris, vt ex parte adeatur hereditas, perinde est, ac si ex asse factus esset, ita in casu nostro aditio quam Hieronymus fecit ex parte perinde esse debet, ac si ex asse facta esset, quo stante sequitur, quod saltem iuris dispositione lucrum totius hereditatis Jacobi fratris predefuncti erat in persona eius radicatum, vt sic
29 de eo perdẽdo† tractans videatur tractare de damno vitando
* & non de lucro captando, vt est glo. communiter * recepta. in verb. per in integrum restitutionem. in l. j. §. quis propter. ff. de itiner. actuq; priuat. cum concordantibus, vt per Alexand. in consi. clxiiij. presuppono primo. ij. col. lib. v. & dixi in consil. lxxviij. in locatione de qua agitur. nu. 23. ij. volu. & sic totaliter tollitur argumentum.
30 ¶ Cui etiam secundo responderi posset, quod † iuris ignorantia excusat etiam in lucris, quando talis ignorans erat minor, vt est textus in l. regula. post principium. ibi, eo ante premisso, & ibi tradunt Doctores maxime Salycet. ff. de iuris, & fact. ignorant. super eo tamen vlterius non insistam, quia precedens responsio est verissima, & tollit omnem difficultatẽ.

¶ Non obstat secundum consistens in virtute iuramenti, quoniam licet plura dici possent, seu pluribus modis responderi possit, vt supra per do. consultorem, & alios subscribentes plene, & iuridice deductum fuit, ad quos me refero.

¶ Tamen aliis dimissis vltra eos illa etiã videtur clarissima, & indubitata responsio, per quam etiam apertissime tollitur
31 omnis difficultas, quia scilicet † iuramentum nihil potest operari, quando prestatur per eum, qui per errorem contraxit. Etenim in errante non potest dici voluntas, siue consensus. l. cum testamentum. in fin. C. de iur. & fact. ignorant. & ibi not. Docto. immo nihil est tam contrarium consensui, quam error. l. si per errorem. & ibi per Doctores. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. & l. nihil consensui. §. fin. ff. de regul. iur. cum concordantibus. de quibus ibi per glo. & Deci. & procedit hec regula siue sit error facti, siue iuris, vt per Jasonem in d. l. si per errorem. ij. colum. versicu. tertio amplia. & dicit Deci. in d. §. fin. quod hec regula nullam habet limitationem, quod etiam ibidem dicit Hierony. Cagnol. & tali sic erranti subueniendum est, vt per Baldum in l. qui testamento. ij. colum. in principio. versicu. in text. errare. ff. de excusatio. tut. quem refert, & sequitur Mayner. in dicto. §. fin. ij. colum. Dico igitur, quod cum iuramentum confirmatorium fuerit prestitum per Hieronymum eo modo diuidentem per errorem dicitur carere consensu, ex quo in ipsa diuisione propter errorem deerat consensus, vt dixi, quia iuramentum vti accessorium ad predictam diuisionem dicitur habere eundem defectum, scilicet consensus, prout in diuisione defuit, pulchra est doctrina recolende memorie domini Mariani Socini aui mei in consi. xl. ex actis gestis. mihi colum. v. versicu. secundo respondetur. j. volu. qui paulo ante
32 dixerat, etiam quod † iuramentum prestitum per errorem nihil operatur, eo quod iuramentum inter alia debet habere iudicium. c. & si Christus. de iureiuran. cum similibus. quod non potest in errante considerari, vt per eum, quem refert, & sequit Ruy. in consil. cxc. in primis est videndum. nu. 14. j. volu. hinc dixit Bald. in c. j. §. item sacramenta. in tit. de pac. tenen. inter subdit. & iuramen. firman. quod propter errorem omnia iuramẽta sunt inualida, cum error effectum iuramenti impediat, quod non potest esse aliunde, quam ex eo defectu consensus, qui in errante non reperitur, sic igitur iuramentum ratione erroris potest sperni, vt inquit Bald. in l. fin. ff. qui satisda. cogantur.
33 Et omnia hec procedunt, quia † iuramentum vti accessorium nihil operatur ad augumentum obligationis, sed ab ea debet regulari. l. fin. C. de non nume. pecun. cum similibus. & voluit Bartol. in l. si quis pro eo. in octauo membro. versicu. predicta que dixi. ff. de fideius. prout hec omnia refert, & sequitur Ruy. in consi. cxxxiij. quo ad primum dubium. nu. 10. j. vol. vb etiã post Bal. & alios per eum allegatos determinat, quod tali casu nõ est opus petere absolutionem a tali iuramento solũ ex defectu consensus, vt per eum.
34 ¶ Et † quod iuramentum non impediat erroneam diuisionem rescindi facit quod de erronea assertione iurata dixit Bal. in l. error. col. penult. C. de iur. & fact. igno. cum concordantib. vt dixi in cons. iij. nobilis iuuenis dominus Odericus. nu. 19. ij. vol. facit etiam quia cum error predictus iam appareat, cum constet rem aliter se habere non debet nocere dicto Hieronymo, etenim error siue facti, siue iuris cum excludat consensum excusat a mendacio, & periurio, vt signanter inquit Aegid. de Bellamer. in c. at si clerici. nume. 13. & 14. extra de iudic. concluditur itaq; diuisionem predictam vti erroneã rescindendam esse non obstante iuramento.

¶ Non obstat modo tertium, & vltimum fundatum in longo cursu temporis decursi post diuisionem, & consequenter in longa possessione dicti Francisci iuxta formam, & ordinem diuisionis, quod tribus modis fuit consideratum in contrarium, quoniam respondetur vt infra.

¶ Et quantum ad primum modum, quo videbatur facere in contrarium responsio facilis est, quia primo negatur quod Hieronymus factus maior aliquid fecerit, propter quod dicatur diuisionem factam ratificasse, nec contrarium probari potest, & licet diu possederint dicti fratres bona, vt per eos diuisa fuerunt, ex hoc tamen non sequitur ratificatio, nec loquitur ille titulus in contrarium allegatus, sed alius titulus si maior factus in secundo modo allegatus, prout ibi declarat Saly.

¶ Secundum etiam dici potest, quod illa l. j. procedit solum quando diuisio poterat rescindi tanq; facta a minore per in integrũ restitutionẽ, vt ibi pensate declarat Pau. de Cast. Sed in casu nostro diuisio rescinderetur etiã si a maiore fuisset facta per errorẽ, qui in ipsa fuit, de quo supra, & cõsequenter ppter defectũ consensus,

consensus, vt iam dictum est, ⁊ certe vt in casu isto diuisio conseruaretur, opus fuisset, ꝙ fuisset ratificata postquam Hieronymus nouisset errorem suum, tunc enim cessaret causa innaliditatis, seu propter quam potest, ⁊ debet rescindi, sicut ibi ratificatio fieri debet in maiori etate, vt sic cesset beneficium minori etati concessum, ⁊c.

¶ Nec quicquam obstat allegatum consi. Bald. cclxxxij. ij. volu. quia ipse loquitur quando contra diuisionem poterat allegari minor etas cum defectu authoritatis curatoris, ⁊ non interuenerat eo casu aliquis error, ⁊ ideo nimirum si per cursuȝ xv. annorum post maiorem etatem, quibus bona fuerunt pro diuiso possessa dicitur confirmata diuisio, vel saltem inducitur presumptio diuisionis tacite facte inter fratres. per l. pen. ⁊ gl. ibi communiter * receptam. C. communi diuidun. prout ipse Bald. ibi declarat, ⁊ vltra etiam opinio glo. in d. l. pen. prout ibi declarant Docto. procedit, quando diuisio inter fratres erat equis portionibus facta, seu pro equis portionibus bona fuerunt per longum tempus pro diuiso possessa, vt tradit Nicol. Boer. in decisio. lviij. an vnus, vel duo ex coheredibus. nume. 3. at in casu nostro primo interuenit error, ⁊ consequenter defuit consensus vt dictum est, deinde post maiorem etateȝ nō decurrit longum tempus, qꝛ scilicet non fuerunt lapsi decē anni (vt credo) tametsi super hoc nō sit insistendum, cum satis sit defecisse consensum propter errorem prenarratum.

¶ Et vltra etiam bona non fuerunt pro equis, idest iustis partibus possessa, attento ꝙ Franciscus plus sua debita portione possedit totum id quod Hieronymus retinere debebat pro legitima, ⁊ trebellianica ex persona Jacobi fratris eius, cui solus heres fuit, prout supra dictum fuit, ⁊c.

35 ¶ Ad secundum modum, ⁊ sic ad l. fi. † C. si maior fact. alien. sin. decr. fact. rat. habuer. multis modis, ⁊ iuridice responsum fuit, ⁊ tollitur omnis difficultas per responsionem, quam vltimo loco tradit excellentissimus Catus vt scilicet dicamus dictam l. fina. ⁊ dicta in argumento procedere quando actus fuit gestus a minore sine debitis solemnitatibus, etiam alijs, quam sit decretum presidis, vt intelligit Corn. in consi. xxxvj. in hac consultatione prope fin. in litera G. ij. vol. nam tūc verum est, ꝙ per lapsum quinquennij post maiorem etatē censetur actus ille puta venditio ratificata, ⁊ cōfirmata, sed quādo actus fuisset nullus aliqua ratione preter defectum solemnitatum, etiā si a maiore factus fuisset non procedit d. l. fi. sed semper actus poterit retractari, etiam lapso dicto quinquennio, si aliud nō impediat, vt tradunt Bar. Bal. Saly. ⁊ alij per illum text. in l. j. in eod. tit. Sed in casu nostro diuisio etiaȝ si a maioribus facta fuisset, ⁊ cum omnibus solemnitatibus veluti erronea, ⁊ carēs consensu posset retractari vt ex supra deductis constat, merito sumus extra terminos, ⁊ decisioneȝ predicte. l. fin. ⁊c.

¶ Demum non obstat tertius modus deducendi, quod tertio loco principaliter considerabatur in contrarium, qui fundatur in prescriptione in fauorem dicti Francisci, quoniam respōdetur, ⁊ quidem de plano, nam aut Franciscus sciebat se non successisse Jacobo fratri predefuncto (prout de iure non successit) aut credebat se illi pariter successisse cum Hieronymo fratre primo casu non potest aliquo modo allegare prescriptionē de qua in argumento, quia posito, ꝙ adesset titulus diuisionis deerat tamen bona fides, nam si sciebat se non successisse, ⁊ sic hereditatem Jacobi fratris pertinuisse solum ad Hieronymū fratrem vtrinqȝ coniunctum suscipiendo in diuisione plusquā ad se spectaret dicitur fuisse in mala fide propter quod sequi-
36 tur, quod non potest dici prescripsisse. cum mala † fides impediat omnem prescriptionem. c. vigilanti. ⁊ c. fina. ⁊ ibi per Canon. de prescript. ⁊ c. ij. de regu. iur. lib. vj. ⁊ tradunt Bart. ⁊ alij maxime Balb. in d. l. Celsus. ff. de vsucap. cum concordantibus vt dixi in consi. lxix. castrum quodam Biscine. nu. 44. j. vol. ⁊ in consi. xiij. Petrus Mattheus de Sauorinis. nu. 17. ⁊ 18. ij. vol. ⁊ absqȝ dubio procedit hoc in prescriptione longi temporis x. vel xx. annorum (de qua nunc agitur.) l. si fraude. C. de prescript. long. tempor. ⁊ tradunt Bald. ⁊ Ang. in l. super longi. C. eod. titu. ⁊ quia hoc est clarum, ⁊ indubitatū non insistam vlterius super eo, ⁊c.

¶ Secundo vero casu, idem dicendum est, quoniam dictus Franciscus ita credens dicitur fuisse in errore, vel ignorantia
37 iuris, † que dicitur impedire prescriptionem ad tradita per Felyn. in c. de quarta. nu. 26. de prescrip. ⁊ per Balb. in predicta l. Celsus. nu. 17. de vsucap. vbi alij allegantur, ⁊ plures allegat excellentissimus Catus supra in sua subscriptione cart. 17. ad
38 quem me refero, ⁊ fundamentum est, quia † iuris ignorantia neminem excusat in acquirendis. l. error. ff. de iur. ⁊ fact. igno. ⁊ l. quamuis. C. eod. tit. cum concordantibus vt dixi in consi. clxxxij. anno preterito consului. nu. 33. ij. vol. ⁊c.

¶ Et vltra etiam posset negari ista ignorantia iuris, cum illa
39 nō presumatur, quia quilibet presumitur † scire iura. l. leges sacratissime. C. de legib. cum similibus, vt dixi in d. consi. clxxxij. nu. 32. saltem ex eo quia potest consulere peritiores vt per Doctor. in dicta l. leges sacratissime. ⁊ ꝙ error, vel ignorātia iuris non presumatur, nisi probetur dixit Bart. in l. sed si lege. §. scire. ff. de petit. heredit. cū cōcordantibus vt per Ruin. in consi. clxij. quest. j. de qua in themate. nu. 23. iij. volu.

¶ Reiectis itaqȝ omnibus contrarijs remanet firma conclusio, ꝙ predicta diuisio, ad instantiam predicti Hieronymi annullari, ⁊ retractari debet, vt sic illi consulatur, vt legitimam, ⁊ trebellianicam secundū predicta retinere possit. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie legens. 1552.

CASVS.

CONSILII LI.

ERNARDINVS quidam de Cittadinis de Fauentia habens ex domina Joanna eius vxore vnicum filium nomine Albertuȝ, ⁊ illum impuberem, habebat etiam sororem nomine Lucretiam adhuc innuptam, non quidem propter etatem (erat enim supra xl. annos sue etatis.) Sed ex voluntate, nunquaȝ enim nubere voluit, sed semper cum Bernardino eius fratre in domo eius permansit, ⁊ cum magno amore, ⁊ diligentia curam habebat domus, ⁊ bonorum dicti Bernardini, ⁊ similiter etiaȝ predicti Alberti impuberis filij dicti Bernardini fratris eius, qui Bernardinus moriens condidit testamentum, ⁊ inter cetera in eo disposita reperiuntur ista formalia verba.

¶ In omnibus autem alijs bonis, ⁊c. sibi heredem vniuersalem institu. ⁊c. Albertum eius filium legitimum, ⁊ naturalē, ⁊ quencunqȝ alium, seu alios ex eo, ⁊ domina Joāna eius vxore nasciturum, vel nascituros equis portionibus, vna cum dicta domina Joanna eius vxore, ⁊ domina Lucretia eiusdeȝ testatoris sorore, in ipsarum domine Joanne, ⁊ domine Lucretie, ⁊ cuiuslibet earum vita tantum, ⁊ dicta domina Joanna nō transeunte ad secunda vota, ⁊ dicta domina Lucretia non nubente, sed eis stantibus, ⁊ permanentibus in domo dicti testatoris. Post vero ipsarum dominarum Joanne ⁊ Lucretie, aut alterius earum mortem, aut domina Joanna transeunte ad secunda vota, ⁊ ipsa domina Lucretia nubente, tunc ⁊ eo casu eisdem, ⁊ cuilibet earum decedenti transeunti, ⁊ seu nubenti respectiue substituit dictum Albertū expresse prohibens omnem detractionem falcidie, vel trebellianice, vel aliam quancunqȝ detractionem, ⁊c. prout hec, ⁊ alia plura latius continentur in predicto testamento, cuius copia transmittitur, ⁊c.

Mortuo dicto testatore predicte domine Joanna, ⁊ Lucretia adherentes intētioni testatoris per aliqua tempora permāserunt, ⁊ vixerunt communiter in domo testatoris cum dicto Alberto eius curam suscipientes, vt quelibet earum poterat.

¶ Nunc vero dicta domina Lucretia petit sibi assignari partem suam predicte hereditatis, ⁊ domus, vt sic propria bona recognoscat, ⁊ de fructibus eius disponere possit, offerens se paratam stare, ⁊ permanere in domo dicti testatoris, petit etiā legitimam de bonis paternis, ⁊ maternis sibi debitam.

¶ Sed pro parte predicti Alberti dicitur eam non esse audiendam, sed ꝙ ex voluntate testatoris debet secum in domo habitare, ⁊ viuere prout hucusqȝ fecit, ⁊ prout etiam viuebat in vita dicti testatoris, queritur modo quid iuris?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De institutione facta de vxore, ⁊ sorore testatoris vna cū filio pupillo prius vniuersaliter instituto in earum vita tantum, ⁊ ipsis stantibus ⁊ permanentibus in domo testatoris, quomodo intelligatur?

¶ Et an vna ex illis volens habitare seorsum, a filio testatoris possit

possit petere diuisionē hereditatis, & plene de materia?
¶ De regula, quod nemo cogitur stare in communione vtrum eo casu sit attendenda?
¶ De dictione, aliam, quod similitudinem importat.
¶ Et relictum a debitore quando sit factum animo cōpēsandi?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Nemo cogitur stare in communione, quia communio solet discordias producere.*
2 *Legitima debita iure naturæ seu ex dispositione iuris ciuilis naturali ratione non potest filijs auferri per patrem aut matrem absque legitima causa.*
3 *Amor in filium maior est quolibet alio, ita ut pater magis diligat filiū quam seipsum & semper præsumitur facere seu capere optimum consilium pro bono filij.*
4 *Domus capitur pro habitatione.*
5 *Clausula omnis & omne uerbum dicitur poni misteriose, & ut aliquid operetur.*
6 *Determinatio una plura respiciens ea æqualiter determinat.*
7 *Oratio una & eadem non debet diuerso modo intelligi.*
8 *Testamenti pars declarat aliam, & sequentia per præcedentia declarantur.*
9 *Verba dubia testatoris sunt intelligenda secundum quod idem testator in eodem testamento accepit.*
10 *Status in quo quis est facilius conseruatur quam quod ad eum quis nouiter inducatur.*
11 *Testatoris dispositio (si aliud non obstat) debet declarari ab eo quod in uita sua fiebat.*
12 *Inducta ad fauorem non debent in damnum retorqueri.*
13 *Voluntas testatoris ante omnia est attendenda, etiam quod ex coniecturis talis uoluntas perciperetur.*
14 *Dispositio quælibet debet intelligi in casu possibili.*
15 *Legem quisque potest quam uoluerit imponere rebus quas in alium transfert.*
16 *Ablatiui absoluti resoluuntur in conditionem.*
17 *Conditio uoluntaria debet impleri prout testator uoluit.*
18 *Clausula seruiens uni casui non potest ad alium referri.*
19 *Dictio, alia, importat similia.*

CONSILIVM LI.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.
¶ Super preposita difficultate videtur prima fronte respondendum in fauorem domine Lucretie, nam cum illa sit heres instituta a fratre conuenit vt illam partem habeat, que in testamento ei relicta fuit, & sic ab alijs heredibus, & coheredibus suis illam petere potest, petendo bona hereditaria diuidi proponendo ad hoc iudicium familie herciscunde l. iij. & per totum titu. C. famil. herciscun. & l. j. & per totum. ff. eo. tit.
1 nemo† enim cogitur stare in communione l. fina. C. communi diuid. & l. si non sortē. §. si centum. ff. de condict. indebi. & ibi tradunt Doct. cum similibus, & ita in simili casu arguit Ruyn. in consi. xviij. viso prolixo & laborioso processu. nu. 3. iiij. volu. & maxime hoc videtur dicendum, quia communio solet discordias producere l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. ij. cum concordantibus vt per Guliel. Mayn. in l. cum amplius. in princ. nume. 2. ff. de regul. iur. & ego alias dixi in consil. xlviij. Antonius Cardini de Piscia. nume. 1. volu. j. & hoc quo ad primam petitionem.
¶ Quantum vero ad aliam petitionem, quam domina Lucretia facit de legitima ei debita in bonis paternis, & maternis
2 similiter videtur, quod debeat audiri, nam† cum illa debeatur (secundum Doct.) iure nature, seu melius loquendo ex dispositione iuris ciuilis naturali ratione non potest filijs auferri per patrem, aut matrem absque legitima causa. §. aliud quoque capitulum. in auth. vt cum de appellatio. cogn. & adeo debetur vt ab ea omne onus, & omnis dilatio reijciatur l. quoniam in prioribus. & ibi tradunt Doct. C. de inoffic. testam.
¶ Istis tamen non obstantibus melius testatoris intentionem considerando ac etiam iuris regulas contrarium de iure esse arbitror prout etiam docte, & eleganter concludit excellentissimus aduocatus dominus Franciscus Aradella in suis allegationibus, & sic concludo dictam dominam Lucretiam nō esse audiendam secundum tamen ea, que inferius dicentur.
¶ Et ad clariorem intelligentiam presuppono primo, quod amor
3 † in filium maior est, quolibet alio ita quidem vt dici soleat, quod pater diligit magis filium, quam se ipsum iuxta. l. isti quidem. §. fin. & tradita ibi per glo. & Doct. ff. quod met. caus. & semper pater presumitur facere, seu capere optimum consilium pro bono filij. l. nec in ea. §. fin. ff. ad leg. iul. de adulter. hinc est, quod pater semper dicitur thesaurizare filijs, seu eis bona parare. l. scripto. in fin. ff. vnde liberi. & l. nihil. §. j. ff. de bon. libert. cum similibus. &c.
¶ Et ex hoc infertur primo, quod Bernardinus testator absque dubio magis diligebat filium suum Albertum, quam vxorem. & sororem.
¶ Et secundo etiam infertur, quod quicquid in testamento suo fecit vocando vxorem, & sororem eo modo, quo vocauit, volēs quod starent, & permanerent in domo sua creditur fecisse, volens ipsi filio bene consulere, & sic quod pro maiori eius vtilitate secum habitarent.
¶ Secundo presuppono, quod illa verba circa vocationem vxoris, & sororis a quibus pendet difficultas presentis consultationis, videlicet sed eis stantibus, & permanētibus in domo dicti testatoris, non sunt capienda materialiter pro ipsa domo mu-
4 rotenus considerata, que erat testatoris, sed † domus capi debet pro habitatione sicut alias capitur. in l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniur. & l. j. §. item notandum. versi. domum. ff. de aleator. cum similibus. & in simili tradit Ruin. in consi. clv. viso testamento. nu. 5. iij. vol. & Alex. in consi. lxxxviij. ommissis tribus primis nu. 10. lib. vij. & non est dubium quod mortuo testatore non potest considerari sua habitatio, sed considerabitur habitatio heredis eius vniuersalis scilicet Alberti filij, adeo quod si dictus Albertus alibi, idest, in alia domo habitaret, quam in domo que fuit testatoris in illa domo cum eo ad commodū & vtilitatem eius deberent habitare, & permanere vxor, & soror testatoris, nam tali respectu habitatio heredis, & domus eius ita accepta potest dici domus, & habitatio testatoris, & hāc fuisse mentem testatoris omnino est credendum, quia alias inaniter, & frustra requisiuisset talem habitationem, cum nihil ad testatorem pertineret, quod in tali domo, vel alia habitarent aliter intelligendo quam dixi, & ita in vanum talia verba fuissent prolata, quod non est dicendum, sed cum magno misterio credi debet, quod dixerit, sed eis stantibus, & permanentibus &c. decla-
5 rando scilicet vt supra. cum omnis† clausula, immo omne verbum dicatur appositum misteriose, & vt aliquid operetur. l. si quando. ff. de legat. j. & c. si Papa. de priuileg. lib. vj. & est notabilis (licet vulgata) doctrina Bald. in rubri. C. de contrahen. empt. in ix. quest. & pro istis adduco consilium Ruin. lxxxj. in questione alimentorum nu. 9. & 10. ij. vol. vbi predicta firmat, & per ea in casu suo concludit, quod dispositio testatoris, quod certa persona haberet reductum ad domum ipsius testatoris intelligitur, de domo, idest de habitatione heredis, etiam alibi, quam testator habitauerit, quia habitatio heredis ad propositū eius dicetur habitatio, seu domus testatoris vt per eum, ita ergo & in proposito dicendum est, quod verba illa, stantibus, & permanētibus in domo dicti testatoris, intelligi debēt in domo, in qua filius & heres eius viuet, vt scilicet cum eo habitare, & viuere debeant, cum quantum in eis erit adiuuando, personam, & bona eius gubernando, sicuti etiam faciebant in vita dicti testatoris, & sic, quod non possit aliqua illarum velle separatim habitare a dicto Alberto, sed simul cum eo habitare, & viuere debeant, ei communicando quicquid de hereditate dicti testatoris sint habiture, ac etiam operas earum prestare, si volunt heredes esse, & sic sequitur, quod domina Lucretia soror testatoris non debet audiri volens partem hereditatis separare a reliquo, & sorsum a filio testatoris habitare contra intentionem testatoris.
¶ Et quod ita voluerit testator vltra predicta ostenditur, primo ex eo, quia testator eisdem verbis vtitur respectu vxoris, sicuti respectu sororis, seu illa verba, stantibus & permanentibus in domo &c. refert simul ad vxorem, & sororem, ex quo sequitur quod
6 debent eundē sensum habere, & pari modo intelligi, quia† vna determinatio plura respiciens, ea equaliter determinat l. iā hoc iure. in fin. princip. ff. de vulg. & pup. cum concordantibus vt dixi in consi. cxlviij. in causa. nu. 4. j. vol. & in consi. clvij. domi-
7 nus Bernardinus. nu. 25. ij. volu. facit, quia† vna, & eadem oratio non debet diuerso modo intelligi argu. l. eum qui edes. in princ. ff. de vsucap. & debet hoc procedere etiam si inter vxorē, & sororem posset considerari diuersa ratio (licet isto casu non sit) vt per Alex. per illum tex. in d. l. iam hoc iure, & per Ruin. in consi.

in conſi.clxij.primo queritur nu.9.j.vol.⁊ in conſi.cl.viſo teſtamento in fin.ij.vol.quod ego intelligo extra id in quo fundatur determinatio,ſed ſic eſt,ꝙ in perſona domine Joanne vxoris in confeſſo eſt,verba predicta intelligi vt ſupra dictum eſt, vt ſcilicet cum filio pupillo ad eius curam,⁊ commodum permanere,⁊ viuere debeat, vt per excellentiſſimum aduocatum oſtenſum fuit, ergo idem dici debet de ſorore ⁊c.

¶Secundo apparet mens teſtantis ex pluribus alijs diſpoſitis in eodem teſtamento,in quibus intellexit queꝫ ſtare,⁊ permanere in domo ſua,vt ſcilicet ibi habitet,⁊ viuat,atque etiam operetur ad ſeruitium ſui filij.

¶Et inter cetera id primo conſtat, in legato facto Caſtore famule ſue.ibi in domo dicti teſtatoris ad preſtanda ſeruitia ⁊c.

¶Secundo in legato facto domine Cornelie filie Caroli, naꝫ dixit,ꝙ illa habitaret in domo ſua,⁊ poſtea ſubdit, ꝙ ipſa debeat dotes ſuas cõmunicare, ⁊ operas manuum ſuarum preſtare vna cum ſuis heredibus.

¶Tertio,⁊ clarius in relicto facto domine Jacobe alteri ſorori dum dixit,ꝙ illa poſſit ſtare,⁊ habitare in domo ipſius teſtatoris, ⁊ ibi alimentari communicando dotes ſuas, ⁊ operas manuum ſuarum vna cum infraſcriptis heredibus ſuis, vnde ſicut teſtator in caſibus predictis cum habitatione voluit eſſe communicationem dotium,⁊ operarum, ⁊ ꝙ ſimul omnes viuant ita ⁊ in caſu noſtro dici debet de domina Lucretia, vna
8 †eniꝫ pars teſtamenti declarat aliam,⁊ ſequentia per precedentia declarantur l.ſi ſeruus plurium. §.fina. ⁊ l. qui filiabus. in princ.ff.de legat.j.cum concordantibus vt per Ruin. in conſi. cxlj.viſo teſtamento magiſtri Georgij.nu.3.iij.volu. ⁊ dixi in conſi.cv.conſideratis his.nu.7.⁊ in conſi.cxiiij.ſtante teſtamē
9 to.nu.22.j.vol.⁊ alibi ſepe, eo maxime, q̄† verba dubia ſunt intelligenda ſecundum,ꝙ idem teſtator in eodem teſtamento accepit iuxta doctrinam Bar.communiter receptam in l. centurio.col.mihi.ix.verſi.vel quid ſi in precedentibus.ff. de vulgar. ⁊ pupil. Alexand. in conſil.cxcvij. perſpectis verbis.nume.7.lib.vj. ⁊ dixi in conſi.cxxxvj.Magnificus dominus Lazarus.nu.11.ij.volu.

¶Tertio principaliter oſtenditur per locum a fortiori iuxta autben.multomagis.C.de epiſco.⁊ cler.cum ſimilibus conſiderando ſcilicet legatum factum dicte domine Jacobe alteri ſorori,nam ſi in eo voluit dotem eam conferre,⁊ operari in fauorem Alberti filij pupilli,que iam erat ab eo ſeparata, ⁊ patrimonium ſuum(ideſt dotem iuxta l.iij.§.ſed vtrum.in fin.ff. de minor.) ſeparatum habebat a bonis dicti Alberti ⁊ in qua nõ erat fides,neqꝫ confidentia teſtatoris de bona cura,⁊ gubernatione filij,fortius credendum eſt,teſtatoreꝫ voluiſſe idem de domina Lucretia,vt ſcilicet eadem faciat que patrimonium aliquod non habebat,ſeparatum a bonis dicti Alberti, ⁊ que cũ eo,ſiue patre eius,⁊ teſtatore in communi viuebat,⁊ in domo permanebat, ⁊ operans preſtabat ad curam, ⁊ ſeruitium Al
10 berti,cum†facilius quis conſeruentur in ſtatu,in quo eſt,quaꝫ ad eum nouiter inducatur, argu.l. patre furioſo. ⁊ tradita ibi per Bart.⁊ alios.ff.de his.qui ſunt ſui vel alien.iur. ⁊ eorum, que dicit Bald.in l.ij.in ij.not.C.de fideicommiſſ. ⁊ dicit Deci.in conſi.cccix.viſo puncto.iiij.col.ꝙ facilius admittitur cõtinuatio eius,quod iam eſt,quam de nouo inducatur, eo addito,ꝙ de ipſa domina Lucretia plurimum confidebat teſtator, ſicut etiam de vxore ſua, vt ex dictis teſtium plene conſtat,⁊ patet etiam ex eo,ꝙ eidem,⁊ vxori commiſit diſtributionem legati facti pro maritandis domicellis.

¶Quarto pro hac opinione plurimum facit,quia tempore facti teſtamenti vxor,⁊ ſoror teſtatoris in communi cum eo, ⁊ filio ſuo,⁊ ad vnam menſam viuebant, ex eo enim arguitur, ꝙ teſtator ita voluerit illas manere, ⁊ viuere poſt mortem ſuam,
11 nam†teſtatoris diſpoſitio ſi aliud non obſtat debet declarari, ab eo quod in vita ſua fiebat.l. damnas eſto.ad fin. ibi. vt hec forma in agris ſeruetur,que viuo teſtatore.ff.de vſufr.legat.cũ concordantibus vt per Bar.in conſi. clxviij. quidam habens bona communia.in fin.primi puncti. verſi. ⁊ iſtam interpretationem.j.vol.vnde propter hoc dicemus,ꝙ illa verba, ſtantibus, ⁊ permanentibus in domo.⁊c. debent intelligi ſcilicet eo modo,quo in vita ſua ſtare ſolebant, ⁊ ita etiã videtur importare verbum illud permanentibus,videtur enim importare cõtinuationem eius manſionis,in qua primo erat vt bene deducit dominus Aduocatus, ⁊ ad hoc quartũ fundamentũ optime facit deciſio Bart.in d.conſi.clxviij.in j.dubio. dum ibi concludit,ꝙ illa verba debeat cũ Titio communiter morari intelliguntur vt fructus omnes,⁊ expenſe communicentur, inter cetera ratione illa,quia ſic ſeruabatur in vita teſtatoris, inter ipſum,⁊ illum Titium.

¶Et eo maxime hoc dicendum eſt,⁊ ſit quintum fundamentum,quia tota diſpoſitio teſtatoris in inſtitutione vxoris, ⁊ ſororis cũ qualitatibus,ſeu conditionibus de quibus in teſtamēto cenſetur per eum facta in fauorem dicti Alberti filij ſui pupilli,tum vt curã eius dicte mulieres haberent, tum etiam ne patrimonium diminueretur, ſi vxor, aut ſoror alibi habitando vellent,primã dotē ſuã,altera dotē pro ſe maritanda, vel quid aliud,vt commode viueret,⁊ ob eam cauſam voluit illas,ad illud allicere quamlibet earũ inſtituēdo prout fecit,etenim alias veroſimiliter non feciſſet propter maximum amorem in filiuꝫ pro quo ſemper creditur bonum elegiſſe conſilium vt ſupra dictum fuit,⁊ ad hoc non veroſimili valet argumentum l. nõ eſt veroſimile.ff.quod met.cauſ.cum ſimilibus, modo dico, ꝙ ſi iſta diſpoſitio teſtatoris intelligeretur ita,vt cuilibet illarũ mulierum eſſet dicta facultas ſuam tertiam partem hereditatis pe
12 tere,⁊ habitare ſeorſum a filio ſequeretur, ꝙ inducta†ad fauorem filij in damnum eius retorquerentur,contra l.quod fauore.C.de legib.⁊ l.legata inutiliter.ff.de legat.j.cum ſimi.eteniꝫ pupillus careret cura ⁊ gubernio tam perſone, quam bonoruꝫ eius,⁊ ſui patrimonij pateretur diminutionem, ita vt fere ad nihilum reduceretur,que non ſunt vllo pacto concedenda con
13 tra omnimodam teſtatoris voluntatē cuꝫ illa † ante omnia ſit attendenda.l.ex facto.la grande circa medium. ff. de heredib. inſtituen.⁊ in l.in conditionibus primũ locũ.in princ.ff.de condit.⁊ demonſtra.cũ ſimi.etiaꝫ ꝙ ex coniecturis talis voluntas perciperetur.l.cum proponebatur. cum traditis ibi per glo. ⁊ Doct.ff.de leg.ij.cũ alijs cõcordantibus vt alias dixi in conſil. cxlv.viſo conſil.nu.1.2.⁊ 3.ij.vol. ⁊ alibi ſepe.

¶Sexto comprobantur predicta,⁊ teſtatoris volũtas de qua ſupra apertiſſime colligitur ex verbis teſtamēti poſitis in legatis factis prefatis domine Cornelie, ⁊ domine Jacobe, naꝫ in vtroqꝫ dicitur, ꝙ prefate mulieres debeant operas manuum ſuarũ preſtare,ſeu cõmunicare vna cum infraſcriptis ſuis heredibus quod certe facere non poſſent,ſi domina Lucretia poſſet ſeparatim a filio teſtatoris viuere,⁊ habitare, vt notum eſt igitur,vt verba,⁊ mens teſtatoris impleatur oportet inuictis dentibus fateri teſtatoreꝫ voluiſſe,ꝙ ſimul, ⁊ cõmuniter viuãt predicti heredes, alioquin impoſſibile eſſet, ꝙ predicte domine Cornelia,⁊ Jacoba vna cum dictis heredibus operas ſuas
14 preſtarent,⁊ non eſt dubium quamlibet †diſpoſitionem debere intelligi in caſu poſſibili. l. Lucius.§. pen.ff.ad municipal. cũ concordantibus vt dixi in conſi.lxxviij.in locatione, de qua agitur.nu. 19.ij.vol.⁊c.

¶Demum eadem teſtantis voluntas oſtenditur,dum loquitur de filiabus ſibi naſcituris,nam poſtquam eis reliquerat dotes dixerit,ꝙ interim ille debeant habere alimenta condecentia in domo ſua, ab heredibus ſuis, ex quibus verbis aperte conſtat, quod volebat ſuos heredes, ⁊ ſic Albertum filium, vxorem ⁊ ſororem in domo ſua habitare,⁊ ab eis ali filias ſuas quod certe non fieret ſi domina Lucretia vellet partē ſuã ſeparatam habere, ⁊ ſeorſuꝫ habitare ab alijs heredibus igitur. ⁊c.

¶Plura alia fundamenta poſſent fieri pro opinione predicta ſed predictis volo eſſe contentus gratia breuitatis, eo preſertiꝫ quia per excellentiſſimuꝫ Aduocatum alia multa docte, ⁊ ſubtiliter deducuntur ad quem me refero.

¶Ex predictis itaqꝫ,⁊ alijs pluribus in predictis allegationibus deductis clara reſultat concluſio dominam Lucretiaꝫ predictã nullo modo audiendam eſſe circa ſuã primam petitioneꝫ ⁊ ſi illa vult gaudere titulo hereditario debet ſimul cum Alberto filio, ⁊ matre eius communiter,⁊ in eadem domo habitare,⁊ viuere, ⁊ ſimiliter operari gubernando, ⁊ adiuuando predictum Albertum , ⁊ communiter, ⁊ vnitum conſeruando patrimonium teſtatoris, ad quem finem fuit inſtituta ſecundum,quod ſupra concluſum fuit.

¶Ex predictis etiam apertiſſima colligitur reſponſio ad allegata in contrarium,quoniam illa procedere poſſent, niſi de cõtraria voluntate teſtatoris appareret prout iſto caſu apparet, per predicta etenim voluntas teſtatoris omnino ſeruanda eſt
15 vt ſupra dictum fuit,⁊ probatur etiam, quia † quiſqꝫ poteſt legem quam voluerit imponere rebus,quas in alium transfert l.quoties.C.de donat.que ſub.mod.facit l.legem.C.de pact. cum

cum similibus. & cum talem legem posuerit testator ex causa iusta & probabilissima, ut ex predictis patet, debet omnino servari (licet ex ea videatur induci communio, & divisio prohiberi ad tradita per Doct. in l. fi. C. cōi divid.) attento maxime, quod uxor, & soror non habēt par ius in bonis hereditarijs cū dicto Alberto, ipse enim solum dum vivent, sunt habiture, & solam partem, & quodammodo videntur fructuarie, ubi Albertus perpetuo pro se, & heredibus habet, & quidem in totum post mortem dictarum mulierum.

Preterea tollit omnis difficultas proveniens ex eo, quod dicitur, nemo cogitur stare in cōione, quoniam in casu nostro illud quod in cōione vivant, est positum pro cōditione institutionis dictarū mulierū ut cōstat ex illis verbis, stantibus, & permanen
16 tibus &c. nam† cū sint ablatiui absoluti resolvunt in cōditionē l. a testatore. & ibi Doct. ff. de cōdi. & demonst. tradunt Jas. & Moderniores. & ego aliquādo plene scripsi in rub. ff. solut. matri. &
17 †cū cōditio illa sit volūtaria debet omnino impleri, prout testator voluit, iuxta tradita per Bart. & alios in l. Gallus. §. & quid si tm̄. ff. de liber. & posth. & dici pōt, quod continue earū institutio pēdeat a dicta conditione ut scilicet eatenus sint heredes, quatenus steterint, & permanserint in domo testatoris declarando ut supra ut perinde sit, ac si dictum fuisset, quod ille sint heredes donec steterint, & permanserint &c. unde si dña Lucretia nolit amplius pmanere in domo cū Alberto, & dña Joāna, & cū eis cōiter vivere scdm quod testator voluit, desinet esse heres, merito partem aliquam hereditatis petere non potest. Hec sufficiant, quo ad primam petitionem dicte domine Lucretie. veritas enim est, quod ab ea omnino ipsa est repellenda per predicta &c.

Circa secundā vero, quatenus ipsa petit sibi dari legitimā p legē ei debitā naturali rōne tam in bonis paternis, quā maternis placet admodū mihi respōsio excellentissimi Advocati, ut scilicet dña Lucretia excludatur a legitima paterna, seu de bonis patris ex dispositione iuris municipalis, quo cavetur, filiabus feminis manentibus in domo patris nihil preter alimēta deberi quousque nupserint, aut religionē intraverint, & quod subditur, vel aliā honestā vitā elegerint nō pōt verificari in ea quę vult in domo patris manere, quia eo casu tantū alimenta per sta
18 tutū expresse cōceduntur, & †ideo cū in eo casu sit provisum de alimētis, clausula illa, vel aliā vitā honestā elegerint nō potest ad eum casum referri iuxta. l. doli clausula. ff. de verb. oblig. & l. sanctio leguz. ff. de pen. & tradita per Doct. in utraque, & poterit verificari si fieret clamidata, vel mantellata ut dicitur in Tuscia, plereque enim mulieres sumunt certū habitum, non tamen intrant monasteriū, de quo exire non possint, que vulgo dicun
19 tur pinzochere. Et tunc verbum illud, †aliā facit officium suū, importando scilicet vitam similem intranti religionem, seu monasterium, semper enim similia solet importare secundū Bar. in l. quidam relegatus. in prin. ff. de reb. dub. & Bald. in l. conventiculam. iij. col. ver. item est argumentum a natura alternativorū. C. de epis. & cler. cū concordantibus ut per Felyn. in c. sedes. iiij. & v. col. & ēt pen. de rescript. & dixi in consi. cviij. Illustris quondam Alphonsus. nu. 29. ij. volu.

Quantū aūt ad legitimā de bonis maternis puto ēt cū dño Advocato, quod illā petere nō possit, hoc tū nō simpliciter, sed si velit esse heres fratri iuxta ordinē testamenti de quo supra nam presupposito quod frater eius, & testator predictus eā sibi deberet (de quo tamē ego non disputo nec quicquā firmo, sed remitto me ad statuta Faventina ubi causa agitur) diceretur teneri ex necessitate legis, sive ex eius ordine merito, quādo illi relinquit partem sue hereditatis dicitur reliquisse animo compensandi ad tradita per Doct. in auth. preterea. C. unde vir. & ux. & etiā in l. si cū dotē. §. si pater. maxime per Alex. & Modern. ff. solut. matr. faterer tamen, quod si illa nollet acceptare relictum sibi a fratre factum in tali legitima ei non esset preiudicatū per supradictum testamentum. Sed ad ius municipale, vel commune recurrendum esset. Laus Deo. Opt. Maximo.

Socinus Nepos Bononie. 1552. 10. Julij.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LII.

Si duo simul vendant rem communem, quilibet tamē pro sua parte, an dicantur invicem consentire?

Et quomodo?

An ipsi, vel eorum heredes teneantur de evictione partis alterius?

Et an heredes ex propria persona agētes bona vendita petere possint, ut aliqua exceptione non repellantur?

De onere iniuncto legatarijs, ut de evictione teneantur, certe rei alteri legate, si molestaretur per aliquem, vel habentem causam ab eo quomodo intelligatur?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Feudum si sit susceptum pro se & liberis uel descēdentibus suis, quisque ex descendentibus proximior dicitur ad tale feudum uocari ex propria persona tanquam in inuestitura comprehensus, etiā quod non esset hæres antecessorum suorum, quia descendentibus non potest per antecessores præiudicari in feudo antiquo.*

2 *Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur. et nu. 22.*

3 *Præscriptio non currit non ualenti agere.*

4 *Cōsentiens uenditioni per aliū factæ nō pōt ipsi uenditioni cōtrauenire.*

5 *Hæres facto defuncti contrauenire non potest, sed illud approbare & conseruare tenetur.*

6 *Legatum cum suo onere censetur acceptari.*

7 *Obligatus de euictione repellitur ab agendo exceptione.*

8 *Consentiens tacite non dicitur sibi præiudicare, si prohibere non poterat ne actus fieret.*

9 *Consentiens æquiparatus uendenti eo respectu ut nec ipse uenire possit contra uenditionem, non tamen æquiparatur in productione obligationis, nam qui solum consentis non obligatur.*

10 *Hæres simpliciter cōsentientis potest ex propria persona cōtrauenire.*

11 *Agere prohibitus non afficit suum hæredem quin agere possit, si non uenit ut hæres sed ex proprio iure.*

12 *Lex non est imposita uerbis.*

13 *Hæres dicitur successor uniuersalis tam honoris quam oneris.*

14 *Filius & etiam hæres non prohibetur petere feudum antiquum alienatum per aliquem, & non per patrem eius, licet ipse pater tali alienationi consenserit.*

15 *Mulier licet proprio pacto etiam iurato repellatur à successione patris, tamen filius & etiam hæres eius si ex propria persona ueniat ad successionem aui non repellitur.*

16 *Præcedentia declarant dubietatem quæ in sequentibus esse posset.*

17 *Promissio defensionis & de euictione censetur facta secundum naturam uenditionis in qua fuit facta.*

18 *Clausulæ contractus ad naturam contractus reducibiles eius naturam non alterant.*

19 *Venditionis natura est, ut uenditor de euictione rei per se uenditæ teneatur, & non per alium, & nu. 20.*

20 *Venditio arguitur ex pretij receptione.*

21 *Ius quod quis non habet in alium transferre non potest. & nu. 24.*

23 *Feudum per uasallum alienatum non aperitur domino sed agnatis qui illud petere possunt saltem post mortem alienantis.*

CONSILIVM LII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

Abunde subtiliter, & iuridice in presenti consultatione respondit, & consuluit Magnificus & Excellētissimus dominus Angelus Nicolinus, mihi ut frater honorandus, ita quidem ut non esset opus ulterius procedere, sed satis esset conclusiones suas approbare presertim quum nullus fere aliquid ultra dicendi locus videatur derelictus, verum ut difficultates principales videar degustasse, & considerate ad comprobationem accessisse, aliqua licet pauca subijciam partim repetendo, partim addendo si quas spicas ab optimo messore, derelictas invenero.

Quantum ergo pertinet ad primam conclusionem domini consulentis ut scilicet Franciscus & frater de Pātiaticis agētes dicantur habere intentionem eorum bene fundatam, insistendum non est, res enim clara est, quod ipsi, qui nunc soli supersunt ex descendentibus Mathei primi donatarij, seu primo investiti de credito montis pro se, & suis descendētibus masculis deberent ad ipsum creditum admitti ex propria ipsorū persona, & nō tanquam heredes alicuius ex suis predecessoribus, sicuti contingit in feudo, quod ad descendentes primi investiti
1 venit ex pacto, & providentia eius, & concedentis putat si sit susceptuz pro se, & liberis, vel descendētibus suis, etenim quisque ex descendentibus proximior dicitur ad tale feudum vocari, ex propria persona, tanquam in investitura comprehensus, etiam quod non esset heres antecessorum suorum iuxta doctrinam Bar.

in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libert. cum concordā-
tibus vt dixi, in consi. cxij. Illustris dominus Ioan. nume. 6.
ij. vol. ⁊ dicitur quisque ex descendentibus nasci cum suo iure, in
quo illi per suos antecessores (loquendo in feudo antiquo) pre-
iudicari non potest vt tradunt Dyn. Angel. Paul. de Cast. ⁊
alij. in l. idem Iulianus. §. si quis alicui. ff. de leg. j. ⁊ Alexā. in
consi. cvij. in causa Nicolai. post princ. iiij. volu.

¶ Et sicut isti actores proculdubio vocarentur ad creditum
montis concessum predicto modo, quo supra ita etiam debēt
admitti nunc ad predia de quibus agitur, quum fuerint sim-
pliciter, absolute, ⁊ omni respectu subrogata in locū dicti cre-
2 diti montis iuxta regulam, quod † subrogatum sapit naturam
eius, in cuius locum subrogatur vulgata l. si eum. §. qui iniuria
rum. ff. si quis caut. cum alijs adductis per dominum Consu-
lentem, ⁊ alias dixi in consi. clij. Petrus Luce de Nellis, nu-
me. 6. ij. vol. ⁊ quoniam hoc plenissime, ⁊ doctissime per domi
num consulentem demōstratur, nec iudicio meo est aliqua dif-
ficultas vlterius super hac prima eius conclusione non insistā
vna cum D. Consulente concludendo predictos actores habe
re de iure fundatam intentionem suam vt scilicet velut haben-
tes quoddam vtile ius, seu dominium ad bona, de quibus agi
tur, ad ipsorum petitionem admitti debent. ⁊c.

¶ Et ex predictis tollitur obiectio prescriptionis, quam quin-
to loco nititur remouere D. Consulens, nam si isti actores na-
ti fuerunt cum iure, ⁊ ante illis non competebat, quia non erāt
in rerum natura, non poterat contra eos cucurrisse prescriptio
3 quia † non valenti agere non currit prescriptio. l. j. in fina. C. de
ann. except. cum alijs adductis per D. Consulentem, ⁊ in simi
li circa prescriptionem feudi ego dixi in consil. lxxvj. cum die-
bus elapsis nu. 26. ⁊ 27. j. volu. habita ergo consideratione
temporis, quo illi agere potuerunt, hoc est postquam nati fue-
runt, detracto prius tempore, quo aliqui ex suis antecessoribus
viuebant, ⁊ deinde etiam tempore minoris, seu pupillaris eta-
tis ipsorum actorum, clare constabit aduersus eos non esse de-
cursam aliquam prescriptionem vt plene per D. Consulentē
deducitur, ad quem etiā in pluribus alijs obiectis contra acto
res me remitto, ea enim omnia bene resoluit.

¶ Et instabo solum circa duo, in quibus (vt audio) fit, ⁊ mihi
videtur maior difficultas.

4 ¶ Primum est, quia videtur, ꝙ Stephanus, † qui cum Ale-
xandro vendidit, dicatur illi in venditione per eum facta con-
sensisse iuxta. l. cum pater. §. libertis. ⁊ tradita ibi per Bart. in
versi. ego induco ad questionem. ff. de legat. ij. ⁊ consequenter,
ꝙ non possit tali venditioni contrauenire, vt firmat in simili
Alex. in consi. viij. viso themate. in versi. sed premissis non ob-
stantibus. ibi. tamen Doctores ibi volunt lib. v. ⁊ Patruus, ⁊
dominus meus Socin. in consi. lxxx. presens consultatio. nu.
13. iiij. vol. ⁊ videtur tex. in l. nihil. §. j. ff. de legat. j. ⁊ in l. quo-
ties. la prima. ⁊ ibi tradunt Doct. C. de fideicōmiss. vnde quū
Stephanus ipse dicatur consensisse, ⁊ sibi preiudicasse, vt scili-
cet contrauenire non possit, videtur idem dicendum de here-
dibus eius, ⁊ sic de istis actoribus, qui per mediam personam
suorum parentum dicuntur heredes ipsius. iuxta l. cum a ma-
5 tre. C. de rei vendicat. cum similibus. est enim regula, ꝙ † he-
res facto defuncti contrauenire non potest sed illud approba-
re, ⁊ conseruare tenetur d. l. cum a matre. cum simi. vt dixi in
preallegato consi. cxij. nu. 4. ij. vol. ⁊c.

¶ Secundum est, quia videtur ꝙ isti actores velut heredes pa
tris eorum, ⁊ consequenter etiam Francisci eorū aui, ⁊ ipsius
fratrum teneantur de euictione bonorum, de quibus agitur,
Bernardo Celessio, ⁊ suis heredibus vigore testamenti cuius-
dam domini Petripauli, qui cum talia bona reliquisset dicto
Bernardo legauit etiam quedam bona predicto Francisco, ⁊
fratribus, ⁊ etiam certam summam pecunie, cum onere, vt ipsi
teneantur de euictione ipsi Bernardo, ⁊ heredibus eius de bo
nis ipsi legatis, vt latius in testamento legitur, ipse autem Frā
ciscus, ⁊ fratres legata sibi facta acceptauerunt, ergo ad onus
6 euictionis erant obligati, quia † legatum cum suo onere cense-
tur acceptari. l. si cui. ff. de condi. ⁊ demonstra. ⁊ ita tale onus
cum istis legatis, ad istos actores peruenit. l. j. §. pro secundo.
7 in fin. C. de caduc. tollen. vnde cum ipsi † videantur de euictio-
ne teneri, videntur merito ab agendo exceptione repellendi,
per regulam l. vendicantem. ff. de euict. cum similibus, de qui-
bus ibi per glo. ⁊ Doct. ⁊c.

¶ Istis tamen non obstantibus vna cum domino consulēte,
puto actores istos omnino esse audiendos, ⁊ debere obtinere
secundum eorum petitionem.

¶ Et ad primum placet primo loco responsio excellentissimi
Consulentis videlicet, ꝙ contraria procedunt in expresso con-
sensu, prout loquūtur, ⁊ intelligi debent d. §. libertis. d. l. nihil.
§. j. ⁊ dicta l. quoties. la prima. non sic in tacito consensu, nam
8 † per illum quis non videtur sibi preiudicare, si prohibere non
* poterat, ne actus fieret iuxta communem doctrinā * Doct.
Bald. Saly. ⁊ aliorum maxime Iason. in l. cum proponas. la
prima. C. de pact. quicquid ibi in contrarium dixerit glo. que
communiter reprobatur, vt ibi per Ias. vt plenius per D. Cō
sulentem ad quem me refero, ⁊c.

¶ Et si cui predicta responsio dubia videretur, ⁊ vellet, ꝙ im-
mo, Stephanus simul cum Alexandro vendens sibi preiudi-
cauerit, iuxta doctrinam Alex. in d. consi. viij. lib. v. cum con-
cordantibus in contrarium allegatis.

¶ Replicabitur, ꝙ ex eo nihil inferri potest contra istos acto-
res. Primo, quia nō probantur heredes Stephani, ⁊ ad agē-
dum veniunt ex propria persona, seu ex iure eis cōpetenti im-
mediate, ꝙ ante eos nullus fuit repertus ex descendentibus
masculis illius Matthei vt supra dictum fuit, ⁊c.

¶ Vel secundo etiam posito, ꝙ aliquo modo probarentur he
redes dicti Stephani, dicendum est, ꝙ eis nullo modo preiu-
dicat ille consensus eius, simul cum Alexandro vendentis par
tem suam, nam non fuit consensus obligatorius, vt sic Stepha
nus obligatus esset venditionem ab Alexandro de sua parte
factam contra quencunque conseruare, ⁊ ita talis obligatio etiā
contra heredes transiret, sed fuit cōsensus simpliciter approba-
torius, seu confirmatorius quantum ad eum, vt sic ipse contra-
uenire venditioni dicte partis Alexandri non possit, nec alius
quilibet, qui ex persona illius, ⁊ iure sibi competenti veniret,
sed descendentes eius etiam, qui essent aliquo modo heredes
illius, qui non vt heredes venirent, sed ex proprio iure nō sunt
repellendi, ⁊ hanc differentiam inter consensum obligatoriū,
⁊ confirmatorium, licet ad aliud propositum tradit Patruus
⁊ dominus meus Socin. in preallegato consi. lxxx. nume. 21.
iiij. vol. ⁊ idem recte intuenti voluit Ias. in l. quoties. la prima.
9 C. de fideicommiss. in ij. not. inquit enim ꝙ † licet consentiens
vendenti equiparetur eo respectu, vt nec ipse possit venire cō-
tra venditionem, eo ꝙ ita consentiens dicitur approbare ven
ditionem, non tamen equiparatur in productione obligatio-
nis, nam qui solum consentit nō obligatur, ⁊ sic cōsensus eius
non dicitur obligatorius, sicut est consensus venditoris vt per
eum, ⁊ ideo heres, sic consentientis ad aliquid non tenetur, nul
la in eum transmissa obligatione, quum apud defunctum nul-
la esset, sed ius suum, si quod ex propria persona sibi competit,
non prohibetur prosequi, vt Ias. ibi sentit.

¶ Ad idem facit, quod in simili dicit Ripa in l. filiusfamilias.
§. diui. nu. 116. in fin. ff. de leg. j. dum facit differentiam inter
heredem alienantis, vt scilicet nullo modo possit contrauenire
etiam ex propria persona, quum obligatio, qua defunctus te-
nebatur, transeat in heredem, ⁊ heredem patientis rem prescri
bi, ⁊ sic tacite consentientis alienationi legali, qui ex propria
persona potest rem petere, quia ex negligentia defuncti, ⁊ sic
ex illo tacito consensu nulla fuit orta obligatio, que in heredē
transeat, vt per eum.

10 ¶ Et, ꝙ † heres simpliciter consentientis possit ex propria per-
sona contrauenire tenet etiam Andr. Tiraquel. in tract. de re-
tract. car. 60. nu. 54. qui ad idem allegat Fulgo. in consi. lxvij.
paterfamilias. iij. col. vt per eum. vnde quū in casu nostro isti
actores veniant ex proprio iure, ⁊ ex ipsorum propria persona,
vt supra dictum fuit, non possunt ab agendo repelli, cum in
eos nulla sit translata obligatio de euictione, seu ad de-
fendendum, ⁊c.

11 ¶ Nec nouum est vt † aliquis agere prohibeatur, ⁊ tamen he-
res eius agere possit, si non venit, vt heres, sed ex proprio iure,
de hoc enim est casus in l. fina. C. de euict. vbi heres fideiusso-
ris in casu de quo ibi ex propria persona agens non repellitur,
licet fideiussor eius author, si egisset, fuisset repellēdus, ⁊ in hoc
differt ab herede venditoris, qui etiam repelleretur, sicut ven-
ditor per l. venditrici. C. de reb. alien. non alien. ⁊ ita declarāt
Doct. maxime Salyce. in vtroque loco. vnde si ita est in herede
fideiussoris qui consensum obligatorium prestitit, ⁊ expressū,
fortius id est in casu nostro, in heredibus dicti Stephani, in
quo Stephanus non prestitit consensum obligatorium, nec

expressum, sed tacitum, & duntaxat approbatorium. auth. mul tomagis. C. de episcop. & cleri. cum similibus facit l. j. in prin. C. de rei vx. act. &c.

¶ Et si dicatur, quod licet heres fideiussoris in casu d. l. fi. non repellatur ab agendo, si ex proprio iure veniat, tamen re euicta, videtur vt heres fideiussoris teneri de euictione vt plerique maxime Saly. ibi. & in d. l. venditrici dixerunt, vt sic idem videatur dicendum de istis heredibus Stephani, & ita videatur argumentum retorqueri.

¶ Respondetur pluribus modis. Et primo dici potest satis istis heredibus videri, quod ab agendo non repellantur, nec eis obstet regula, qua dicitur, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, de qua in l. vendicantem. ff. de de euict. cum simi. sicut in herede fideiussoris dicitur in d. l. fi. & si quando postea de euictione conueniantur, habebunt alias iuridicas defensiones. &c.

¶ Vel secundo responderi potest negando, quod heres fideiussoris in d. l. fin. teneatur de euictione, quicquid dixerit Salyc. in contrariũ prout signanter post alios, quos allegat, firmat insignis Modernus, & vt pater honor. Augustin. Bero. in c. si quis presbyter. nu. 47. extra de reb. eccles. non alienã. pro quo

12 vltra eum facit, quia alias d. l. fin. parum seruiret, & † videretur lex imposita verbis contra l. ij. in fin. C. com. de legat. quo posito argumentum supra per me factuz a fortiori stat in suo robore, & retorquutio deficit in salutari suo &c.

¶ Vel & iij. respondetur, si quis aliquam ex predictis responsionibus non admittat, & de plano tollitur difficultas dicendo quod illud in herede fideiussoris posset tollerari, quia fideiussor erat vere de euictione obligatus ex sua promissione, & sic ex consensu obligatorio, merito ergo talis obligatio de eo trãsiuit in he-

13 redes pro rata hereditaria. l. j. C. si cert. petat. est † enim heres successor vniuersalis, & sic tam oneris, quam honoris. l. hereditas. ff. de regu. iur. cum similibus. que ratio cessat in casu nostro, cum Stephanus ex illo suo consensu nulla teneretur obligatione, vt dictum fuit. &c.

14 ¶ Et ad predictam conclusionem optime facit, quia † filius, & etiam heres non prohibetur petere feudum antiquum alienatum per aliquem, & non per patrẽ eius, licet ipse pater tali alienationi consenserit, etenim tunc filius ex propria persona veniens audietur, nec ad aliquid se obligauit ita firmat Bald. in c. j. §. hoc quoque col. fi. ver. ij. casu non preiudicat. de success. feud. & si id est eo casu, vbi consensus presupponitur expressus, fortius erit in casu nostro, in quo consensus fuit tacitus, & presumptus, arg. l. nonnunquam. ff. de condit. & demonst. & l. expressa nocent. ff. de reg. iur. &c.

15 ¶ Facit etiam, quia † licet mulier proprio pacto etiam iurato repellatur a successione patris, tamen filius, & etiam heres eius si ex propria persona veniat ad successionem aui non repellitur

* vt est doctrina Bar. cõmuniter * recepta in l. qui superstitis. ff. de acquir. hered. prout hec duo considerat, & plenius prosequitur dominus Consulens ad quem me refero.

¶ Nec predictis obstat, quod Stephanus, & Alexãder simul promiserint de euictione. &c. Quoniam respondetur, quod talis promissio dicitur per eos facta diuisim, hoc est, quod quilibet eorum dicitur promisisse pro ea parte, quam vendebat, nam quuz quilibet certam partem venderet, vt in instrumento dicitur, promissio defensionis, que per eos statim fit, censetur facta respectu partis, quam quisque eorũ vendidit, non respectu alterius partis, vt sic talis promissio a venditione declaretur, tanquaz a precedenti argumento l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. j. ex actu enim precedenti declaratur voluntas in sequenti, & vul-

16 go dici solet, quod † precedentia declarant dubietatem, que in sequentibus esse posset. d. §. fin. cum simi. vt per Deci. in consil. ccccxxv. in casu. nume. 21. & per Ruyn. in consil. clxij. viso processu. nume. 8. v. volumi. & dixi in consil. xv. duplex inspectio. nume. 17. & in consil. lxj. in presenti consultatione. nume. 5. primo volumi. & in consi. j. Magnificus vir. nume. 29. ij. vol. & alibi sepe. &c.

17 ¶ Et pro ista responsione facit, quia † promissio defensionis, & de euictione censetur facta secundum naturam venditionis, in qua fuit facta, iuxta doctrinam Bart. in l. damnum la ij. ff. de

18 dam. infect. & dici solet, quod † regulariter clausule contractus ad contractus naturam reducibiles, eius naturam non alterãt, vt docet Bal. in l. j. iiij. col. C. commod. cum concordantibus vt dixi in consi. cxxviij. presentis consultationis materia. nu. 132. & 133. j. vol. vbi in terminis ego loquor de promissione de euic-

19 tione, sed de † natura venditionis est, vt venditor de euictione rei per se vendite teneatur, & non per alium l. j. in prin. & per totum titulum. ff. de euict. igitur &c.

¶ Facit etiam, quia quilibet ipsorum recepit precium pro sua

20 rata hoc est, pro partibus per se venditis, nam † sicut ex eo arguitur quod quilibet partem suam dicitur vendidisse vt l. quidaz ex parte, & ibi traditur per glo. & Doct. ff. de euict. ita etiaz debet dici quod quilibet tantum pro partibus a se venditis, defensionem, & euictionem promiserit. &c.

¶ Et stantibus predictis non obstant allegata in contrarium, quia omnia procedunt respectu ipsius consentientis, quem fatendum est, quod contrauenire non posset, sed non procedunt in successoribus eius, qui venirent ex propria persona, & ex iure sibi non vt heredi competenti vt declarat Ias. in preallegata l. quoties. versic. secundo limita. C. de fideicommiss. Hec quo ad primum &c.

¶ Quantum vero pertinet ad secundum fundatum in testamento domini Petripauli, & acceptatione legatoruz facta per authores istorum agentium. Respõdetur & de plano, quod onus euictionis iniunctum legatis, seu legatarijs, ipsa legata acceptantibus fuit iniunctum in casum, qui non euenit, videlicet si Bernardus Celleius, aut eius heredes, in bonis, de quibus agitur, molestarentur, & euictionem paterentur per commune Florentie, vel eius officiales, vel per habentes ius, & causam a dicto communi, vt in predicto testamento exprimitur quod debet intelligi respectu iuris, quod ad dictum commune pertineret, seu pertinere posset post finitam lineam masculinaz dicti Matthei & successiue predictoruz Stephani, & Alexandri, de Pantiaticis, quibus in predictum casum bona, de quibus agitur vendita fuerunt pro communi Florentie ementibus vt ex instrumento venditionis predicte constat, at linea predicta nondum defecit, quum de ea supersint predicti authores, ergo nullum ius potest, nec vnquam potuit pretendere cõe Florentie super dictis bonis, & similiter nullus potest dici a dicto cõi

21 causam, aut ius habere, † cum in alium transferre non potuerit, quod ipsum commune non haberet. Iuxta regulam l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. & l. traditio. in princ. ff. de acquir. rer. domi. cum simi. prout hoc plene, & docte deducit excellentissimus Consulens, ad quem me refero.

¶ Et vltra eum rem totam breuiter perstringendo, & vt apertius declaretur, & pariter omnis difficultas remoueatur, videtur quod immo, isti authores dicantur habere ius, & causam a cõmuni Florentie, saltem actualiter, nam totum ius eorum originem habet ab illa concessione facta predicto olim Mattheo Pantiatico de credito montis pro se & descendẽtibus masculis, in cuius crediti locum fuerunt subrogata predia, de quibus agitur, vt supra dictum fuit, vnde sicut in credito ipso si non fuisset facta dicta subrogatio, isti actores dicerentur originaliter habere causam a dicto communi Florentie, ita etiam videtur dicendum, quod in dictis bonis ab eodem communi dicatur

22 habere causam per argumentum de subrogato † vt scilicet idez iudicetur de eo, quod de eo, in cuius locum subrogatur. §. fuerat. institu. de act. cum similibus. & supra dictum fuit, sic igitur videtur, quod venerit casus a predicto domino Petropaulo testatore consideratus, etenim isti actores habentes causam a cõmuni Florentie molestant heredes dicti Bernardi Cellesij, in bonis illi legatis a predicto testatore, ergo &c.

¶ Verum tamen hoc non obstante, verissima est conclusio supra posita vt scilicet isti actores ab agendo propter predictam acceptationem legatorum a suis predecessoribus factam non repellantur, & de euictione non teneantur, quia vt dictum est non euenit casus a testatore predicto consideratus, quia negatur, quod isti actores in proposito nostro habeant bona, de quibus agitur petendi a dicto communi, vti dictus testator considerauit, nam quãdo testator dixit, & voluit illos legatarios de Pantiaticis precessores istorum actorum teneri ad defensionem, & quod de euictione promitterent. &c. declarauit se id velle si quoties, & quando bona dicto Bernardo legata molestarẽtur, aut euincerentur per commune Florentie, & officiales mõtis, &c. ex quibus verbis apparet, quod testator considerauit casum, in quo commune Florentie posset predicta bona petere. Quod certe non esset nisi finita linea masculina predictorum Alexandri, & Stephani, etenim predicta bona (vt supra dixi) per eos empta fuerunt etiam pro dicto communi solum in casum

su predicte linee deficientis, unde durante dicta linea dictum commune ad bona predicta nullum ius habere potest, etiam quod nunc reperiantur apud heredes dicti Bernardi Cellesij, & sic extra predictam lineam, quoniam ipsum commune non ea petere potest, sed isti actores, uti agnati, & de linea predicta attẽ to maxime, quod iam decessit Alexander, qui ea vendidit, sicuti
23 contingit in feudo† per vassallum alienato, quia non aperitur domino, sed agnatis, qui illud petere possunt saltem post mortem alienantis secundum veriorem, & magis cõmunem * opi. ut post glo. ibi per illum tex. firmant Jacob. de Belui. Andr. de Isern. Bald. preposit. & alij. in c. j. §. hoc quoque. de succes. feud. & Alex. in consi. xxx. quoniam omne datum. iiij. colũ. lib. j. cum concordantibus ut alias dixi, in consi. lxxvij. cum vigeret bellum nu. 121. j. vol. & sicut in molestia inferenda per cõmune Florentie solum dicitur consideratus casus, quo de iure molestare posset, & sic post defectum linee predicte similiter etiã in eodem casu debent intelligi verba sequentia maxime duꝫ dicitur, seu per habentes iura, a dicto communi Florentie, nam talia verba presupponunt cõmune ius habuisse, & in alium trã
24 stulisse, alioquin† plus iuris diceretur habere, qui causam, & iura haberet a dicto cõmuni, quã ipsum cõmune, quod dici nõ potest d. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. hinc dicit Bar. in l. si universe. C. de legat. pro summario illius. l. mal da chi nõ ha. quod ergo dicitur, in dicto testamento, seu habentes iura a dicto communi debet necessario intelligi scilicet ut ab eo, qui molestiam inferre potuisset, & ideo licet alio respectu isti actores dicantur certo modo habere ius, a predicto communi, ut in cõtrarium dicebatur, tamen non de tali iure sensit testator, sed de eo iure molestandi, quod prius predictum commune Florẽtie habuisset ut supra deductum fuit, cum igitur non venerit casus quo isti actores de euictione teneantur, ex quo linea, de qua supra adhuc in eis conseruatur, sequitur quod contra eos nõ potest opponi allegata regula, quem de euictione tenet actio &c. sed tanquam de linea predicta dicuntur habere ius dicta bona petendi, & obtinendi nulla sibi obstante exceptione. Et ita ex predictis, & alijs pluribus per dominum Consulentem deductis concludendum puto. Laus Deo.

¶ Socin. Nepos Bononie. 1552. die. 28. Augusti.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LIII.

¶ De hereditate aui materni, quod ad eaꝫ admittantur simul nepotes utriusq; sexus.
¶ De statuto quodam Ragusino admittente solum nepotes masculos ad hereditateꝫ aui, & feminas excludẽte (cuius verba sunt infrascripta) utrum procedat, ẽt respectu aui materni.

¶ Statutum de quo disputatur in hoc consilio.

¶ Item accadendo ch'alcuno padre di famiglia venisse a morte senza testamẽto, & lasciasse drieto da se figliuoli, & nepoti, cioe figliuoli de figliuoli, la donna vna, o piu di tal figliuoli morti viduãdo debbia possedere la parte delli beni del suocero, alla qual succederia il suo morto marito s'el fosse viuo, & gli figliuoli di tal figliuolo morto, se saranno maschi succedano alli beni dell'auo, per quella parte che succederia il lor padre, s'el fosse viuo, ma se non fosseno maschi, ma femine quelle debbino esser dotate delli beni dell'auo della portione, che toccaria a lor padre s'egli fosse viuo, secondo la conditione delle persone, & in gli beni di tal padri di fameglia se intendino esser saluo le dote de le sue nuore, & che in la parte, che toccaria alli mariti di tal nuore in gli beni paterni, se fusseno viui, & questo come, e detto nelli casi, che gli padri di fameglia fossero morti abintestato &c.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Auo materno succedunt tam fœminæ quam masculi æqualiter, & non est facienda aliqua differentia sexus, ne uideamur naturæ accusatores.*
2 *Statutum (licet contra ius commune) debet seruari in loco statuentiũ.*
3 *Filiorum nomine ueniunt etiam filiæ fœminæ, & masculinum concipit fœmininum.*
4 *Aui appellatione uenit tam paternus quam maternus.*
5 *Filiorum appellatione ueniunt etiam fœminæ nõ ex propria uerbi importantia, sed per iustam interpretationem prudentum.*
6 *Verborum proprietas in statutis est attendenda nisi de contraria uoluntate constet.*
7 *Filij non sequuntur familiam matris sed patris.*
8 *Mulier dicitur suæ familiæ finis.*
9 *Statuti ratione & mente cessante, cessat etiam ipsius dispositio.*
10 *Casus non comprehensus à statuto remanet sub dispositione iuris cõis.*

CONSILIVM LIII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.
¶ Viso statuto nobis exhibito, nec non etiaꝫ viso consilio excellentissimi Cõsultoris, & mihi uti fratris honorandi do. Hieronymi Tornielli pro resolutione presentis dubitationis in amplissima ciuitate Ragusij vertentis utrum scilicet ad hereditatem Juliani de Florio aui materni abintestato decedẽtis admittãtur simul duo nepotes masculi, & vna femina, nati ex premortua filia dicti Juliani, quilibet pro tertia parte, an vero solum admittantur illi duo, masculi, exclusa femina?
¶ Et omnibus mature, ac diligenter consideratis placet etiaꝫ mihi, & verissima videtur conclusio per dominum Consulentẽ firmata, ut scilicet simul cum masculis, etiaꝫ neptis femina admittatur ad virilem portiõnem per ea, que plene per euꝫ deducta fuerunt, & certe inspecta dispositione iuris communis cla-
1 rissima, & indubitata† est conclusio predicta quum omnes descendentes tam masculi, quam femine, equaliter succedant, & non est facienda aliqua differentia sexus, ne videamur fieri nature accusatores contra l. maximum vitiũ. C. de liber. preterit. & est hodie tex. in §. j. in auth. de hered. abintestat. ven. & in authen. in successione. C. de suis, & legit. hered. habet ergo ista neptis femina fundatam intentionem de iure cõmuni, ut scilicet cum fratribus suis pariter succedat, ad bona aui materni, premortua iam filia, & matre illorum, &c.
¶ Difficultas autem oritur propter statuta dicte ciuitatis, que in contrarium allegantur quatenus in eis inter cetera cauetur, quod moriente auo nepotes masculi succedant, & neptis femina debeat dotari de bonis dicti aui, & sic videtur, quod ista neptis tã quam femina ad successionem cum masculis non vocetur, sed
2 debeat contentari, quod dotetur, tale† enim statutum (licet sit contra ius commune) in loco seruari debet l. omnes populi. & ibi tradunt Bar. & alij. ff. de iusti. & iur. &c.
¶ Nec videtur obstare, quod in statuto fiat mentio de filijs in genere masculino, dum in eo dicitur, cio e, figliuoli delli figliuoli &c. Quoniam respondetur, quod immo statutuꝫ videtur loqui de nepotibus ex filijs simpliciter, & sic tam masculis, quaꝫ femi-
3 nis, cum sub nomine† filiorum veniant etiam filie femine. l. si quis ita. ff. de testam. tut. & l. iusta & l. quisquis. ff. de verb. sign. & ibi tradunt Doct. & alias pro regula dicitur, quod masculinũ cõcipit femininũ. l. qui duos. ff. de leg. iij. cũ simi. unde quãdo in statuto dicitur figliuoli delli figliuoli &c. perinde esse videtur, ac si dixisset, delli figliuoli, & delle figliuole, & ideo licet isti nepotes sint nati ex filia predefuncta, & non ex filio, tamẽ videtur ista femina excludi per statutum, ut sic statutum intelligatur loqui etiam de nepotibus ex filia &c.
¶ Ad quod facit, quia in statuto dicitur, che li nepoti maschi
4 succedano alli beni dell'auo &c. appellatione† enim aui venit tam maternus, quam paternus. l. iurisconsultus. §. secũdo gradu. ff. de grad. &c.
¶ Istis tamen non obstantibus veritas est in contrariũ, ut scilicet ista femina in casu nostro per statutũ nõ excludatur, prout per dñm Consulentẽ cõclusum fuit, ut sic illa ex forma iuris cõmunis vna cũ fratribus auo materno succedat non obstãte dicto statuto, eo quod statutũ in alio casu loquatur, videlicet, quando agitur de successione aui paterni, & hoc ostenditur primo ex verbis predicti statuti, secundo ex mente, & ratione eius
5 presupponendo primo, quod† licet alias appellatione filiorum veniant etiã femine ut dictum fuit, tamen id non est ex propria verbi importantia, alio enim nomine masculi vocantur. s. filij, in genere masculino, alio femine scilicet filie in genere feminino sed procedit illud per iustam interpretationem prudentum, ut dicitur in preallegata l. iusta. ibi iusta interpretatione &c. & est

doctrina Bart. in l. j. ff. de verbo. significatio. cum concordan-
tibus vt scripsi in consi. clxviij. Magnificus Comes. nu. 26.
⁊ 27. ij. volumi. vnde cum in statuto fiat mentio de nepotibus
natis ex filijs in genere masculino, posset primo dici, ꝙ nō de-
bet statutum intelligi de natis ex filia adherendo proprieta-
6 ti † verborum, a qua non est recedendum, nisi de contraria vo-
luntate constet. l. non aliter. in princi. ff. de legat. iij. cum simili-
bus, verum in hoc solo fundamentum non facerem sed in alijs
dico, ꝙ apertissima voluntas statuentium ostenditur, maxime
stante presupposito predicto.

¶ Et primo aduertendum est, ꝙ statutum disponens de ma-
tre illorum nepotum in eius fauorem illaz vocat nurum, illius
aui, de cuius successione disponit, ⁊ econtra auum illum ap-
pellat socerum eius, quo stante necessario sequitur, quod sta-
tutuz disponit de bonis aui paterni, ⁊ non materni, quia auus
maternus illi mulieri nepotum matri, non socer, sed pater es-
set, et econtra illa non esset illi nurus, sed filia vt patet ad
sensum, ⁊c.

¶ Secundo constat etiam dum in statuto dicitur, la donna di
tal figliuoli morti. ⁊c. sic ergo illa erat nurus, ⁊ sic ibi agitur de
bonis aui paterni. ⁊c.

¶ Tertio idem apparet, dum in statuto dicitur, gli figliuoli
maschi, di tal figliuol morto, succedino p quella parte, che suc-
cederia il lor padre, se'l fosse viuo, ⁊ paulo infra dicitur della
portione, che toccaria a lor padre ⁊c. que verba respectu bono-
rum aui materni non conuenirent, quia tunc non de patre ne-
potum, sed de matre fieret mentio ⁊c.

¶ Quarto etiam constat, dum in statuto dicitur, salue le dote
delle nuore ⁊c. nam etiam ex his verbis ostenditur, ꝙ agitur,
de bonis aui paterni, respectu nepotum, qui erat socer dicta-
rum nuruum, quoniam si de auo materno intelligeretur lo-
qui statutum respectu nepotuz ex premortuis filiabus, ille mu-
lieres non dicerentur nurus, sed essent generi, ⁊ sic masculi con-
tra expressa verba statuti ⁊c.

¶ Ex his igitur, ⁊ alijs consideratis per D. Consulentez aper-
tissime constat in statuto predicto solum disponi de bonis, ⁊
hereditate aui paterni vt scilicet in ea masculi nepotes excludāt
neptes vt in eodem dicitur, ⁊ hoc ex communi, ⁊ verissima in-
terpretatione nostrorum maiorum censetur dispositum fauo-
re conseruande agnationis persone defuncte vt egregie post
antiquos declarat recolende memorie auus meus Marian.
Socinus in consi. xxx. quamuis ex his. iij. col. cum concordan-
tibus multis vt alias plene scripsi in consi. j. factum tale propo-
nitur. nu. 28. ⁊ 29. j. vol. quod etiā d. Consulens citauit.

¶ Et ex hoc ostenditur, ꝙ vltra verba statuti, adest etiā mens,
⁊ intentio statuentium, vt scilicet statutum non procedat in he-
reditate aui materni in eo, quod neptes, per nepotes, ⁊ sic fe-
mine per masculos excludantur, cum in nepotibus ex prede-
functa filia non vigeat ratio conseruande agnationis defuncte
persone, ⁊ sic aui materni, quia tales nepotes (licet masculi
sint) non dicuntur de agnatione, ⁊ familia aui materni, sed pa-
7 tris eorum, quia † qui nascuntur, non matris familiam, sed
patris eorum sequuntur. l. familie. §. fina. ff. de verbo. signific.
sicut etiam sunt in potestate patris, ⁊ non matris, aut aui ma-
terni. §. fina. institu. de patr. potesta. cum similibus. Hinc di-
8 cimus, quod † mulier dicitur sue familie finis. l. pronunciatio.
in fin. ff. de verbo. significat. Cum igitur in nepotibus ex filia
non possit fieri conseruatio agnationis aui materni, ⁊ conse-
9 quenter cesset † ratio, ⁊ mens statuti predicti, debet etiam cessa-
re statuti dispositio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. ⁊c.
10 cum cessante. extra de appellat. cum similibus. ⁊ sic † cum sta-
tutum in hoc casu, (idest quando agitur, de successione aui ma-
terni) non loquatur, remanet iste casus sub dispositione iuris
communis. l. si cum dotem. in princ. ff. solut. matr. l. commo-
dissime. ff. de liber. ⁊ posthum. ⁊ l. si extraneus, ⁊ ibi tradunt
Doct. maxime Bar. ⁊ Ias. ff. de condict. ob causam. cum con-
cordantibus vt dixi in consi. clxx. Excellentissimus Iur. Vtr.
Doctor. nu. 30. ij. volumi. ex quo sequitur, ꝙ neptis ad here-
ditatem aui materni simul cuz nepotibus fratribus ipsius ad-
mittuntur secundum ordinem iuris communis, prout supra
fuit dictum. Et ita ex predictis, ⁊ alijs pluribus deductis per
dominum Consulentem, de simplici subscriptione requisitus
concludendum puto. Laus Deo. Opt. Maximo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1552. 12. Octobris.

CASVS

CONSILII LIIII.

DOMINVS Hieronymus Mangellus nobilis Foroliuiensis in suo testamento institutis tribus filijs videlicet dominis Iacobo, Andrea, ⁊ Antonio heredibus vniuersalibus, ⁊ inuicem substitutis per illa verba, si quis eorum decesserit sine filijs masculis substituit filios suos superuiuentes, vel eoruz filios, vxori sue domine Catherine quedam bona reliquit, ⁊ inter cetera, quoddam predium per se emptum a quoddam Ludouico, adijciens, quod ipsa domina Catherina predio ipso toto tempore vite sue, ⁊ donec vixerit, vti, frui, ⁊ gaudere debeat, ⁊ fructus, ⁊ redditus dicti predij habeat toto tempore vite sue, ⁊ de eisdem disponere valeat, prout eidem D. Catherine placebit, ⁊ idem etiaz dixit testator de alijs bonis ipsi vxori relictis, eo addito, quod si tempore mortis ipsius precium dicti predij non fuerit integraliter solutum predicto Ludouico, voluit dictus testator infrascriptos suos heredes obligatos esse ad soluendū dicto Ludouico residuū dicti precij, de alijs bonis ipsius testatoris suis heredibus relictis.

¶ Item voluit, ⁊ disposuit dictus testator, ꝙ omnia legata, ⁊ relicta dicte domine Catherine post mortem eius perueniant ad infrascriptos suos heredes, ⁊ ipsa bona dicte vxori legata ea defuncta iure institutionis eisdē hēdibus ifrascriptis reliqt ⁊c.

¶ Mortuo testatore tres filij predicti hereditatem adiuerunt seu illi se immiscuerunt, ⁊ ex eis duo scilicet Antonius, ⁊ Andreas viuente adhuc domina Catherina decesserunt relictis filijs, ⁊ heredibus.

¶ Demum decessit domina Catherina. Queritur nūc vtrum ad bona, q̄ ei relicta fuerūt, admittat̄ solus Iacobus, q superest ex institutis heredibus, an vero simul cū eo vocent̄ filij, ⁊ heredes predefunctorum fratrū scilicet Antonij ⁊ Andree?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De relicto facto vxori de certis bonis, vt vtatur, ⁊ fruatur, donec vixerit, ⁊ post eius mortem perueniant dicta bona ad infrascriptos suos heredes, vtrum scilicet debeantur filijs, ⁊ heredibus vnius ex heredibus ante vxorem premortui, an vero vni tantum ex heredibus, qui superest, ⁊ de materia plene?

¶ Et an, ⁊ quando mentio scripti heredis complectatur etiaz heredem heredis?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Hæres hæredis dicitur hæres testatoris.*
2 *Legatum temporale & ad uitam (mortuo legatario) redit ad ius hereditarium penes quemcūque reperiatur, cum quo consolidatur, & sic etiam ad hæredem hæredis perueniat, apud quem ius hæreditarium reperitur.*
3 *Hæres sentiens onus legati debet etiam percipere eius emolumentum.*
4 *Testamenti una pars declarat aliam.*
5 *Argumentum ab æquiparatis ualet.*
6 *Testatori succeditur per fideicommissum. declara ut nu. 22.*
7 *Testatoris mens ita interpretanda est prout præsumitur uerisimiliter testatorem respondisse, si interrogatus fuisset.*
8 *Dispositio loquens de scriptis hæredibus habet locum etiam in hæredibus scripti heredis, quia licet non sint scripti in testamento tamen pro scriptis habentur, quia succedunt in locū eius qui scriptus fuit.*
9 *Hæredes scripti soli dici possunt illi quorum nomina sunt notata in testamēto, non autem illi qui possunt dici hæredes ex legis ordine.*
10 *Substitutio facta a testatore de hæredibus suis infrascriptis solum uocat eos qui nominatim scripti sunt, & non qui erant per certam personam eligendi, quia ipsi non possunt dici scripti.*
11 *Relictum alicui pro dote, et si antequam nubat decesserit deueniat ad suos hæredes infrascriptos, si hæredes ante illam mulierem decedant relictis post se filijs & hæredibus, & postea decedat mulier illa ante nuptias, non pertinebit ad hæredes, solum ueniunt qui scripti in testamento erant & legi poterant.*
12 *Probibitio facta dicto uel supra uel infrascripto hæredi non comprehendit hæredem hæredis, & dicitur probibitio personalissima.*
13 *Fideicommissum conditionale decedente fideicommissario pendēte conditione non transmittitur ad hæredes.*
14 *Testatoris uoluntas ex uerborum importantia clara seruanda est nisi contrarium manifeste ostenditur.*
15 *Voluntas testantis in testamentis primum locum obtinet, illaque ante omnia seruanda est.*

16 *Verba, ad utendum fruendum gaudendum uel quid simile in legato adiecta, non tollunt quin res ipsa simpliciter etiam respectu proprietatis sit legata.*
17 *Res licet alicui donetur ad usum, tamen dicitur donata proprietas rei, & ibi legare rem ad usumfructum.*
18 *Vxor si sit instituta à marito in uita, & (ea mortua) hospitale, illa non dicitur temporaliter instituta sed simpliciter, & grauata post mortem restituere.*
19 *Verba (infrascripto hæredi) in dubio debent capi non decisiue sed demonstratiuæ.*
20 *Onus hæreditarium omnes hæredes pro sua rata respicit etiam quod testator nihil dixisset.*
21 *Illatio non bene fit ex diuersis.*
23 *Coniecturis non est locus in casibus certis.*
24 *Testator non præsumitur dixisse nisi quod prius mente concepit.*
25 *Amore & dilectio non est ad incognita.*
26 *Hæres hæredis aliquando uenit appellationi hæredes scripti.*
27 *Hæreditas est successio in uniuersum ius quod defunctus habuit.*
28 *Cornei consilium lxix. uol. iiij. declaratur.*

CONSILIVM LIIII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Resolutio presentis consultationis, licet apud me sit satis aperta in fauorem domini Jacobi, vt scilicet solus admittatur ad bona de quibus agitur, vt infra dicetur, tamen vt audio per aliquos difficultatur, & dicitur, quod immo cum eo simul admitti debent filij, & heredes predefunctorum fratrum dominorum Andree, & Antonij in stirpes.

¶ Et talis opinio videtur probari primo ex regula l. qui per
1 successionem. ff. de regu. iur. nam † etiam predicti heredes Andree, & Antonij dicuntur heredes testatoris, vt ibi dicitur concordat l. fin. C. de heredi. instituen. cum simi. est enim vulgare dictum, quod heres heredis primi defuncti dicitur heres vt d. l. fi. vnde cum bona, de quibus agitur, debeant deuenire ad heredes testatoris, videtur quod etiam filij, & heredes Andree, & Antonij pro sua rata admittantur.
2 ¶ Secundo facit, quia † cum legata predicte domine Catherine facta videatur temporalia scilicet donec ipsa vixerit, vt verba testamenti sonant. ibi & donec vixerit, &c. videtur quod ea mortua reddeant ad ius hereditarium penes quemcunque reperiatur, cum quo talia bona finito legato consolidantur, vt sic etiam ad heredem heredis perueniant, apud quem ius hereditarium reperitur, vt voluit Paul. de Cast. in l. fin. C. de legat. in lectura, que communiter non habetur, sed eum ibi refert, & sequitur Alex. ij. colum. versi. querit hic Paul. de Cast. & fuit hec opinio Bart. in l. Titia cum testamento. §. fina. in ij. quest. ff. de legat. ij. vbi Paul. de Cast. sequitur, & dicit esse notandum, qui idem dixit etiam in l. si a me. ff. ad leg. falcid. & ita etiam dicit Alexan. in consi. xcij. super eo, de quo queritur, j. col. lib. iij. & Patruus & dominus meus Socin. in consi. cij. visis scripta compositionis, col. pen. versic. sed posito, quod censeretur relicta proprietas. iij. vol. & ego alias ita firmaui in repetit. l. cum filiofamilias. in vlt. not. in fin. ff. de legat. j. & istud videtur, quasi in terminis firmare Parisi. in consi. xxj. viso testamento, quondam domini Hieronymi. nu. 44. cum tribus seq. ij. vol. presertim quum dicit, verba infrascripto heredi poni in dubio demonstratiue, sed ius hereditarium in casu nostro reperitur penes filios, & heredes predictorum Andree, & Antonij pro rata suorum parentum, ergo &c.

¶ Tertio idem videtur probari considerando, quod testator inter cetera voluit, quod si precium predij per ipsum empti, a quodam Ludouico, & legati dicte domine Catherine non esset integre solutum tempore mortis eius, id quod soluendum supererat, soluatur per infrascriptos heredes de bonis alijs dicti testatoris suis heredibus relictis vt in puncto narratur, & in testamento legitur, & sic videtur testator velle, quod tale onus dicatur reale respiciens hereditatem, & bona eius, & non personas institutorum, ex quo duo fiunt fundamenta in fauorem filiorum Andree & Antonij.
3 ¶ Primum est, quod sicut † onus dicti legati eos respiceret vti bona hereditaria habentes, ita conueniens est, quod emolumentum eius, & aliorum legatorum ad eosdem pertineat iuxta l. secundum naturam. ff. de reg. iur. cum concordantibus multis allegatis ibi per glo. & vltra glo. facit optime. l. j. §. fin. ff. de aq. pluu. arcen. & regula. qui sentit onus de regu. iur. lib. vj. & dixi in consi. xcv. Reuerendus dominus Zupheldus. nu. 3. ij. vol. &c.

¶ Secundum est, quod sicut verba illa, infrascriptos suos heredes voluit esse obligatos, &c. non videntur restricta ad institutos, sed videntur potius importare ipsam hereditatem, seu illam, & bona ipsius habituros vt dictum est, ita etiam videntur intelligenda similia verba infra posita dum dicitur, quod bona domine Catherine legata, ea mortua perueniant ad infrascriptos suos
4 heredes, cum vna † pars testamenti aliam declaret l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. j. cum simi. vt tradit Deci. in consi. cclxx. dominus Raynaldus. nu. 5. & dixi in consil. cv. consideratis his, que in facto. nu. 7. j. vol.

¶ Quarto facit, quia testator bona relicta domine Catherine sue vxori, que ea mortua voluit peruenire ad infrascriptos heredes, eisdem reliquit iure institutionis, & sic videtur voluisse, quod ad eos veniant vti heredes, & cum iure hereditario consolidentur, & consequenter, quod eodem modo capiant, quo ceperunt hereditatem, & cum eisdem qualitatibus, alioquin non dicerentur capere iure institutionis, sed sic est, quod hereditas, bona eius, & ius ipsum hereditarium sic acceptum fuit, vt ad filios, & heredes eorum perueniret, prout peruenit ex persona dictorum Andree, & Antonij, ergo eodem modo debent ad ipsos filios, & heredes peruenire bona, de quibus agitur sum-
5 pto argumento † ab equiperatis iuxta glo. in l. si quis seruo. in glo. fi. C. de furt. & tradita per Doct. in l. ij. vbi aliquando dixi ff. de legat. j. &c.

¶ Quinto etiam facit, quia ad ista bona heredes testatoris veniunt ex fideicommisso per ipsum testatorem ordinato post mor-
6 tem dicte domine Catherine, & dicunt Doct. quod † per fideicommissum succeditur testatori. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg. & pupillar. vnde credendum est, quod testator in eo voluerit se conformare cum dispositione iuris iuxta tradita per Bart. Patruum, & dominum meum Socin. & alios. in l. heredes mei. §. cum ita. vbi etiam ego dixi. ff. ad trebellian. cum concordantibus vt scripsi in consi. ciiij. Joan. Dominicus Armanus. nu. 26. j. volu. sed ipsi testatori pariter succederent filij predefunctorum Andree, & Antonij cum ipso Jacobo in stirpes. §. cum filius. insti. de hered. que abintest. defer. cum simi. ergo &c.

¶ Demum pro hac parte facit, quia sic verosimiliter respondisset testator si de hoc fuisset interrogatus, vt ex argumentis supra factis constat, maxime ex tertio & quinto ac etiam, quia par ratio videtur seu par affectio in nepotes ex defuncto filio fuisse in testatore, que in filium viuentem iuxta l. liberorum. & tradita ibi
7 per glo. & Doct. ff. de verb. sign. quo † posito ita & nos interpre
* tari debemus vt traditur communiter * per glo. & Doct. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. cum concordantibus vt dixi in consil. xc. dominus Marianus. nu. 14. j. volu. & in consi. clxxij. sic inter cetera legitur. nu. 29. ij. vol. &c.

¶ Nec predictis videtur obstare, quod testator expresse vocauerit heredes infrascriptos, & sic tantum videatur vocare eos, qui
8 ex institutis supersint vt infra dicetur, quoniam videtur, quod † immo dispositio etiam loquens de scriptis heredibus procedat, & habeat locum etiam in heredibus scripti heredis vt probatur in l. j. & ibi declarat Bald. C. quor. legat. nam licet non sint scripti in testamento, tamen pro scriptis habentur, quia succedunt in locum eius, qui scriptus fuit, vt ibi dicit Bal. & in simili casu ita firmat Corn. in consi. lxix. quanquam in hac consultatione. iiij. vol. volens, quod onus iniunctum heredi scripto, debeat impleri etiam per heredem heredis vt per eum, & ita etiam, quod sub nomine scripti heredis veniat heres heredis firmat Jaso. in l. fi. ij. col. versi. quarto extende istam regulam. C. de hered. instituen. & Cagnol. in preallegata. l. qui per successionem. nume. 6. ff. de regu. iur. &c.

¶ Hec forte sunt, quibus mouentur, qui contra Jacobum superstitem ex heredibus per testatorem scriptis institutam esse arbitrantur, vt scilicet solus ipse non vocetur ad bona, de quibus agitur, sed cum eo in stirpes admittantur nepotes eius ex fratribus premortuis. &c.

¶ Uerum istis, & alijs quibuscunque non obstantibus in casu nostro veritas est in contrarium, & sic concludendum puto solum Jacobum superstitem ad bona domine Catherine legata, ea iam defuncta esse admittendum exclusis penitus predictis filijs, & heredibus Andree, & Antonij premortuorum. &c.

¶ Et fundamentum est clarum, & concludentissimum, quia testa-

tor bona predicta, vxore eius, ⁊ legataria mortua, voluit per-
uenire ad infrascriptos heredes suos, ⁊ sic tantũ ad eos quo-
rum nomina scripta sunt in testamento, ⁊ ita oculis corporeis
9 legi possunt, nam† illi soli possunt dici scripti heredes, non hi,
qui possunt dici heredes ex legis ordine iuxta l. j. §. j. in prin
⁊ versi. sed si non legi. ⁊ ibi tradita per Doct. ff. de his, que in
testamen. delent. sed filij premortuorum Andree, ⁊ Antonij
non leguntur scripti heredes in testamento, sed eorum patres
vna cum Jacobo eorum fratre superuiuente, licet tanquam
heredes suorum patrum possint dici heredes testatoris. dicta
l. fina. C. de heredibus instituend. ergo non possunt dici vo-
cati ad bona de quibus agitur, ad quod est doctrina Bartol.
* communiter * recepta. in l. qui liberis. §. hec verba. in vlti-
ma questio. ff. de vulgar. ⁊ pupil. dum ibi vult, quod substi-
10 tutio† facta a testatore de heredibus suis infrascriptis, solum
vocat eos, qui nominatim scripti sunt si aliqui scripti reperiun
tur, cum oculis corporeis legi possint, ⁊ non, qui erant per cer
tam personam eligendi, eo, quod ipsi non possunt dici scri-
pti, quia oculis corporeis legi non possunt, vt per eum, ⁊ de-
cisionem Bart. allegando, ⁊ sequendo casum nostrum vide-
tur determinare Joan. de Jmol. in l. si quis filium. §. fina. in
11 vltimis verbis. ff. de acquir. hered. concludens, quod† si cer-
tum quid relinquatur alicui pro dote, ⁊ si ante quam nubat
decesserit deueniat ad suos heredes infrascriptos si ante illam
mulierem decedant, instituti heredes relictis post se filijs, ⁊
heredibus, ⁊ postea decedat mulier illa ante nuptias id, quod
ei relictum fuerat, non pertinebit ad heredes heredum, quia
sub illis verbis, infrascriptos heredes, solum veniunt, qui scri
pti in testamento erãt, ⁊ legi poterant, ⁊ dicit ibi Jmol. quod
ita de facto consultus respondit apud fauentiam, quam opi-
nionem refert, ⁊ sequitur Alexan. in dicto §. hec verba. colũ.
fina. versi. vlti. inquantum Bart. dicens, quod idem dixit in
l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de liberis ⁊ posthumis, vbi in-
uenies colum. fina. ad fina. versi. quid autem de suprascriptis
heredibus, ⁊ ita in terminis nostris hanc opinionem consu-
lendo firmat idem Alexan. in consil. clxxiij. visa facti narratio-
ne. nume. 3. ad fin. lib. v. prout ego illum retuli, ⁊ secutus sum
in l. cum filiofamilias. in ix. ⁊ vltimo not. in fin. ff. de legat. j.
⁊ in consi. clxiij. dominus Gandulphus. numero 21. ij. volu.
⁊ eandem opinionem firmat idem Alexand. in consil. clxxvj.
visis narratis. nume. 6. lib. vij. ⁊ licet Jaso. in dicto §. hec ver-
ba. videatur dubitare de decisione Bart. ibi, tamen in fin. di-
cit, quod semper secundum opinio. Bart. consuleret vt per
eum, ⁊ ego addo, quod in casu nostro predicta conclusio pro
cederet, etiam quod opinio Bart. in dicto. §. hec verba non
procederet, nam in casu Bart. potest dici, quod immo pau-
peres reperiuntur scripti heredes in testamento ex quo fue-
runt electi per eum, qui ad id per testatorem fuerat deputa-
tus, quod non est in casu nostro, quia heres heredis non re-
peritur aliquo modo scriptus, nec in eum cadit affectio te-
statoris, que non est ad incognitos vt infra dicam, ⁊ sic in ca-
su isto adest ratio particularis cur testator solum scriptos he-
redes vocare voluerit, scilicet affectio, cum essent filij ⁊ cogni-
ti, que vt dixi non consideratur in eorum filios, ⁊ heredes cuʒ
testatori non essent noti, quia nondum nati erant, ⁊ stante hac
consideratione conclusionem nostram in terminis firmat De-
ci. in l. qui per successionem. nume. 4. ff. de regu. iur. vbi etiaʒ
idem firmat Hierony. Cagnol. nume. 9. ⁊ 10. ⁊ ibi etiam plu
res alios allegat. eandem opinionem firmat Deci. in consil.
cccclxv. perscrutatis verbis. nume. 8. ⁊ in consil. cccccxiij. in ci-
uitate nostra. nume. 12. versi. circa primam. hanc opinionem
etiam virtualiter tenent plures moderni in l. filiusfamilias. §.
diui. ff. de legat. j. ⁊ inter alios Ripa ibi nume. 211. dum post
12 alios concludit, quod† prohibitio facta dicto vel supra vel in-
frascripto heredi non comprehendit heredem heredis, ⁊ in-
ter alia dicit, quod talis prohibitio propter illa verba dicitur
personalissima, vt per eum, quod ante alios voluit Bald. in
consi. ccciiij. nobilis vir dominus Gulielmus. in j. questio. vo
lumi. v. refert, ⁊ sequitur Grat. in consil. xlx. cum materia sit.
nume. 3. ⁊ 4. ij. volu. ⁊ Tiraquel. in tract. de retract. car. 345.
nume. 25. vbi plura ad hoc congerit, sic ergo ⁊ in casu isto vo-
catio infrascriptorum heredum erit personalissima, ⁊ non im-
portabit heredem heredis, ⁊ ita etiam voluit elegans Mo-
der. Alciat. in l. heredis appellatio. paulopost prin. ff. de verb.
signifi. si igitur per illa verba ad infrascriptos suos heredes so-
lum dicuntur vocati, qui in testamẽto scripti leguntur, ⁊ sic ip
si filij testatoris sequitur, q in eis non continentur filij, ⁊ here-
des illorum per supra deducta.

¶ Nec dicatur, q predicti filij, ⁊ heredes Andree, ⁊ Antonij
veniant iure transmissionis cum sint de descendentibus testa-
toris iuxta glo. in l. is cui. ff. de act. ⁊ obligatio. Quoniam il-
lud omnino est falsum, ⁊ glo. illa communiter reprobata tam
ibi, quam in l. j. ff. de legat. j. ⁊ in l. heredes mei. §. cum ita. vbi
ego plene de hoc dixi. ff. ad trebellian. quicquid ibi disputan-
do tentauerit Patruus, ⁊ dominus meus Socin. est enim
13 clarum q† fideicommissum conditionale decedente fideicom
missario pendente conditione non transmittitur ad heredes
per l. j. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de caduc. tollen.
etiam, q simus inter liberos. vt bene probatur. in d. §. cuʒ ita.
* ⁊ tradunt communiter * Doct. in locis predictis. Et ex his cõ
stat optime fundatam conclusionem prepositam in fauorem di-
cti Jacobi, vt scilicet solus nunc vocetur ad bona, de quibus
agitur, omissis alijs pluribus, que per ea allegari possent, gra
tia breuitatis cum necessaria non sint.

¶ Nec predicte conclusioni obstant, que supra in contrarium
allegata fuerunt, quoniam licet ex predictis plurima ex eis re-
cte intuenti sublata videantur, omnibus tamen singulatim cla
re respondetur vt infra ad clariorem veritatis ostensionem.

¶ Non obstat igitur primum, quia regula in eo allegata non
procedit, quando ex verbis disponentis apparet de contraria
voluntate eius, vnde cum in casu nostro voluntas testatoris
clara appareat, quod sub nomine heredum veniant solum,
quia scripti erant in testamento, ⁊ sic filij ipsius testatoris pro-
pter illa verba infrascriptus suos heredes, vt supra deductum
fuit, non est vlterius instandum l. ille, aut ille. §. cum in ver-
14 bis. ff. de legat. iij. cum similibus, ⁊ † cum de tali voluntate te-
stantis satis constet ex verborum importantia illa seruari de-
bet, nisi contrarium manifeste ostendatur l. non aliter. in prin
15 cipio. ff. eod. titu. facit quod vulgo dici solet † in testamentis
primum locum obtinere testantium voluntatem, illamqʒ ante
omnia seruandam fore. l. in conditionibus primum locum.
ff. de conditio. ⁊ demonstratio. que totum facere dicitur l. ex
facto. la grande. circa medium. ff. de heredib. instituen. cum
similibus vt per Parisi. in consil. liij. dominus Hieronymus
nume. 13. cum quinque sequentibus. iij. volu. ⁊ alias dixi in
consi. xc. dominus Marianus. nu. 7. ⁊ 8. j. volumi. ⁊ in consi.
cxlv. viso consilio. nu. 1. 2. ⁊ 3. ij. vol. ⁊ alibi sepe, ⁊ ex his subla
tum est primum fundamentum. ⁊c.

¶ Ad secundum vero dupliciter respondetur, primo dicen-
do, quod immo in casu nostro legata facta domine Catheri-
ne non fuerunt temporalia sed simpliciter dicuntur facta, non
enim in testamento dicitur, quod testator legat talia, ⁊ talia
bona donec vixerit, sed simpliciter, quod illa legat domine
Catherine eius vxori, ⁊ verba, donec vixerit, sunt adiecta ad
terminandum vsum, ⁊ gaudimentum eius in bonis illi legatis
vt verba ipsa sonant. ⁊c.

¶ Et si dicatur, quod ex illis verbis, quod illa vti frui, ⁊ gau-
dere debeat dictis bonis toto tempore vite sue, ⁊ donec vixe-
rit, videatur legatus ipsorum bonorum vsusfructus. Respon
16 detur hoc esse falsum, quia ex eo, quod† in legato alicuius rei
dicatur ad vtendum, fruendum, ⁊ gaudendum, vel quid si-
mile non tollitur, quin res ipsa simpliciter etiam respectu pro-
prietatis sit legata, vt clare, dicitur in l. species, ⁊ ibi tradunt
Doct. ff. de aur. ⁊ argen. legat. ⁊ dicit ibi Bart. quem alij se-
quuntur, quod qui legat rem, dicitur legare proprietatem, ⁊
adiectio, vt vsumfructum habeat, non facit illud legatum vide-
ri minus, ergo id in casu nostro operari debent illa verba, q
27 illa vti, frui, ⁊ gaudere debeat, ⁊c. ⁊ in † simili in donatione
idem probatur in l. donationes. §. species. ff. de donatio. vbi
Bart. not. quod licet res donetur alicui ad vsum, tamen di-
citur donata proprietas rei, vt etiam ibi dicunt Raph. Com
men. ⁊ alij, aliud enim est donare vsum, ⁊ aliud donare rem
aliquam ad vsum, vt ibi dicit Angel. ⁊ sequuntur alij, ⁊ sic in
proposito aliud est legare vsumfructum rei, ⁊ aliud est lega-
re rem ad vsumfructum, seu ita, quod legatarius, donec vixe
rit vtatur, ⁊ fruatur, nam hoc vltimo casu dicitur legata plena
proprietas cum onere fideicõmissi post eius mortem, vt Bar.
⁊ alij dicunt in d. l. species.

18 ¶ Facit, quia† si maritus instituat vxorem in vita, ⁊ ea mortua
hospitale, illa non dicitur tẽporaliter instituta, sed simpliciter,
⁊ grauata

⁊ grauata post mortem restituere, vt est doctrina Bal. in l. mi-
les ita. in princ. ff. de testamen. milit. refert, ⁊ sequitur, ⁊ concor
dantes allegat Parisi. in consi. lxv. viso testamento. num. 16.
ij. vol. si igitur legata, de quibus agitur, non fuerunt tempora-
lia cessat argumentum, ⁊ omnis eius vis. ⁊c.

¶Secundo etiam respondetur, (posito sine veri preiudicio le
gata fuisse temporalia) quia dicta in argumento procederent,
nisi testator declarasset ad quos heredes volebat lapso tempo-
re, ea peruenire sed in casu nostro ita fecit dicendo ad infrascri-
ptos suos heredes, vt supra plene deductum fuit, ergo ⁊c. ⁊ ita
proprie procedant, que ego dixi in d. l. cum filiofamilias. in vlt.
not. in fin. ⁊ similiter ea, que supra pro nostra conclusione ad-
ducta fuerunt, ⁊c.

¶Nec obstat consilium Parisij. xxj. in contrarium allegatum,
quoniam eius decisio stantibus verbis illis infrascripto here-
di prout ipse presupponit, non videtur vera, quia est cōtra pre
dicta, ⁊ contra communem opinionem vt ex predictis patet,
ac ēt ex his, que ipsemet supra allegauit contra se nu. 40. cū tri-
bus sequentibus, nec eius responsiones de iure procedunt, in
casu suo, propter illa verba infrascripto heredi, que personalis-
sima sunt, ⁊ solū heredem scriptum dicuntur respicere, vt dictū
est, nam dum primo dicit legatum fuisse temporale, ⁊ ideo red
dit ad heredem heredis iure consolidationis iuxta doctrinā
Bar. Paul. de Cast. ⁊ aliorum per eum allegatam, ⁊ de qua
supra in argumento. Dico ꝙ non procedit propter verba illa
infrascripto heredi, ⁊ sic in casu nostro propter illa verba ad
infrascriptos heredes iuxta superius dicta, ⁊ prout est clara de-
cisio Alexandri in consilijs supra allegatis, ⁊ etiam communis
opin. vt ex predictis patet, vltra quod in casu nostro facile di
ci potest, quod legata non fuerunt temporalia vt supra de-
ductum fuit.

¶Dum autem secundo loco Parisi. ibi. nu. 47. dicit, ꝙ illa
verba heredi infrascripto, non decisiue, sed demonstratiue po
19 nuntur, † quia sic in dubio capi debent per l. fina. §. Titia. ff. de
liberat. legat. ⁊ per doctrinam Bartol. in l. Centurio. in locis
per eum allegatis. ff. de vulgari ⁊ pupillar. dico, quod Doctor
iste decipitur, ⁊ predicta nedum non vrgent pro eo, sed faciūt
in contrarium, nam in eis semper presupponitur verbum ali-
quod, quod stat decisiue, ⁊ circa id principaliter disponitur, vt
in dicto. §. Titia, verba illa ab eo scilicet Publio Meuio tu-
tele rationem peti nolo, disponunt, illa autem, quam gessit cū
Lucio Titio, stant demonstratiue, vt ibi declarat Bart. in do-
ctrina vero Bart. in d. l. Centurio. col. mihi. x. versic. liij. quid
si dixerit substituo filio meo impuberi, primo loco allegata ver
bum, filio stat decisiue, ⁊ verbum, impuberi, stat demonstrati-
ue, idest qui est impubes, prout verum erat. in colū. vero xij.
versi. quero iuxta predicta, secundo loco allegata, verbum, Ti
tium stat dispositiue, ⁊ verba heredem infrascriptum, stant de-
monstratiue idest, qui infrascriptus erit heres, ⁊ loquitur ibi
Bart. de verbo heredem, ⁊ non de verbo infrascriptum, vt re
cte intuenti patebit ⁊ notandum est, ꝙ licet in locis predictis
verba stent demonstratiue respectu eius, quod principaliter sit
seu respectu persone in quam principalis dispositio confertur,
nec disponant, puta in §. Titia, ꝙ Lucio Titio sit legata libera
tio, in primo loco Bart. ꝙ sit facta substitutio pupillaris, ⁊ in
secundo ꝙ per verbum, heredem dicatur facta directa substitu
tio, vt ibi per Bart. tamen talia verba debent omnino verifi-
cari, vt principalis dispositio locum habeat prout in illis casi-
bus contingit; sed in casu Parisij, ⁊ in nostro non considera-
tur verbum separatum, a verbis illis, infrascripto heredi, vel
infrascriptos heredes, quod stet dispositiue igitur, ⁊c.

¶Et si dicas immo est verbum, heredi, in casu Parisij, ⁊ in
casu nostro, verbum heredes, dicam tunc, quod talia verba
sunt prolata cum illa qualitate, quod sint infrascripti, ⁊ debet
talis qualitas verificari, vnde cum in herede, heredis ta-
lis qualitas nō verificetur sequitur, quod in eo dispositio non
procedit ⁊c.

¶Non obstat modo tertiū fundamentū, seu duo fundamēta,
que in eo sunt ex consideratione in illo facta, nam quo ad pri-
mum potest primo dici, ꝙ immo filij premortuorum heredū
nullum onus senserunt, nec etiam eorum parentes, cum veri-
tas sit, ꝙ tempore mortis testatoris totum precium fuerat solu
tum illi Ludouico venditori, vt mihi asseritur, ⁊ ita hoc posito
vis argumenti cessare videtur.

¶Secundo etiam respondetur, ꝙ argumentum ex alio non
20 procedit, scilicet ob rationis diuersitatem, onus† enim illud cū
esset hereditarium omnes heredes pro sua rata respiciebat, ēt
ꝙ testator nihil dixisset l. j. C. si cert. petat. cum similibus. Sed
in casu nostro substitutio, de qua agitur, prouenit tantum ab
expressa testatoris dispositione, merito verba eius, ⁊ ipsorum
importantia attendi debet l. non aliter. in princ. ff. de legat. iij.
vnde cum verba illa ad infrascriptos heredes importent solū
eos, qui scripti leguntur in testamento vt supra deductū fuit,
sequitur ꝙ illi soli censentur vocati ⁊c.

¶Quantum vero pertinet ad secundū respondere potest pri-
mo, ꝙ immo illa verba in onere soluendi residuum, respiciunt
tantum institutos prout sonant, nam cum dicatur, ꝙ testator
voluit infrascriptos suos heredes obligatos esse, certe debet
hoc intelligi respectu institutorum per supra deducta, illi enim
patri succedentes fuissent obligati, quia heredes, ⁊ quidē im-
mediate, si quid soluendum remansisset, (licet pro veritate vt
asseritur, integra solutio ab ipso testatore viuente facta fuerit)
⁊ quamuis si premorientes Andreas, ⁊ Antonius non soluis-
sent pro sua rata, ad eam essent obligati eorum filij, ⁊ here-
des, tamen non essent obligati ex propria persona, sed ex per-
sona suorum parentum, qui scripti erant heredes iuxta regu-
lam l. prime. C. si certum petat. ⁊ sic verba illa infrascriptos
heredes solum comprehendunt filios testatoris, qui in testa-
mento scripti fuerunt, ⁊ sic argumentum nedum tollitur, sed
etiam retorquetur, ⁊ ista est verissima, ⁊ realis responsio. ⁊c.

¶Secundo etiam dici potest, quod argumentum non vide-
tur bonum, quia illa verba infrascriptos heredes voluit esse
obligatos, posito quod etiam heredum heredes respicerent,
(quod tamen falsissimum est.) Ideo sic essent intelligenda,
quia testator illud satis clare declarauit per illa verba, de alijs
bonis, suis heredibus relictis, nam ex illis videtur voluisse, ꝙ
onus illud, quodammodo esset reale, ⁊ ideo quilibet habens
ius hereditarium teneretur, que consideratio cessat circa ver-
ba perueniant ad infrascriptos suos heredes de quibus agi-
tur, cum testator respectu illorum nunquam fecerit mentionē
bonorum sue hereditatis, stante ergo ista diuersitate rationis
de intellectu primorum verborum, non est arguendum ad in-
21 telligentiam secundorum, tum quia† ex diuersis non bene infer
tur. l. Papinianus exuli. ff. de minor. ⁊ l. inter stipulantem. §.
sacram. ver. sed hec dissimilia. ff. de verbo. obligat. cum simili-
bus, tum etiam quia cessante ratione, cessat iuris dispositio.
l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron. c. cum cessante. extra
de appellat. cum similibus. sed super hoc non insisto, quia pre
cedens responsio verissima est, ⁊ tollit omnē difficultatem. ⁊c.

¶Ad quartum respondetur, quod nihil facit, ⁊ potest retor-
queri, dico enim, ꝙ in argumento videtur quedam fallacia, nā
non sequitur reliquit iure institutionis, ergo voluit venire cū
institutione, quā postea fecit, quia tunc videretur domine Ca
therine relictus vsusfructus bonorum legatorum, quod supra
fuit reprobatum, sed dicitur reliquisse iure institutionis post
mortem domine Catherine vt scilicet tunc ipsi capiant, vt he-
redes, ⁊ sic propria authoritate iuxta tradita per Docto. in l.
quoties. C. de hered. instituen. ⁊ notandum est, ꝙ reliquit iu-
re institutionis infrascriptis heredibus, ⁊ sic iterum se refert
testator ad scriptos in testamento, quos etiam in dictis bo-
nis mortua vxore voluit esse heredes, ex quo sequitur, ꝙ nullo
modo sensit de predictis filijs, ⁊ heredibus Andree, ⁊ Anto-
nij predefunctorum, ⁊ hoc modo argumentū retorquetur. ⁊c.

¶Non obstat quintum fundamentum, nam pro responsio-
22 ne aduertendum est, quia quod dicitur per † fideicommissa-
rium succedi testatori, non procedit simpliciter, sed solum re-
spectu dispositionis eius, vel mediante persona grauati vt
alias plene ego declaraui in consil. cxxvj. in testamento egre-
gij viri, nume. 49. 50. ⁊ 51. primo volumi. ⁊ quia ab omni-
bus, que ibi dixi videri possunt ad ibi dicta me refero, ⁊ vt ibi
in precedentibus dixi facile dici potest, quod immo fideicom-
missarius succedit persone grauate, ⁊ sic videtur, ꝙ cesset vis
argumenti. ⁊c.

¶Sed vlterius dico, ꝙ argumentū procedit per presumptio-
nes, ⁊ coniecturas, que procedūt in casu dubio, ⁊ vbi verba nō
repugnarent, sed quando sumus in claris verbis, ⁊ per que cer
ta, ⁊ aperta voluntas testantis appareat, cessant coniecture,
23 † quibus casibus certis non est locus l. continuus. §. cum
ita. ⁊ ibi tradunt Doctores. ff. de verbo. obligatio. cum simi-
libus vt per Deci. in consil. cccxxv. consuluit accurate nu. 1. ⁊

dixi in simili in consi. cxvij. Marinus de Gondola. nume. 22. primo volumi. sed in casu isto verba illa ad infrascriptos suos heredes, apertam & claram voluntatem testantis ostendunt, quod solum per ea dicantur vocati, qui scripti heredes fuerunt, vt sepe dictum fuit, igitur non est opus vti coniectura, de qua in argumento, &c.

¶ Et ex his respõdetur ad sextũ, & vltimum, quia dicta in argumento non procedunt, quando clara voluntas testantis apparet, ex verbis testamenti, tunc enim diceremus, quod testator verosimiliter respõdisset, id quod prolata verba important, vnde in casu nostro negatur, quod testator interrogatus verosimiliter respondisset, vt in argumento dicitur, immo respondisset omnino, quod filij premortuorum non vocentur simul cum scriptis heredibus, cum ipse aperte vocauerit solum institutos seu scriptos heredes secundum quod supra deductum fuit, & cũ verba a testatore prolata ita importent vt dictum est, dicẽ-
24 dum est, quod ita etiam testator voluit, † cũ non presumatur dixisse nisi quod prius mente conceperit. l. labeo. ff. de suppelect. legat. cum simi. &c.

¶ Nec quicquam obstat tertiũ & secundũ argumentum, vt ex responsionibus ad illa supra datis apparet, &c.

¶ Et licet alias dici soleat non minus nepotes diligi, quam filios, tamen hoc re ipsa non est verum, maxime si nepotes non
25 sunt nati, & sic testatori sunt incogniti, amor † enim, & dilectio non est ad incognita. ad tradita per Jas. post alios. in l. qui filiabus. in princ. iij. & iiij. colum. ff. de legat. j. & per Curt. Jun. in l. j. nume. 43. C. de senten. que pro eo, quod interest, & fuit dictum Angel. in consil. lxxviij. Joan. Philippus. nume. 2. & quod non sit par affectio in nepotes, que est in filios facit l. heredes mei. §. fina. ff. ad trebellian. & ibi not. Doct. maxime Jmol. dicens, quod plus interula stringit, quam tunica vt per eum, sic igitur reiectis omnibus contrarijs vera remanet conclusio vt scilicet in proposito solus Jacobus superstes ex heredibus scriptis in testamento, admittatur ad bona domine Catherine legata exclusis filijs, & heredibus premortuorum fratrum dicti Jacobi, eo quia licet dici possint heredes testatoris largo modo per d. l. fin. C. de hered. instituen. tamẽ non possunt dici ex infrascriptis heredibus, ad quos bona predicta peruenire debent post dicte domine Catherine obitum vt supra plene deductum fuit.

26 ¶ Nec predicte conclusioni nouissime obstat, quod † immo heres heredis aliquando venit appellatione heredis scripti iuxta l. prima. C. quorum legat. & tradita ibi per Bald. cum alijs supra ad hoc allegatis, quoniam respondetur, quod in dicta l. j, heredi heredis competit illud interdictum iure transmissionis, nam in terminis d. l. j. incepit heredi competere vt patet ibi non consentiente patre tuo, &c. de eo igitur transiuit
27 in filium, & heredem eius, † cum hereditas sit successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit l. hereditas. ff. de regul. iur. & l. nihil aliud. ff. de verb. signifi. & declarat Corn. in preallegato consi. lxix. ij. colum. iiij. volu. dicens, quod in heredem transit omne ius actiuuz, & passiuum, & ita totaliter cessat argumentum ex illa l. j. &c.

¶ Sed posito etiam, quod si non competijsset in vita sua scripto heredi, (qui nondum legatarius occupasset) competeret heredi eius si tunc res legata occuparetur (quod potest tolerari.) Dicam, quod illud toleratur ex identitate rationis, naz quum detur illud interdictum pro conseruanda falcidia, & ius eius, vt dicitur in dicta l. prima. & falcidia etiam per heredem heredis possit detrahi, si per scriptum heredem detracta non fuerit, conuenit vt etiam ei tale interdictum competat, cum etiaz tunc vigeat ratio illius, &c.

¶ Preterea sumus ibi in lege, que ex aliqua affectione non mouetur, sed ratione illa, vt debita falcidia heredi conseruetur, vt dictum est, vnde nimirum si etiam heredi heredis scripti competit concurrente identitate rationis, vt iam dixi sed in casu nostro agitur de dispositione testatoris, que a sola testãtis voluntate dependet, & illa solet secundum affectionem regulari, & cum voluntas in dubio illa presumatur, quam verba important, a quorum significatione non est recedendum (nisi de contraria mente testatoris appareat) l. non aliter. in princi. ff. de legat. iij. verba autem illa ad infrascriptos heredes non possunt importare filios, & heredes Andree, & Antonij, qui scripti non sunt, sed important solum Jacobum superstitẽ ex heredibus scriptis, ergo ille solus admitti debet, attẽto maxime quod in filios institutos, seu scriptos heredes cõsiderabatur testatoris affectio non autem in filios filiorum ipsi testatori incognitos, secundum quod supra deductum fuit, &c.

28 ¶ Nec † obstat consi. Corn. lxix. iiij. vol. quoniã ex dictis eiusdem clara colligitur responsio immo etiam retorsio, illa enim decisio (posito, quod sit vera) inter alias rationes precipue procedit, quia obligatio ad illam annuam prestationem iam incepit in persona scripti heredis statim quod adiuit hereditatem, vnde cõuenit, quod de eo transeat postea in heredes eius vt ibi aperte declarat Corn. ij. col. versi. heres enim scriptus obligatur legatis, &c. & postea in col. fina. dicit, quod sue decisioni non obstat d. l. qui liberis. §. hec verba quia ille tex. & tradita ibi per Bar. & alios loquitur in substitutione, que propter affectionem fieri solet, que non est erga non institutos, que cessat in casu Corn. quinimmo secundum eum facit in contrarium, nam si testator voluit ibi illam Mitam institutaz, & dilectam grauare, fortius credi debet quod voluerit grauare heredes eius nõ dilectos, & forte sibi incognitos, subdens quod ibi obligatio incepit in persona Mite heredis scripte, sed in d. §. hec verba, dispositio nõ incepit in primo herede vt per eum, & ex his authoritas, & decisio Corn. retorquetur, & facit pro conclusione supra posita, cũ in casu nostro dispositio testatoris non inceperit in persona Andree, & Antonij institutorum, & in ipsoruz filios, & heredes nulla consideratur affectio testatoris vt iam dictum fuit, &c.

¶ Ad dicta autem Jas. in d. l. fin. C. de hered. instituen. cõstat responsio ex responsione data supra ad d. l. j. C. quor. legat. in qua ipse fundatur & preterea ipsemet Jas. ibi statim dicit dicta per se non procedere si in substitutione vocarẽtur heredes infrascripti vt per eum, & licet ibi videatur dubitare, & plenius in d. §. hec verba, tamen ibi in fin. dicit, quod secundum talem opinionem semper consuleret, & iudicaret, &c.

¶ Remanet itaqz ex predictis omnibus cõclusio clara, & apud me indubitata, quod scilicet ad bona, de quibus agitur solus Jacobus vti scriptus heres admitti debeat exclusis filijs premortuorum fratrum, &c. Laus Deo. Opt. Maximo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1552.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LV.

¶ De regula res inter alios acta. &c. quomodo intelligatur.
¶ Et quod non habeat locum in habente eam ab agente, si post actum ius, & causam habeat.
¶ De scriptura priuata quando preualeat, & quando non.
¶ De presumptione fraudis, quod non procedit vbi veritas clare constat in contrarium.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Res inter alios acta alteri non præiudicat.*
2 *Fraudibus semper obuiandum est.*
3 *Scriptura priuata plenam facit fidem quando fuit per partes subscripta, & in ea non agitur de iure hypothecæ, sed de aliqua assignatione ad quam faciendam et conseruandam scribens personaliter obligabatur, nec tolli potest ex publico instrumento postea facto.*
4 *Instrumentum publicum etiam posterius præfertur priuatæ scripturæ et anteriori, quãdo de iure pignoris uel de prælatione in eo ageretur.*
5 *Causa prima & originalis attendi debet.*
6 *Conditio iniqua seu damnum alteri per alterum non infertur.*
7 *Obligans rem suam iure pignoris & postea uendens dicitur cum sua causa & onere pignoris uendere.*
8 *Coniecturis & præsumptionibus potest esse locus in re dubia ratione incertitudinis.*

CONSILIVM LV.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Accurate multum, & doctissime absoluta fuit presens consultatio per supradictos excellentes Jurecõsultos mihi vti fratres honorandos, & ita quidem vt nihil intactum ab eis relictum fuerit, & propterea mihi de subscriptione requisito

quisito satis esset eorum conclusionem simpliciter approbare, quod certe etiã facere intendo, modo ostenderint me difficultatem degustasse, ⁊ non impremeditate subscripsisse.

¶ Cum itaqꝫ queratur vtrum scriptura illa priuata inter magistrum Joannem Baptistam, ⁊ ser Cesarem de Vallata confecta sit tante fidei, vt ei standum sit in assignatione facta predicto ser Cesari illius rate, ⁊ partis domus, que iam sibi, ⁊ per prius vendita fuit?

¶ Placet mihi, ⁊ verissima videtur conclusio, ꝙ fidem faciat, nec illi contrauenire possit magister Antonius per ea, que copiose deducta fuerunt per predictos consulentes.

¶ Et tota difficultas videtur cõsistere alia dimittendo in duo
1 bus. Primo in regula, qua dici solet, ꝙ † res inter alios acta, alteri non preiudicat. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. ⁊ C. res inter alios act. per totum. cum simil. vt dixi in consi. clxxxj. de duobus in presenti. nu. 88. ij. vol. ⁊ propterea videtur, ꝙ assignatio dicto ser Cesari facta per magistrum Jo. Baptistam non debeat nocere dicto magistro Antonio.

¶ Ac etiã ⁊ secundo in eo, quod dicitur si valeret talis assignatio sic scriptura priuata facta daretur occasio fraudandi, quia possent partes prelata die eam conficere, ⁊ ita alteri preiudicare, ⁊ quidem dolose, ⁊ per fraudem, quod tolerandũ non est, iuxta l. reperita. ⁊ tradita ibi per Docto. ff. de fide instrument. cum similibus adductis supra per dominum consulentẽ, sem
2 per enim † fraudibus obuiandum est. l. j. §. j. ff. naut. caup. stabul. vbi glo. ⁊ l. fin. ff. de eo, per quem fact. est, cum similibus. ⁊ dixit Baldus in capit. j. §. aut si libellario. colum. j. versicul. sed quid si vasallus. in titul. quibus modis feud. amitt. cum concordantibus. vt alias dixi in consil. cxv. in testamento Andree. num. 22. primo volu. ⁊ in consil. clxxxj. de duobus in presenti. nu. 100. ij. vol.

¶ Istis tamen, ⁊ aliis quibuscunqꝫ nõ obstantibus verissimã puto conclusionem supra positam, ⁊ satis aperte ostenditur, ꝙ illa assignatio rate, ⁊ partis domus longe precessit venditionẽ factam postea magistro Antonio, vt ex ipsa scriptura cõstat, ⁊ pariter ex depositione testium in causa examinatorũ, ac etiã ex pariete facto ex causa dicte assignationis, necnon ex possessione dicti ser Cesaris rate, ⁊ partis sibi assignate per plures annos post dictam assignationem, ⁊ ipsius vigore sciente, ⁊ nõ contradicente dicto magistro Antonio, ita quidem vt dicatur facta executio conuentionis inter predictũ ser Cesarem, ⁊ magistrum Jo. Baptistam de tali parte dicto ser Cesari assignanda, iuxta formam instrumenti venditionis sibi per prius facte per dictum magistrum Jo. Baptistam.

3 ¶ Et † cum dicta scriptura assignationis fuerit per partes subscripta, ⁊ in ea non agatur de iure hypothece, sed de ipsa assignatione ad quam faciendam, ⁊ conseruandam, magister Jo. Baptista personaliter obligabatur plenam facit fidem, etiã ꝙ fuerit priuata, nec tolli potest ex publico instrumento postea facto, vt est text. ⁊ ibi dicunt Doct. in l. scripturas. in prin. C. qui
4 potio. in pign. hab. licet † si de iure pignoris, ⁊ de prelatione in eo ageretur, instrumentum publicum etiam posterius preferretur scripture priuate etiã anteriori, vt in d. l. scripturas. §. fi. stantibus itaqꝫ predictis sequitur, ꝙ in venditione facta post dictam assignationem predicto magistro Antonio non cõprehenditur pars, ⁊ rata illa, que dicto ser Cesari per magistrum Jo. Baptistam fuit assignata pro executione instrumenti per prius inter eos confecti.

¶ Et ista opinio euidentissime probatur, quia partes, que ipsi magistro Antonio vendite fuerunt, per prius, ⁊ tempore venditionis erant apud ipsum magistrum Antonium, ⁊ illis vtebatur, vt patet in predicto instrumento venditionis sibi facte, ibi, in quibus partibus ad presens dictus magister Antonius fuit, ⁊ est, ⁊ illis vtitur ⁊c. sed pars, ⁊ rata assignata predicto ser Cesari non erat apud dictum magistrum Antonium, sed eam tenebat, ⁊ possidebat dictus ser Cesar, vt in facto presupponitur, ⁊ probatum fuit, ergo ⁊c. ⁊ ista consideratio ponit gladiũ ad radicem presentis cause, ⁊ non parum miror, ꝙ pars aduersa audeat litigare contra expressa verba contractus.

¶ Et si dicatur, ꝙ immo videtur contineri, quia quando dicitur saluis, ⁊ reseruatis iuribus ser Cesari competentibus modo, ⁊ forma in publico instrumento contentis, nulla fit mentio de ipsa assignatione, in qua continebatur ratam, ⁊ partem, de qua agitur ad dictum ser Cesarem pertinere, quasi sit reseruatũ ius non rei assignate, sed rate assignande, prout in dicto instrumento continebatur.

¶ Responderi potest primo, ꝙ immo debet dici facta reseruatio etiam de rata assignata cum talis assignatio dependeat ab illo instrumento tanquam causa principali cum pro illius executione, ⁊ implemento assignatio facta fuerit, vt sic originaliter
5 dicatur ius illud in dicto instrumento contineri, cuĩ causa † prima, ⁊ originalis attendi debeat. l. j. ad fin. ⁊ ibi tradunt Doct. C. de impon. lucrat. descript. lib. x.

¶ Vel ⁊ secundo dici potest, ꝙ illa reseruatio potest referri ad ius in dicto instrumento contentum, vt scilicet dicto ser Cesari teneatur vendere dictus magister Joannes Baptista, quando alteri vendere voluerit, prout alias iam annus est, vel vltra, ego de iure respondi, ⁊ de rata, ⁊ parte assignanda, vel assignata non fuit opus facere reseruationẽ, quia iam rata illa, ⁊ pars effecta erat dicti ser Cesaris per assignationem predictam, ita quidẽ vt promissio facta ser Cesari de illa rata, ⁊ parte assignãda iam habuerit executionem, ⁊ impleta fuerit, ⁊ cum iam in manibus, ⁊ vsu ser Cesaris esset, ⁊ per multos annos non indigebat aliqua reseruatione, vt notissimum est.

¶ Nec predictis obstant duo in contrarium considerata, quoniam respondetur, ⁊ ad primum dico, ꝙ regula res inter alios acta ⁊c. non facit ad casum nostrum, prout optime ostensum fuit per vtrunqꝫ consultorem, ⁊ (ni fallor) res ipsa clara est, ⁊ caret omni difficultate, quia non sumus in terminis dicte regule, que procedit, quando inter duos, aut plures aliquid agitur, vt scilicet alteri in iure, quod habebat nullum fiat preiudicium cũ
6 alteri † per alterum iniqua conditio, seu damnum non inferatur preallegata. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. ⁊ c. quãuis. de re iudi. cum similibus. at in casu nostro, quod gesserunt magister Joannes Baptista, ⁊ ser Cesar solum eis preiudicat, inter quos actum est, ⁊ non magistro Antonio, qui tunc nullum ius habebat, sic ergo magister Joannes Baptista cũ esset obligatus ex instrumento venditionis consignare ser Cesari ratã, ⁊ partem sue domus valentem libris centum, pro executione dicti instrumenti assignauit ratam illam, quam assignauit per annos septem, vel circa antequam postea venderet reliquum sue domus dicto magistro Antonio, ⁊ ser Cesar post dictam assignationem semper talem ratam possedit, vnde dico, quod ex tali assignatione nullum potuit inferri preiudicium magistro Antonio, qui nullum ius habebat, cum nondum emisset, sed magister Joannes Baptista sibi tantum preiudicauit diminuendo domum suam, ⁊ licet postea illam vendiderit magistro Antonio dicitur (vti ita dixerim) cum sua causa, id est cũ illa diminutione vendidisse, cui emptor cõtradicere nõ potest,
7 sicut dicimus de eo, † qui iure pignoris rem suam obligauit, ⁊ postea vendidit, nam dicitur cum sua causa, ⁊ onere pignoris vendidisse. l. si debitor. C. de distract. pign. cum concordantib. vt dixi in consil. xiiij. cum predium quoddam. nu. 18. ij. volu. ⁊ certe ridiculum esset si emptor diceret illa constitutio pignoris non debet mihi preiudicare per regulam res inter alios acta ⁊c. cum tunc ius nullũ habuisset, sic ergo ⁊ in casu nostro ridiculum est, ꝙ magister Antonius velit illam regulam allegare ad inualidandam predictam assignationem cum illo tempore nullum ius in domo illa habuerit. Hinc dicimus, ꝙ talẽ regulam allegare non potest, qui habet causam ab eo, qui actũ gessit post illum actum, iuxta tradita per Doct. in l. sepe. ff. de re iudicat. ⁊ cum actus, siue scriptura illa consignationis preiudicauerit magistro Jo. Baptiste, ⁊ ad eius obseruantiam obligauerit illum, pari modo obligat eius successorem etiam singularem in re, de qua agitur, cũ talis assignatio fuerit ante ius translatum in dictum magistrum Antonium, vt post alios, quos allegat, docet patruus, ⁊ do. meus Soci. in consil. lxxxij. super questionibus propositis. in ij. conclusio. ⁊ Ruyn. in consil. cxliij. visis omnibus. j. vol. cum concordant. supra per alios consulentes allegatis.

¶ Ad secundũ quod allegabatur de suspitione fraudis vltra dicta supra per alios respondetur, ꝙ nihil penitus obstat, quia dicta in argumento procedere possent, quando de veritate scripture constaret, sed dubitari posset, tunc enim posset esse locus presumptioni fraudis, ⁊ doli per dicta in argumento, etenim
8 in re dubia ratiõe † incertitudinis posset esse locus cõiecturis, ⁊ presumptionibus. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obliga. verum in casu nostro de veritate scripture, ⁊ sic de assignatione rate, ⁊ partis domus, manifeste constat vltra ipsam scripturã ex traditione dicte rate, ⁊ partis facta ser Cesari, ⁊ ex possessione

sione eius quiete, & pacifice habita ab illo tempore citra vidente, & patiente dicto magistro Antonio, & per multos annos antequam ipse emeret residuum dicte domus, unde cum simus in re certa, & clara non est locus coniecturis, & presumptionibus d. §. cum ita.

¶ Ex predictis itaque, & aliis pluribus per predictos Excellentissimos consulentes deductis de subscriptione requisitus una cum eis concludo assignationi predicte standum esse, nec per magistrum Antonium predictum posse ei contradici.

Laus Deo Opt. Max.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1552.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LVI.

¶ De conditione fideicommissi, videlicet si decesserit sine liberis, utrum restringatur ad masculos?

¶ Et an procedat etiam quando testamentum a muliere factum esset?

¶ Et an mulier possit dici disponere fauore cõseruande agnationis?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Pater testando certum quid filie relinquens, & ab uniuersali hæreditate remouens, simulque filios masculos uniuersales hæredes instituens, alium filium substituendo si quis eorum decesserit sine liberis, censetur totum id fecisse fauore conseruandæ suæ agnationis, & pro honore suæ familiæ.*

2 *Mulier est caput, & finis suæ familiæ, & qui ex ea nascuntur non suam sed patris familiam sequuntur.*

3 *Affectio non cadit ad incognita.*

4 *Feudum licet peruenerit ad fæminam, tamen semper in masculis ex ea descendentibus est conseruandum, donec aliquis superest, exclusis fæminis etiam proximioribus ultimo decedenti.*

5 *Testi unico licet non credatur, tamen aliquando iudex potest, et debet ei credere quando cum eius dicto concurrunt coniecturæ aliquæ, et rationes, maxime quando testis est persona omni fide digna.*

6 *Testis unus solus plurimum operatur ad animum iudicis informandum etiam quod non fuisset solemniter, & præuia citatione examinatus.*

CONSILIVM LVI.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Accurate, & docte, & luculẽter absoluta fuit presens consultatio a prestantissimo Iurisconsulto domino Gherardo Mazollo mihi uti fratre honorando, ita quidem ut nihil intactũ reliquisse videatur.

¶ Conclusio tamen per suam Excellentiam firmata (ut scilicet conditio illa si quis ex filiis institutis decesserit sine liberis, debeat restringi ad masculos, & propterea dicatur impleta conditio in fauorem Sigismundi superstitis ex filiis, & heredibus testatoris, licet Scandianus frater eius decesserit cum filia femina, ut per eum) videtur aliquantulum indubitabilis.

¶ Nam licet quando essemus in testamento patris dicta conclusio apud me esset indubitata, quando saltem institutus est unus ex descẽdentibus masculis testatoris, puta filius eius per allegata, & copiose deducta per dominum consulentem, & ego pluries consulendo ita firmaui, prout per eum aliqua ex consiliis meis allegantur, & ultra allegata per ipsum, hoc idem plenius, & multis rationibus comprobaui in consil. clxviij. Magnificus Comes, Eques, & iuris utriusque Doctor. per totum. ij. volum. ubi aperte demonstraui talem opinionem esse ve-
* ram, & communẽ, * & menti testatoris consentaneam, ut ibi videri potest.

¶ Tamen quia isto casu agitur de testamẽto matris, & de eius hereditate, res videtur valde dubia, quoniam videtur cessare ratio, in qua predicta conclusio potissime fundatur. Etenim
1 † quando pater testator filie certum quid relinquendo, & ab uniuersali hereditate remouendo, simulque filios masculos uniuersales heredes instituendo, & si quis eorum decesserit sine liberis, alium filium superstitem substituendo, censetur totũ id fecisse fauore conseruande sue agnationis, & pro honore sue familie, ut plene deduxi in d. consil. clxviij. cum aliis deductis supra per dominum consulentem, que ratio cessat, quãdo mater
2 fecit testamentum, ut est casus noster, cum mulier † sit caput, & finis sue familie. l. pronunciatio. §. fin. ff. de verb. significat. qui enim ex ea nascuntur non eius, sed patris eorum familiam sequuntur. l. familie. §. fin. eod. titu. Unde videtur inferendum, quod conditio predicta in casu nostro non sit ad masculos restringenda, quia esto, quod talis restrictio fieret, non tamen familia dicte testatricis cõseruaretur, ut notum est, & sic cessaret ratio predicte restrictionis.

¶ Et licet dominus consultor dicat in suo tertio fundamẽto, quod dispositio testatricis in casu isto videatur facta fauore conseruande agnationis, tamen videtur hoc non posse considerari, cum agnatio testatricis conseruari non possit, ut dictum est, de alia autẽ non videtur, quod testatrix voluerit habere aliquã considerationẽ pro illius conseruatione, & hec consideratio, ut verum fatear aliquantisper me dubium detinuit contra conclusionem domini consulentis, eo addito, quod patruus, & do. meus Soci. in l. cum auus. col. mihi lij. versi. tertius casus. ff. de condit. & demonstrat. hanc opinionem firmando dicit id esse, quia mulier testando non videtur habuisse odio proprium sexum, ut per eum.

¶ Sed tamen predictis, & aliis quibuscunque non obstantibus veram, ac iuridicam, & menti testatricis omnino consentaneã arbitror predictam conclusionem, & sic una cum Excellentissimo consulente concludo conditionem illam, si sine liberis decesserit, restringendã esse ad masculos non obstante quod simus in testamento mulieris per ea, que docte, & copiose deduxit dominus consulens.

¶ Et plurimum facit illa consideratio, quod ista testatrix filios institutos inuicem substituendo, & utroque sine filiis decedente vocando filiam demonstrauit masculinum sexum omnino esse preferendum filie femine, quã solũ vocauit deficientibus omnibus masculis, unde si id de filia voluit testatrix, que sibi nota, & valde dilecta erat, fortius dici debet, quod id voluerit de nepte sibi incognita, & non dilecta, ut dicebat dominus consulens in secundo suo fundamento, plus enim (ut vulgo dicitur) stringit interula, quàm tunica, ut tradit Imol. in l. heredes mei. §.
3 §. fin. ff. ad Trebell. ultra, quod † ad incognita non cadit affectio, ut inquit Ange. in consi. lxxviij. Ioannes Philippi. nu. 2. cũ concordantibus, qui allegari possent.

¶ Nec predictis obstat, quod simus in testamento matris, que non potuit considerare conseruationem sue agnationis, ut in contrarium arguebatur.

¶ Quoniam respondetur, quod licet propriam agnationem non cõsiderauerit (quod fatemur) tamen dicitur considerasse agnationem, & familiam filiorum suorum, que absque dubio matri solet esse carior, siue magis dilecta, quàm propria, uti experientia docet, que dicitur efficax rerũ magistra. c. quã sit. de elect. lib. vj. cum simil. videmus enim sepissime, immo fere semper quãdo mulieres habentes filios testantur, quod masculos preponunt feminis, quod certe facere censentur fauore familie, & agnationis filiorum conseruande, seu velimus dicere fauore virilis sexus ex se, & ex suis per virilem sexum descendentibus, sic enim est commune votum parentum tam feminarum, quam masculorum habere suos uniuersales successores filios masculos, & ex eis descendentes masculos.

¶ Ad quod facit c. j. de eo, qui sib. vel hered. suis mascul. ubi
4 ibi dicitur, quod † licet feudum peruenerit ad feminã, tamen semper in masculis ex ea descendentibus conseruandũ est, donec aliquis superest exclusis feminis etiam proximioribus ultimo decedenti, & id est, quia in illa materia lex sexum virilem considerauit, sic ergo & in casu nostro dici debet, quum testatrix ista semper virilem sexum considerauerit, eum instituendo, & substituendo, & feminas excluserit, donec supersit aliquis masculus.

¶ Et reperio, quod predictam considerationem in simili circa interpretationem statuti facit Pau. de Cast. in consi. xcj. presupposito, quod dictum statutum. ij. col. versic. nam statutum istud re vera. ij. vol. in nouis, & in antiquis est. nu. 339. sic itaque concludendum est in casu nostro totam dispositionem testatricis factam fuisse, ut bona sua apud masculos ex se descendentes cõseruarentur, quasi ipsa voluerit illud fieri fauore conseruande agnationis

agnationis filiorum suorum, vt supra dictum est.

¶ Propter quod sequitur, quod sicut quando a patre fuisset factum testamentum, et substitutio illa, si quis filiorum decesserit sine liberis, de aliquo masculo descendente illa conditio sine liberis restringeretur, ad masculos, ut dixi in preallegato consil. clxviij. et plene supra per dominum consulentem ostensum fuit, ita etiam quando testamentum esset factum a matre, prout fuit in casu nostro.

¶ Et in terminis hanc opinionem consulendo firmauit Rapha. Fulgos. in consil. xviij. Solumuccia fecit testamentum.

¶ Quod etiam videntur sequi Doct. cum ab aliquo eius opinionem reprobatam non inuenerim.

¶ Quinimmo eam sequi videtur Deci. in consil. cccc xxiiij. satis nota est questio, nam concludit conditionem predictam restringendam ad masculos, et tamen in illo casu testamentum factum fuerat a muliere etc.

¶ Et istis sic stantibus non obstat quod dixit Socin. meus in d. l. cum auus. allegatus in contrarium, quia ratio sua scilicet, quod mulier non presumatur odio habere proprium sexum procedit, nisi contrarium constet ex dispositis per eam, sed hic satis constat, vt supra dictum fuit, ergo etc.

¶ Preterea Socinus ibi non figit pedes cum relinquat cogitandum etc.

¶ Et tanto magis ista opinio in casu isto tenenda est cum vnus testis, et summe fidei testificetur, quod testatrix ponendo conditionem predictam expressit de filiis masculis dicendo, senza figlio maschio, licet notarius non ita expresserit.

5 ¶ Et † licet alias vni testi tantum non credatur. l. iurisiurandi. C. de testib. et c. licet vniuersis. extra eod. titul.

¶ Tamen aliquando iudex potest, et debet ei credere, quando cum eius dicto concurrunt coniecture alique, et rationes, doctrina est Bartoli communiter * recepta in l. j. §. idem Cornelia. versic. vltimo vides. ff. de quest. sed hic adsunt coniecture, et rationes plures, vt supra per dominum consulentem ostensum fuit, ergo etc.

¶ Et maxime hoc dicendum est, quia testis ille (vt audio) est persona omni fide digna, vt docuit Paul. de Castr. in l. admonendi. ff. de iureiuran. prout ibi refert, et sequitur Caccialup. colum. xvj. versiculo patet igitur tibi studiose. cum concordantibus, vt dixi in consilio. xxxij. Magnifica domina Clara Dolphina. num. 19. ij. vol.

¶ Et tanto magis istud dici potest, quia si apud iudicem res dubia videatur, que scilicet fuerit mens testatricis in ea conditione, animus eius poterit informari ab eo, quod dictus testis

6 deponit, nam † etiam vnus solus plurimum operatur ad animum iudicis informandum etiam quod non fuisset solemniter, et preuia citatione examinatus, vt est glo. quam ibi not. Bal. in c. j. §. si duo. de pace tenen. et tradit Alex. in consi. cxij. in causa, et lite vertente. lib. iiij. quod etiam dominus consulens in sua septima ratione adducit.

¶ Ex his itaque, et aliis multis per dominum consulentem sapienter deductis de subscriptione requisitus vna cum eo concludo in fauorem Sigismundi superstitis, vt scilicet dicatur vocatus ad fideicommissum fratre eius Scandiano sine filiis masculis decedente filia eius exclusa quantum pertinet ad bona fideicommisso subiecta. Laus Deo.

¶ Socin. Nepos Bononie. 1552. die. 25. Octob.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LVII.

¶ De substitutione inuicem inter filios facta si quis eorum decesserit sine filiis vtrum totaliter expediret altero decedente superstite filio?

¶ Et an resurgat si postea filius ille sine filiis decedat?

¶ Et an, et quando illud contingat propter prohibitionem alienationis in testamento factam?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ¶ *Consulens cui causae decisio est commissa debet substantialiter, & conclusiue loqui.*

2 *Dispositio conditionalis, deficiente conditione, nullius est momenti.*

3 *Conditio quae semel euanuit non reuiuiscit.*

4 *Onus iniunctum filio non censetur iniunctum nepotibus.*

5 *Fideicommissum est onus, & non debet trahi de persona ad personam, sed stricte intelligi in casu, & personis, in quibus factum reperitur.*

6 *Locus ab absurdo euitando ualet.*

7 *Prohibitio simpliciter facta absque aliqua causa non inducit fideicommissum simplex, sed tantum in casum contrauentionis.*

8 *Pactum initum, & in actis apparens seruari debet.*

CONSILIVM LVII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, et iustitie.

¶ Illustris domine, et domine mi obseruandissime, literas tuas, ea, qua decuit reuerentia recepi, et vt tue donationi (vt par erat) morem gererem, plurimum insudaui, et cum summa diligentia, vt controuersiam per eandem mihi transmissam secundum iura terminarem: Et licet hinc inde multa propter iuris subtilitatem dici possent, ego tamen breuis ero,

1 et substantialiter, et conclusiue loquar, vti † consulentem decet, cui cause decisio commissa est, immo etiam satis foret decisionem ponere absque aliqua iuris, vel rationis allegatione, vt tradunt Docto. in c. sicut. extra de re iudi. cum concordantibus, vt alias dixi in consil. lxij. pro iustificatione. in principio. et in consil. xcix. dominus Lactantius. in principio. j. volu. verum non intendo isto casu sic procedere, sed substantialia tantum scribere.

¶ Itaque in proposita difficultate omnibus hinc inde mature consideratis, et presertim subtilibus, doctissimisque allegationibus, seu consiliis clarissimorum Jurisconsultorum pro vtraque parte mihi exhibitis, Deum pre oculis habens, et obnixe suam maiestatem rogans, vt veritatem promat ex ore meo, tandem placuit hanc sententiam vti verissimam, et communem in presenti casu eligere, vt scilicet nullus sit locus fideicommisso ex testamento domini Quirini Attolini Corrigiensis, postquam dominus vnus ex filiis, et heredibus suis decessit superstite sibi vno filio masculo, nam propter eius superexistentiam defecit conditio fideicommissi inuicem inter filios, et heredes testatoris iniuncti. Etenim testator predictus institutis duobus filiis masculis, videlicet Alexandro, et Bonnino subdit, quod si alter ipsorum sine filiis legitimis, et naturalibus decesserit, tunc et eo casu voluit alium superstitem succedere, superstes ergo predefuncto fratri erat substitutus sub illa conditione si decesserit sine filiis etc. sed conditio illa defecit, quia Bonninus decessit cum filiis, et inter alios cum Hieronymo filio masculo, ergo substitutio ex defectu conditionis euanuit, hec est enim natura actus, et dispo-

2 sitionis † conditionalis, vt scilicet deficiente conditione nullius sit momenti. l. j. §. si autem aliquid sub conditione. C. de cad. tollen. et l. iubemus. §. sin autem. C. ad Trebellian. cum concordantibus. vt alias dixi in consil. cij. Mattheus quidam. nu. 6. j. vol. et in cons. clxxx. nobilis dominus Joannes. nu. 39. et 40. ij. vol. et tradit insignis moder. et vt per honorandus August. Beroius in c. super literis. nu. 15. de rescript. et cum superfuerit dictus Hieronymus, et sic masculus, non est hic facienda illa disputatio, an conditio illa si sine filiis etc. restringatur ad masculos, nam posito quod esset ad masculos restringenda per ea, que alias dixi in consil. clxvj. Magnificus Comes, Eques, et iuris vtriusque Doctor. num. 25. infra per totum. ij. vol. etiam eo posito, conditio dicitur defecisse, cum (vt dixi) ipsi Bonnino superfuerit filius masculus. Et licet postea ipse Hieronymus deces-

3 serit sine filiis, tamen † conditio, que semel euanuit non reuiuiscit, vt probatur in l. cum vxori. et ibi tradunt Docto. C. quan. dies legat. cedat. et est de hoc notabilis, et satis nota decisio Oldrad. in consil. xxj. thema tale est, testator quidam. Jo. Andr. in addit. ad Specu. in titu. de testamen. §. j. in additio. magna in vltima questio. refert, et sequitur Paul. de Castr. in l. ex facto. §. penult. ff. ad Trebellian. et Alexan. in consil. xxxj. ponderatis his. in princip. versic. et quamuis post mortem. lib. iij. cum concordantibus, vt per patruum, et dominum meum Socin. in consil. ccl. in causa Bononiensi. iiij. col. versic. secundo venit discutienda alia difficultas. ij. vol. et per Deci. in consil. ccxviij. in casu ad me transmisso. nu. 10. in consi. cccxxiij. cum sit, quod nobilis. nu. 2. et 3. plenius in consil. ccclxxvij. visis, et diligenter consideratis. ij. col. vbi plures allegat. et ego dixi in consil. xlij.

Titius

Titius condidit testamentum.nu.4.5.& 6. & firmaui etiam in
consilio preallegato cij.nu.38.& 40.j.vol.& in consil.iiij. in oc
currenti.ij.vol.& alibi sepe. Hoc idem sepe firmauit consulen
do Carol. Ruyn.allegando l.ex facto.§.penult. ff.ad Trebel
lian. vt in consil.lxxviij.primuz dubiu͂.nu.10.in consi.lxxxviij.
legatum de quo queritur.nu.1.& 6.& in consil.cxlviij. videtur
prima facie.nu.1.reperito in consil.cxcvj.ij.vol.quod & voluit
Paris.olim in Patauino Gymnasio honorandus Collega
meus in consil.lxxxix.in presenti causa.nu.25.ij.vol.& Curti.
Junior in consi.xcij.habita diligenti co͂sideratione.nu.4.& 5.
& ita etiam nouissime firmat, & plures alios allegat Andr. Ti
raquel. in l.si vnquam.in versicul.susceperit liberos.nu.151.
& 153.C.de reuocan.dona.& ad hoc alij plures cumulari pos
sent, sed quia hoc reputo indubitatum, non insistam vlterius
super eo, & ex eo sumitur aperta decisio presentis difficultatis,
vt scilicet conditio fideicommissi inuicem facti inter Alexan
drum, & Bonninum, videlicet si sine filiis alter eorum decesse
rit omnino euanuit in persona Bonnini, quuz ipsi superfuerit
Hieronymus filius, & licet ex post ille decesserit sine filiis, id
non attenditur, nec conditio semel extincta post resurgere.
¶ Nec reperitur fideicommissum relictum si filius Bonnini,
& sic nepos testatoris decesserit sine filiis, sed tantum si alter ex
4 filiis institutis decesserit sine filiis &c. & alias onus † iniunctum
filio, non censetur iniunctum nepotibus, iuxta §.nos igitur.in
authen.de restit.fideicom.
¶ Nec predicte conclusioni obstant quedam subtiliter per co͂
sulentes pro parte aduersa considerata, quoniam licet colorata
sint, & primo aspectu videantur vigere, tamen re vera nihil ob
stant, & recte considerando ad casum nostrum non pertinent,
& vt infra clarissime respondetur.
¶ Et primo dum laboratur in ostendendo, ꝙ conditio illa, si
sine filiis restringatur ad masculos, & propterea etiam ꝙ nepo
tes testatoris positi in conditione censeantur vocati, dico ꝙ in
vanum laboratur, quia vtrunqz volo fateri (tametsi res dubia
sit) sed eo posito dico, ꝙ nihil sequitur, ex eo, vt scilicet inferri
possit, ergo per superexistentia͂ Hieronymi filij Bonnini non
expirauit fideicommissum factuz sub illa conditione, si decesse
rit sine filiis masculis per ea, que supra dicta sunt, nam illa con
ditio si sine filiis masculis decesserit totuz fideico͂missum quali
ficauit, & quum defecerit masculo filio superexistente merito se
quitur, ꝙ fideicommissum euanuit.
¶ Nec ex eo ꝙ ille Hieronymus filius Bonnini positus in co͂
ditione, posset dici vocatus, debet inferri predictam conditio
nem non defecisse, & sic fideicommissuz non euanuisse, nec etia͂
ꝙ ille Hieronymus dicatur grauatus aliquo fideicommisso,
cum de hoc nullum verbum reperiatur in testamento, & alias
vt dixi, onus fideicommissi iniunctum vni, puta filio non dicit
5 iniunctum alteri, puta nepoti, nam † cum fideicommissum sit
onus.l.coheredi.§.cum filie.ff.de vulgar.& pupill. cum simil.
non debet trahi de persona ad personam, sed stricte intelligi in
casu, & personis, in quibus factum reperitur, vt alias dixi in co͂
si.cxc.licet in presenti.nu.6.ij.vol.nec valet consequentia, quis
dicitur vocatus ex testame͂to, ergo dicitur grauatus, sed bene
valet, ergo grauari potest, sed requiritur ꝙ de onere iniuncto
constet, vt dixi, alioquin quilibet in testamento honoratus di
ceretur grauatus, quod absurdissimum esset, igitur non dicen
6 dum per † locum ab absurdo euitando, iuxta l.in pecuduz.ff.
de vsur.cum vulgar.& bene probatur in l.heredes mei.§.cum
ita.& ibi ego dixi in notabilibus.ff.ad Trebell.
¶ Nec predictis obstant, quedam decisiones consulentium al
legate in consilio pro Alexandro edito in v.cart. ij.pagina. in
versic.nec obstat, si quis opponeret &c.vt Corn.in consi.cxlvj.
in hac consultatione.vj.col.ij.vol.patrui, & domini mei Soci.
in consil.ccl.preallegato.ij.colum.ij.vol. Decij in consil.cclxx.
dominus Raynaldus.col.fin.& cccclxxvij. viso consilio.in fin.
& Curtij Junioris in consil.lxxxvij. presupponitur in facto. &
cxxi.presupponitur in facto.
¶ Quoniam respondetur, quod alique ex eis non tangunt
predictam difficultatem, vt ille Curtij Junioris vltimo lo
co allegate.
¶ Alie vero facillime euitantur, nam posito ꝙ predicte deci
siones vere sint absqz veritatis preiudicio (etenim de illis du
bitari potest, maxime de illis Decij, que semper mihi vise
sunt periculose propter predicta) tamen dico illas non obstare
& loqui in casibus diuersis, quando scilicet testator vltra sim
plicem substitutionem si quis decesserit sine filiis &c. processit
vlterius verba aliqua exprimendo, ex quibus arguebatur me͂s
eius, vt scilicet etiaz nepos dicatur grauatus si sine filiis mascu
lis decederet vti omnes predicti Doctores co͂siderant. & recte
omnia intuentes facillime per se intelligent, & ideo non insta
bo in eo singulariter ostendendo, sed quando substitutio esset
simpliciter facta, si aliquis ex institutis decederet sine filiis ma
sculis, fatentur omnes Doct.predicti, ꝙ decedente aliquo cuz
filiis masculis expirat substitutio, quicquid postea de talibus fi
liis co͂tingat per preallegata, sed in casu nostro substitutio fuit
facta simpliciter inuice͂ si qs eoru͂ decesserit sine filiis, ergo &c.
¶ Ad predicta etiam accedat.l.filiusfamilias. §. cum quis.ff.
de legat.primo.nam sicut ibi substitutio euanescit, si grauato
supersit filius, etiam si non sit heres, quia postquam superfuit,
& ita fecit deficere conditionem, non curatur quid de eo sequa
tur, ita in casu nostro dicendum est, quicquid de dicto Hiero
nymo contigerit, & sic etiam, quod mortuus fuerit sine filiis,
fecit per superexistentiam deficere conditionem predicte sub
stitutionem &c.
¶ Nec demum obstat, quod de prohibitione alienationis in
contrarium allegatur quasi ꝙ ex ea inducatur fideicommissuz
inter masculos descendentes testatoris, & illud fauore conser
uande agnationis.
¶ Quoniam respondetur, & de plano, ꝙ licet quando prohi
bitio facta sit cuz causa expressa a testatore, videlicet quia voluit
bona alienari prohibita peruenire ad illos de familia sua, pos
sit dubitari an sit inductum fideicommissuz simplex inter illos
de familia, vt per Doct.in l.filiusfamilias.§.diui. maxime per
Ripam.ff.de legat.j. Et multi sint casus, in quibus non indu
citur tale fideicommissum, vt ibi per Ripam, & ego post alios
ibidem dixi.& tradit Deci.in preallegato consil.ccxviij.nu.14.
7 15.& 16.tamen † quando prohibitio simpliciter facta est absqz
aliqua causa indubitanter non inducitur fideicommissum sim
plex, sed tantum in casum contrauentionis, vt per Deci.in pre
dicto consil.ccxviij.dum dicit, ꝙ secundum omnes ex simplici
prohibitione non inducitur fideicommissum, vt per eum, qui
idem pluries dixit in d.consilio.& traditur in d.§.Diui, & per
Docto.etiam de hoc scribitur, maxime per Alexan.patruum
meum Socin.& modernio. in l.qui Rome.§.coheredes.ff.de
verbo.obligat.sed isto casu prohibitio nedum simplex fuit, sed
simplicissima, dixit enim testator post institutionem, & substitu
tiones pacto, & conditione, ꝙ heredes sui non possint vendere
& alienare aliquo modo, ergo &c.
¶ Nec quicquam facit consideratus fauor conseruande agna
tionis, quoniam talis consideratio procedit respectu disposi
tionis testatoris, scilicet qua͂do Bonninus decessisset sine filiis
masculis, & sic si co͂ditio substitutionis fuisset impleta, sz post ꝙ
illa defecit ex co͂siderato fauore agnationis no͂ potest fieri, quin
conditio defecerit, & consequenter quin substitutio euanuerit,
vt clare constat ex his, que tradit patruus, & dominus meus
Socin.in consi.cxvj.in causa filiorum.iiij.colum.in fin. cum se
quen.iij.vol.in versi.que omnino non habent obstare, ad que
gratia breuitatis me refero.
¶ Sic itaqz ex predictis omnibus constat in morte Bonnini
non fuisse factum locum alicui substitutioni cum omnino eius
conditio defecerit per superexistentiaz Hieronymi filij sui, nec
potuit talis substitutio resurgere per mortem ipsius Hierony
mi sine filiis cum ipse nullibi reperiatur grauatus, & consequen
ter sequitur sorores eius absoluendas a petitione Alexa͂dri ea
rum patrui, & ita nos vigore commissionis in nos facte absol
uimus, & liberamus, ab expensis autez factis in presenti iudicio
ex iustis causis animum nostrum mouentibus victam partez,
& sic dictum Alexandrum absoluimus, declarantes etiam euz
non teneri ad aliquam partem sportularum nobis traditaruz,
quia eas totas pars victrix soluere tenetur ex oblatione per ea͂
facta, & per ipsum Alexandrum acceptata, & sic ex quodam pa
8 cto, vt in actis apparet, vnde † conuenit tale pactum seruari. l.
iurisgentiuz.ij.pretor ait.ff.de pact.l.j.ff.de constit.pecu.& c.j.
& iij.extra de pact.cum simil.
¶ Et ita iudicamus, & arbitramur, absoluimus, & declara
mus non solum vt supra, sed omni meliori modo.

Laus Deo Opt. Max.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1552. 12. Nouemb.

SVM

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LVIII.

¶ De fideicommisso, quod res illi subiecta secure non alienatur.
¶ Nec ipso iure valet si a testatore prohibeatur.
¶ De cessione bonorum, ꝙ possit re integra retractari.
¶ Et quid si fiat retrocessio?
¶ De exceptione rei iudicate an, ꝛ quando opponi possit?
¶ De peremptione rei fideicommisso subiecte, puta per incendium an, ꝛ quando extinguat fideicommissum?
¶ De transactione ꝙ requirat speciale mandatum.
¶ Et de duobus instrumentis mandati eodem die facti differentibus, cui scilicet standum sit?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Testatoris uoluntas omnino adimplenda est, nam ad publicã utilitatem pertinet testantium uoluntates adimpleri.*
2 *Prohibitio alienationis inest semper uirtualiter in fideicõmisso ex sui natura, ne illi præiudicetur.*
3 *Prohibitio facta a testatore ad instar prohibitionis legalis impedit translationem dominij, & sic ipso iure alienationem annullat.*
4 *Cedens bonis fit inhabilis ad agendum, quia cedẽdo bonis dicitur cessisse etiam iura, & actiones omnes. declara ut nu. 14.*
5 *Fideicommissum uniuersale non solet transire in procuratorem in rem suam.*
6 *Exceptio rei iudicatæ impedit litis ingreßum, & dicitur exceptio litis finitæ.*
7 *Fideicommissum, seu legatum extinguitur, perempta re legata, seu per fideicommissum relicta, & nihil ultra debetur.*
8 *Vsusfructus dicitur ius in corpore, quo sublato, & ipsum ius tollitur.*
9 *Societas extinguitur perempta re in qua erat contracta.*
10 *Obligatio semel extincta non reuiuiscit.*
11 *Exceptio pacti seu transactionis dicitur exceptio litis finitæ, & impedit litis ingreßum, & æquiparatur exceptioni rei iudicatæ.*
12 *Transactionis uis fauore litium finiendarum adeo potens est, ut nec rescripto Principis rescindi poßit, nec prætextu instrumenti nouiter reperti.*
13 *Transactio requirit speciale mandatum, alias mandanti non præiudicat.*
15 *Nemo sine actione agere potest.*
16 *Ius superueniens confirmat quod prius a non habente ius factum fuerat.*
17 *Exceptio rei iudicatæ non obstat quando de aliis rebus, & inter alias personas est lata.*
18 *Alienata ueniunt imputanda in legitimam.*
19 *Res inter alios acta aliis nec nocet, nec prodest.*
20 *Vsusfructus uniuersaliter relictus non extinguitur si domus incendio pereat, quia remanet in area.*
21 *Mandatis duobus concurrentibus, cum non appareat de prioritate, uel posterioritate, standum est illi per quod minus conceditur.*

CONSILIVM LVIII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, ꝛ iustitie.

¶ In causa, ꝛ lite vertente inter Joannem Baptistam de Alberinis ex causa fideicommissi agentem ex vna, ꝛ Fabritiuz de Lucatellis, ꝛ litis consortes ex altera se defendentes, viso prius testamento magistri Ambrosij de Alberinis proaui paterni dicti Joannis Baptiste, necnon visa petitione eius, ꝛ his que contra eam opponuntur, breuitate vtar, prout subiecta materia patietur, hoc soluz intendens, vt scilicet in presenti consultatione veritatem proferam.

¶ Et in primis non est dubium fundatam esse intentionez predicti Joannis Baptiste agentis, ꝛ petentis domum, ꝛ apothecas, de quibus agitur sibi a possidentibus restitui ex fideicommissi causa in testamento predicti quondã Ambrosij eius proaui instituti. Ipse enim in suo testamento instituit vniuersalez heredem Alexandrum de Alberinis eius nepotez ex predefuncto filio, ꝛ ipsi Alexandro in effectu substituit filios eius masculos, si ei superfuerint, sed ei inter alios filios masculos superfuit, ꝛ adhuc viuit predictus Joannes Baptista, igitur ipse dicitur vocatus ad bona predicti testatoris, cum † eius voluntas
1 omnino sit adimplenda. l. j. C. de sacrosanct. eccles. ꝛ ibi tradunt Doctores cum similibus. ꝛ quidem vti lex quedam. §. disponat. in authen. de nuptiis. collat. quarta. ꝛ adeo hoc verum est, vt iura dicant ad publicam vtilitatem pertinere testantiuz voluntates adimpleri. l. vel negare. ff. quemadmodum testamen. aper. ꝛc.

¶ Nec quicquam agenti obstat, ꝙ pater eius domum, ꝛ apothecas, de quibus agitur alienauerit. Quoniam alienatio fieri non potuit in preiudicium fideicommissi, ꝛ sic predicti agentis
2 ad fideicommissum vocati, Semper † enim in fideicommisso inest virtualiter prohibitio alienationis ex sui natura, ne illi preiudicetur. l. fin. §. sin autem sub conditione. C. communia de legat. ꝛ clare dicitur in authenti. res, que. que in eodem titulo statim sequitur, vnde quum venerit dies fideicommissi rerum predictarum alienatio in irritum deuocatur, vt dicitur in dicto §. final.

¶ Quinimmo dici potest, ꝙ predicta alienatio ab initio, ꝛ ipso iure fuerit nulla, quum sit, ꝙ vltra fideicommissum, quod testator fecit, expresse prohibuit alienationem domus, ꝛ apothe-
3 carum, talis † enim prohibitio a testatore facta ad instar prohibitionis legalis impedit translationem dominij, ꝛ sic ipso iure alienationem annullat, iuxta tradita per gl. magnam. circa medium. versic. item distingue super hac lege. in l. ea lege. ꝛ ibi plene per Docto. C. de condic. ob caus. ꝛ traditur etiam per Doctores in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de legatis primo. vbi post alios de hoc plene scripsi. ꝛ quoniaz hec in iure sunt notissima, ꝛ indubitata super eis vlterius non insisto concludendo clarissimum, ꝛ indubitatum esse actorem predictũ iuste posse ex causa fideicommissi petere vti per eum petitum fuit, eumqꝫ fundatam intentionẽ habere in predicto testamento, nec istud a reis conuentis negatur.

¶ Sed nunc videndum est, vtrum predicte petitioni obstent aliqua in contrarium allegata, seu opposita. Et prima facie videtur, quod plurima obstent, etenim inter alia opponitur primo exceptio inhabilitatis persone ad agendum, nam predictus Joannes Baptista cessit bonis, prout est in confesso, pro
4 pter † quod factus fuit inhabilis ad agendum, vt clare dicitur in l. item si vnus. in princip. ff. de arbitr. ꝛ ratio est, quia cedendo bonis dicitur cessisse etiã iura, ꝛ actiones omnes, vt ibi per Doct. traditur.

5 ¶ Et licet videamur esse in fideicommisso vniuersali, † quod non solet transire in procuratorem in reƷ suam per l. si mulier. §. ex asse. ff. de iure dot. ꝛ tradunt Bart. ꝛ alij in l. j. ff. de leg. j. in vij. differentia inter fideicõmissa, seu legata singularia, ꝛ vniuersalia, tamen id verum est, vt talis procurator suo nomine, ꝛ iure delegationis sibi facte id petere non possit, sed potest bene vti actione illa nomine veri fideicõmissarij, ꝛ vt eius procurator, vt per Doct. maxime Jacobin. de Sancto Georgio in d. §. ex asse. ꝛ fuit hoc dictum Ang. in l. apud Julianum. §. virũ. ff. ad Trebellian. ꝛ ego dixi in d. l. j. circa predictam septimam differentiam ꝛc.

¶ Secundo videtur predicto agenti obstare (prout opposita fuit) exceptio rei iudicate, nam quum iste actor alias ex causa eiusdem fideicommissi petierit, ꝛ succubuerit, ꝛ sic fuerit cõtra eum lata sententia, ꝛ a petitione fideicommissi fuerit repulsus videtur, ꝙ nunc ei obstet dicta exceptio rei iudicate per titulũ
6 ff. de except. rei iudic. per totum. Illa † enim est ita potens, vt impediat litis ingressum, ꝛ dicitur exceptio litis finite, vt est doctrina Bar. in l. nam ꝛ postea. in prin. ff. de iureiuran. tradunt Canon. in c. j. de lit. ꝯtest. lib. vj. vt per Deci. in cõs. ccccxxxvj. viso instrumento. nu. 21.

¶ Tertio videtur obstare exceptio extinctionis, ꝛ peremptionis rei fideicommisso subiecte, dicitur enim, ꝙ domus, ꝛ apo-
7 thece sub ea, de quibus agitur, incendio perierunt, nam † perempta re legata, vel per fideicommissuz relicta, fideicommissum extinguitur, ꝛ nihil vltra debetur. l. Titie. §. fin. ff. de leg. j. facit l. si ex legati causa. ꝛ ibi tradunt Doctores. ff. de verborum obligation.
8 ¶ Sicut etiã dicitur de vsufructu, qui † est ius in corpore, quo sublato, ꝛ ipsum ius tollitur. l. j. ff. de vsufruct. ꝛ Institu. eod. ij. respon. etiam si tollatur incendio. l. quoties. §. final. ff. eodem titulo.
9 ¶ Sic etiaz dicitur de societate, † vt scilicet extinguatur perẽpta re, in qua erat contracta. l. verum est. §. final. ff. pro socio. Unde si domus, de qua agitur, incendio fuit combusta, ꝛ sic desiit esse in rerum natura, necesse est, quod fideicommissum

de ea factum fuerit extinctum.

¶ Nec obstat, ꝙ domus postea fuerit confecta, qr cum nō eisdem lapidibus, lignis, vel cemētis fuerit refecta non reuiuiscit
10 fideicommissum, seu † ad illud obligatio semel extincta. l. inter stipulantem. §. sacram. versic. nec reuocatur. ff. de verb. oblig. cum similibus.

¶ Quarto, ⁊ vltimo videtur omnino obstare exceptio pacti,
11 seu transactionis, † que dicitur ⁊ ipsa litis finite, ⁊ impedit litis ingressuz. l. fratris. vbi Doct. maxime Alex. in summario. C. de transact. ⁊ ita videtur equipararі exceptioni rei iudicate, vt ibi per Alex. ⁊ alios, ⁊ videtur probari in l. ij. ff. de iureiurand.
12 ⁊ in l. non minorem. C. de transact. Et adeo † potens est vis transactionis fauore litium finiendarū, vt nec rescripto Principis rescindi possit. l. causas. C. de transac. nec pretextu instrumenti nouiter reperti. l. sub pretextu. eod. tit. sed sic est, ꝙ Hieronymus frater predicti Joannis Baptiste actoris alias super lite eiusdem fideicommissi transegit, etiam vt procurator, ⁊ nomine dicti Joannis Baptiste actoris, vt ex instrumento transactionis constat, merito videtur ꝙ actor predictus sit tali exceptione repellendus.
13 ¶ Et si dicatur, ꝙ † transactio requirit speciale mandatū, alias mandanti non preiudicat. l. mandato generali. ff. de procurat. ⁊ l. transactionis placitum. cum simil. C. eo. ⁊ vtrobiqꝫ tradūt Doct. Respōdetur, ꝙ in mandato predicti Jo. Baptiste producto per reos cōuentos reperitur clausula ad transigēdū ⁊c. vnde cum adsit speciale mandatum ad transigendum nō videtur, ꝙ actor aliquo modo audiri debeat.

¶ Istis tamen exceptionibus, ⁊ aliis quibuscunqꝫ que allegari possent non obstantibus, maturius omnia considerando dico, ꝙ veritas est in contrarium, ⁊ sic concludendum puto predictum Joannem Baptistā in petitione fideicōmissi omnino audiendum, ⁊ habere fundatam intentionem in testamēto predicti quondam Ambrosij proaui sui, vt supra deductum fuit.

¶ Nec obstant quatuor exceptiones predicte, quoniam de plano ad singulas respondetur vt infra.
14 ¶ Et ad primam respondetur, ⁊ primo † dicitur cessionem illam bonorum nihil obesse, quin dictus Joannes Baptista penitentia ductus, ⁊ offerens se soluturuz creditoribus (cum adhuc res sit integra) possit iura sua prosequi tam agendo, quam se defendendo, ac si cessio illa facta non fuisset, iuxta l. is, qui bonis, ⁊ l. quem penitet. ff. de cessio. bon. cum his, que ibi tradūt Docto. ⁊ probatur etiam (⁊ ibi traditur per Bar. Bal. Saly. ⁊ alios) in l. ij. C. qui bon. ceder. poss. Est enim res integra (vt dixi) quoniam post dictaz cessionem nihil est venditū, aut inter creditores distributum, ⁊ in specie ius illud ex causa fideicōmissi, nulli est assignatum, aut per aliquem susceptuz, sed illud, ⁊ omnia alia iura, vel bona dicti Joannis Baptiste sunt in eodem statu, in quo erant tempore dicte cessionis, merito ergo ipse potest iura sua prosequendo predictam domum, ⁊ apothecas petere ex causa fideicommissi, de quo supra, predicta cessione non obstante, a qua dictus Joannes Baptista ductus penitentia potuit recedere offerens se satisfacere creditoribus, cum res integra sit, vt dictū est per iura supra allegata, ⁊ ista responsio tollit prorsus omnem difficultatem.

¶ Sed vltra etiam, ⁊ ex abundanti secundo responderi potest ꝙ ius illud agendi, ⁊ petendi fideicommissuz, quod ipse Joannes Baptista dicebatur perdidisse propter predictam cessionē per d. l. item si vnus. ff. de arbitr. dicitur recuperasse mediante retrocessione bonorum, ⁊ iuriuz sibi facta per suos creditores, quibus illa cessio facta fuerat, saltem pro maiori parte taz respectu numeri creditorum, ꝙ etiā respectu cumuli, ⁊ summe quantitatis debite, propter quod videtur satis esse, ⁊ seruari debet, quod ab eis factum est, etiam ꝙ aliqui non consenserint, arg. l. maiorem. ff. de pact. cum his que ibi tradunt Doct.

¶ Nec possunt conqueri creditores, qui talem retrocessionez non fecerunt, nec eis in aliquo potest dici preiudicatum cuz dictus Joannes Baptista eis, quod debebat soluerit, aut se paratum soluere obtulerit, vt mihi in facto presupponitur.

¶ Nec obstat si dicatur, ꝙ tempore mote litis per dictum dominum Joannem Baptistam contra istos de Lucatellis non erat facta predicta retrocessio, ⁊ sic illi non poterat dici ex tali retrocessione ius quesitum, quo mediante agere potuerit, cum
15 nemo † sine actione agere possit. l. si pupilli. §. videamus. ⁊ ibi Bart. ⁊ alij not. ff. de negot. gest.

¶ Quoniam respondetur, ꝙ immo satis dicebatur ius habere sibi a lege concessum ex sola penitentia cessionis cuz res esset omnino integra, vt supra dictum est.

¶ Et vltra etiaz dici potest satis esse, ꝙ mediante illa retroces-
16 sione ius sibi superueniat, naz † ex iure superuenienti confirmatur quod prius a non habente ius factum fuerat, vt est tex. in l. cum vir. ff. de vsucap. ⁊ ibi tradunt Doct. ⁊ adeo vt etiaz iudicium iam inchoatum dicatur ex superuenienti iure confirmari vt ibi tradit Bar. ⁊ sequuntur alij, ⁊ eo maxime hoc videtur dicendum cum hoc ius videatur ex causa de preterito, quia scilicet iste actor prius illud habebat, ⁊ cessio per eum facta bonis non plene abstulerat cuz esset res integra, ⁊ sic retrocessio reduxit eum ad primum statum, ⁊ sic preteritum respicere videatur propter quod clarum est iudicium debere confirmari iuxta dictum Barto. Ange. ⁊ aliorum in l. non potest. ff. de iudi. ⁊ per Doct. in c. abbate sane. de re iudi. lib. vj. maxime per Fran. ibi in versi. prefatus igitur. ibi secundo limita. ⁊ tradit Ruy. in cōsi. xij. in questione proposita. nu. 8. iiij. vol. ⁊ Parisi. in ꝯsi. xxj. omne ius. nu. 53. vol. iiij. sic itaqꝫ etiam propter predictam retrocessionem remouetur ista prima exceptio cessionis, quod tamen ex abundanti sit dictum, cum prima responsio clarissima sit, ⁊ omnem tollat difficultatem.

¶ Non obstat modo secundo loco allegata exceptio rei iudi-
17 cate, quia vere in proposito nihil obstat, † veluti de aliis rebus ⁊ inter alias personas lata, iuxta l. cum queritur. ff. de except. rei iudi. cum duabus sequentibus. etenim vt talis exceptio obstet requiritur inter cetera, ꝙ sententia lata fuerit inter easdem personas, inter quas nouiter agitur, ⁊ super eadem re, de qua nunc agitur, vt ibi plene traditur, cum concordan. vt per Dec. in consi. ccccxlv. in casu ad me transmisso. nu. 43. ⁊ alias dixi in cōsi. clxxxj. de duobus in presenti ꝯsultatione queritur. nu. 83. ⁊ sequen. sed in proposito consideratur diuersitas personaruz, ⁊ rerum, ergo ⁊c. diuersitas autem apparet, quia sententia lata fuit in fauorem illius de Fontana super certis apothecis, sed nunc agitur contra istos de Lucatellis, ⁊ questio est de domo, ⁊ de quibusdam aliis apothecis omnino separatis ab aliis, super quibus lata fuit absolutoria in fauorem Fontane, si igitur datur diuersitas rerum, ⁊ personarum sequitur, ꝙ talis exceptio nihil penitus obstet.

¶ Vltra quod etiam dici posset ex alio talem exceptionem nō obstare, quia scilicet dicta sententia lata fuit ob certam causaz, scilicet quia alienatio apothecarum, de quibus tunc agebatur, fuit imputata in legitimam Alexandri alienantis, que causa in casu nostro cadere non potest, cum semel iam habita fuit consideratio imputationis in legitimaz, non enim duplex legitima,
18 sed vna tantum illi debebatur, in † quam primo alienata veniebant imputanda, iuxta doctrinam Bald. in l. filium, quem habentem. colum. ix. versicu. vlterius queritur. C. familie herciscund. in l. secunda. C. ad legem Falcidiam. ⁊ in consilio ccxvij. queritur vtrum filius. primo volum. ⁊ tradit Roman. in consil. cclxxvij. non est dubium. cum concordantibus multis, qui allegari possent. ⁊ dixi alias in ꝯsi. cxxix. Bartholomeus Griffolus. nu. 42. j. vol.

¶ Non omitto etiam, ꝙ contra dictam sententiā adhuc proceditur, vt saltem per in integrum restitutionez retractetur ex iustis, ⁊ probabilibus causis, vt audio, super quo tamen nō est in presentiarum insistendum, cum hoc respiciat causam contra illum Fontanam, non contra Lucatellos, de quibus agitur in presenti consultatione, ⁊ nobis satis est, ꝙ per eos allegari non potest predicta sententia, vel rei iudicate exceptio per predicta.
19 Res † eniz inter alios acta aliis nec nocet, neqꝫ ꝓdest. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. ⁊ l. sepe. ⁊ ibi plene per scriben. ff. de re iudic. cum vulgar.

¶ Accedat predictis, ꝙ vbi etiam dubiuz esset an predicta exceptio obesset (quod tamen falsum est, cum clarum sit eam isto casu opponi non posse) in tali dubio pronunciandum esset illā non obesse, cum hoc sit partibus minus preiudiciale iuxta tradita per Deci. in consi. ccccxlv. preallega. nu. 44. cuz concord. vt dixi in consi. xlix. inspectis his, que in puncto. ad fin. ⁊ in preallegato consi. clxxxj. nu. 85. ij. vol.

¶ Ad tertiam exceptionem peremptionis ⁊c. Respondetur, quod nihil penitus obstat, primo, quia vt mihi narratur, domus tota combusta non fuit, sed solum pars, ⁊ ideo non fuit extinctum fideicommissum respectu partis remanentis, sumpto argumento de toto ad partez, iuxta l. que de tota. ff. de rei vendica. cum similibus.

¶ Secundo

¶ Secundo etiam respondetur, posito ꝙ tota domus cũ apothecis fuerit combusta (absq; tamen preiudicio veritatis) quia negatur, ꝙ ex eo fuerit extinctum fideicommissum, de quo agitur, attento ꝙ non fuit factum fideicommissũ particulariter, ⁊ in specie de predicta domo, sed generaliter, seu vniuersaliter de hereditate predicti Ambrosij testatoris, seu de bonis dicte hereditatis, vt constat in dicto testamento in iiij. cart. in versi. dicto vero Alexandro decedente cum liberis ꝛc. Nam eo stante, licet domus fuisset combusta non tamen fideicommissum fuisset extinctum, q̃ remansisset area, in qua durabat fideicom-
20 missũ, arg. l. quoties. §. si. ff. de vsufr. † nã sicut ibi vsusfructus vniuersaliter relictus non extinguit si domus incendio pereat, q̃ remanet in area, ita in casu nostro dici debet de fideicõmisso vt scilicet remaneat respectu aree, ⁊ consequenter postea eorũ, que superedificata fuerunt, allegata autem in contrarium procederent, quando fuisset factum specialiter fideicommissum de illa domo, vt etiam in simili dicitur in d. §. fin. non negauero tamen, ꝙ quicquid in refectione predicte domus fuerit p ipsum Alexandrum, vel per istos de Lucatellis erogatum debeat eis restitui, ⁊ q̃ hec omnia puto clarissima esse, ⁊ procedere absq; dubitatione, non instabo vlterius super eis.

¶ Demũ ⁊ quarto non obstat exceptio transactionis, in qua (vt audio) sit precipuum fundamentum, quoniã respondetur ꝙ transactio facta fuit a fratre dicti Jo. Baptiste actoris absq; speciali mandato ad transigendum, est enim iuris regula, ꝙ transactio requirit speciale mandatum, vt supra dictum fuit, alias domino non preiudicat, sed facta dicitur nullius momenti, in facto autem veritas est, ꝙ do. Jo. Baptista solũ fecit mandatum ad lites, ⁊ causas, ⁊ non ad transigendũ, ergo ꝛc. illud autem constat ex lectura instrumenti mandati per dictum do. Jo. Baptistam facti anno 1556. die 26. Junij exhibitũ in iudicio per ipsũ do. Jo. Baptistã (vt credo) ⁊ licet ex parte reorum de Lucatellis sit exhibitum aliud instrumentũ mandati per eundem notarium rogatum sub eadem die, in quo reperi-
21 tur clausula ad transigendum ꝛc. tamen † in hac dubietate dũ queritur, cui sit standum ex predictis mandatis cum non appareat de prioritate, vel posterioritate, dicendum est, ꝙ standũ, ⁊ credendum est illi, per quod minus conceditur, arg. l. Sempronius Proculo. ff. de legat. ij. ⁊ l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbit. ⁊ ita in terminis in duobus mandati instrumentis eodem die scriptis, ⁊ in iudicio exhibitis determinat Bal. in l. falsus. col. mihi vij. versi. scias tamen ꝙ si quis producat duo mãdata. C. de furt. refert, ⁊ sequitur Alex. in cons. xlviij. in causa vertente inter do. Franciscinã. nu. 2. lib. vij. quod etiã post predictos firmat Nicol. Boer. in decis. cclij. sed alia in dicto pcessu. nu. 11. vnde cum in casu nostro mandatum illud, in quo non est clausula ad transigendum. minus procuratori ɔcedat, q̃ non concedit potentiã transigendi cũ illa requirat speciale mandatum, vt dictum est, aliud vero illã concedat, cum in eo reperiatur predicta clausula expressa, sequitur ꝙ illud attendi, ⁊ obseruari debet, in quo non est clausula ad transigendum, veluti minus concedens procuratori, ⁊ hoc si velimus aliquid illorum mandatorum valere, ⁊ seruandum esse, posset enĩ forte dici, ꝙ neutrum valeat, vt etiam dixit Bald. in d. l. falsus. loco preallegato.

¶ Et predicta ɔclusio eo magis in casu nostro procedit, attento ꝙ dictus do. Jo. Baptista, qui procuratorem constituit, cũ sciret de tali mandato disputari non dissimulauit, sed cõparendo coram iudice aperte dixit, ꝙ ipse bene recordatur, ꝙ nunꝙ ipse in suo mandato posuit clausulam ad transigendũ ꝛc. ⁊ sic ei obiici nõ potest, ꝙ sua dissimulatio sibi nocuerit, iuxta tradita per Bal. in d. l. falsus. eadem vij. col. ad fin. in versi. ⁊ hoc verum, nisi dominus sciebat ꝛc. C. de furt.

¶ Et stantibus istis constat allegata in contrarium nihil obstare, quia illa procederent in transactione valida, ⁊ facta per dominum cause, vel per procuratorem ad illam speciale mandatum habentem, cum alias per procuratorẽ fieri non possit vt ex predictis patet.

¶ Remanet itaq; ex predictis firma conclusio dominũ Joannem Baptistam actorem predictum in sua petitione audiendum esse, non obstantibus exceptionibus contra ipsum obiectis, de quibus supra, cum illis plene, ⁊ iuridice responsum fuerit. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1553.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LIX.

¶ De substitutione facta, si vterq; filiorum decesserit, an dicatur facta si sine liberis decesserint, ⁊ an substitutus ad portionem vltimo decedentis, in cuius persona solum verificata fuit conditio, ⁊ sic an habeat locum decisio. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellianum. ⁊ de intellectu dicti §. ⁊ plura de materia.

¶ Et an, ⁊ quando valeat argumentum, institutio fit in omnibus bonis, ergo substitutio dicitur similiter facta in omnibus bonis.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Intellectus §. cum ita. l. hæredes mei. ad Trebell. late examinatur. & per totum consil.*

2 *Verbum collectiuum, si ambo, requirit implementum fieri in persona utriusque, nisi sit casus, in quo illud uerbum pluralis numeri debeat resolui in suas singularitates. & nu. 8.*

3 *Substitutio declaratur ab institutione.*

4 *Substitutus facilius admittitur, implẽta conditione in persona ultimo decedentis, ad eius portionem, si substitutio facta fuerit simpliciter, quam si in tota hæreditate.*

5 *Substitutus duobus non admittitur, nisi uterque in prima ætate decesserit.*

6 *Verbum, non aliter, importat formam.*

7 *Iudicare tenemur pro ueritate etiam contra communem.*

9 *Paria sunt conditionem, si sine liberis, exprimi a testatore, & per legem subintelligi.*

10 *Fideicommissum tacitum, & reciprocum an inducatur inter institutos quando fit substitutio post mortem plurium ultimo decedenti, uide remissiue.*

11 *Conditionis uerificatio, ubi sunt uerba ex sui natura requirentia implementum in persona utriusque, non sufficit in ultimo decedente tantum, etiam respectu suæ portionis, nisi quando de uoluntate testantis constat, quod uoluerit substitutum habere totum, si portio primo decedentis peruenisset ad ultimo decedentem.*

12 *Substitutus semper debet admitti quando non superest persona quæ ex verosimili mente testantis debeat excludere substitutum.*

CONSILIVM LIX.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie.

¶ Consului alias iã annus est, ⁊ vltra in fauorem do. Hippolyte de Paltronibus, vt scilicet illa vti heres do. Federici eius patrui ex causa fideicõmissi non teneatur ad aliquid restituendum per fundamenta, ⁊ rationes, de quibus in consilio per me tunc edito, ⁊ secundum predictum consilium fuit a sapientissimo iudice pronunciatum, nunc vero contra conclusionem meam, ⁊ sententiam predictam aliqua dubia excitãtur.

¶ Et primo dicitur, ꝙ in contrariũ stat tex. in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellian.

1 ¶ Nec videtur restringendus † ille tex. quãdo substitutio fuit facta in tota hereditate, vel saltem precesserit reciproca inter filios institutos, vt in consilio meo concludi videtur, q̃ etiã nullo interueniente procederet decisio illius §. vt constat ex l. pen. C. de impuber. ⁊ aliis substit. cum his, que ibi dicunt Docto. nam volunt Docto. ibi, ꝙ decisio de qua ibi non procederet si vltimo decedens decederet impubes, ⁊ primus pubes decessisset per d. §. cum ita. Satis enim est, ꝙ in persona vltimo decedentis verificetur conditio, vt ibi, vt sit locus substitutioni, si quidem eo modo debeat intelligi etiã d. l. pen. vt ibi per Doc. ⁊ etiam in d. §. cũ ita. dũmodo non supersit persona, que ex verosimili mente testantis debeat excludere substitutũ, ⁊ tamen in d. l. pen. non precessit reciproca substitutio inter illos pupillos, nec substitutio ibi facta fuit in tota hereditate, cũ itaq; in casu nostro non supersit persona, que ex verosimili mente ꝛc. ⁊ conditio fuerit impleta in persona Federici vltimo decedentis videtur ꝙ filie testatoris vti substitute vocentur, saltem ad partem dicti Federici per d. §. cum ita.

¶ Quinimmo ⁊ secundo ille tex. in specie nostra procedit a fortiori inspecta persona substituti, nam si id procedit ibi fauore Clandie neptis substitute, que testatori est in secundo gradu, fortius isto casu procedere debet fauore filiarum testatoris,

que sunt in primo gradu, & magis dilecte. auth. multo magis. C. de episcop. & cleric. cum simil.

¶ Quod etiam ex alio ostenditur, quia ibi Claudia neptis excludit filium primi morientis, qui in eodem gradu secundo cum illo erat testatori, at in casu nostro filie substitute dicerentur excludere filiam Petri Antonij, que erat testatori in remotiori gradu.

¶ Nec quicquam videtur obesse predictis natura verbi collectiui, si ambo &c. quod requirit implementum fieri in persona vtriusque per d. l. pen. cum simil. Quoniam videtur posse responderi, quod † in casu isto verbum illud pluralis numeri resolui debet in suas singularitates, iuxta l. falsa. §. fin. ff. de condit. & demonstrat. cum simil.

2

¶ Tertio videtur, quod casus noster sit extra disputationem, quia iste filie non sunt substitute, si ambo decederent sine filiis, sed simpliciter si in pupillari etate, vel quandocunque decesserint, vnde cum verum sit ambos decessisse, & sic impletam esse conditionem, prout concepta fuit, non videtur dubitandum de substitutione, etenim ea conditione impleta debet esse locus substitutioni, & in hoc (vt ita arguentes dicunt) decepti fuerunt, qui pro do. Hippolyta responderunt.

¶ Et si dicatur, quod conditio si sine filiis &c. subauditur per l. cum auus. ff. de condit. & demonstrat. cum similibus. vel que prius posita fuerat, censetur repetita. Respondetur, quod id fit per interpretationem ex coniectura pietatis, & non dicitur expressa iuxta tradita per patruum, & dominum meum Soci. in d. l. cum auus. in v. not. & est nu. 66.

¶ Quarto etiam dicitur, quod sumus in casu claro, quia posito, quod sit necessarium, vt substitutio facta sit in tota hereditate, prout fuit in casu d. §. cum ita. videtur, quod ita in casu presenti contigerit, nam cum institutio de filiis facta fuerit in omnibus bonis, vt sonant verba eius, debet dici similiter, quod etiam substitutio (licet simpliciter facta fuerit) dicatur facta in omnibus bonis, vt † sic substitutio declaretur ab institutione, arg. l. si in testamento. in fin. ff. de vulg. & pupill. cum simil.

3

¶ Quinimmo quinto, & vltimo loco (prout in contrarium asseritur) facilius † admitti substitutum (impleta conditione in persona vltimo decedentis) ad eius portionem si substitutio facta fuerit simpliciter, quam si in tota hereditate, vt videtur velle Ruyn. in consi. clvij. quantum ad substitutionem. nu. 3. ij. vol. pro quo allegat Bar. in l. quidam testamento Proculum. ff. de vulgar. & pupill.

4

¶ Et ad ista effectualiter reducuntur omnia, que contra do. Hippolytam, & consilium nostrum deducta fuerunt, ex quibus contra eam iudicandum prima fronte alicui forte videri posset, sicuti secundo iudici visum fuit, qui contra illam pro filiabus testatoris substitutis pronunciauit.

¶ Veruntamen licet subtilia, & ingeniosa videantur) eis non obstantibus non puto recedendum a conclusione per me in alio consilio firmata, prout sapientissime per primum iudicem fuit approbata.

¶ Et probatur ista conclusio euidenter per ea, que in alio consilio deducta fuerunt, ad que gratia breuitatis me refero, & si quis interne illa voluerit considerare cognoscet ex illis conclusionem iam firmatam in fauorem do. Hippolyte concludentissime, & inconuincibiliter probari.

¶ Solum igitur remanet difficultas in remouendis his, que supra in contrarium adducta fuerunt, ad quod nunc descendo.

¶ Et licet ex dictis in predicto consilio (vbi bene considerentur) fere ad omnia colligatur clara, & iuridica responsio, tamen ad maiorem demonstrationem veritatis ad singula sigillatim respondetur, vt infra.

¶ Et ad primum, videlicet ad d. §. cum ita. responsio vera est, quod ille tex. debet intelligi tantum in casu suo, quando scilicet constabat testatorem voluisse, quod Claudia substituta habuisset totum, si portio primo decedentis peruenisset ad nouissime decedentes, in quo fundatur illa decisio singularis, & contra naturam illorum verborum, si vterque sine filiis decesserit, vt clare dixi in consilio, & de tali voluntate secundum communem declarationem constabat ex eo, quia testator expressit, quod volebat omnem hereditatem ad substitutam peruenire, licet etiam constare posset ex reciproca substitutione secundum Cuma. cuius opinionem ab aliis reiectam ego disputanter dixi teneri posse in d. §. cum ita. sic itaque decisio illa restringenda est ex communi declaratione quando substitutio fuit facta in tota hereditate, vel secundum Cuma. etiam si fuerit facta reciproca, alias enim non procederet, quia cessaret ratio ibi allegata, nam nullo illorum interueniente non constaret testatorem voluisse in sua dispositione, quod substituta totum haberet, merito per locum a ratione cessante, cessaret dispositio, per iura notissima.

¶ Nec obstat, quod dicitur in contrarium de l. pen. C. de impuber. & aliis substit. quia licet plerique illud teneant volentes † substitutum admitti verificata conditione in persona vltimo decedentis tantum respectu sue portionis per d. §. cum ita. Tamen predicta opinio est omnino falsa, prout illam reiicit patruus, & dominus meus Socin. in d. §. cum ita. & Deci. in d. l. penul. & alij quidam, & ego in d. §. cum ita. omnino eam reprobaui, ostendendo, quod est aperte contra d. l. pen. dum in fin. dicitur, non aliter substitutioni esse locum, nisi vterque in prima etate decesserit, nam † verba illa non aliter &c. formam important, ad tradita per Bar. & alios in l. de his. ff. de transact. cum concord. vt per Ruyn. in consi. xcij. de duobus principaliter. nu. 25. iij. vol. vnde pro forma substitutionis in eo casu requirit vtrunque decedere impuberem, & ideo si primus decessit pubes, non potest substitutus admitti. Et cum hoc clarissime decidatur in eo tex. de authoritate tenentium contrarium non est curandum, cum loquatur contra illum tex. & hoc audacter dico etiam si quis velit opinionem contrariam esse a pluribus receptam, & communem appellaret, † quia etiam contra communem iudicare tenemur pro veritate. l. j. §. sed neque. C. de vete. iur. enucl. & dixit Matheſil. in tract. de elect. verior. opin. nu. 1. & ex his sublatum est primum fundamentum factum in contrarium.

5

6

7

¶ Ad secundum respondetur, quod nihil penitus facit, quia decisio d. §. cum ita. non fundatur in qualitate persone substitute, scilicet quod sit neptis, quia quicunque fuisset substitutus idem esset, vt ibi magis communiter tradunt Doct. & maxime Jo. de Jmol. & dominus meus Soci. licet plerique contradixerint, & ego ibi ita firmaui pro veriori opinione, sed fundatur illa decisio in eo, quod testator voluit ad substitutum omnem hereditatem peruenire prout dixi in alio consilio, & supra dictum fuit, que ratio procedit, quicunque fuerit substitutus, vnde cum decisio illa non fiat fauore Claudie, quia sit neptis, non valet argumentum, quod fortius debeat procedere in casu nostro fauore filiarum testatoris, quia qualitas persone substitute, aut coniunctio, quam cum testatore haberet, non consideratur, sed tantum presumpta voluntas declarata, vt supra, vt ibi post alios plene declaraui, licet ergo in presenti casu fuerint substitute filie testatoris, & sic verosimiliter magis dilecte, quam neptis, & ipse querant excludere remotiorem testatori in gradu, non tamen ex hoc debet alterari decisio illa, quia solum procedit quando reperitur ratio, que ibi exprimitur, & de qua supra, & plenius in alio consilio, que in casu nostro non reperitur, vt alias demonstraui, & supra dictum fuit, ergo &c.

8 ¶ Et quod in contrariis dicebatur † naturam verborum collectiuorum, si vterque &c. non esse attendendam, quia pluralitas resoluitur in suas singularitates, falsum est, quia in verbis collectiuis hoc non reperitur, & alibi etiam raro sicuti plene in alio consilio in fin. dictum fuit.

¶ Nec obstat d. §. cum ita. quia non fundatur in eo, quod resolutio in singularitates fieri debeat, sed speciali ratione, de qua ibi in vers. quam totum habere voluit &c. que in casu nostro non reperitur, vt supra, & in alio consilio dictum fuit.

¶ Non obstat modo tertium, quia vere leuissimum est, & vereor ne deceptio, que in nobis fuisse asseritur, ad ita dicentem reuertatur, nam quod diximus substitutionem factam de filiabus testatoris, si vterque filius sine liberis decedat, ita verum est, quod aliud dici non potest, tum propter legalem subauditionem iuxta l. cum auus. ff. de conditio. & demonstratio. & l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. cum etiam propter repetitionem dicte conditionis, que per testatorem facta censetur, cum per copulam secunda substitutio facta fuerit, post primam, in qua illa conditio exprimitur iuxta doctrinam Bartoli, & aliorum in l. Seie. §. Gaio. ff. de fundo instruct. non recte considerando verba, sine filiis per legem subaudita, certe habentur omnino pro expressis, cum lex dicat minus fuisse scriptum, & plus dictum, vt dicta l. cum auus. vnde si fuit dictum, iam non debet differre talis conditio, ab illa, que fuisset expressa a testatore, cum per legem suppleatur, vt iura predicta volunt, & dici solet, quod a pari procedunt, † conditionem si sine liberis exprimi a testatore, & per legem subintelligi

9

intelligi, vt tradit Curt. Junior post alios in consil. cxxxix. presupponitur in facto. num. 3. 4. & 5. sic ergo sequitur in casu nostro perinde esse, ac si testator dixisset, si vterq; in pupillari etate, vel quandocunq; decesserit sine filiis &c. merito igitur procedunt omnia, que supra dicta sunt, & clarius in alio consilio, vt scilicet cōditio illa, si vterq; sine liberis decesserit, vti expresse per dictionem collectiuam requirat conditionem impleri in persona vtriusq;, quod in casu nostro non euenit.

¶ Et licet ista suppletio fiat a lege coniectura pietatis per interpretationem, vt per Socinum nostrum in d. l. cum auus. in v. nota. & conditio non dicatur expressa (quod non inficior) tamen perinde habetur, ac si expressa fuisset a testatore, & a pari procedit cum expressa, vt per Curtium Junio. post Baldum, & alios in loco predicto. & idem considerari debet si volumus conditionem illam sine liberis censeri per testatorem repetitā, nam esto quod id fiat per interpretationem mentis testatoris, tamen postquam sic lex interpretatur, & vult factam fuisse repetitionem dicte conditionis, perinde est, ac si fuisset expressa, & a pari procedit cum expressa conditione predicta, vnde siue vnā, siue aliam viam capiamus veritas est perinde esse, ac si testator expressisset si vterq; sine filiis decesserit, & sic argumentum procedit, quod in persona vtriusq; debet impleri conditio, & substitutioni aliquo modo sit locus, & consequenter non potest dici conditionem, vti expressa fuit, impletam in persona vtriusq;, eo quod vterq; sit mortuus, cum illa simplex expressio non attendatur, sed pro expressa habetur conditio si sine liberis decesserit, & ita iudicanda est, & perinde procedit, ac si per testatorem fuisset expressa sic disponente lege. Et si nos ita diximus consulendo, non video in quo decepti fuerimus, sed bene ex predictis cognoscitur, non parum deceptos esse eos, qui voluerunt considerare conditionem ruditer, prout verba sonant, reiecta legali dispositione tam respectu suppletionis, quam respectu repetitionis, & ita clare sublatum est tertium argumentum.

¶ Non obstat modo quartum fundamentum in eo, quod institutio fuit facta in omnibus bonis &c. vt in argumento dicebatur, Quoniam respondetur argumentū parui, aut nullius esse momenti, quia in presenti disputatione non consideratur, quomodo institutio facta fuerit, sed solum an substitutus fuerit vocatus ad totam hereditatem, prout contingit in d. §. cū ita. Nec valet consequentia institutio est facta in omnibus bonis, ergo & substitutio, que fit post mortem plurium dicitur similiter facta in omnibus bonis. Potest enim considerari, q; fit facta tantum in parte vltimo morientis, vt per Doctores in d. §. cum ita. & argumentum procedere posset, quando vnus tantum fuisset institutus in omnibus bonis, & ei fuisset alius substitutus simpliciter, quia posset tunc dici similiter substitutus in omnibus bonis per relationem ad institutionem, sed quando plures fuerunt instituti, & post mortem omnium fiat substitutio non intelligitur facta substitutio in tota hereditate, nisi illud per testatorem dictum aliquo modo fuerit, alioquin in hoc casu procederet argumentum, cum semper ex communi stylo testatorū institutio fiat in omnibus bonis, vana prorsus fuisset magna illa, & longa disputatio Doctorum in dicto
10 §. cum ita. vtrum † scilicet quando fit substitutio post mortem plurium vltimo decedenti, induceretur inter illos tacitum, & reciprocum fideicommissum, de qua plenissime per patruum, & dominum meum Socinum in d. §. cum ita. vbi etiam post alios ego plenissime scripsi in tertio notab. considerando plures casus, vt ibi fecit dominus meus Socinus, cuius ordinem in hoc secutus sum. Dico enim, quod si substitutio diceretur facta in tota hereditate, quia institutio fuit facta in omnibus bonis, certe semper diceretur factum reciprocum fideicōmissum, quando alia concurrerent, quod profecto esset contra mentem omnium scribentium ibi. & in l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de legat. secundo. & alibi sepe dum presupponunt substitutionem aliquando dici factam in tota hereditate, aliquando non, & sic aliquando dici factum reciprocum fideicommissum, aliquando non, vt per eos.

¶ Demum non obstat, quod quinto loco allegabatur iuxta preallegatum consilium Ruyn. clvij. lib. ij. Quoniam respondetur dicta in argumento falsa esse, quia immo substitutus in terminis nostris, & in dicto §. cum ita. ad partem vltimo decedentis contra vim, & importantiam verborum admittitur solum quando de voluntate constat, & in §. cum ita. constat, quia vocatur ad totam hereditatem, vel forte etiam propter reciprocam substitutionem, sicuti in consilio iam edito, & supra etiam dictum fuit, que ambo cessant in casu nostro, ergo &c. & licet reciproca facta fuerit, tamen quia fuit limitata vsq; ad vigesimumquintum annum, eo decurso, dicitur expirasse, & habetur pro non facta, vt in consilio ostensum fuit. Quod ergo dicitur in argumento facilius admitti substitutum, si substitutio fiat simpliciter &c. falsū omnino est, immo dico, q; eo casu regulariter substitutus non vocatur.

¶ Nec obstat l. final. §. filium. ff. de legat. secundo. allegata per Ruynum in dicto consilio clvij. quia ad illum textum communiter respondetur secundum Bartolum, & alios in dicto §. cū ita. quod textus ille procedit, quia quilibet illorum erat grauatus, vt patet ibi. vt post vos filiis meis restituatis &c. prout etiam loquitur, & procedit. l. Lucius. §. Gaio. ff. ad Trebellianum, vt patet ibi, vt post obitum vestrum reddatis &c. & in his vel similibus terminis loquendo posset procedere doctrina Bartoli in l. quidam testamento Proculum. ff. de vulga. sed loquendo quando per nomina collectiua facta esset substitutio simpliciter dictum Barto. ponderatum per Ruynum vbi supra, procedere non potest, & communiter ibi reprobatur, vt per Alexandrum ibi. & vt ipse refert contra Bartolum tenuerunt Angel. Jmol. Cuman. & Paul. de Castro. & idem dicit etiam Jason ibi asserendo opinionem Bartoli communiter reprobari.

¶ Et ex his clare sequitur argumentum contrarium totaliter
11 sublatum, veritas autem est, q; † vbi sunt verba ex sui natura requirentia implementum in persona vtriusq;, non sufficit verificari conditionem in vltimo decedente tantum, etiam respectu sue portionis, nisi quando de voluntate testantis cōstat, q; voluerit substitutū habere totum, si portio primo decedentis venisset ad vltimo decedentem, in quo casu loquitur. d. §. cum ita. & vt dixi, de voluntate constat, quia substitutio fuit facta in tota hereditate, vt magis communiter* dicunt ibi Doct. vel & vt plerīq; volunt, q; filij erant inuicem substituti. quorum nullum isto casu reperitur, vt plene dictū fuit in consilio, ergo &c.

¶ Nec predictis obstant aliqua consilia in contrarium allegata, quia loquūtur in aliis casibus, puta quando erat facta, & durauit reciproca vsq; ad mortem, ita enim procedit consilium Com. cclxxxiij. videtur prima facie. j. consil. Ruyn. clvij. preallegatum. & consil. Crauet. cix. de anno 1472. cum multis aliis adductis, & si que alia adducentur ex supra dictis, & alias dictis in alio consilio ad ea colligetur responsio clara, & etiā dici posset eorum decisionem non bonam, & contra communes opin. & ita puto posse dici de consil. Gozad. lxvij. in hac causa. etenim eius decisionem reputo non verā, vt ibi alias apostillaui, & recte intuenti patebit ex supra dictis.

¶ Et demum pro conclusione nostra consuluit Ruyn. in consil. xlvj. ponderatis diligenter. & in consi. cxxj. viso, ac perlecto. iij. vol. in quibus declarando intellectum. d. §. cum ita. dicit, q; procedit quādo substitutio fuit facta in tota hereditate, vt per eum, quod non fuit in casu nostro, ergo &c.

¶ Nec potest fieri fundamentū pro substitutis filiabus in eo,
12 quod plerīq; dicunt, † quod semper substitutus debet admitti, quando non superest persona, que ex verosimili mente testātis debeat excludere substitutum, prout Bartol. videtur d. §. cum ita. intelligere in solutione contrarij de l. penult. C. de impuber. & aliis substitutio. Quoniam licet plerīq; ita sequantur, & in hoc allegantes pro substitutis in casu nostro videantur facere fundamentum, tamen respondetur illud dictum non conuenire nec d. l. penult. nec ipsi §. cum ita. vt ibi egregie declarat patruus, & dominus meus Socinus, & sequitur Ruyn. & fuit etiam aliquo respectu de intentione Jmol. ibi. & ego ibidem audacter sum secutus, & vltra patruum meum istud ostenditur, quia immo in dicto §. cum ita. superest persona, que ex verosimili mente &c. saltem pro parte, nam filius primo loco mortui, cum & ille sit nepos testatoris, par ius cum Claudia nepte erat habiturus ad bona illa siue persona testantis consideratur, siue persona illius instituti, qui vltimo decessit, & tamen illud ibi non attenditur, cum totam illam portionem habeat substituta, ex eo enim ostenditur, quod ille textus non fundatur in eo, quod non supererat persona, que &c. si enim id attenderetur, id seruaretur de parte, quod de toto, arguendo de toto ad partem, iuxta l. que de tota. ff. de rei vendicatio. Plus etiam dico, quod ille textus proce

deret etiam in extraneo substituto, vt ibi firmat Imol. & recte intuenti voluit etiam dominus meus Socin. & ego habeo pro claro, vt ibi dixi, & tamen tunc superest persona, que ex verisimili &c. scilicet ille nepos. Dicendum ergo est, vt ibi post alios firmaui, q̄ decisio illa fundatur in presumpta mente testantis, cum voluerit substitutum habere totum &c. & illa mens colligitur, vt iam dictum est, vel quia facta fuit substitutio in tota hereditate secundum communem declarationem, vel etiã secundum aliquos ex reciproca substitutione facta inter filios, & quę permansit inter eos vsq; ad mortem primi, vt in consilio primo, & supra etiam dictum fuit. Unde cum neutrum in casu nostro reperiatur, clarum est decisionem illam in casu nostro non procedere per locũ a cessante ratione, iuxta l. adigere. §. q̃uis. ff. de iure patro. cum simil.

¶ Et ex predictis omnibus constat in casu nostro non esse locum substitutioni, & sic primam sententiam confirmari, & vbi omnia diligenter considerentur constabit nihil ex allegatis in contrarium obstare. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1553.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LX.

¶ De relicto facto per principem habentẽ iura imperij in suo statu proprio filio spurio, vtrum scilicet valeat?

¶ Et videatur cum eo dispensatum, licet filium non nominauerit, nec apposuerit clausulam ex certa scientia, nec illam, non obstantibus &c.

¶ Et plene de materia.

¶ Et an sufficiat scientia testatoris, que sit notissima?

¶ De legato annui introitus assignandi per heredẽ, quomodo intelligatur?

¶ Et an finiatur cum vita legatarij?

¶ An vero transeat ad heredes?

¶ Et ad quos?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Assensus non est denegandus iusta petenti.*

2 *Relictum filio spurio in testamento factum non ualet, licet ex benignitate canonica illi debeantur alimenta.*

3 *Princeps semper uidetur uti plenitudine potestatis in actu, qui alias ualere non potest, ut actus ille in sui ualiditate conseruetur.*

4 *Princeps ad hoc ut uideatur dispensare, & de incapace facere capacem uidetur necessarium quod uoluerit, & habuerit notitiam incapacitatis, & quod de eo constet uel per clausulam ex certa scientia posita in dispositione, uel saltem ex aliquibus uerbis in ipsa dispositione expreßis prout potest.*

5 *Clausula derogatoria legis non potest per principem tolli.*

6 *Clausula, non obstante, semper requiritur quando disponitur, seu conceditur aliquid contra legem habentem clausulam derogatoriam, & non sufficit certa scientia.*

7 *Dux Mantuæ in suo statu habet iura imperij, & dicitur omnia posse in terris suis quæ potest Imperator in toto suo imperio.*

8 *Prohibitio, ne pater filio spurio quid relinquat, est de iure ciuili, & sic positiuo, non autem de iure naturali, uel gentium, uel diuino.*

9 *Princeps non subiicitur prohibitioni de iure positiuo, & ciuili factæ, quando habet iura imperij, & plenitudinem iurisdictionis respectu sui status, ille enim est uelut lex animata.*

10 *Verba, non aliter, nec alio modo, inducunt dispositionem qualificatam.*

11 *Scientia principis in facto alieno debet apparere ex tenore, seu ex uerbis dispositionis.*

12 *Acta faciunt notarium.*

13 *Scientia carens omni dubitatione sufficit quando disponens contra ius commune potest contra illud dispensare, ut censeatur dispensatum.*

14 *Disponens dicitur dispensare, si dispensare poterat, quãdo sciebat quod defectus erat in persona.*

15 *Consequens qui uult censetur uelle etiam antecedens necessarium.*

16 *Donatio inter uirum, & uxorem, alias prohibita, ualet si fiat a principe, quia princeps ita donando dicitur iuri communi, & positiuo derogare, uel eo casu dispensare.*

17 *Principis testamentum dicitur lex.*

18 *Argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates ualet quando est eadem ratio.*

19 *Spurius nulla lege prohibetur supplicare, seu rescripto in eius fauore concesso uti.*

20 *Principis actus ex certa scientia absque clausula, non obstante, ualet quando tractatur de præiudicio ipsius principis tantum, & non alicuius tertij.*

21 *Constitutioni simplici ut derogetur sufficit certa scientia principis in contrarium disponentis, absque clausula, non obstante.*

22 *Princeps sicut potest donare suis spuriis, potest etiam eis legare, quia legatum est donatio.*

23 *Maritus licet prohibeatur donare uxori, tamen libere legare potest.*

24 *Principis uoluntas debet in suo ducatu seruari, saltem de facto.*

25 *Legatum annuum extinguitur morte legatarij.*

26 *Voluntas testantis ante omnia inspicienda est.*

27 *Testatoris uoluntas potest facere transmissibile ad hæredes quod alias non transiret, & econtra.*

28 *Testator præsumitur diligere eadem dilectione posteros legatarij, sicut ipsum.*

29 *Argumentum a paritate rationis ualet.*

30 *Argumentum sumere licet ab iis, quæ testator in eodem testamento fecit.*

31 *Principis mens potest interpretari ex iis, quæ sui antecessores facere cõsueuerunt.*

32 *Testator id uoluiße præsumitur quod uerosimiliter respõdisset si super eo interrogaretur.*

33 *Disposita in testamentis a sola testantium uoluntate pendent.*

34 *Verba non debent operari plus quam sensus, & mens testantis.*

35 *Præcedentia declarant sequentia.*

36 *Testamenti una pars declarat aliam.*

37 *Verbum in eodem sensu dicitur secundo loco prolatum quo fuit in primo, & uariatio significationis non præsumitur.*

38 *Verbi, assignare, uel consignare, natura est, ut quod assignatur efficiatur eius cui assignatur, & ad eum pertineat tale quale sit, & solet importare translationem dominij si materia subiecta patitur.*

39 *Verbum, assignare, uel consignare, refertur ad certam rem, non autem uidetur conuenire annuæ præstationi.*

40 *Vnum qui uult uidetur uelle omne eius antecedens necessarium.*

41 *Legatum annuum alicui præstandum, & legatum annui introitus in decem assignandum per hæredem, differunt, & quomodo.*

42 *Dictio, ultra, est implicatiua.*

43 *Redditus relictus a testatore ad hoc ut habeatur pro rebus immobilibus, debet esse perpetuus.*

CONSILIVM LX.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Uisis his, que per Excellentissimum dominum Traianum in suis doctis allegationibus scripta sunt in causa Illustr. do. Alexãdri Gonzage circa duas difficultates, ad quas reducitur questio de legato ipsi domino Alexandro facto per Illustrissimum Ducem Mantue Federicum patrem eius licet illegitimum, in quibus cum maxima modestia requisitus fum, vt quid de iure sentiam respondere velim. Non diffitebor in primis me alias iam annus est, & vltra, consultum ab Illustrissimo Duce moderno, seu eius agentibus respondisse super tali legato, rem ipsam redactam videri ad terminos, vt de validitate, & effectu eius tunc non esset disputandum, & ab illa mea responsione, licet nec signata, nec scriptis rationibus munita fuerit, non cogitarem aliquo modo recedere.

¶ Sed cum talis respõsio nihil faciat ad duas propositas difficultates, placuit petitioni domini Alexandri (cuẽ iusta videatur) annuere, iusta † enim petenti non est denegandus assensus. l. ij. in fin. principij. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. l. iustum. & ibi not. Deci. C. de eden. cum similibus. Dicaẽ igitur super predictis difficultatibus opinionem meam, & quid de iure iudicandum putem. 1

¶ Et prima difficultas est, presupposito q̄ Illustriss. & Excellentiss. Dux Federicus potuerit cũ filio suo spurio dispensare, vt scilicet non obstante spurietate valeat legatum per eum sibi factum, vtrum scilicet in effectu dicatur dispensatum per euẽ in occurrenti casu, ita vt valeat legatum de annuo introitu scutorum 1500. illi factum, licet ex verbis legati de scientia testatoris, q̄ ille esset spurius non appareat?

¶ Secunda vero difficultas est, posito quod eiusmodi legatum valeat, & sit prestandum, vtrum sit transitorium ad heredes eius?

¶ Circa primam adeo docte, & copiose scriptum fuit per Excellentissimum Aduocatum in multiplicatis suis allegationibus, vt mihi satis esse videretur, conclusionẽ suam simpliciter appro-

approbare, prout mihi iuridica videtur, vt scilicet dicendũ sit dispensationem censeri factam, ⁊ ita legatum predictũ valere, ⁊ prestandum esse. verum ne impremeditatus videar ad comprobationem accessisse, sed materiam, ⁊ difficultatē ipsam (que vere maxima est) degustasse videar, paucula quedam subiiciã.

Tota ergo difficultas est, quia videtur legatum, de quo agitur
2 non valere per tritam regulam dicentem, † nullum relictum filio spurio in testamento factũ valere. §. fin. ⁊ ibi glo. ⁊ Doct. in authen. qui. mod. natur. effic. sui. authen. ex complexu. ⁊ ibi plene traditur. C. de incest. nupt. ⁊ in auth. licet. in fin. C. de natura. liber. licet ex benignitate canonica illi debeantur alimēta. c. cum haberet. cum sua materia. extra de eo, qui dux. in matri. quam pol. per adulter.

¶ Et quamuis Illustrissimus Dux ob suam Regalem potestatem in suo statu potuisset dispensare (vt presupponitur) saltē
3 de plenitudine potestatis sue, ⁊ † ea semper videatur vti in actu qui alias valere non potest, vt actus ille in sui validitate conseruetur, per regulam l. quoties. ff. de reb. dub. ⁊ c. abbate sane. ⁊ ibi not. de verb. significa. cum similibus. prout de hoc est nota. doctrina Pauli de Castr. in l. ex imperfecto. in fin. C. de testamen. ⁊ Alexan. in l. quanquam. ij. col. versic. iuxta predicta etiam. C. de testam. milit. cum concordantibus, vt per Marsil. in l. de vno quoq;. nu. 20. versic. secundo ad hoc dicendum moueor. ff. de re iudica. ⁊ in consi. cvij. post redditum consiliũ. nu. 23. Ruyn. in consil. xxiij. ex themate premisso. nu. 4. lib. ij. ⁊ per Crauett. in consi. lxxv. accusatur de falso. nu. 3. lib. j. cum aliis multis, qui allegari possent.

¶ Tamen non videtur hoc fecisse in casu nostro, quia nõ constat, ꝙ ipse habuerit notitiã spurietatis dicti illustris domini Alexandri, cum de hoc nihil sit dictum in testamento, immo nec voluntatem dispensandi, cum non appellet eum filium, ⁊
4 alias † ad hoc, vt princeps videatur dispensare, ⁊ de incapace facere capacem videtur necessarium, ꝙ voluerit, ⁊ habuerit notitiam incapacitatis, ⁊ ꝙ de eo constet, vel per clausulã ex certa scientia posita in dispositione, vt pleriq; voluerunt, vel saltem ex aliquibus verbis in ea dispositione expressis, prout post Jo. de Jmol. ⁊ alios, quosdam dixit Alex. in l. quidaã consulebāt. ij. col. ff. de re iudi. ⁊ Areti. in consi. lviij. diligenter consideratis. mihi. iiij. col. versi. non obstat septimum. ⁊ voluit Alex. in d. l. quanquam. ij. col. versic. ⁊ requiritur, vt dixi, ꝙ princeps faciat. C. de testamen. milit.

¶ Et eo maxime hoc videtur dicendum in casu nostro, cum ista dispensatio veniret contra prohibitionem legis, que vide-
5 tur habere clausulam derogatoriam, vt scilicet † per principem tolli dicta prohibitio, ⁊ ita talis spurius legitimari non possit, nisi cum clausula non obstante, vt videtur velle glos. magna in §. fin. in authen. quib. mod. natural. effic. sui. ⁊ ibi declarat Angel. nu. 20. ⁊ voluit Paul. de Castr. in consil. cxxv. dubitatur primo. sub nu. 3. ij. vol. in nouis. ⁊ solet pro regula dici, quod
6 † semper requiritur clausula non obstante, ⁊ non sufficit certa scientia, quando disponitur, seu conceditur aliquid cõtra legẽ habentem clausulam derogatoriam, vt tradit Felyn. in c. nonnulli. iij. col. versi. regula prima est ista. extra de rescript. ⁊ post plures, quos allegat, dicit etiam Ruyn. in consi. cij. super fideicommisso. nu. 6. iij. vol. vnde cũ in legato, de quo agitur clausula non obstante ⁊c. non reperiatur, videtur ꝙ non possit dici dispensatum, vt scilicet illustris do. Alexander capere possit legatum, spurietate eius non obstante ⁊c.

¶ Et ad hec pauca reducitur omnis difficultas, licet plurima fuerint pro ista opinione allegata, ex quibus videtur concludēdum legatum, de quo agitur, prestandum non esse.

¶ His tamen, ⁊ aliis quibuscunq;, que ad eorum comprobationem allegantur, aut allegari possent, non obstantibus contrariam opinionem in proposito casu vti veriorem amplector concludendo, ꝙ immo predictum legatum omnino sit prestãdum, ⁊ sic ꝙ virtualiter per Jllustrissimum Ducem testatorẽ predictum, dicatur cum predicto illustri domino Alexandro filio suo dispensatum, quatenus opus fuisset pro validitate dicti legati, prout multum egregie, docte, ⁊ copiose deducit, ⁊ cõcludit Excellentissimus Aduocatus predictus mihi vti frater honorãdus, ⁊ olim acutissimus, ⁊ carissimus discipulus meus in pluribus suis allegationibus, ⁊ hoc per ea, que in eis iuridice, ⁊ ordinate deducuntur, maxime in longis allegationibus, in quibus multum accurate refellit omnia, que in contrarium in motiuis excitabantur, ⁊ profecto ita mihi deducta per eum satisfaciunt, ⁊ vt puto etiã iustitie, vt decreuerim paucis verbis ea omnia, ⁊ quasi simpliciter approbare.

¶ Jgitur rem hanc breuiter perstringendo presuppono in pri-
7 mis † Jllustrissimum Ducem Mantue in suo statu habere iura imperij, cum habeat plenissimam, ⁊ perpetuam iurisdictionem cum plenitudine potestatis pro se, ⁊ descendentibus, ⁊ dicitur omnia posse in terris suis, ⁊ quo ad eius subditos, que potest Jmperator in toto suo imperio, prout de hoc est notissima decisio Pauli de Castr. in consi. ccxxvij. super primo dubio videtur dicendum, ꝙ legitimatio. col. fin. versi. quod autē dixi supra ⁊c. in antiquis, ⁊ in nouis est in consi. xxxiiij. ij. volu. quem refert, ⁊ sequitur Alex. in cons. ij. visis codicillis. nu. 25. ⁊ sequen. lib. j. ⁊ in consil. j. ponderatis his. nu. 30. ⁊ sequenti. lib. v. patruus, ⁊ dominus meus Socin. in consi. lxvj. visa legitimatione. vj. col. versi. ⁊ licet dici soleat. iij. vol. Jas. in cons. cj. immunitas fuit concessa. nu. 2. iiij. vol. cum concordan. vt per Deci. in consi. cccciij. quamuis in casu. nu. 6. ⁊ alias ego plures allegaui, in consil. lxxvj. stantibus pluribus instrumentis. in j. car. iij. vol. quod nunc sub prelo est. ⁊ vltra ibi allegatas authoritates ante predictos omnes ita voluit Bal. in consil. cclxviij. queritur vtrum donatio. j. vol. ⁊ in consi. ccccl vj. recolo me cõsuluisse. ij. col. v. vol. ⁊ Ang. in consi. ccxvij. in causa accusationis. nu. 2. qui ambo loquũtur de illustrissimo Duce Mediolani. idem voluit Corne. in consi. clij. licet in hac consultatione. litera A. j. vol. Parisi. in cõsi. lxix. potest concedi immunitas. nu. 3. j. vol. Augus. Beroius in c. quoniaã abbas. nu. 93. post Deci. ibi. de offi. deleg. Jacobi. de S. Georg. in l. bona. in fin. C. qui admitti. ⁊ Crauett. in consi. cxxxv. verba decreti. nu. 2. Et hoc iure imperij, ⁊ plenitudine potestatis semper illustriss. Dux predictus vsus fuit, quando sibi visum fuit, ⁊ de presenti vtitur, vt sic dicatur esse in quasi possessione iuris predicti, ⁊ ꝙ hoc apud omnes in confesso est, ⁊ publicum, ⁊ notorium, non est super eo vlterius instandum. maxime quia patruus, ⁊ do. meus Soci. in d. consi. lxvj. loquit particulariter de Jllustriss. tunc Marchione Mantue, de quo nũc Duce creato, ego idē dixi in consi. xxxviij. desiderassem. nu. 7. ⁊ 8. ij. vol.

8 ¶ Secundo presuppono, ꝙ † prohibitio ne pater filio spurio quid relinquat, dicitur iure ciuili facta, ⁊ sic de iure positiuo, fit enim per iura supra in contrarium allegata, non enim dicitur fieri dicta prohibitio de iure naturali, vel gentium, immo nec de iure diuino ad plene tradita per Mayner. in l. quoties idẽ sermo. num. lxxxix. ⁊ xc. ff. de regul. iur. ⁊ fuit dictum Bald. in consi. ccccl vij. ad euidentiam premitto. ij. colum. versic. tertiũ
9 conclusiuum. v. volum. cui † prohibitioni vti de iure positiuo, ⁊ ciuili facte non subiicitur Princeps habens iura imperij, ⁊ plenitudinem potestatis respectu sui status, ⁊ principatus, ille enim est velut lex animata, vt inquit Baldus in l. precibus. in xiij. oppositio. versic. quod dictum etiam in milite. C. de impuber. ⁊ aliis substitutio. ⁊ probatur in §. fin. in authent. de consul. ⁊ sic quoddam ius ciuile, potest contra talem prohibitionem venire iuxta §. sed naturalia. versi. ea vero, Jnstitut. de iure natura. gent, ⁊ ciuil. cum simili. ⁊ plene tradunt Bar. ⁊ alij in l. omnes populi. ff. de iust. ⁊ iur. ⁊ in l. digna vox. C. de legibus. ⁊ Canonist. in capitu. que in ecclesiarum. extra de constitution. ⁊ dixi in consilio cxxj. eleganter, ⁊ non minus. numero 5. ij. volum.

¶ Et licet tunc requiratur, ꝙ id faciat de plenitudine potestatis, ⁊ ꝙ ea vti velit, tamē semper dicitur velle vti quãdo actus alias valere non potest, vt supra fuit dictum.

¶ Jstis sic presuppositis, ⁊ ea ad casum nostrum applicando sequitur clara conclusio, ꝙ quum legatum, de quo agitur, fuerit factum ab illustrissimo Duce habente iura imperij, ⁊ plenitudinis in suo Ducatu, ⁊ alias valere non potuisset, nisi in eo fuisset vsus plenitudine potestatis, quod debet tale legatũ valere, eo ꝙ dicatur testator illustrissimus in eo vsus plenitudine potestatis, ⁊ consequenter dicitur per tale legatum derogatũ prohibitioni relinquendi spurio filio a iure positiuo prouenienti, ⁊ ita cum dicto legatario contra dictam prohibitionem dispensatum per ea, que supra deducta fuerunt, ⁊ plenius in predictis allegationibus, ⁊ tradit Crauet. in cõsil. cxliij. Magnificus quondam. nu. 18.

¶ Nec conclusioni huic obstant allegata in contrarium, nam dum primo dicebatur requiri scientiã spurietatis, ⁊ voluntatē dispensandi in ipso Jllustriss. Duce. Respondetur, ꝙ vtraq; dicitur interuenisse, nam ꝙ sciuerit illustrissimus Dux, illustrē

dominum Alexandrum esse filium suum spurium, ⁊ eum semper pro tali tenuerit est notissimũ, nedum toti ciuitati Mantue, sed toti (vt ita dixerim) Italie, ⁊ vltra apud eos presertim, qui notitiam aliquã habuerunt Illustrissimi Ducis predicti, ⁊ curie eius, ⁊ maxime his, qui in hac causa iudicare debent, ⁊ non possum mihi persuadere, ꝙ ipsi hoc in dubium ponere velint.

¶ Attento precipue, ꝙ in hac causa hoc videtur cõstare, ⁊ esse in confesso in actis vtriusq̃ partis, nam cũ Illustris dominus Alexander suam spurietatem confessus fuerit cũ qualitate hac inter cetera, ꝙ hoc bene nouerat Illustrissimus Dux pater eius, ⁊ pro tali semper habuit, ⁊ tractauit, ac vniuersaliter pro tali reputabatur ab omnibus cognoscentibus eum, exprimendo, ꝙ talem confessionem non aliter, nec alio modo faciebat, quasi protestando, ꝙ sine qualitatibus per se expressis nolebat suam confessionem facere, nec posse acceptari, pars Illustrissimi Ducis rei conuenti talem confessionem sic qualificatã dicitur acceptasse, vt sapienter deducit predictus Excellẽtissimus Ad-
10 uocatus, ⁊ † illud inter alia operantur illa verba, nõ aliter, nec alio modo, iuxta doctrinam Bal. in l. si quidem. C. de except. quã etiã allegat Aduocatus predictus cum concordantibus, vt alias dixi in consil. clxxxi. de duobus in presenti consultatione. nu. 8. ij. volu. ⁊ cum predicta scientia notissima sit non puto laborandum in ea demonstranda, sed solum dicam scientiam illam sufficere cum de ea euidentissime constet absq̃ eo, ꝙ apponatur clausula illa ex certa scientia, prout est communis opi-
* nio, * vt plene per Felyn. in c. cũ inter. in prima quest. de exceptio. ⁊ alias dixi in consil. lxv. Illustrissimus Hermannus. nume. 54. j. vol.

11 ¶ Et licet alias videatur requiritur, † ꝙ talis scientia debeat apparere ex tenore, seu ex verbis dispositionis, iuxta tradita p Alex. in d. l. quidam consulebant. ff. de re iudi. vt in contrariũ allegabatur, tamen hoc non videt̃ procedere in casu nostro, cũ scientia sit publica, ⁊ notoria, ⁊ simul etiam est de facto proprio Illustrissimi testatoris, contrarium vero potest procedere in scientia alieni facti, ⁊ non ita notissima, puta, ꝙ promotus ad beneficiũ sit inhabilis ex defectu natalium, quia bigamus, vel quia habeat aliud beneficium incompatibile, vel ex simili causa. Hec enim cũ regulariter presumantur ignorari per Principem, etiam ꝙ vere sciret, requirunt, vt eorum scientia constet ex tenore concessionis, vt sic de scientia aptissime constet, sed in proposito scientia illustrissimi testatoris est notissima, ⁊ indubitata, vt dictum est, ergo de ea non requiritur alia demonstratio. attento maxime, quod ipsa scientia in confesso est, ⁊ a par-
12 te aduersa acceptata, vt supra dictum fuit, ea enim, † que in actis fiunt, faciunt notorium inter partes. c. vestra. ⁊ c. si. de cohabita. cleric. ⁊ dicunt Bar. ⁊ alij in l. naturaliter. §. nihil commune. in quest. circa j. lectu. ff. de acquir. possess.

13 ¶ Et † ꝙ sufficiat scientia, que careat omni dubitatione quando disponens contra ius commune potest contra illud dispensare, vt scilicet censeatur dispensatum videtur tenere Innocen. in c. veniens. post prin. versi. potest enim esse regula generalis. extra de fil. presbyt. ibi enim in hac materia ponit vnã opinionem, vt scilicet pro regula dicatur, ꝙ vbicunq̃ disponens scienter facit actum contra ius commune, ⁊ est tale factum, in quo ipse potest dispensare, dicitur in effectu dispensasse, ⁊ ita actus ille valebit, presertim si nullus ex tali dispensatione leditur, vt per eum, ⁊ pro tali regula bene facit d. c. veniens. dũ in primo responso dicitur, ꝙ si ille Episcopus sciebat ordinatum per se, fuisse filium eius, qui prius ecclesiam illam rexerat, debet illum in pace dimittere, quasi dicat, ꝙ propter scientiam illam videatur cum illo dispensasse. Et licet Innoc. ibi versi. alij dicunt. ponat aliam opinionem, quam seruari consulit, tamen primam non reprobat, vt ibi signanter dicit Egid. Bellam. sub nu. 18. versic. ⁊ est aduertendũ. qui paulo post. versic. quid dicendũ ẽ breuiter ⁊c. dicit ꝙ de veritate iuris dicta opinio est vera, ⁊ eã probat quatuor bonis, ⁊ iuridicis fundamentis, ⁊ ad cõtraria respondet, vt per eum, ad quem gratia breuitatis, quia longe prosequitur, ⁊ supra quatuor colum. ⁊ quia ab omnibus videri potest, me remitto. Quod etiam voluit Bar. in l. preses. versic. ex quo not. C. si seruus, aut libert. ad decurion. aspir. lib. x.
14 inquit † enim, ꝙ quando defectus est in persona, ⁊ disponens sciebat, dicitur dispensare, si dispensare poterat, ⁊ cum Barto. ibi transeunt Docto. maxime Jo. de Platea. vt per eos. vnde cum illustrissimus testator legaret filio suo spurio scienter contra generalem prohibitionem iuris communis, ⁊ sine dispensatione, tale legatũ non valuisset, ⁊ ipse posset dispensare virtualiter debet dici facta dispensatio pro validitate dicti legati, attẽto maxime, ꝙ talis dispensatio neminem ledebat, eo etiam addito, ꝙ illustrissimus testator predictus iuri positiuo, aut eius regulis non erat subiectus, vt supra dictum fuit. Hec de scientia sufficiant.

¶ Quod autem illustrissimus testator, ⁊ princeps ita voluerit arbitror nemini dubium fore, nam quum voluerit tale legatũ valere, ⁊ seruari, vt ex verbis eius efficacissimis constat, ⁊ presertim ex clausula codicillari, vel verbis in ea positis dũ in fine dicitur, dummodo in omnibus, ⁊ singulis supra scriptis suum sortiatur effectum ⁊c. attenta etiam clausula omni meliori modo ⁊c. necessario dicitur voluisse cum dicto illustri do. Alexandro dispensare, tanquam necessarium antecedens ad validita-
15 tem legati, cum pro regula dicatur, ꝙ † qui vult consequens, censetur voluisse etiam antecedens necessarium. l. nec is. §. j. ff. de acquir. heredit. cum vulgaribus, ⁊ tradunt Doct. in l. ij. ff. de iurisd. omn. iudi. ⁊ in proposito pro validitate legati est bonus text. in l. si iter legatum. ff. de seruitu. ⁊ si hanc voluntatem dispensandi, vel saltem derogandi iuri communi non presupponeremus, certe diceretur illustrissimus testator elegisse viã ad impugnandum iudiciũ eius in dicto legato, quod dici nullo modo debet, iuxta l. iij. ff. de milit. testa. ⁊ quia hec voluntas plenissime demonstratur per Excellentissimum Aduocatum, non insistam vlterius in ea ostendenda, sed vna cum eo concludo illustrissimum testatorem omnino voluisse pro validitate legati predicti iuri cõmuni derogare, ⁊ quatenus opus esset, cũ filio suo spurio legatario dispensare.

¶ Et pro tali cõclusione est tex. communiter allegatus in l. pe-
16 nult. C. de donatio. inter virum, ⁊ vxorem. nam † sicut ibi valet donatio inter virum, ⁊ vxorem si fiat a principe, licet alias sit prohibita. l. j. ⁊ per totum titu. ff. eod. titu. ⁊ id est ex eo, quia princeps ita donando dicitur iuri communi, ⁊ positiuo derogare, vel eo casu cum donataria dispensare, vt sic sua donatio pro lege seruanda sit, ita in proposito dici debet de isto legato (licet alias prohibito) facto ab Illustrissimo Duce Mantue, cum ⁊ ipse in suo Ducatu dicatur habere iura imperij, vt supra dictum fuit.

¶ Et si dicatur ꝙ d. l. pen. loquitur in contractu, ⁊ dici solet ꝙ contractus Principis dicitur lex, dico ꝙ idem dicendum est,
17 in legato, ⁊ sic in dispositione testamentaria, cum etiam † testamentum principis dicatur lex, vt docet Bal. in l. precibus. vij. col. in loco preallegato. C. de impube. ⁊ aliis substitu. loquens de istis dominis terrarum.

18 ¶ Et preterea valet † argumentũ de contractibus ad vltimas voluntates quando est eadem ratio. l. seruum filij. §. eum qui. ff. de leg. j. ⁊ ibi tradit Bar. l. pactum. ff. de pact. ⁊ l. iure ciuili. ff. de condit. ⁊ demon. cum simil. sed hic est eadem ratio, vt scilicet voluntas dicti principis seruetur, ergo ⁊c.

¶ Immo vĩ ꝙ ratio sit fortior cum legatum pendeat a sola testantis voluntate, secus in contractibus, vt est notissimum.

¶ Et pro eadem conclusione facit etiam l. idem Vlpianus. §. fin. ff. de excusat. tut. nam sicut ibi dicitur, dispensari, vt scilicet quis liberetur a tutela iã incepta contra ius commune si princeps scienter concedit, vt alio se conferat, quod solũ sufficit exprimere, vt vult ibi text. ⁊ glo. Bart. ⁊ alij declarant, ita in casu nostro debet dici dispensatum, vt legatum, de quo agitur, valeat, cum istud fuerit a testatore principe illustrissimo expressũ vt ex predictis constat.

¶ Et quod sufficiat scientia modo illa sit certa firmat Roma. in consil. cccxvj. electio dicti domini Capitanei. nume. 7. ⁊ ad idem plura allegat Excellentissimus Aduocatus, ad quem me refero.

¶ Secundo non obstat, quod dicebatur legatum vitiari, nec videri contra ius commune dispensatum ex eo, quia non adest clausula, non obstante ⁊c. attento, quod prohibitio relinquendi spurio, videtur habere clausulam derogatoriam, vt in contrarium dicebatur. Quoniam ad hoc optime respondet Excellentissimus Aduocatus, demonstrando, quod immo in casu isto non fuit necessaria clausula non obstante ⁊c. ⁊ posito, quod requireretur, ꝙ fuit virtualiter posita, maxime propter clausulam omni meliori modo, via, iure, forma, ⁊ causa, quo, qua, ⁊ quibus magis, melius, ⁊ efficacius valere, ⁊ tenere poterit, dummodo in omnibus, ⁊ singulis supra scriptis suum sortiatur

sortiatur effectum, ac etiam considerando, ꝙ in casu isto con stat de certa scientia, ⁊ clara voluntate illustrissimi testatoris, ⁊ propterea clausula non obstante non est necessaria, vt per eum, qui plurima ad hoc allegat, vt per eum, cum quo ego pertranseo ⁊c.

¶ Et addo, ꝙ negari potest prohibitionem relinquendi spurio habere clausulam derogatoriam, que in proposito requirat clausulam non obstante, quicquid in argumento dictum
19 fuerit, nam† non reperitur lex aliqua, que prohibeat in fauorē spurij supplicari, vel dispensari, seu illum rescripto in eius fauorem concesso vti, in quibus vel altero eorum dicitur consistere clausula derogatoria ad tradita per Alexan. in l. iij. §. si is pro quo ij. col. versi. nisi essemus in casu. ff. quod quisq; iur. sed solum dicitur in §. fin. in contrarium allegato, ꝙ spurius, ⁊ similes ex damnato coitu nati, nullum habent legis participium, quod debet intelligi de lege scripta, nulla enim lege vocantur, nec secundum legem scriptam legitimari possunt, ⁊ ita hāc opinionem firmat Mayner. in d. l. quoties idem sermo, sub nu. 115. ver. ⁊ si forte diceretur. ff. de reg. iur. ⁊ fuit opinio Paul. de Cast. in consi. cij. videndum est primo ij. volu. in nouis. nu. 5. ⁊ 6. volens sufficere certam scientiam Principis absq; clausula derogatoria scilicet non obstante ⁊c. ⁊ illum refert ⁊ sequitur elegans Modern. Andr. Alciat. in rub. ff. de liber. ⁊ posthum. nu. 11. ad fin. ⁊ posito hoc, ꝙ predicta prohibitio non habeat clausulam derogatoriam, totaliter ruit argumentum, ⁊ hoc volo esse dictum ex abundanti, nam ꝙ isto casu debeat valere legatum, de quo agitur, licet nō reperiatur expressa clausula non obstante, vel non obstantibus ⁊c. satis superq; ex alijs pluribus ostensum fuit per excellentissimum aduocatum, ⁊ eo presertim hoc dicendum est, quia in casu isto non tractatur de aliquo preiudicio alterius saltem grandi, sed tantum ipsius
20 illustrissimi testatoris legantis, seu hereditatis eius, nam† in tali casu sufficit, ꝙ Princeps faciat actum ex certa scientia, quia valebit absq; clausula non obstantibus ⁊c. vt per Alex. in d. §. si is pro quo, paulo ante dictum ver. nisi essemus in casu, qui dicit, ꝙ ita se habet magis communis * conclusio, quem refert, ⁊ sequitur Beltran. in consi. cxxx. quemadmodum opponi potest. nu. 12. iij. vol. ex vltimo impressis, ⁊ ita (licet etiam generalius loquatur) voluit Bart. per illum text. in d. l. idem Vlpianus. §. fin. versi. ex isto tex. not. ff. de excusat. tut. ⁊ ita etiam generalius loquendo voluit insignis Modern. August. Bero.
21 in c. j. nu. 7. de constitu. dicens, ꝙ † vt derogetur simplici constitutioni sufficit certa scientia Principis in contrariū disponētis absq; clausula non obstante vt per eum.

¶ Sic itaq; ex predictis, ⁊ alijs quampluribus deductis per clarissimum Aduocatum firmatur conclusio in hac j. q. ꝙ predictū legatum omni iure valuit, ⁊ seruari debet, ⁊ in effectu si recte consideretur ita voluit Bald. in preallegatis consilijs cccclvj. ⁊ cccclvij. v. volu. ⁊ Beltrand. in terminis ita firmat in consi. ccxxvij. prout dicit Oldrad. nu. 5. iij. vol. ex primis, cum alijs pluribus allegatis per dominum Aduocatum, ⁊ vltra eū ita voluit Nicol. Boeri. decisio. cxxvij. ad secundam venien-
22 do questionem. nu. 17. nam† cum dicat Princeps posse donare suis filijs spurijs, sequitur ꝙ possunt etiam eis legare, cum legatum sit donatio. §. j. institu. de legat. ⁊ l. legatum est. ff. de legat. ij. immo facilius solet concedi legatum, quam simplex donatio inter viuos, ⁊ hoc fauore vltime volūtatis, vt multis exē-
23 plis constare potest, ⁊ inter cetera, maritus† vxori donare prohibetur. ff. ⁊ C. de donat. inter vir. ⁊ vx. ⁊ tamen libere legare potest. l. vxori. ff. de legat. iij. l. vxori. la j. ⁊ la ij. ⁊ l. cum vxori. ff. de aur. ⁊ argen. legat. cum infinitis similibus ⁊c.

¶ Et quod tale legatum debeat conseruari vltra predicta suadetur, quia negari non potest in eo requiri claram, ⁊ expressā voluntatem Illustrissimi Ducis Federici illud relinquentis,
24 vnde† debet talis voluntas saltem de facto seruari, nec in predicto eius Ducatu debet quis posse contrauenire iuxta doctrinā Cyni communiter * receptam in l. rescripta. in iij. ⁊ iiij. quest. in fi. C. de precib. imperat. offeren. ⁊ ego dixi in consi. xlix. qm̄ ex facto ius oritur, nu. 35. j. volu. ⁊ cū ipse Illustrissimus Dux in suo statu sit loco Imperatoris, ⁊ ita possit sicut posset Imperator vt supra dictum fuit, ⁊ tradit plene Barbat. in consil. xxxiiij. preclare optimus dixit Psalmista, nu. 41. ⁊ 42. ij. vol. debet tale legatum omnino seruari, sicut procul dubio seruandum foret, si ab Imperatore factum fuisset, ⁊ pro facto nō possum non admirari, ꝙ per Illustrissimum Ducem, modernū filium, ⁊ heredem dicti illustrissimi testatoris, aut eius agētes fiat super hoc dubium, ⁊ non prompto animo piam, ⁊ honestam voluntatem Illustrissimi Principis adimpleant, sed ei contradicentes beatam eius animam contristari velint. Tametsi non putem intentionem finalem amplissimorum tutorum Reuerendissimi ⁊ Illustrissimi, eam fore, vt a voluntate illustrissimi testatoris recedere velint, sed potius vt eā adimpleāt, prout de eis maxime cōfidens illustrissimus testator legatariū prefatum mirum in modum, ⁊ ex corde commendauit, sicut etiam iam ab initio impleri eam curarunt mandantes, vt illustri domino Alexandro legatario fieret assignatio tot bonorū, que sufficerent pro implemento dicti legati, nec etiam potero mihi vnquam suadere, ꝙ excellentissimi Judices non veniant hylari, ⁊ iusto animo in eandem sententiam, cum ipsis notissima sit scientia, ⁊ voluntas illustrissimi testatoris. Hec de prima questione satis ⁊c.

¶ Circa secundam non negauero eius resolutionē videri valde dubiam nam prima fronte videtur respondendum aperto ore tale legatum non esse transitoriū ad heredes illustris lega-
25 tarij, sed ꝙ eius morte sit extinguendum, etenim† hec est natura annui legati prout sunt iura clara scilicet l. si in singulos. ⁊ l. in singulos. ff. de ann. legat. ⁊ l. si stichum. in fin. ff. de verbo. obliga. cum alijs multis, que allegari possent, nam legatū annuum dicitur multiplex, pro primo anno purum, pro sequentibus vero conditionale, videlicet si legatarius viuat d. l. si in singulos. ⁊ ibi tradunt Doct. cum concordantibus vt alias dixi in consi. clvij. strenuus miles. nume. 4. ij. vol. ⁊ ideo videtur ꝙ quandocunq; decedat Illustris dominus Alexander legatum cū vita eius finiatur, eo ꝙ pro futuris annis conditio eius videbitur defecisse ⁊c.

¶ Istis tamen non obstantibus in proposito casu contrariū puto verius, ⁊ concludo, ꝙ immo legatum predictum non sit restringendum ad vitam illustris legatarij, sed transibit etiam ad heredes eius, saltem filios, ⁊ descendentes, prout ēt concludit clarissimus dominus Traianus Aduocatus predictus.

¶ Et fundamentum est, quia sic verosimiliter illustrissimū te-
26 statorem voluisse dicimus, vt statim dicetur, etenim† voluntas testantis ante omnia inspicienda est l. cum virum. C. de fideicōmissis l. ex facto. la grande. circa mediū. ff. de hered. institué. ⁊ l. iij. C. de liber. preterit. cum vulgar. etiam si per coniecturas percipiatur iuxta l. cum proponebatur. ⁊ tradita ibi per glo. ⁊ Doct. ff. de legat. ij. cum concordantibus multis, vt alias dixi in consi. xcviij. dominus Petrus de Brandis. nu. 6. 7. 8. ⁊ 9. j. vol. ⁊ in consi. cxlv. viso consilio prestantissimi cōsultoris. nume. 1. 2. ⁊ 3. ij. vol. ⁊ alibi sepe. ⁊ adeo voluntas testatoris con-
27 siderande est, vt† per eam possit fieri transmissibile ad heredes quod alias non transiret, sicut econtra potest facere, vt nō trāsmittatur, quod esset de se transmissibile iuxta l. in conditionibus. §. j. versi. nisi forte hoc animo ⁊c. ff. de condit. ⁊ demonst. ita inquit Bald. in l. si pater. colū. pen. versi. quarto queritur. C. de institu. ⁊ substitutio. cum concordantibus vt per dominum Aduocatum, ⁊ vltra eum tradunt Doct. maxime Jaso. in l. iij. nume. 35. ⁊ ibi aliquando dixi. ff. de legat. j. cum alijs pluribus alias per me adductis in consi. cxlj. in testamento nobilis viri. nu. 20. ⁊ in consi. clxvij. dominus Bernardinus. nume. 16. ij. volu. ⁊c.

¶ Quod autem sic voluerit testator ostēditur primo, quia nō est dubiū, ꝙ ipse in predicto legato predilexit illustrem dominum Alexandrum, legatarium omnibus alijs, etiam illustrissi-
28 mo heredi instituto, vnde† sicut eum dilexit in tali legato censetur pariter dilexisse omnem illius posteritatem etiam ad exclusionem aliorum filiorum suorum, vt bene intuenti probatur in l. cum auus. ff. de condit. ⁊ demonstratio. ⁊ dixi alias in consi. clxvij. Magnificus Comes, eques, ⁊ Jur. Utr. Doct. nume. 10. ij. vol. de quo meminit etiā excellentissimus Aduocatus, vnde sequitur, quod voluerit dictum legatum nedū esse apud ipsum illustrem legatarium filium eius valde dilectū, sed etiā post eum apud eius heredes presertim descendentes ⁊c.

¶ Secundo probatur ex similitudine rationis, nam ita dilexit Illustrem do. Alexandrum filium, licet non legitime natum, quantum ad legatum sibi factum de introitu scutorum 1500. sicut illustres filios legitimos respectu maioris legati illis facti de introitu scutorum. 8000. propter quod dici debet, ꝙ sicut voluit tale legatum illis factum transire ad heredes eorum, (prout de hoc nulla sit dubitatio) ita pari modo censetur voluisse

fuisse, ꝙ legatum factum Illustri do. Alexandro, transeat ad
29 eius heredes, valet † enim argumentum, quod sumitur a pa-
ritate rationis. l. illud. ff. ad leg. aquil. l. a Titio. ff. de ver. obl.
l. fin. C. ad leg. falcid. ⁊ c. constitutionem. de regul. lib. vj. cum
similibus, nam cum omnibus reliquerit certum annuum reddi
tum consignandum ⁊c. vt in testamento, nõ potest reddi ratio
diuersitatis, cur in vno casu voluerit transire ad heredes, alte-
ro non, cum in omnes esset paterna dilectio, licet maior, ⁊ mi-
nor secundum qualitatẽ, seu quantitatem relicti, ⁊ ita in simili
arguit Iurisconsultus in d. l. a Titio ⁊c.

¶ Tertio mens testatoris ostenditur argumento eius, quod
alijs reliquit, nam quibuscunqꝫ etiã extraneis aliquid reliquit,
etiam ꝙ fuisset annuus redditus, sic reliquit, vt etiam in here-
des eius transiret, vt mihi presupponitur, igitur ⁊ hoc legatuꝫ
30 sic interpretari debemus sumpto † argumento ab his, que ipse
testator in eodem testamento fecit, iuxta l. si seruus plurium.
§. fi. ff. de leg. j. facit l. cum alimenta. in prin. ff. de alimen. legat.
ibi, deinde quid ceteris ⁊c.

¶ Quarto probatur sumpto argumento a consuetudine Illu
strissimorum Principum Mantue, hi enim omnes si quãdo
eorum filijs non legitimis quid reliquerunt, libere reliquerunt
vt scilicet etiam ad ipsorum heredes transiret, vt in facto pre-
supponitur, vnde talem mentem fuisse in casu nostro illustrissi
31 mi testatoris interpretari debemus, sumpto argumento † ab
eo, quod sui antecessores facere consueuerunt per ea, que post
Ubert. de Bobio tradit Ioã. And. in addit. Spec. in titu. de
instrumen. edit. §. compendiose. versicu. sed nunquid in parua
addit. cum concordantibus prout alias in simili ego scripsi in
preallegato cõsi. clxviij. nu. 41. ij. vol. ⁊c.

¶ Quinto talis mens ostẽdi potest ex illa vulgata regula que
32 dicitur † testatorem id voluisse credendum est, quod verosimi
liter respondisset, si super eo interrogaretur iuxta glo. illaꝫ sin-
gularem, licet vulgatam in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. ⁊ tra
dita ibi per Bart. ⁊ alios, ⁊ maxime Iaso. qui dixit, ꝙ dictum
33 illud glo. ibi fortiori ratione procedit in testamentis, cum † di-
sposita in eis a sola testantium voluntate pendeant, ⁊ ita etiam
dixit Bar. in l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. ⁊ posthu. vbi pro
hoc est bonus tex. ⁊ ibi plura congerit, Iaso. in j. not. cum con
cordantibus vt per Ruyn. in consi. clxxvij. presupponitur ꝙ te
stator. nu. 2. ij. vol. ⁊ dixi in consi. cvj. Bartholomeus de Bo-
nauenturis. nu. 11. j. vol. ⁊ in cõsi. clxxij. sic inter cetera legitur
nu. 19. ij. vol. dico enim, ꝙ si illustrissimus testator de hoc fuis-
set interrogatus, vtiqꝫ verosimiliter respondisset, ꝙ tale lega-
tum ad heredes transiret, maxime filios, tum quia valde taleꝫ
filium diligebat, ⁊ suos, quos admodum commendauit illu-
strissimo heredi, ⁊ illustr. tutoribus, vnde si suos dilexit, ⁊ cõ-
mendauit, puta fratres eius, fortius credi debet, ꝙ dilexisset, ⁊
commendasset eius filios, qui futuri fuissent sui nepotes, argu-
mento. l. si viua matre. C. de bon. mater. ⁊c. Tum etiam, quia
iam talem mentem potest dici declarasse in donationibus
per prius illi factis, quas voluit esse liberas, ⁊ sic ad heredes
transire ⁊c.

¶ Demum ⁊ sexto talem fuisse mentem illustrissimi testantis
suadetur, ex eo quod illustri tutores veluti plene de tali mente
informati mandauerunt illustri legatario pro tali legato assi-
gnari tot bona ⁊c. ⁊ interim dari ei singulis annis summaꝫ scu
torum. 1500. donec talis assignatio fieret, que assignatio absqꝫ
dubio si facta fuisset, perpetua fuisset, ⁊ sic ad heredes transi-
uisset, ⁊ verosimile est, ꝙ illustrissimi tutores non ita manda-
uerint, nisi cum aliquali cause cognitione, cognouerint eã fuisse
mentem illustrissimi testatoris, ⁊ id etiam fecisse creduntur cuꝫ
consilio, ⁊ consensu clarissimorũ Senatorum Illustrissimi Du
cis prout etiã considerat excellentissimus Aduocatus, ⁊ quod
eis semel placuit non deberet amplius displicere regula quod
semel, de reg. iur. lib. vj. ⁊c.

¶ Sic itaqꝫ ex predictis, ⁊ alijs etiam per dominum Aduoca-
tum adductis satis constare potest qualis fuerit mens illustris-
simi testatoris, vt scilicet tale legatum sit duraturum etiaꝫ post
vitam illustr. legatarij apud suos heredes, saltem proprios de-
scendentes, quo posito, sequitur ꝙ illa omnino debet attendi
etiam si verba testamenti viderentur aliquo modo illi aduersa
34 ri, non enim † verba debent tantum valere, vt plusquaꝫ sensus,
⁊ mens testantis operentur l. iij. ⁊ ibi tradunt Doct. C. de li-
ber. preterit. maxime Ang. qui dicit not. ex hoc tex. ꝙ in testa-
mentis nunquam verba sunt potentiora mente, ⁊ per eundem
tex. dixit idem Ang. in consi. ccxxij. bene, ⁊ egregie post princ.
ꝙ nunquam verborũ significatum (quantuncunqꝫ proprium)
existit sensu, ⁊ mente testantis potentius vt per eum. Esto igi
tur, ꝙ in casu nostro verba viderentur aliud importare, quam
illustrissimus testator voluerit prout videtur dici in allegatis
in contrarium, tamen reiecta verborum importantia, debet at-
tendi testatoris voluntas satis nota, per ea, que supra deducta
fuerunt, ⁊ hoc sufficeret pro conclusione nostra defendenda ab
his, que in contrarium deducta fuerunt.

¶ Sed vlterius procedendo, ⁊ ex abũdanti dico, ꝙ immo no
stre conclusioni etiam verba testamenti astipulantur, nam ver
ba ita sonant. Item reliquit, ⁊ legauit illustri domino Alexan-
dro Gonzaghe, vltra ea, que sibi donauit, que confirmauit, ⁊
confirmat introitum annuum scutorum 1500. sibi danduꝫ, ⁊
consignandum per illustrissimum eius heredem ⁊c.

¶ Que verba querendum est, quid importent? ⁊ profecto licet
verba legati sonent in introitum annuuꝫ, vt scilicet ille dicatur
legatus, tamen (ni fallor) intentio testatoris fuit realiter legare
tot bona stabilia, ex quibus talis introitus percipiatur, prout
ipse voluit in illis verbis dandum, ⁊ consignandum per illu-
strissimum heredem vt infra dicetur, quod intelligam declarã
dum esse arbitrio boni viri iuxta tradita per Doct. per illũ tex.
in l. j. ff. de iur. deliberan. ⁊ plus etiam puto, ꝙ vbicunqꝫ facta
fuisset bona fide talis assignatio, seu consignatio, in bonis assi
gnatis consisteret legatum ad commodum, ⁊ incommodum
legatarij, ita vt si ex bonis (vt dixi bona fide assignatis) aliquan
do minor introitus, seu redditus perciperetur, cederet hoc dã-
no illustris legatarij, ⁊ illustrissimus heres ad aliquid vltra nõ
teneretur, argumento l. cum certus numerus. ff. de vino tritic.
⁊ oleo legat. ⁊ ideo dici potest, ꝙ si fuisset facta dicta assignatio
vel quando fieret, bona assignata libere ⁊ pleno iure fieret illu-
stris domini Alexandri, ⁊ suorum hereduꝫ, sicuti contingeret
de quacunqꝫ re specialiter alicui legata, ⁊ tradita, quoniam vt
dixi realiter illustrissimus testator voluit bona sic assignanda
legare, ⁊ de introitu annuo. 1500. fecit mentionem, quia vo-
luit talia bona esse tanti redditus, intendens de tanto redditu
eum honorare.

¶ Et quod ita testator voluerit ostenditur. Primo ex prece-
dentibus relictis in eodem testamento factis illustrissimis filijs
eius legitimis, ⁊ naturalibus, scilicet secundo, ⁊ tertio genitis
35 iuncta illa vulgata regula, qua † dicitur precedentia declarant
sequentia. l. qui filiabus. ⁊ l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. j.
cum similibus, vt scripsi in consil. cij. viso testamento. nu. 13.
36 j. vol. ⁊ alia etiam, ꝙ † vna pars testamenti declarat aliam per
iura predicta cum concordantibus vt dixi in consi. cv. conside-
ratis his nu. 7. j. volu. ⁊ in consi. clviij. illustrissimus dñs An-
dreas. nu. 28. ⁊ in consi. clx. illustris. dominus Io. Franciscus.
nu. 35. ij. volu. ⁊ alibi sepe.

¶ Dico enim, ꝙ illustrissimus testator primo reliquit illustris-
simo dño G. secundogenito introitũ annuum scutorũ. 8000.
sibi assignandum per illustrissimum eius heredem, in tot bo-
na stabilia ⁊c.

¶ Secundo reliquit illustrissimo domino L. tertio genito in-
troitum annuum similiter scutorum. 8000. eidem consignan-
dum per heredem ⁊c. deinde facto prius quoddam relicto fi-
liabus suis, ac etiam vxori, reliquit illustri domino Alexan-
dro ⁊c. vt supra retuli. Unde cum semper vsus fuerit eisdem
verbis, videlicet assignandum, seu consignandum per heredẽ,
debent talia verba semper habere eundem sensuꝫ, sed nulli du
bium est, ꝙ respectu legitimorum filiorum important relictuꝫ
consistere in bonis assignandis, prout circa illustrissimum do-
minum G. satis dicitur expressum, quatenus testator voluit, ⁊
circa illustrissimum dominũ L. id dicitur factum per necessa-
riam interpretationem illius verbi consignandum, vt scilicet
dicamus, in tot bona stabilia, ex quibus percipiatur dictus an
nus introitus, ⁊ sic tale relictum fuit liberum, ⁊ ad heredes trã
sitorium, ergo idem debent importare respectu relicti facti do-
mino Alexandro, cum sint eadem verba (sola differentia posi-
ta in quantitate redditus propter diuersam qualitateꝫ filiorũ)
nam credendum est, ꝙ testator semper verba illa assignandum
⁊ consignandum per heredem, acceperit in eodem sensu arg.
d. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. j. cum similibus vt per
Ruyn. in consi. cxxxix. viso, ac perlecto testamento. nu. 15. iij.
37 volu. solet enim dici, ꝙ † verbum in eodem sensu dicatur secun
do loco prolatum, quo fuit in primo, ⁊ variatio significationis
non

non presu mitur, arg. notatorũ in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupil. prout ad hoc allegat Ruyn. in consi. cliiij. cum alteri filio. nu. .. .iij. vol. &c.

¶ Nec quenquam offendat, quod in relicto facto illustrissimo domino L. tertio genito legitur, vt supra quod non reperitur in legato facto illustri domino Alexandro, quia nihil obstat, quoniam respect. D. L. ponitur non pro declaratione verbi assignandum, sed pro complenda illa clausula, pro quo voluit euz esse tacitum &c. que plene posita fuerat in relicto facto illustri domino G. secundo genito &c.

¶ Preterea, & secundo, quod verba testatoris faueãt predicte de-
38 clarationi ostenditur ex natura verbi† assignare, vel consignare, que est, vt quod assignatur, efficiatur eius, cui assignatur, & ad illum pertineat, tale, quale sit, vt recte intuenti probatur in toto titulo. de assign. liber. & solet tale verbuz importare trãslationem dominij si materia subiecta patitur, iuxta doctrinam Bar. in l. si constante in princ. in ij. quest. quarte quest. principalis. ff. solut. matri. & in l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de leg. ij. tradit Alexan. in consi. xl. super primo dubio. nu. 3. & 4. & Patruus, & dominus meus Socin. in consi. xviij. visa, & considerata. ij. colũ. versi. preterea de mente. iij. volu. sed hic subiecta materia patitur, ergo &c. & quod importet translationem dominij firmat Ruyn. in consil. xlij. proponitur, quod Innocentius. nu. 6. j. volu. &c.

39 ¶ Tertio idem probatur, quia† (ni fallor.) verbum assignare, vel consignare, videtur referendum ad certam rem, puta domum fundum seruum, libertum, vel quid simile, non autem videtur conuenire annue prestationi, vt de se notum videtur, & constat ex l. assignare. ff. de verb. significatio. & in titu. preallegato de assign. libert. merito ergo conuenit, quod fiat declaratio predicta, videlicet assignandum per heredem, scilicet in tot bona stabilia, ex quibus percipiatur annuus redditus, scutorum 1500. &c.

¶ Quarto considerandum est, quod testator voluit dominũ Alexandrum habere illum redditum, seu introitum annuum, non autem, quod sibi daretur, sed quod ipse perciperet, vnde necesse est, quod habeat bona vnde talem redditum percipere possit, & ideo cuz illustrissimus testator voluerit eum habere talem introitum, seu redditum voluit etiam in necessarium antecedens, quod illi dentur, & consignentur, bona talem redditum producen-
40 tia, quia† qui vult vnum, dicitur velle omne eius antecedens necessarium. §. idemque iuris. institut. qui & ex quib. caus. manumitter. non poss. cum vulgaribus, & supra etiam dictum fuit in prima quest. &c.

¶ Quinto considero, quod testator non legauit simpliciter certam annuam pecuniam dandaz Illustri domino Alexandro, in quo casu procederent allegata supra in contrarium, videlicet quod sit multiplex legatum, & respiciat vitam legatarij, sed considerauit annuum introitum respectu bonorũ illi assignandorum, vt scilicet ex eis tot redditus percipiantur postea per ipsum dominum Alexandrum prout supra dictum fuit, vt sic dicatur solum vnũ legatum purum liberum, & perpetuuz, & sic ad heredes transitorium &c.

41 ¶ Sic itaqz dicendum est, quod† aliud est legare decem annua alicui prestanda, & aliud est legare annuum introitum in decem assignandum per heredem, primo enim casu heres singulis annis decem prestabit ad vitam legatarij, secundo vero heres assignabit bona vna vice, ex quibus decem percipi possint, sed legatarius per se singulis annis percipiet redditum, vel introitum illum ex bonis sibi assignatis, & in dominiũ eius pleno iure translatis, ita vt in heredes sint postea transferenda &c.

¶ Demũ & sexto pro predicta interpretatione, & sic quod legatum morte legatarij nõ finiatur, facit quod in testamento dicitur, quod tale legatũ illi illustrissimus testator facit vltra ea, que sibi dona-
42 uit &c. per que verba ex natura dictionis, vltra† nedũ fit implicatio vt scilicet bona donata (si opus fuerit) censeantur legata, sed &t dicis fieri repetitio qualitatis existẽtis in rebus donatis, vt scilicet dicatur repetita in legato nouiter facto iuxta doctrinã Bar. in l. si tibi pure. ver. sed quero an inducat. ff. de leg. iij. & licet Bar. ibi loquaẽ de dictione, hoc amplius, tamẽ idẽ dici debet de dictione, vltra que dicis eiusdẽ importãtie, vt recte intuẽti voluit idẽ Bar. in l. qui ita. ff. de dot. prelegat. & declarat Paul. de Cast. in cõsi. cx. anno sue incarnationis. col. pe. ver. quinto, Alt. videdũ est. in antiquis. in nouis est, in cõs. cclxxv. j. vol. & in cõsi. lxxviij. viso dicto puncto. col. fi. ver. circa pen. dubiũ in antiquis. in nouis est in consi. xvj. ij. vol. cũ concordãtibus vt per Fulg. in cõsi. xl. Dominicus testator. ij. colũ. ver. diuersam tñ sententiam. & per Cuman. in cõsi. cxj. ciuis quidam Florẽtinus. ij. col. versi. pro parte negatiua. Sed bona donata hanc qualitatem habebant, vt libera sint illustris dñi Alexandri, & ad suos heredes sint transitura, ergo idem dici debet, de hoc legato annui introitus, hoc est de bonis stabilibus pro eo illi assignandis, iuxta declarationem de qua supra &c.

43 ¶ Nouissime accedat predictis, quia† cũ testator voluerit pro tali annuo redditu assignari tot bona stabilia ex quibus &c. vt dictũ est, dz voluisse talez introitum, siue redditum haberi pro rebus immobilibus, hoc aũt non contingit nisi quãdo redditus, sunt perpetui secundũ Zabarel. in clemen. exiui de paradiso. §. cunqz annui redditus. de verb. sign. cum cõcordantibus, vt per Parisi. in consi. lvj. dicebam alias. nu. 15. in iij. vol. ergo sequitur, quod redditus iste debet esse perpetuus, & consequenter ad heredes erit transitorius &c.

¶ Et ex his cõstat, quod etiam verba testatoris interpretationez supra factã ex mente testatoris importare videntur, que omnia licet pro maiori parte tangere videatur excellentissimus aduocatus, volui tamen aliquibus additis in predictũ ordinez redigere ad clariorem demonstrationem veritatis, ex quibus omnibus, & alijs plenissime deductis, in predictis allegationibus remanet firma conclusio legatum de quo agitur, non esse ad vitam illustris domini Alexandri tantum, sed transiturum esse ad suos heredes, saltem descendentes &c.

¶ Nec quicquã obstant allegata in contrariũ, quia procedunt in alio casu, quam sit casus noster, vt ex supra dictis maxime in quinto argumento, clare constat. Laus Deo.

¶ Socin. Nepos Bononie. 1553.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LXI.

¶ De statuto excludente filias a successione abintestato stantibus masculis, an eas excludat etiam a legitima?

¶ Et an dos a patre data reputetur per se congrua?

¶ De legitima, quod solum debetur, & cõsideratur post mortem patris, & si prius venit cõsideranda pro eius quantitate, inspicitur tempus, quo venit consideranda.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Legitima iure communi filijs debita dicitur portio eius quod filijs abintestato debetur.*
2 *Suppletio uelut accidens sine subiecto considerari non potest.*
3 *Legitima non debetur filiæ exclusæ per statutum extantibus masculis, & uide nu. 7.*
4 *Pater semper præsumitur optimæ filiæ consulere.*
5 *Legitima solum consideratur & debetur filio tempore mortis patris, in uita autem patris non debetur.*
6 *Officium paternum est dotare filias quando nubiles sunt.*
7 *Statutũ simplex, quod filia stantibus masculis non succedat, licet excludat eam à petitione legitimæ, non tamen excludit à petitione dotis, ad quam pater ex paterno officio tenebatur.*
8 *Dos congrua non dicitur usque ad quantitatem legitimæ de iure communi, sed potest esse minor.*
9 *Qualitas adiecta uerbo debet uerificari tempore uerbi.*
10 *Legitima ob delictum filij publicanda ex forma statuti intelligitur de ea quæ tempore delicti potuisset ad ipsum filium pertinere.*
11 *Extimatio facit emptionem.*
12 *Relictum filio contemplatione patris debet ei in legitimam imputari.*
13 *Relictũ à patruo uel alijs cõiunctis patris uenit in legitimã imputãdũ.*

CONSILIVM LXI.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Accurate subtiliter, & copiose absoluta fuit presens consultatio (que valde subtilis est) per excellentissimum Consultorem dñm Lelium Taurellum, mihi vti fratrem maiorem, & honorandum, & ita quidem, vt additioni locus relictus nõ videatur

tur, ⁊ ob eam causam ego de simplici subscriptione requisitus potuissem nihil vltra simplicem comprobationem scribere, verum ne videar impremeditatus ad id venisse, ⁊ difficultatẽ me degustasse appareat, in hoc mihi ipsi pro solito more satisfaciendo aliqua subijciam.

¶ Tota ergo difficultas pendet ab intellectu statuti terre sancti Marini in qua casus iste contingit. Nam in eo primo disponitur, ꝙ extantibus masculis filie femine non succedant patri abintestato, nec ipsarum descendentes, dummodo dicte filie fuerint congrue, ⁊ competenter dotate, ⁊ sic in isto primo capite statutum excludens, a successione ab intestato cum reseruatione congrue dotis, dicitur filias sic dotatas excludere, a iure suitatis, ⁊ sic a legitima alias eis iure communi debita, cum
1 †legitima talis dicatur portio eius, quod filijs ab intestato debetur. l. cum queritur. l. parentibus. in princ. ⁊ l. que nuper. C. de inoffic. testamen. ⁊ probatur etiam in c. Raynutius. extra de testamen. ⁊ ibi tradunt Doct. vnde si nihil eis abintestato debetur, non est in eis suitas saltem in effectu, nec potest legitima aliquo modo eis deberi, cum non sit, cuius respectu possit certa portio considerari ita bene considerando voluit Bart. in l. j. §. sciendũ. ff. de suis, ⁊ legit. ⁊ ita arguẽdo concludit Corn. in consi. cl. circa primum. litera E. ⁊ F. ij. volu. ⁊ Patruus, ⁊ dominus meus Socin. in consi. lxvij. in presenti consultatione iij. col. iiij. volu. cum concordantibus vt alias dixi in cõsi. xxix. in testamento nobilis viri. nu. 5. ⁊ 6. j. vol. ⁊ ibi nu. 7. post plures, quos allego concludo, ꝙ tales filie dicuntur a legitima excluse, maxime quando talis exclusio fit fauore conseruãde agnationis prout clare fit in statuto, de quo agitur, ⁊ ex istis aperte sequitur ꝙ petitio filiorum domine Vincentie filie quondam Melchioris eorum aui materni, videlicet quod eis suppleatur legitima illis debita in bonis dicti Melchioris est omnino reijcienda, quia si legitima eis non debetur, nec est conside-
2 rabilis, vti debita, nõ est, quid debeat suppleri, cum† suppletio velut accidens sine subiecto considerari non possit iuribus vulgaribus, vt per Bal. in l. certum. ff. si cert. petat. cum concordantibus, vt dixi in cõsi. cxlv. Baptista de Sanctuccis. nume. 82. j. vol. ⁊ in consi. xxvij. Magnificus dominus Ambrosius.
3 nu. 10. ij. vol. ⁊ quod† filie exclusae per statutum extantibus masculis legitima non debeatur, ⁊ sic legitime supplementum petere non possit tradunt magis communiter * Doct. in l. Gallus. §. ⁊ quid si tantum. ff. de liber. ⁊ posthu. cum concordantibus multis, quos ita firmando allegat Patruus, ⁊ dñs meus Socin. in consi. cc. xxxviij. circa primam questionem. in ij. q. ix. col. in ver. vltimo loco adducit. ij. vol. ⁊ paulopost colũ. xiiij. in ver. primum probatur plures alios allegando dicit, ꝙ ita se habet communis opinio, ⁊ idem dixit Ruyn. in cõsi. xxvij. super puncto. nu. 4. ⁊ 11. ⁊ in consi. ij. in presenti. nu. 1. iij. vol. prout etiam excellentissimus Consulens ita firmauit, ⁊ plures alios allegauit, ad quem me remitto.

¶ Et notandum est, ꝙ in isto primo capite, quãdo filia fuisset dotata in vita patris per eum (vt fuit in casu nostro) nulla videtur fieri declaratio, seu taxatio congrue dotis ad quantitatẽ legitime (prout fit in ij. capite vt statim dicetur) ⁊ hoc vt credo, quia satis dicitur congrua, ⁊ competens dos, saltẽ presumptiue, que filie a patre constituitur, ex† quo semper pater presumi-
4 tur optime filie consulere. l. nec in ea ad fi. ff. ad l. Iul. de adulter. ⁊ illo casu quando pater dotat filiam non attenduntur qualitates, de quibus in l. quero. ff. de iur. dot. ⁊ in l. si filie. ff. de legat. iij. ita signanter determinat Paul. de Cast. in consil. cx. super primo quesito. v. col. ver. secundo an possit hoc dicere, in antiquis, ⁊ in nouis est nu. 275. j. vol. ⁊ voluit hoc quo ad effectum de quo agitur Bal. in consi. cccxxxvij. cum in causa Pisani conuentus. ij. col. iij. vol. ⁊ Alex. consi. xxxiij. videtur. lib. iiij. ⁊ Curt. Senior in consi. xliiij. statuto, seu consuetudine. xj. col. cum concordantibus allegatis supra per excellentissimũ Consultorẽ, ⁊ vltra eum ita firmat predictos, ⁊ alios allegãdo Grãmatic. in decisio. lvij. Iacobus Campanarius. num. 36. 37. ⁊ 38. Remanet igitur ex predictis firma conclusio, ꝙ petitio filiorum domine Vincentie reijcienda sit, siue iuxta eius verba inspiciatur, in quibus petitur supplementum legitime, cum illa nullo modo debeatur, siue etiam velimus verba impropriãdo dicere, ꝙ voluerit petere supplementum congrue dotis, quoniam nec illud peti potest, cum congrue, ⁊ competenter a persona patris censeatur dotata.

¶ Nec dicatur predicta procedere quatenus actum fuit nomine dicte domine Vincentie, non autem quatenus fuit actũ proprio nomine filiorum eius, cum ⁊ ipsis vti nepotibus leg tam de iure communi debeatur. Quoniam ex verbis dicti statuta colligitur clara responsio ex eo scilicet quia nedum filia excluditur, sed etiam descendentes ex illa vt plene per Consultorem ostensum fuit.

¶ Subdit postea statutum, aut debẽtur de bonis parentũ ⁊c. ⁊ loquitur quando filia in vita patris dotata non fuit, vult eniz tunc, ꝙ de bonis eius dotetur, ⁊ eo casu vult statutum, ꝙ dos detur saltem vsqz ad quantitatem legitime, ⁊ tunc bene cadit
5 consideratio legitime, que† solum consideratur, ⁊ debetur filio tempore mortis, in vita autem patris non debetur (quicquid dixerit in contrarium glo. in §. si quis autem nõ impossibiles. in auth. de hered. ⁊ falcid. ⁊ pleriqz, qui sequuntur eam) ita tradunt communiter * Doct. in l. in suis. ff. de liber. ⁊ posthu. ⁊ dicũt Canoniste maxime Barbat. in c. Raynutius. col. lvij. de testam. cũ alijs per me adductis in consi. lj. eleganter, docte, ⁊ copiose. nu. 4. 5. ⁊ 6. j. vol. etenim vt ibi dicitur, glo. preallegata communiter reprobatur.

¶ Et si dicatur, ꝙ immo taxatio, que fit in fine dicti statuti, scilicet ꝙ dos debeat esse saltem vsqz ad legitime quantitatez debeat referri etiam ad primuz caput statuti, quando filia a patre viuente fuit dotata, vt sic etiam tunc debeat esse saltem vsqz ad quantitatem legitime, quod certe non videtur contigisse in casu isto, quum dos per patrem data fuerit minor, quam pro legitima de iure communi fuisset debituz predicte domine Vincentie, vel eius filijs prout asseritur in petitione predictorum filiorum, in quo (vt verum fatear) consistit omnis difficultas presentis consultationis. Respondetur primo negando predictaz relationem fieri debere ad primum caput statuti, quando filia a patre viuente fuit dotata, cum tempore talis dotationis non erat consideratio legitime nondum debite iuxta predicta, ⁊ li-
6 cet per patrem dos filie etiam tunc deberetur, cum† paternum sit officium dotare filiam, quãdo nubilis erit. l. qui liberos. ff. de rit. nupt. ⁊ l. fi. ⁊ ibi plene per Doct. C. de dot. promiss. ⁊ tradunt Bar. ⁊ alij, ⁊ post alios ego plene scripsi. in l. j. ff. sol. matri. tamen non tenebatur pater tunc ad legitimam, que eo tempore non consideratur, cum solum tempore mortis consideretur, ⁊ debeatur vt supra dictum fuit. Nec valet argumentum de dote ad legitimam, vel econtra cũ valde sint diuersa, vt per
7 dominum Consulentem deducitur, ⁊ hinc est, ꝙ licet† simplex statutum, ꝙ filia non succedat stantibus masculis excludat eas a petitione legitime vt supra dictum, non tamen excludit a petitione dotis, ad quam pater ex paterno officio tenebatur d. l.
8 qui liberos. ⁊ d. l. fina. ⁊ hinc etiam est, ꝙ congrua† dos non dicitur vsqz ad legitime quantitatem de iure cõmuni, sed potest esse minor, vt per Patruum meum Socin. in consi. cclxxxviij. col. ix. ⁊ x. ⁊ plenissime hoc firmãdo, ⁊ pluribus probat Ruin. in d. consi. lvj. nu. 11. iij. volu. ⁊ his sic stantibus dicendum est ꝙ cum in casu nostro Melchior dotem competentem dederit predicte domine Vincentie filie sue vt asseritur in processu probatum, dicitur totaliter ab obligatione dotandi, qua tenebatur, liberatus, argumento institut. quib. mod. tol. obligat. in prin. ⁊ dixit Ruin. in d. consi. lvj. nu. 14. cum alijs allegatis supra per excellentissimuz Consulentem, ⁊ predicta omnia voluerunt nouissimi Bonon. in preallegato. c. Raynutius. nu. 225. versi. sed tu pro nunc. dum concludunt, ꝙ dos a patre data vel promissa censetur congrua, ⁊ tali dotationi in dubio standum est, nec quicquam dicunt de legitima, vel ꝙ ad eam sit habenda aliqua consideratio vt per eos.

¶ Sic itaqz ex hac prima responsione constat dotez a patre datam in casu nostro fuisse congruam, nec esse habendum aliquẽ respectum ad aliquam legitimã, ⁊ sic, ꝙ verba illa, vsqz saltem ad quantitatem legitime, de quibus in fin. statuti ad primum caput eius, et sic ad dotem, a patre viuente datam non sint referenda.

¶ Secundo etiam respondetur, posito ꝙ relatio predicta fieri debeat (absque tamen preiudicio veritatis) ⁊ dicimus ꝙ talis relatio debet intelligi respectu legitime, que tunc tempore dotationis cõsiderari poterat, licet improprie, si enim volumus, ꝙ verba illa posita in primo capite, videlicet cõgrue, ⁊ competenter dotate fuerint, debeant qualificari scilicet vsqz ad quantitatem legitime, necesse est, ꝙ intelligamus de legitima, que
9 tunc poterat considerari, quum regula sit, ꝙ† qualitas adiecta verbo debet verificari tempore verbi, seu debet intelligi secundum

dum tempus verbi vulgata l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. cum concordantibus vt per Alexã. in consi. lix. viso themate col. fin. ver. contrariam sententiam. lib. v. & dixi in consi. ij. decessit Io. nu. 5. vol. j. & in consi. clxxx. nobilis Do. Joan. Malosellus. nu. 13. ij. vol. & dixit etiam supra dominus Consulens, quando ergo de legitima ante mortem patris habenda est consideratio, illa semper inspicitur tunc quando de ea consideratio habetur, & tunc quantitas eius consideratur, non autẽ, que postea tempore mortis poterit reperiri auctis forte facultatibus patris, vt in simili constat si ex† forma statuti propter de-
10 lictum filij veniat publicanda legitima eius, debet illa legitima publicari, que tempore delicti potuisset ad illum filium delinquentem pertinere prout volunt Bal. Imol. & alij in l. lex Cornelia. ff. de vulgar. & pupil. & Ias. in auth. nouissima. iij. colum. ver. secundo limita. C. de inoffic. testamen. cum alijs adductis supra per D. Consulentem, sed si bona Melchioris considerãtur, vti erant tempore dotationis, vt mihi asseritur, dña Vincentia habuit in dotem tantum, quod ascendebat ad eius legitimam, ergo &c. presertim computatis libris quingentis datis ei in predijs tanti extimatis, que fuerunt domini Dictallemi
11 affinis. d. Melchioris, quia† cum illa extimatio fecerit emptionem iuxta l. quoties. ff. & C. de iur. dot. dicta predia fuerunt data periculo ipsius Melchioris si ea euinci contigerit, vt d. l. quoties. ff. & ibi tradunt Doct. & dixit supra dñs Consulens.

¶ Nec ob. ꝙ dominus dictallemus dominam vincentiã pro parte heredem instituerit, & sic videatur, ꝙ dicta predia ad illã pro dimidia pertinuerint, & sic non sint computanda in legitimam ei debitam in bonis patris, seu in dotem congruam a patre dandam, saltem vsq; ad quantitatem legitime, quoniam respondetur primo, ꝙ talis institutio, seu predia d. Vincentie relicta erant illi profectitia, & velut a patre prouenientia, cum dictus Dictallemus vltra affinitatem, quã cũ dicto Melchiore habebat, erat illi amicissimus, ac etiam ob multa recepta be-
12 neficia obligatissimus propter† quod tale relictum dicitur factum contemplatione dicti Melchioris vt est text. in l. sed & si plures. §. in arrogato. ibi ego etiam amplius. ff. de vulg. & pupil. cum simi. & ideo debet in legitimam d. Vincentie imputari, seu ad talem finem debet dici profectitium, veluti ab affine,
13 & amico patris sibi relictum, vt d. §. in arrogato. sicut † de relictis a patruo, vel alijs cõiunctis patris vt scilicet imputẽtur in legitimam, vt per Doct. in l. in quartam. ff. ad leg. falcid. circa fin. maxime per Ripam nu. 206. & ibi post alios plene scripsi circa primam quest. Bar. in materia legitime. in ij. conclusione, & vt ibi dico ita se habet communis opinio.

¶ Secundo etiam respondetur, ꝙ domina Vincentia nõ adiuit pro sua rata hereditatẽ predicti Dictallemi prout hoc plene prosequitur excellentissimus Consulens ad quẽ me refero.

¶ Ex predictis igitur, & alijs pluribus deductis per d. Consultorem remanet firma conclusio predictos filios domine Vincentie, vel patrem eorum, ipsorum nomine in sua petitione nullo modo esse audiendos. Laus deo Opt. Max.

¶ Socin. Nepos Bononie. 1553.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LXII.

¶ De relictis in testamento, cuius scriptura declaratur inualida, an valeant si per testes probari possent?

¶ Et quid de institutione heredis?

¶ Et an legata eo casu probentur per quinque testes, etiam non rogatos?

¶ De verbo volo, an & quando inducat dispositionem?

¶ Et de contrarietate testium, vel diuersitate an impediat probationem in eo, in quo concordant?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *¶ Testamento annullato annullantur legata in eo contenta, siue legatum sit pars testamenti, siue accessorium, uel utrunque diuersis respectibus.*

2 *Accessorium sequi debet naturam sui principalis.*

3 *Legata & cetera in testamento disposita ruunt si testamentum inualidetur per non aditionem hæreditatis ex illo testamento.*

4 *Testibus non creditur ob eorum uarietatem.*

5 *Dispositio ualidatur etiam quod nulla adesset scriptura, & etiã quod ageretur de institutione hæredis, quando probaretur per testes idoneos & numero sufficienti.*

6 *Testamentum nuncupatiuum sine aliqua scriptura ualet, & seruari debet ac si publicum de eo extaret instrumentum.*

7 *Legatum solo nutu fieri potest. & nu. 15.*

8 *Verba dubia ueniunt à præcedentibus declaranda.*

9 *Verbum (uolo) in hijs quæ pendent à sola uoluntate loquentis inducit dispositionem.*

10 *Responsio incerta intelligitur facta de rebus de quibus loquebatur interrogatio.*

11 *Indefinita regulariter æquipollet uniuersali.*

12 *Testes quinque sufficiunt in qualibet ultima uoluntate, excepto testamento, sicut & in donatione causa mortis, quæ æquiparatur ultimæ uoluntati.*

13 *Legata & fideicommissa uniuersaliter æquiparantur.*

14 *Omne dicens nihil excludit.*

16 *Testes concordantes in effectu in negotio de quo agitur non dicuntur uarij neque contrarij, licet fortasse aliqua uerbalis uarietas, aut in aliquibus extrinsecis & circunstantijs inter eos reperiatur.*

17 *Testes in aliquo uariantes plene probant illud in quo concordant.*

18 *Testes si facile ad concordiam per interpretationem uerborum reduci possunt non sunt repellendi quin legitime dicantur probare illud in quo concordant.*

19 *Testes (licet unus plus dicat et alius minus) dummodo concordent in facto principali probant.*

20 *Varietas testium non est considerabilis, nisi cõsistat circa substantiam eius de quo principaliter agitur, & quando etiam ipsa uarietas non esset reducibilis ad concordiam per interpretationem.*

CONSILIVM LXII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

Inspectis, & bene consideratis his, que in puncto dicuntur, licet plures questiones illhinc eliciantur, & disputari possent, vna tamen est super qua tantum ad presens ego sum cõsultus, videlicet vtrum stantibus in facto eis, que in puncto narrantur, illustris domina Beatrix Comitissa de Gambara possit de iure obtinere vsumfructum in bonis quondam Magnifici ac strenui armorum Ducis domini Pauli Luciaschi, saltẽ in Broylo, & Molendino eo qpod ab illo fuerit talis vsusfructus relictus in eius vltima voluntate ipsi domine Comitisse?

¶ Et omnibus diligenter animaduersis, que in facto presupponuntur, videtur prima fronte dicendum illam vsumfructũ talem obtinere non posse, nam inter cetera presupponitur, ꝙ illa vltima voluntas domini Pauli, seu assertum eius testamẽtum (in quo pretenditur talis vsusfructus relictus) fuit per excellentissimum consilium Illustrissimi Ducis Mantue, quodammodo extinctum, & annihilatum, quando pronunciauit, ꝙ ex dicto testamento non possit releuari publicum instrumẽtum, quasi dicatur, ꝙ pretensum illud testamentum sit nullius roboris, vel momenti, quo posito videtur, ꝙ etiam relictum
1 illud, seu legatum vsusfructus sit nullius momenti, etenim† annullato testamento, annullantur legata in eo contenta, siue velimus legatum esse partem testamenti, siue accessorium, vel vtrunq; diuersis respectibus iuxta disputationem Doctorum in rub. ff. de legat. j. ego plene scripsi, nam si pars sit semper in suo toto consistit l. in toto. & ibi per glo. & Doct. ff. de reg. iur. Igitur sublato toto, etiam pars dicitur sublata vt ibi traditur,
2 si vero sit† accessorium sequi debet naturam sui principalis, & sic testamenti. c. accessorium. de regu. iur. lib. vj. cum sua materia, vnde si testamentum tanquam principale nõ consistit, nec legatum vti accessorium consistere potest. l. nihil dolo. §. j. & l. cum principalis. & ibi per glo. & Doct. ff. de regu. iur. cum concordantibus vt per Deci. in consil. cccclxxxviij. in causa, & lite. in fin. per Ruyn. in consil. cxxvij. visa facti narratione. nu. 15. v. volu. & ego dixi in consi. lxxviij. illustrissima Anna. nu. 10. j. vol. facit ad ista l. si nemo. ff. de regu. iur. & l. si nemo. ff. de te-
3 stamen. tutel. cum simili. nam sicut ibi dicitur legata † & cetera in testamento disposita ruere si testamentum inualidetur per non aditionem hereditatis ex illo testamento, ita etiã dici debet si aliter testamentum vitietur prout in casu nostro contingit per sententiam, & declarationem excellentissimi consilij predicti,

dicti, cui in eo loco omnino standum est, ⁊ hec dicta intelligũtur, ⁊ procedunt posito, ꝙ relictum domine Comitisse de vsufructu de quo agitur, factuꝫ probetur, de quo videtur posse dubitari propter varietatem testium, qui super ea re deponunt,
4 eis† enim non videtur credendum iuxta l. qui falsa, vel varia cũ glo. fi. ff. de testib. ⁊ l. eos, qui in prin. ff. ad leg. Corn. de fals. cũ simi. vt scribit Ruyn. in cõsi. cxlix. quia dilexisti iustitiã. nu. 23. ⁊ in consi. clviij. visis, ⁊ diligenter. nũ. 10. v. volu. ⁊ ego dixi in consi. xxxvij. formata fuit quedã inquisitio. nu. 32. ij. vol.

¶ Sic itaqꝫ ex predictis concludendum videtur illustrem dominam Comitissam non posse predictum vsumfructum aliquo modo obtinere.

¶ Uerum tamen eis minime obstantibus contrarium verius esse arbitror, ⁊ in primis dico, ꝙ optime, ⁊ concludenter probatum est, ꝙ Magnificus dominus Paulus predictus quando de suis bonis disponebat voluntateꝫ suam aperuit, ⁊ manifestam fecit, ꝙ Illustris domina Comitissa post eius mortem esset vsufructuaria bonorum eius, saltẽ Molendini, ⁊ Broyli, licet enim multi testes asserant eam fuisse relictam vsufructuariã simpliciter, vel bonorum omnium, tamẽ super hoc nõ intendo instare tale quid remittendo religioni, ⁊ conscientie iudicare debentis, loquar ergo duntaxat de vsufructu Brolij, ⁊ Molendini (prout, a Consulente requisitus sum) in quo (ni fallor) clara res est, ꝙ relictum illius factuꝫ illustri domine Comitisse probatur per testes idoneos, ⁊ numero sufficiẽti, ⁊ hoc
5 † sufficit pro validitate dispositionis etiam, ꝙ nulla adesset scriptura, ⁊ etiam ꝙ ageretur de institutione heredis iuxta glo. in l. ij. C. de testamen. ⁊ ibi tradunt Alexan. Iaso. ⁊ alij, ⁊ dicetur
6 tuc testamentum nuncupatiuum, † quod sine aliqua scriptura valet perindeqꝫ seruari debet ac si publicuꝫ de eo extaret instrumentum vt videtur probari in l. heredes palam in princ. ⁊ ibi tradunt Doct. ff. de testamen. ⁊ ita ad hoc illum text. allegat Paul. de Cast. in consil. cccvij. ad primum quesitum. ij. colũ. lib. ij. in nouis. ⁊ ego dixi in consi. clxxix. presupponuntur examinati quidam testes. nu. 10. ⁊ in consi. clxxxix. mortuo domino Hieronymo de Columba. nu. 25. ⁊ 26. ij. volu. ⁊ si hoc est quo ad conseruandam heredis institutionem in qua de maiori re agitur idest, de omnibus bonis, ⁊ in qua maior solemnitas requiritur, ⁊ inter cetera, ꝙ testator propria manu scribat, vel ore proprio proferat nomen heredis. l. iubemus. C. de testamen. fortius debet dici in relicto particulari, vbi de tali reli-
7 cto tantum traditur, ⁊ † quod etiam solo nutu fieri potest. l. nutu. in princ. ⁊ ibi not. Doct. ff. de leg. iij. ⁊ sic in casu nostro probatio per solos testes absqꝫ dubio sufficere debet, cum agamus tantum de relicto vsufructus vnius Brolij, ⁊ vnius Molendini.

¶ Hoc autem, ꝙ tale relictum per testes probetur constat ex processu, nam Franchinus primus testis ex examinatis ad instantiam D. Comitisse, ⁊ domini Ueronẽsis hoc videtur deponere, dum in primo eius testificatu dicit, ꝙ dominus Paulus volebat, ꝙ Ueronensis esset heres del brolo, ⁊ del molino, ⁊ che lasciaua vsufruttuaria la Signora Contessa ⁊ licet tunc non exprimeret in quibus bonis eam relinquebat vsufructuariam, tamen debet credi, ꝙ locutus fuerit de bonis, de quibus
8 dixerat statim, ⁊ sic in brolo, ⁊ molendino, cum † verba dubia veniant a precedentibus declaranda. l. si seruus. §. fi. ff. de leg. j. ⁊ maxime ita dici debet, quia idem testis postea repetitus clare deponit, ꝙ illustris domina Comitissa predicta fuit expresse relicta vsufructuaria in brolo, ⁊ molendino.

¶ Hoc idem deponit Uincentius nonus testis, cum dicat, ꝙ dominus Paulus dixit, ꝙ volebat relinquere dominam Comitissam vsufructuariam del brolo, ⁊ del molino, ⁊ non di castel nouo, ⁊ licet secundum istum testem dominus Paulus dixerit, ꝙ volebat sic relinquere, tamen perinde est, ac si dixisset,
9 ꝙ relinquebat, nam verbum, volo, † in his, que pendent a sola voluntate loquentis inducit dispositionem secundum Bart. quem multi sequuntur in l. serui electione. in princ. ff. de leg. j. refert, ⁊ sequitur Alex. in consi. clxviij. ponderatis. nu. 2. lib. v. vbi proprie in terminis loquitur, quando testator dixit, ꝙ volebat ⁊c. ⁊ ita etiam firmat Ias. in d. l. serui electione. ad fin. in ver. quid tenendum in principali articulo. ⁊ procul dubio hoc procedit in casu nostro cuꝫ ipse dominus Paulus esset prope mortem in actu testandi, ad quod testes, ⁊ notarium vocauerat, ⁊ interrogatus fuit an ita facere vellet, nam his interueniẽtibus verbuꝫ, illud volo, seu quod volebat, inducit dispositionem, iuxta l. Pamphilo. §. propositũ. ⁊ tradita ibi per Doct. ff. de legat. iij. cũ concordantibus multis vt plene scripsi, in cõsil. clxxix. preallegato. ij. vol. nu. 77. cum aliquibus seq.

¶ Idem aperte deponunt aliqui testes examinati ad instantiã fisci, ⁊ inter alios dominus Franciscus de Rubeis, qui dicit, ꝙ dominus Paulus interrogatus a domina Comitissa, cui vellet relinquere brolum, ⁊ molendinum, ⁊ an vellet illa relinquere Ueronẽsi, con questo ch'io sia vsufruttuaria in vita mia, rispose de si, qui testis paulopost bis, aut ter ideꝫ in effectu repetit subdens, ꝙ illud dominus Paulus proprio ore expressit, ⁊ virtualiter idem deposuit, quando postea fuit repetitus affirmando, ꝙ ipsa domina Comitissa fuit relicta vsufructuaria del brolo, ⁊ del molino.

¶ Item, ⁊ dominus Andreas Campanea hoc idem deposuit, quando in suo testificatu dixit, ꝙ voluntas, ⁊ dispositio domini Pauli inter cetera fuit, quod relinquebat heredem Ueronensem, ⁊ vsufructuariam dominam Comitissam del brolo, ⁊ del molino, ⁊ idem testis postea repetitus hoc idem confirmauit.

¶ Hoc preterea deponit dominus Aurelius Compagnonus similiter ad instantiam fisci examinatus, nam ipse testatur, ꝙ dominus Paulus postquam declarauerat Ueronensem sibi fore successorem in castro nouo fuit interrogatus a predicta domina Comitissa chi el voleua lasciare herede del brolo, ⁊ del molino? ⁊ cum dominus Paulus parum supersedisset in respondendo ipsa subiunxit, me volete lasciare vsufruttuaria? ⁊ dopo la morte mia ch'el sia herede lui? (intendendo del Ueronese) ⁊ tunc dominus Paulus respondit affirmatiue ei, disse de si, ⁊ licet in secunda interrogatione domina Comitissa secundum depositionem testis non expressisset del brolo, ⁊ del molino, tamen sic debet intelligi, quia cum illa secunda interrogatio sit dubia per se, de quibus bonis sit facta debet declarari a precedenti cum sit clarum, ꝙ facta fuit del brolo, ⁊ del molino, et quo facta fuit statim, ⁊ incontinenti, nec alium sensuꝫ bonum recipere potest, sicut etiam dicimus de responsione incer-
10 ta † vt scilicet intelligatur facta de rebus, de quibus loquebatur interrogatio vt est tex. in §. preterea. institu. de inutil. stip. ⁊ pro hoc facit regula, qua dicitur ex precedentibus declarari sequentia vt d. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. j. cum concordantibus vt per Ruyn. in consi. xiij. presupponitur Ioan. nu. 11. j. vol. ⁊ dixi alias, in consi. xxxviij. Magnifici ac Iustissimi iudices. nu. 1. j. volu. ⁊ iste intellectus omnino tenendus est, naꝫ domina Comitissa loquens de brolo, ⁊ molendino, ⁊ non de alijs bonis, ⁊ cupiens scire cuius essent futura post mortem domini Pauli primo fecit generalem interrogationem, cui scilicet vellet ea relinquere, ⁊ cum non responderet statim fecit specialem interrogationem, videlicet an vellet ei in vita sua relinquere? ⁊ ea mortua Veronensi? ⁊ sic locuta est respectu eorundem bonorum scilicet broli, ⁊ molendini, ⁊ certe vt supra dixi aliter dicta interrogatio intelligi non potest, ⁊ ita intelligens dominus Paulus cum sibi illud placeret, respose de si, vt iste testis deponit, ⁊ licet illa verba, me volete lasciare vsufruttuaria sint indefinita respectu bonorum, ⁊ sic videantur importa-
11 re vniuersaliter, cum pro regula, indefinita † equipolleat vniuersali. l. si pluribus. ff. de legat. ij. ⁊ l. si seruitus. vbi not. Bal. ff. de seruit. vrban. pred. cum concordantibus vt dixi in consil. xlix. quoniam ex facto ius oritur. nu. 17. j. vol. tamen talis vniuersalis significatio diminuitur per precedentia verba in quibus tantum de brolo, ⁊ molendino fit mentio prout in simili de hoc est tex. ⁊ ibi not. glo. in l. fin. §. fin. ff. de vin. tritic. ⁊ oleo leg. ⁊ ego alias dixi ⁊ declaraui in consi. clx. Illustrissimus dominus Ioannes Franciscus. nu. 8. ⁊ 9. ij. vol.

¶ Et isti quinqꝫ testes sufficiunt ad probandam voluntatem domini Pauli vt scilicet ipse reliquerit dominam Comitissaꝫ vsufructuariam broli, ⁊ molendini cum non agatur de vniuer-
12 sali, ⁊ solemni dispositione testamentaria, nam † excepto testamento in qualibet vltima volũtate sufficiunt quinqꝫ testes. l. fi. in fin. ⁊ ibi tradunt Doct. C. de codicil. sicut etiam in donatione causa mortis dicitur in l. fi. C. de donat. causa mort. cum illa equiparetur vltime voluntati vt ibi in fine dicitur, ⁊ in §. fin. institu. de donat. cum similibus.

¶ Et si dicatur, ꝙ dicta l. fina. C. de codicil. loquitur respectu fideicommissi, ⁊ non respectu legati. Respondetur primo, ꝙ immo etiam in legatis procedit cum dicat, in qualibet vltima voluntate excepto testamento ⁊c. attento, quod legatum

citur

dicitur vltima voluntas, ⁊ non est testamentum.

¶Secundo etiam dici potest, quod hodie quicquid plus esset in fideicommissis tributum dicitur legatis, ⁊ per contrariũ
13 propter vniuersalem† equiparationem factam inter legata, ⁊ fideicommissa de qua in l. j. ff. de legat. j. ⁊ probatur in l. ij. C. communia de legat. ⁊ in §. sed non vsq; institu. de legat. ⁊ plene tradunt Doct. in dicta l. j. ⁊ illa. l. fin. C. de codicil. in fin. multum ponderanda est, in eo, quod vult quinq; testes sufficere etiam non rogatos, sed fortuito veniẽtes, propter quod tollitur difficultas, si diceretur, ꝙ in casu nostro rogitus testiũ non probatur, quia cum non agatur de testamento, sed de legato, ⁊ sic de alia vltima voluntate talis rogitus testium non requirebatur per dicta l. fina, vltra ꝙ dici potest, ꝙ immo fuerunt rogati, nam si bene testium depositiones inspiciantur fere omnes deponunt, ꝙ dominus Paulus eos rogauit dicendo vi priego, postquam a notario admonitus fuit, quod testes rogaret, sed posito, ꝙ iste rogitus non probaretur, dico ꝙ in proposito nostro non erat necessarius (vt dixi) ad quod facit regula. l. ad fidem. ff. de testib. nam nisi hoc in iure exprimatur (vt in testamento, ⁊ certis alijs casibus,) testes sufficiunt etiã non rogati, vt plene traditur per glo. ⁊ Doct. in authen. rogati. C. de testib. ⁊ ego dixi in consil. xxix. nobilis, ⁊ speciosa virgo. nume. 7. ij. volu.

¶Et quamuis predicta satis superq; sufficiant ad victoriam in fauorem illustris domine Comitisse, vt scilicet ipsa dicatur relicta vsufructuaria broli, ⁊ molendini, idq; legitime probatum sit, tamen ex abundanti predictis addi potest, quod plures alij testes deponunt quod immo ipsa fuit relicta vsufructuaria simpliciter omnium bonorum vt magister Iacobus, Angelus Bagnolus Baptista Panigarotus, ⁊ Iulius Columbus, vnde si dicunt, quod de omnibus bonis fuit ei relictus vsusfructus, sequitur necessario, quod broli, ⁊ molen-
14 dini, quia† qui omne dicit nihil excludit. l. Iulianus. in princi. ff. de legat. ij. l. a procuratore. ⁊ ibi glos. C. mand. c. si romanorum. circa medium. xix. distinctio. ⁊ c. sunt nonnulli. j. questio. j. cum similibus.

¶Et licet predicti testes omnes dicant, quod dominus Paulus interrogãti domine Comitisse an vellet ei relinquere vsumfructum omnium bonorum capite annuit, tamen hoc non im-
15 pedit validitatem relicti cum etiam† nutu legata relinqui possint. l. nutu. cum materia sua. ff. de legat. iij. vltra ꝙ magister Iacobus, ⁊ Iulius Columbus dicunt, ꝙ vltra nutum capitis etiam ore proprio respondit, de si.

¶Nec obstat quod d. l. nutu. loquatur in fideicommissis, quia propter equiparationem legatorum, ⁊ fideicommissorum, procedit etiam in legatis vt in simili supra dixi. d. l. fi. C. de codicil. ⁊ ita intelligit ibi glo. j. cum qua Doct. transeunt dum dicit, ꝙ nutu legari, vel fideicommitti potest.

¶Et forte propter hos quatuor testes posset domina Comitissa obtinere vsumfructum omnium bonorum, maxime si ad illud aliquid aliud accederet, super quo tamẽ non intendo instare tum quia non sunt quinq; prout in qualibet vltima voluntate requiruntur excepto testamento, cum etiam quia de eo non sum consultus, hoc (vt etiam supra dixi) religioni iudicare debentis remittendo, ⁊ concludendo pro certo, ꝙ ipsa domina Comitissa fuerit relicta vsufructuaria broli, ⁊ molendini, quod certe, euidenter, ⁊ legitime probatum fuit vt ex predictis constat.

¶Et ex iam dictis vbi bene cõsiderentur apparebunt responsiones ad omnia fere allegata cõtra in cõtrariũ, sed vt veritas manifestius appareat ad ea singulatim vt infra respondebitur.

¶Nam dum primo dicebatur non posse tale legatum subsistere annullato testamento, siue velimus legatum esse partem, siue accessorium testamenti vt in argumento dictũ fuit. Respõdetur primo, ꝙ domina Comitissa non venit vigore testamenti, quod asserat iuridice factum, quoniam illi vti testamento in illa scriptura facto non videtur adhibenda fides propter pronunciationem illam excellentissimi consilij, sed venit ex quadã vltima voluntate separata, a solemni testamento facta per dominum Paulum relinquendo vsumfructum predictum, nam ad eius validitatem satis est, ꝙ quinq; testes de illa deponant per d. l. fin. C. de codicil. ⁊ supra dictum fuit, nec isto casu potest tale relictum dici pars, aut accessorium testamenti, quod fidem habere non potest, sed stabit per se vti alia vltima voluntas a testamento separata vt modo dicebam.

¶Secundo etiam respondetur, ꝙ illa pronunciatio expresse continet, ꝙ tale quid non redundet in preiudiciũ domine Comitisse vt in ea legitur, merito ex ea non potest quicquam inferri ad damnum, ⁊ preiudiciũ illius, quod certe esset, si ex ea impediretur, quin illa posset per testes probare predictum legatũ vsusfructus, ⁊ probatione facta talem vsumfructum consequi, cum igitur tale relictum vsusfructus broli, ⁊ molendini sit legitime probatũ non video cur dña Comitissa illud non debeat obtinere, non obstante pronunciatione excellentissimi consilij.

¶Dum secundo dicebatur dubitari posse de probatione predicti legati vsusfructus, eo ꝙ testes videntur aliqualiter variare in eorum depositionibus, responsio colligitur ex iam dictis, quia immo predicti testes (loquor de illis quinq; primo loco supra relatis) videntur omnino concordes, saltem in eo de quo principaliter agitur, vtrum scilicet dominus Paulus reliquerit domine Comitisse vsumfructum broli, ⁊ molendini, response de si, vt supra dictum fuit, merito illud dicitur legitime, ⁊ iu-
16 ridice probatum, ⁊† licet fortasse aliqua verbalis varietas, aut in aliquibus extrinsecis, ⁊ circunstantijs inter eos reperiatur nihil tamen impedit, quin relictum vsusfructus predicti dicatur sufficienter probatum, cum in hoc (de quo ad presens principaliter agitur) omnes cõcordent in effectu prout voluit glo.
* ⁊ ibi communiter * tradunt Doct. per illum tex. in c. nihil obstat. de verb. signi. facit l. qui sententiam. ibi in vnum concordantes, conspirantesq; rei finem. C. de pen. ⁊ ibi tradũt Doct. sic etiam voluit, ⁊ plures allegat Ias. in l. ij. col. v. ver. secundo ex doctrina Bald. elicio. ⁊ in versi. confirmo predictam sententiam. C. de bon. poss. secundum tabul. vbi dicit satis esse ꝙ testes concordent super facto principali in eo in quo cõsistit substantia negocij super quo litigatur, subdens, ꝙ hoc millies in causis allegatur, ⁊ hoc idem voluit recolende memorie dominus Marian. Socin. auus meus in cõsil. xxvj. ex his que in facto. iiij. col. ver. ⁊ quamuis ipsi aliqualiter. Alex. in consi. xlvij. abunde per celeberrimos. nu. 7. lib. ij. ⁊ Ias. in consi. xlij. factũ
17 questionis, ⁊ controuersie sub nu. 3. j. vol. vbi dicit† testes etiã in aliquo variantes plene probare illud in quo concordant vt per eum dicentem, quod istud est pura veritas, sicut Deus, est Deus, sed sic est in proposito casu, ꝙ testes predicti sunt omnes concordes circa predictum legatum vsusfructus, igitur dicuntur plene probare, ⁊ repellendi non sunt, etiam ꝙ aliqua breuis variatio inter eos reperiretur, quaã certe ego nõ video.

¶Vel etiam si aliqua esset posset quam facillime reduci ad cõ-
18 cordiam per interpretationem verborum, merito† testes non dicuntur repellendi, quin legitime dicantur probare illud in quo concordant, ⁊ sic predictum legatũ vsusfructus iuxta doctrinam Bar. quam Doct. sequuntur in l. ij. §. creditum. ff. si cert. petat. ⁊ in l. insulam. §. j. ff. sol. matri.

¶Similiter non potest impediri probatio predicta ex quo in
19 eo concordant omnes si reperiretur, ꝙ vnus† testium plus diceret, ⁊ alius minus vt pulchre declarat Patruus, ⁊ dominus meus Socin. in consi. clxxj. diu profecto. iiij. col. ver. confirmatur, nam licet ⁊c. ij. vol ⁊ ita alias per predicta in simili casu firmaui in preallegato consil. clxxxix. nume. 44. cum multis sequentibus. ij. volu.

¶Nec obstãt allegata in contrarium, quia illa procedere pos-
20 sent, quando † varietas testium consisteret circa substantiã eius de quo principaliter agitur, ⁊ quando etiam varietas non esset reducibilis ad concordiam per interpretationem vt dixi in dicto consil. clxxxix. ⁊ voluit etiam Ruyn. in d. consil. cxlix. in contrarium allegato.

¶Remanet itaq; ex predictis firma conclusio legitime probatũ fuisse, ꝙ illustri domine Comitisse fuit legatus vsusfructus broli, ⁊ molendini, ⁊ ꝙ ei prestandus est.

¶Et faciet ipsa fieri notam dictorum testium, ⁊ ipsorum depositionum ad sui fauorem, qua mediante consequetur predictũ vsumfructum sibi prestari iuxta tradita per Doct. in l. ij. C. de testamen. cum concordantibus vt supra deductum fuit.

Laus Deo Optimo Maximo.

¶Socinus Nepos Bononie. 1553. 15. Februarij.



CASVS CONSILII LXIII.

MAGISTER Zaninus in suo testamēto (iam predefunctis Bonifacio, & Jacobo filijs) instituit suos heredes vniuersales Archangelū eius filiū, Petrū antoniū ex Bonifacio predefuncto filio, & Franciscū ex Jacobo similiter predefuncto nepotes equis portionibus, subdēdo & si aliqs dictorū suorū heredū vniuersaliū decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus masculis qūcunq3 partē sic decedētis ad superuiuētes, vel superuiuentē deuenire voluit pleno iure.

¶ Post mortem testatoris, & adita per institutos hereditate decessit Archangelus cum quibusdam filijs masculis.

¶ Nuper decessit Petrusantonins sine filijs, (& sic factus est locus fideicōmisso in portione eius) dubitatur an ad eā admittatur solus Franciscus superuiuens ex institutis, an cū eo etiā vocentur filij predicti Archangeli?

¶ Et in fauorem predictorū filiorum Archangeli consuluerūt pleriq3 Jurisconsulti Perusini, & qm iustitia patiatur petitur predicti consilij comprobatio saltē per simplicē subscriptionē.

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ Substitutione inuicem facta inter heredes dispares gradu testatori vtrum pendente conditione transmittatur ad filios, qui sunt pares gradu cum superuiuente?

¶ De positis in conditione sub qualitate masculinitatis an censeantur vocati?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Fideicōmissarius moriēs pendente cōditione nō trāsmittit ad hæredes ēt proprios filios fideicommissum cōditionale, nisi uoluntas testatoris possit colligi in contrarium per aliquas habiles coniecturas.*

2 *Fideicommissum de sui natura non transmißibile potest per testantis uoluntatem fieri transmißibile, & econtra. & nu. 3.*

4 *Dispositio testantis sic debet interpretari in aliquo occurrenti casu sicut testator de tali casu interrogatus uerosimiliter respondisset.*

5 *Filij positi in conditione non simpliciter sed cum qualitate masculinitatis censentur uocati ad bona patris eorum.*

6 *Testator in dubio (quādo subiecta materia patitur) cēsetur in sua dispositione se uelle cōformare cū dispositione iuris cōis uel municipalis.*

7 *Pater habēs filios masculos & fœminas si simpliciter in testamēto instituat filios suos hæredes (si per statutū loci masculi excludant fœminas) censetur uelle prius masculos quam fœminas instituere, ut uideatur se conformasse cum dispositione iuris municipalis.*

8 *Verba (substituo alios filios et hæredes supstites, īpediūt trāsmissionē.*

CONSILIVM LXIII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Viso proposito themate, visis insuper ac diligenter consideratis his, que primo per excellentissimum Consultorem qui occupate multum omnia discussit ad rem facientia, ac deinde his, que per excellentissimos subscribentes deducta fuerunt, non potui in eorum sententiam non concurrere, et ita vna cum predictis excellentissimis patribus concludo ad fideicommissum de quo agitur, per mortem predicti Petri antonij sine filijs admittendos esse filios, & heredes predicti Archangeli testatoris nepotes vna cum predicto Francisco similiter nepote dicti testatoris per ea, que docte, & copiose per primum excellentissimum Consultorem deducta fuerunt, & simul etiam per clarissimos subscribentes.

¶ Et inter alia admodum mihi placet, q isti filij Archangeli veniant iure transmissionis in eos facte per Archangelum
1 eorum patrem, nam licet vera sit illa regula, quod† moriens fideicommissarius pendente conditione non transmittit ad heredes etiam proprios filios fideicommissum cōditionale iuxta. l. j. §. si autem aliquid sub conditione. C. de caduc. tollen.
* & est glo. communiter* recepta in l. prima. C. de his qui ante apert. tab. vbi Bald. Saly. & alij. Bart. & alij. in l. is cui. ff. de actio. & obligatio. tamen talis regula fallit, quando voluntas testatoris colligi potest in contrarium per aliquas habi-
2 les coniecturas, sicut† enim fideicommissum quod de sui natura est transmissibile, potest ex voluntate testatoris fieri nō trāsmissibile. l. in conditionibus. §. j. ff. de conditio. & demonstrat.
3 & ibi not. Doct. ita & per contrarium† fideicommissum sui natura non transmissibile potest per testantis voluntatem fieri transmissibile vt tradunt Bald. & alij in d. l. j. C. de his, qui
* ante aper. tab. & est de hoc communis * doctrina in l. iij. ff. de legat. j. cum alijs supra per alios allegatis, tota ergo difficultas est videre an voluntas testatoris probari possit, quod in casu nostro Archangelus tale fideicommissum, vel spem ad illud transmisserit?

¶ Et certe ex multis coniecturis, & quidem vrgentibus per alios supra consideratis res clara videtur, q talis voluntas dicatur probata, precipuum autem fundamentum, q in casu no-
4 stro dicatur facta transmissio predicta in eo consistit, quia† sic testantis dispositio debet interpretari in aliquo occurrenti casu, sicut testator de tali casu interrogatus verosimiliter respondisset iuxta glos. in l. tale pactum. §. fina. cum his que ibi tradunt Doct. ff. de pact. & dicit ibi Jaso. quod istud fortius procedit in testamentis, pro quo est text. in l. Titius. §. Lucius. & ibi Doct. not. ff. de liber. & posthum. cum similibus. de quibus supra per dominum Consulentem, dico enim q testator de quo agitur, si de hoc casu fuisset interrogatus verosimiliter, & omnino respondisset se velle, q etiam filij Archangeli ad tale fideicommissum vocētur per rationes, & coniecturas supra per alios deductas, & consideratas.

¶ Quibus addi potest primo, quia sicut testator instituendo filium viuentem, & nepotes ex premortuis filijs, equaliter voluit equare lineas suorum filiorum in sua hereditate vt scilicet equaliter succedant per stirpes tamen, prout etiam de iure cōmuni successissent. §. cum filius. institu. de heredi. que abintest. defer. cum similibus, ita etiam creditur, quod voluerit dictas lineas equare in substitutione, quam inter eos inuicem fecit argumento. l. si in testamento. ff. de vulg. & pupil. sed si in filios Archangeli non fuisset translatum tale fideicommissum, vel spes eius linee predicte non essent equales, quia

Franciscus, & sic linea Jacobi filij testatoris portionem Petri antonij nuper defuncti totam haberet, linea autem Archangeli, & sic filij eius nihil. ergo &c.

¶ Secundo etiam facit, quia testator testamentum de bonis suis fecit, ne inter suos posteros, & descendentes aliqua discordia oriri possit, vt in princ. testamenti exprimitur, sed si filij Archangeli non venirent ad fideicommissum cum dicto Francisco saltem iure transmissionis magna inter eos esset discordia & iure merito, quia cum ipsi sint nepotes sicut est dictus Franciscus, & sic in eodem gradu ipsi testatori, non equo animo ferre possent, quod ipse Franciscus totam portionem de qua agitur, haberet, ipsi autem nihil. arg. l. cum oportet. versi. quod etiam grauius multis esse videtur. C. de bon. que liber. credendum ergo quod testator voluerit etiam dictos filios Archangeli vocari, ne alias detur occasio discordie, & inimicitie inter eos, attento maxime, quod ad eum finem testatus fuit vt iam dixi.

5 ¶ Vltimo comprobantur predicta, quia † cum in hac substitutione filij heredum, & sic etiam filij Archangeli positi fuerint in conditione non simpliciter, sed cum qualitate masculinitatis censentur vocati ad bona patris eorum iuxta decisionem Guid. Pap. in questio. clxxxiiij. in illa questione, qua queritur. cum concordantibus vt dixi in consi. cxix. Marcus vici Martij. nume. 29. j. volu. citato supra per dominum Consulentem, qui etiam plures alios adhoc allegat vt per eum, & ita testator voluit, quod isti filij Archangeli succedant in ius patris a testatore sibi relictum, ex quo facile argui potest, quod sicut predicti filij in ius patris respectu sue portionis, in qua fuerat institutus, eo modo succedunt ex voluntate testatoris, pari modo dicantur succedere in ius patris respectu portionis in qua pater fuerat substitutus arguendo de institutione ad substitutionem argumento dicte l. si in testamento. ff. de vulgar. & pupil. & consequenter sequitur, quod in eos per Archangelum patrem fuit transmissum ius ad fideicommissum de quo agitur. Ex predictis itaque & alijs pluribus supra per alios deductis concludendum est predictos filios Archangeli cum predicto Francisco esse admittendos.

¶ Quod demum optima consideratione comprobatur, nam
6 † testator in dubio (quando subiecta materia patiatur) censetur in sua dispositione se velle conformare cum dispositione iuris communis, vel municipalis iuxta tradita per Bart. Patruum meum Socin. & alios in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebell. & tradit Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libert. facit doctrina Bart. in l. re coniuncti. colū. mihi. xvj. versi. iij. quero. & in l. vxorem. §. testamento. il secundo. ff. de legat. iij. cum concordantibus vt per Felyn. in c. ius generale. ij. & iij. col. j. distinct. & dixi in consil. xcv. proponitur in facto. nume. 9. j. volu.

7 ¶ Hinc † dicimus, quod si pater habens filios masculos, & feminas simpliciter in testamento instituat filios suos heredes, si per statutum loci, masculi excludant feminas, censetur velle prius masculos, quam feminas instituere, vt sic sub nomine filiorum tantum masculi contineantur saltem in prima vocatione, & hoc vt videatur se conformasse cum dispositione iuris municipalis, vt per Patruum, & do. meum Socin. in consil. cxiij. suprascripti insignes Jurisconsulti. ij. colum. j. volu. & tradit Jaso. in l. si quis id quod. in viij. limitatione. ff. de iurisdict. omn. iudic. sed sic est in proposito, quod predicto Petroantonio nuper sine liberis defuncto filij Archangeli simul cum dicto Francisco pariter succederent abintestato tam de iure communi, quam ex forma statuti, cum omnes essent ei patrueles, & sic in eodem gradu ergo id creditur voluisse testator in substitutione per eum facta dicto Petroantonio, quod cum non fuerit in testamento expressum fiet saltem per viam transmissionis ex presumpta voluntate testatoris, vt sic sua dispositio censeatur conformis dispositioni iuris, quatenus id fieri potest.

¶ Nec quenquam offendat, quod in substitutione, de qua agitur fuerit vocatus superuiuens, vel superuiuentes, ex institutis, que qualitas non reperitur in istis filijs Archangeli, quoniam respondetur, quod capiendo viam quod illi veniant iure transmissionis nihil obstat, quia ego fatebor, quod illi non sunt vocati ex propria persona, sed Archangelus pater eorum fuit vocatus, quando superuixisset, sed dico, quod ipse premoriens transmisit in filios predictum fideicommissum, seu spem ad illud per supra deducta, non enim sunt aliqua verba talem transmissionem impedientia, maxime concurrentibus tot, & tantis coniecturis ad talem transmissionem vt supra per dominum Consultorem, & per me dictum est, sunt enim vsque ad duodecim & quidem fere omnes vrgentissime, bene faterer, quod
8 vbi tales coniecture non essent, & † verba aliquo modo viderentur prohibere transmissionem, puta quod esset dictum substituo alios filios, & heredes superstites, talis transmissio esset impedita per doctrinam Bald. in l. quidam Eulogio. ad fin. C. de iur. deliber. & ego alias consului apud Brixiam in exemplo supra posito, eo presertim, quia in illo casu non aderant vrgentiores coniecture, que isto casu reperiuntur, & quod filij premorientis in casu nostro, vel simili admittantur, firmant Cuman. in consil. xiij. Titius instituit. Fulgos. in consil. xv. proponitur quod montes. Jas. in consi. cliiij. testator habens. ad fin. iiij. volumi. & Parisi. in consil. v. viso testamento. nume. 34. iij. volumi.

¶ Verum si aliam viam quam transmissionis eligeremus ad argumentum hoc iam supra per do. Consulentes responsum fuit, super quo non insisto, quia mihi magis placet via transmissionis, que optime procedit vt ex predictis constat.

Laus Christo Redemptori nostro.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1553. die 26. Martij.

THEMA.

CONSILII LXIIII.

NOBILIS Antonius Franciscus de Ferrerijs de Jmola die xix. Julij. 1527. testamentum condidit, & in eo instituit heredes vniuersales Joannem Baptistam, Michaelem, & Nicolaum filios masculos, & eos inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & si omnes eius filij decesserint sine filijs masculis, tunc voluit filias feminas dicti testatoris admitti simul cum filiabus feminis dictorum decedentium equaliter &c.

¶ Die sequenti idem Antonius Franciscus fecit quosdam Codicillos de quibus non fit vis aliqua, sed post dictos Codicillos in eodem folio leguntur ista verba.

¶ Decedentibus heredibus suis in testamento prescriptis sine heredibus masculis, vel feminis substituit eius filias feminas, si superextabunt, vel eorum filios, vel feminas, & si non extabunt sindicum fratrum minorum de obseruantia &c. Et in fine scriptum est: Testes fratres suprascripti, Magister Cardellus, Joannes Philippus, & Lancillottus quondam Ferri de Marochijs.

¶ Mortuo testatore decesserunt filij, & heredes eius absque aliquibus filijs masculis, sed superstitibus ex vno illorum certis filiabus feminis, propter quod filie testatoris ex causa fideicommissi in testamento facti petierunt ratam suam.

¶ Opponuntur plura, & primo testamentum illud non valuisse, nec fuisse perfectum.

¶ Secundo quod immo vltimus ex dictis filijs decessit cum filio masculo, qui ei fuit posthumus. natus enim fuit viuus licet illico decesserit.

¶ Tertio quod dictum fideicommissum per testatorem fuit in illa sua vltima volūtate alteratum, quia fuit dictum si decesserint sine heredibus masculis, vel feminis, & sic dicitur, quod superexistentia filiarum vnius ex filijs testatoris excludit substitutas.

¶ Sed predicta opposita ex parte filiarum testatoris negantur, vnde queritur quid iuris?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De testamēto inter liberos, quod valeat licet imperfectum, etiam non recitatum coram testatore, nec per eum approbatum.

¶ Asserens quem sine filijs decessisse habet presumptionem legis pro se, & probare non tenetur.

¶ Actus aliquis, vt testamentum, Codicilli, vel alius vitiatur propter incertitudinem agentis, vel testium in eo adhibitorū.

¶ Et de imperfecta vltima voluntate inter liberos vtrū tollat testamentum precedens perfectum, & inter liberos?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 Defectus solemnitatis non obest testamento inter liberos, modo possit legitime probari.
2 Testamentum inter liberos non uitiatur ex eo quod non fuerit recitatum per notarium, & nec noua uoce testatoris comprobatum.
3 Præsumendum est in dubio quod filij omnes testatoris decesserint sine filijs masculis nisi probetur contrarium.
4 Voluntas testatoris est ambulatoria usque ad extremū uitæ, ideo eius ultima scriptura & uoluntas attendenda est.
5 Nomen proprium non facit scripturam esse nominati, si non constet de certa persona, cum in loco plures sint huius nominis, sed debet adesse prænomen, uel tale quid propter quod persona certificaretur.
6 Dispositio est inefficax quando scriptura fuit facta sine mādato & uoluntate alicuius, nec ab eo etiam postea fuit approbata.
7 Testes quinque ad minus requiruntur in codicillis & qualibet ultima uoluntate.
8 Testes incerti perinde est ac si descripti non essent.
9 Testamentum inter liberos conseruatur duobus uel tribus testibus, licet de iure communi posset dici imperfectum.
10 Dispositio. §. ex imperfecto. l. hac consultißima (quod scilicet testamentum imperfectum respectu solemnitatis ualeat inter liberos) non procedit respectu ultimæ scripturæ, quando præcedit testamentum inter liberos ualidum.
11 Testamentum secundum imperfectum etiam ad pias causas factum non tollit præcedens similiter ad pias causas ordinatum.
12 Testamentum primum ualidum & perfectum non tollitur per secundum imperfectum, nisi quando in primo essent extranei instituti, in secundo autem uenientes ab intestato.
13 Benignior pars in dubio semper tuenda est.

CONSILIVM LXIIII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Viso themate mihi exhibito cum testamēto, & alijs scripturis, de quibus in eo, de tribus principaliter esset tractādum prout tria opponuntur contra petitionem filiarum testatoris pretendentium eis fideicommissum deberi.

¶ Primo vtrum testamentum in quo sit tale fideicommissuz de iure valeat.

¶ Secundo vtrum veruz fuerit ex vxore vnius ex filijs natum fuisse filium masculum viuum, vt sic eius superexistentia excluserit substitutas.

¶ Tertio vtrum per illā vltimaz scripturā, que incipit decedētibus &c. dicatur fideicōmissum reuocatū, vel alteratum vt allegatur: de quo principaliter ego sum consultus.

¶ Circa primam, & secundam quest. non est insistendum, cum quia super eis principaliter non sum cōsultus, tum & maxime quia super eis per excellentissimum aduocatum copiose, & plures scriptum extitit subtiliter, & iuridice, ita quidem vt additioni non videatur relictus locus, sequor igitur conclusiones per suam excellentiam firmatas.

¶ Videlicet, quod in prima quest. vera sit resolutio, quod testamentum de quo agitur valuerit, & seruari debeat, non obstantibus quibusdam contra illud in contrarium citatis, omnibus etenim abunde, & optime responsum fuit, & eo precipue, quia cum si-
1 mus in testamento inter† liberos defectus solēnitatis ei obesse non debet, modo possit legitime probari iuxta l. hac consultissima. §. ex imperfecto. & tradita ibi per Doct. C. de testamē. & adeo vt nec etiam lecture testamenti defectus, seu recitationis, & comprobationis testatoris illud debeat vitiare per tradita ibi maxime per Moder.

¶ Et licet aliqui dicāt, quod vbi non sit testamenti iam scripti recitatio, & eius comprobatio per testatorem (quod totuz quidā appellant publicationem testamenti) dicatur testamentum imperfectū ex defectu voluntatis, tamen veritas est, quod immo dicitur ex defectu solemnitatis, quia quod talis recitatio fiat, & testatoris comprobatio sequatur fuit inductū, a iuregentium ad solēnitatem testamenti, vt bene declarat predictus D. Consulens, & vltra eum ita voluit Mataz in auth. quod sine in j. questio. in princ. C. de testam. & ego alias dixi in cōsi. cxliij. Magnificus
2 vir Jacobus nu. 60. & 61. ij. vol. & in specie, quod† testamentū inter liberos non vitietur, ex eo, quod non fuerit recitatum per notarium, & sic etiam nec noua voce testatoris comprobatum clare post alios, quos ibi allegaui, firmaui in d. consil. cxliij. numero 59. & sequen.

¶ Et vltra etiam (vt audio) veritas est, quod testamentum de quo agitur, nedū fuit scriptū, sed et recitatū, & per testatorem comprobatū vt per testes in processu probatum est, vt mihi asseritur, sequendo igitur cōclusionē domini Consulentis in j. questio. vna cum eo dico, & concludo testamentū predictū valere, & seruandum esse saltem vti nuncupatiuum ad tradita per Jas. in auth. quod sine. C. de testam. & per Mataz ibidem in x). q. vel vti per depositionem testium probatum iuxta tradita in l. ij. cum sua materia. C. de testamen. Ex quo sequitur, quod notarius ille, qui illud releuauit, & partibus dedit, non errauit, nec pena falsi puniri aliquo modo potest, nam quod iure permittente fit penam non meretur. l. Gracchus. C. ad legem Jul. de adulter.

3 ¶ In secunda aūt quest. vera est conclusio, quod† filij omnes testatoris decesserūt sine filijs masculis, quod in dubio presumendū est, nisi probetur contrarium vt per dnm Consulentez, & vltra eū ita firmat insignis Modernus, & mihi vti pater honorandus Augustin. Bero. in c. in presentia. de proba. nu. 347. cum sequenti vsqz ad nu. 351. ad quem me refero.

¶ Nec verum est probatum fuisse, quod vltimo ex filijs testatoris natus fuerit posthumus, & superuixerit, quoniam falsum est, quod superuixerit, siquidem natus fuit, seu de ventre matris fuit extractus mortuus prout ex multis demonstrat dominus Consulens.

¶ Et probationes facte, quod viuus natus fuerit nō sunt concludentes, vt per consulentem abunde ostensum fuit.

¶ Et quanquam hoc sufficeret mulieribus fideicommissarijs scilicet asserere, quod omnes filij testatoris decesserunt sine filijs masculis, & sic eis decedentibus esse factum locuz fideicommisso in earum fauorem, cum habeant presumptionem legis pro se vt iam dictum est, tamen ille, ex abundanti tamen probauerunt, quod immo partus ille non venit in lucem viuus, sed iam mortuus ex assertione, seu depositione obstetricis, & aliorum testium, vt plene ostendit dominus Consulens, qui etiaz aperte, & viuis rationibus reijcit quedam, que in contrarium deducuntur, sic itaque stantibus predictis, & resolutis primis duabus quest. & ita reiectis primis duabus obiectionibus secundum quod per do. Consulentem reijciuntur.

¶ Superest tertia & vltima questio propter vltimam obiectionem proposita, super qua principaliter ego sum consultus, & in ea prima facie videtur dicendum per assertos Codicillos in versi. decedentibus heredibus in testamento scriptis &c. esse ita alteratum fideicommissum de quo in testamento, vt illi non videatur factus locus, nam in dicto versi. fideicommissum reformatur, quoniam cum in testamento dictum fuisset, si decesserint sine filijs masculis &c. in assertis codicillis dicitur sine heredibus masculis, vel feminis &c. vnde cum ex vno ex dictis filijs testatoris supersint due filie femine faciūt deficere fideicom-
4 missum. l. filiusfamilias. §. cū qs. ff. de leg. j. cū simi. nec† vz dubitandū quin sit attendenda vltima scriptura, & testatoris vltima voluntas, cum illa sit ambulatoria vsqz ad extremum vite l. iiij. ff. de adimen. legat. & l. cum hic status. §. ait oratio. ff. de donatio. inter vir. & vxor. facit. l. j. C. de sacrosanct. eccles. cum similibus, & quod in materia vltimarum voluntatum vltima scriptura preualeat, & ita suprema voluntas potior habeaf sunt iura aperta in l. si mihi, & tibi. §. in legatis. de legat. j. & in l. si quis in prin. testamēti. de leg. iij. vbi post alios hoc anno plene dixi.

¶ Nec videtur ob. quod in predicta scriptura vltima non appareat nomē codicillantis, nec locus, aut tēpus, quibus facta fuerit, quoniā videtur, quod satis ista appareant per relationē ad precedentia vbi dicitur vltima Julij &c. Antonius Frācīscus &c. Naz ista vltima scriptura videtur cōtinuata cū precedēti in eodem folio scripta, & cōsequenter omnia predicta circa personā, & tempus videntur repetita iuxta l. si quis ex argentarijs. §. si initium. & tradita ibi per Bar. & alios. ff. de eden.

¶ Sed tū istis nō obstātibus cōtraria opinio verior vz vt. s. fideicōmissum de quo in testamēto debeat obseruari, nō obstante predicta vltima scriptura, eo quod illa nullo modo valet, nec iure codicillorū nec alterius vltime volūtatis, multi eniz sunt defectus in ea propter quos redditur omnino inualida.

¶ Et primo, quia nō cōstat de nomine, & persona certa codicillantis, quippe satis absonū, & iuri cōtrariū esset, reperta aliqua

scriptura inter notas notarij, vbi legatur, substituit sic, ⁊ sic, ⁊ voluit ⁊c. ꝙ talis scriptura valeret, cum non constaret, quis fuerit ille disponens, vnde ratione incertitudinis disponentis erit omnino inutilis.

¶ Nec quicquam obstat, quod in contrarium dicebatur de relatione ad scripturam precedentem, quatenus ibi in princi. dicitur Antonius Franciscus, vt sic etiam sequens scriptura de qua agitur, dicatur ordinata per eundem Antonium Franciscum. Quoniam ad hoc respondetur primo, ꝙ illud posset forte procedere si vltima scriptura facta fuisset simul cum precedenti, ⁊ statim post illam secuta, quod certe non fuit, sed videtur facta diuerso tempore, vti constat ex diuersitate testium, qui in illis interuenerunt.

¶ Secundo etiam respondetur, posito, ꝙ relatio predicta, seu repetitio posset dici facta, quia dico, ꝙ adhuc remanet incerta persona authrix istius scripture, cum solum dicatur Antonius
5 Franciscus, ⁊ sic solum ponitur nomen proprium, ex † quo non constat de certa persona cum plures in vrbe illa reperiuntur homines, qui tali nomine vocabantur iuxta not. per Bal. in l. hac consultissima. C. qui test. facer. poss. cum concordantibus vt per Ruyn. in consi. xj. de vltima voluntate. nume. 15. ⁊ 16. iij. volu. erat enim opus, ꝙ poneretur etiam prenomen, vel tale quid propter quod persona certificaretur, vt etiam dixit D. Consulens per tradita per Bart. in l. fin. §. j. ij. col. ver. tu dicas clarius. C. de iur. deliber. ⁊ per Alexã. in consil. lxxxv. in causa mota contra commune Castri Franchi nu. 4. versi. ⁊ posito. lib. vij. facit quod infra dicam de incertitudine testium, ⁊ que ibi adducam.

¶ Secundo esto, ꝙ de certa persona codicillantis, seu authoris huius vltime scripture constaret, est alius defectus, q; nõ cõstat, ꝙ illa fuerit de mãdato, ⁊ voluntate eius scripta, nec ẽt po
6 stea per illum approbata, naz † ex hoc redditur dispositio inefficax ad tradita per Jaso. ⁊ alios in auth. quod sine e. C. de testamen. cum concordantibus vt per D. Consulentem.

¶ Additur preterea ⁊ tertio defectus testium in codicillis re
7 quisitorum, in † eis enim ⁊ qualibet vltima voluntate requirũtur ad minus quinq; testes. l. fina. §. fin. C. de codicil. ⁊ l. fina. C. de dona. caus. mort. qui in ista scriptura non reperiuntur, ⁊ licet sint scripti pro testibus fratres predi, qui sunt duo, ⁊ tres alij, ⁊ sic videantur descripti quinque, tamen non sunt omnes considerandi, nam inter ceteros describũtur pro testibus Cardellus, ⁊ Joannes Philippus, nec talibus proprijs nominibus adijcitur prenomen, vel cognomen, aut aliquid aliud ex
8 quo certificentur persone ipsorum testium, ⁊ † sic remanent incerti, perinde est ac si descripti nõ essent, vt voluit Joan. And. in addditio. ad Specu. in titu. de instrumen. edit. §. breuiter. versic. post locum. in addit. incip. dicit Accurs. vltra predicta, dum inquit ꝙ debent scribi nomina testium, ⁊ etiam cognomina, vt tollatur dubium, ⁊ incertitudo eorum, ⁊ clare ita determinat Alexan. in consil. cliij. videtur prima consideratione nume. 4. 5. ⁊ 6. lib. ij. cum concordantibus vt per Ruin. in d. consil. xj. loco preallegato. ⁊ etiam nume. 25. ⁊ per Cagnol. in proem. ff. orum super versic. discipuli. sub nu. 183. cum duob. sequent. ⁊ reperio, ꝙ ita etiam firmat apostillator Rolandini in suo flore testamentorum in titu. de testib. qui in testamen. adhiben. sunt, in vlt. addit. in fin. ⁊ Cagnol. vbi supra dicit esse communem * opin. ꝙ non dicitur persona aliqua certa demõstrata nisi nomen eius exprimatur cum duabus demonstrationibus, puta Franciscus Joannis de Jmola, nisi per proprium nomen quis redderetur certus, si forte esset nomen singulare in loco, vt Galloptessus vt per euz, sed nomina illa Cardellus, ⁊ Joannes Philippus non sunt talia, cum plures homines eiusdem nominis reperiantur, ergo ⁊c. si igitur hi duo testes habentur pro non appositis, sequitur ꝙ ista scriptura iure codicillorum valere non potest, merito non potest ex ea mutari, aut alterari fideicommissum in testamento factum in fauorem filiarum testatoris, sed vti factum attendi, ⁊ obseruari debet cum nihil in contrarium allegari possit, quod de iure subsistat.

¶ Sed dicet aliquis contra istam considerationem, quod licet non adsint quinq; testes reiectis duobus predictis, sunt ta
9 men duo, vel tres, qui † sufficiunt ad conseruandum testamentum inter liberos, licet de iure communi posset dici imperfectum iuxta preallegatam. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamentis, ⁊ supra plene dictum fuit, ⁊ si conseruatur testamentum fortius deberent conseruari codicilli, qui minorem solemnitatem requirunt, cum ⁊ ipsi in casu nostro ⁊ sic vltima scriptura predicta, sint inter liberos.

¶ Uerum adhoc respondetur duobus modis, ⁊ primo dici potest, ꝙ immo non remanent etiam duo testes, sed tantum vnus scilicet Lancellotus quondaz Ferri de Marochijs, qui vltimo loco in hac vltima scriptura describitur, ⁊ vt certa persona demonstratur, alij vero nequaquam, naz vltra predictos Cardellum, ⁊ Joannem Philippum, fuerunt descripti dum sub illis verbis, fratres suprascripti, ⁊ supra in fine precedentis scripture legitur fratre Francisco de Lugho, ⁊ fratre Francisco de Sarzana, dici enim potest, ꝙ ex hoc non cõstat de certa persona predictorum testium cuz plures reperiãtur fratres de Lugo, ⁊ de Sarzana, qui dicuntur frater Franciscus.

¶ Nec ob. quod in primo subdatur vicario fratrum obseruãtie, ⁊ in secundo ordinis minorum predicatorum, quia respondetur ꝙ ex hoc non tollitur incertitudo dictorum testium, q; plures esse possunt regule fratrum de obseruantia, ac etiã plures regule ordinis minorum predicatorum prout etiam considerauit excellentissimus Cõsulens ad quem in hoc me refero.

¶ Secundo ad argumentum respondetur, ⁊ est valde notan
10 dum quia dico † ꝙ regula d. §. ex imperfecto, videlicet ꝙ testamentum imperfectum respectu solemnitatis valeat inter liberos non potest procedere respectu vltime scripture, ex eo quia iam precedebat testamentũ inter liberos validum, tunc enim sequens imperfectum etiam inter liberos non debet attẽdi, vt voluit Oldrad. si bene animaduertatur in consil. cxix. Titius
11 condidit testamentum, dum ibi concludit † testamentum secundum imperfectum etiam ad pias causas factũ, nõ tollere precedẽs similiter ad pias causas ordinatũ. ⁊ in fine vult decisionem d. §. ex imperfecto, nõ procedere ⁊ tolli ex dictis per eum supra ⁊ sic ꝙ nõ procedat, quando precedit aliud testamentũ validũ. Jdem videtur velle Lud. Rom. in consi. cccxcvj. proposita cõsultatio hoc solũ querit, dũ in eo consilio determinat, ꝙ imperfectum, testamentum ad piam causam non tollit precedẽs perfectum sic ergo dici potest si sit inter liberos cum tales cause videantur equipararari ad loca vulgaria. Hanc opinionem sequi videtur Fulgos. in consil. xlj. casus talis proponitur iiij. colũ.
12 circa princi. dum concludit † primum testamentum validum, ⁊ perfectum non tolli per secundum imperfectum, nisi quando in primo essent extranei instituti, in secundo autem venientes abintestato, quod non est in casu nostro, quia in primo ⁊ dicuntur instituti liberi, ⁊ substitutio inter liberos facta fuerit, ⁊ intelligit hoc Fulgos. etiam si sit secundum testamentum, seu secunda dispositio inter liberos dum reijciendo opin. Bald. qui contrarium tenebat concludit, ⁊ clare ostendit, ꝙ ille. §. ex imperfecto. debet necessario intelligi de testamẽto imperfecto ante quod aliud perfectum non precedebat vt per eum, qui clare, ⁊ expresse idem voluit in consil. xcj. super eo, quod primo loco queritur. j. colum. ad fin. versi. secundo respondetur ꝙ d. §. ex imperfecto. ⁊ ibi pro ratione dicit non esse verum facilius admitti imperfectum inter liberos, quando aliud perfectum testamentum non precedit, quam si precederet per glo. not. in l. si filius, qui in potestate. ff. de liber. ⁊ posthu. Eandez opin. sequitur etiam Commen. in consi. cxij. si testator fecit primũ testm̃. in ver. item. §. ex imperfecto. debet intelligi ⁊c. vbi allegat, eandẽ rationẽ, ⁊ ẽt illã glo. quã allegat Fulgos. ⁊ ista opinio vltra predicta vrgenti ratione cõprobatur, quia qñ nõ precedit aliud testamentũ toleratur, ꝙ valeat imperfectum inter liberos, quia illi, dato, ꝙ tale testamentũ imperfectũ nõ valeret omnino erãt habituri ab intestato, ⁊ ideo cũ nulli inducat preiudiciũ fauore liberorũ, vt sic habeat ex causa testati inductum fuit testamentum licet imperfectum valere, vt ibi per Doct. quod non procederet stante valido precedenti testamento, q; in eo instituti admitterentur, ⁊ eis in causa testati preiudicaretur, si imperfectum valeret, ⁊ licet pleriq; velint decisionem d. §. ex imperfecto. non fuisse inductam fauore liberorum, tamen quod dixi videtur magis communiter receptum.

¶ Et licet non ignorem Bal. ⁊ quosdam alios aliter tenuisse circa intellectum d. §. ex imperfecto. ⁊ sic ꝙ procedat etiam si aliud perfectum, ⁊ validum testamentum precesserit, tamen tum rationibus predictis, quum etiam propter authoritatem tantorum iurisconsultorum non videtur ab ipsorum opinione recedendum eo maxime quia ad dicta Bald. respondent Fulgos. ⁊ Commen. in preallegatis consilijs.

¶ Et que dicta sunt de tertio defectu ultime scripture, de qua agitur, intelligo dicta ex abūdāti, ⁊ vt iustitia istarū filiarū testatoris clarior appareat, cū satis, superq; alia videantur sufficere.

¶ Et ex predictis omnibus bene consideratis apparet nihil penitus obstare conclusioni nostre, ea que supra in contrarium deducta fuerunt, illis enim omnibus supradictis apertissima sumitur responsio.

¶ Demum considerandū est, q̄ opinio predicta, vt substitutio de qua in testamēto non dicatur reiecta benignior est, ergo
13 in dubio† accipienda est l. proxime. ff. de his, que in testam. delen. ibi sed in re dubia benigniorem, ⁊c. ⁊ est regula in l. semper in dubijs. ff. de regu. iur. cum concordātibus adductis ibi per glo. Deci. ⁊ alios, sed benignior est pars vt iste sorores, vti substitute sint, vocentur, ergo ⁊c.

¶ Hoc aūt probatur, q̄ sicut per testatorem ab vniuersali successione pro earum rata naturali ratione quodāmodo debita masculorum contemplatione fuerunt exclusē, ita benignum est, ⁊ naturali rationi congruit, vt deficientibus masculis admittātur. Nec filie institutorum conqueri possint, quia etiam ipse simul cum filiabus testatoris pariter fuerunt substitute.

Laus Christo Redemptori nostro.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1553.

CASVS CONSILII LXV.

PRAESVPPONITVR in facto quod in testamento domini Gratij de Gandino fuerunt instituti heredes vniuersales dñi Julius, ⁊ Joānes filij eius masculi, ⁊ duabus filiabus videlicet Eleonore, ⁊ Camille fuit relicta certa dos iure institutionis. Et si vnus ex filijs, ⁊ heredibus decesserit sine filijs legitimis, ⁊ naturalibus substituit predictus testator alterum superuiuentem, siue alterius fortasse premortui filios legitimos, ⁊ naturales. Si vero vterq; ipsorum decesserit sine filijs legitimis, ⁊ naturalibus substituit eisdē prefatas filias suas Eleonoram, ⁊ Camillam, ⁊ earū filios ⁊c.

¶ Mortuo testatore decessit Julius primus filius relicta vxore pregnante, qui suo testamēto disposuit, q̄ si ex sua vxore nascetur femina ei dentur ducati. 3500. in quibus eam instituit heredem, ⁊ fratrem suum Joannem vniuersalem heredem instituit. Ex ventre predicto postea nata fuit femina nomine Julia. Eleonora facta monialis decessit, domina Camilla nupsit, ⁊ demum decessit Joannes alter filius testatoris sine filijs, ⁊ vniuersalem heredem instituit dominam Camillam eius sororē, ⁊ predicte domine Julie reliquit ducatos. 1500. vltra 3500. relictos a Julio patre eius, domina Camilla adiuit fratris hereditatem, ⁊ ita eam pacifice possidet. Nunc insurgit domina Julia, et petit ex causa fideicommissi sibi dari predictam hereditatē, domina Camilla negat se ad aliquid teneri. Queritur quid iuris?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De conditione si sine filijs decesserit an restringatur ad masculos?

¶ Et q̄ filij positi in conditione non censentur vocati.

¶ De substitutione reciproca vocāte superuiuētes, vel premortui filios an intelligatur vocare solum filios masculos?

¶ De masculino an, quomodo, ⁊ quando cōcipiat femininū?

¶ Et late de materia.

¶ De verbis testatoris, q̄ in dubio intelligūtur secundum q̄ testator accepit in eodem testamento.

¶ Et q̄ validissimum est argumentū ab absurdo euitando.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Testamentum & ultima uoluntas debent seruari, unica enim est legis intentio, ut ultima uoluntas morientis seruetur.*

2 *Fœminę comprehenduntur sub nomine filiorum in conditione positorū.*

3 *Agnatio non potest conseruari per fœminas.*

4 *Filij positi in conditione (regulariter loquēdo, nisi aliud appareat,) non dicuntur uocati.*

5 *Masculinum regulariter ex legali interpretatione cōcipit fœmininū, & nume. 14.*

6 *Locus à cessante ratione uel causa ualet.*

7 *Verborum proprietati etiam in testamentis inhærēdum est, nisi de contraria uoluntate testantis appareat.*

8 *Filiorum appellatione ueniunt etiam filiæ non ex proprietate sermonis seu ex ui uerbi, sed solum ex legali interpretatione.*

9 *Interpretatio extensiua quæ fit per legem ex uerosimili mente loquentis constare debet, ut per talem interpretationem recedatur à propria uerbi significatione.*

10 *Vsus communis loquendi attenditur et probari potest, & præfertur significationi uerborum de iure communi. & nu. 11.*

12 *Verba testatoris debent interpretari ex sua consuetudine loquendi.*

13 *Testamenti una pars declarat aliam.*

14 *Masculinum non concipit fœmininum quando testator uel alius disponens discretiue de masculis & fœminis loquitur.*

15 *Filiæ in feudis non ueniunt sub nomine filiorum.*

16 *Masculinum non concipit fœmininum quando etiam ex coniecturis ostenditur ita uerosimiliter testatorem uoluisse, in quo sufficit coniectura etiam leuis.*

17 *Voluntas testatoris ita interpretanda est, prout apparet uerosimiliter ipsum respondisse si interrogatus fuisset.*

18 *Verborum propriæ significationi testatoris in dubio seruiendum est.*

19 *Argumentum ab euitatione absurdi ualidissimum est in iure.*

20 *Consequēs qui uult dicitur simul uellē omne eius antecedēs necessariū.*

CONSILIVM LXV.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie.

¶ Viso themate proposito, inspectisq; ⁊ diligenter consideratis subtilissimis, ac doctissimis allegationibus excellentissimorum domini Traiani Delphini, ⁊ Joannis Pauli de Medicis mihi vti fratrum, ⁊ honorandorum consulentium in fauorem domine Camille, facile potuissem ⁊ ego in eorum sententiam veniens simpliciter eorum conclusionem approbare, cum quilibet eorum ita docte, ⁊ copiose presentem difficultatem disseruerit, vt additioni non videatur relictus locus, verum tamen ne cuipiam videar me impremeditatum ad talem comprobationem deuenisse, sed per prius difficultatem me degustasse appareat pro more meo paucula quedam subijcere cōstitui ex quibus (ni fallor) in conspicuo erit iustitia in fauorem domine Camille, tametsi casus iste primo aspectu videatur aliquantisper dubitabilis.

¶ In primis dico, q̄ dñā Camilla habet fundatam intentionē in testamento Joannis fratris eius nuper defuncti, a quo fuit
1 heres vniuersaliter instituta, debet enim seruari† testamentum, ⁊ vltima voluntas dicti Joannis. l. j. ⁊ ibi plene per Doct. C. de sacrosanct. eccles. immo dici solet vnicam esse legis intentionem, vt vltima voluntas morientis seruetur vt in authen. de iureiur. a morien. prest. in prin. collat. quinta. ⁊ potuit ipse Joānes testari nedum de parte sua paterne hereditatis, ⁊ alijs bonis per se acquisitis, sed etiam de parte Julij fratris eius predefuncti sine filijs masculis, etenim a patre eorum facta fuerat inuicem substitutio, vt si quis eorum decesserit sine filijs superuiuens esset substitutus.

¶ Et licet in conditione illa non esset expressum sine filijs ma-
2 sculis, ⁊ alias dici soleat, quod† sub nomine filiorum in conditione positorum comprehendantur femine iuxta l. iusta interpretatione. ff. de verbo. significatio. cum multis similibus vt alias dixi in consi. clviij. illustris dominus Andreas nume. 23. 24. ⁊ nu. 31. cum tribus, aut quatuor sequentibus. ij. volu. tamen attento, q̄ testator filiabus certum quid reliquit masculos instituendo dicitur eas exclusisse ab vniuersali successione, ⁊ postea substituendo eas non vocauerit, sed superstitem filium masculum substituerit dicitur in conditione voluisse ponere solum filios masculos premorientis fauore conseruande agnationis, vt sic illa conditio, sine filijs, restringatur tantum ad masculos attento maxime, q̄ in loco extat statutum excludens feminas a successione propter masculos, vt alias ego plene scripsi, ⁊ firmaui, ⁊ ita communiter * teneri ostendi in consil. clxviij. Magnificus Comes, eques, ⁊ J. V. D. nu. 26. cum multis sequentibus, ⁊ vsq; in finem consilij ij. vol. ⁊ quia publice circumfertur, ⁊ a predictis duobus excellentissimis doctoribus sepe allegatur, ad eos, ⁊ ad ibi dicta me refero, cum ab omnibus videri possint.

¶ Et si

¶ Et si dicatur, ꝙ in vltima substitutione facta, si vterque decesserit sine filijs, in qua vocantur Domina Camilla, ⁊ soror, defecit conditio propter superexistentiam Domine Julie filie Julij, vt sic ambo non dicantur sine filijs decessisse, ⁊ sic non sit locus substitutioni, Nam in dicta vltima substitutione non dicitur, ꝙ conditio sine filijs restringatur ad masculos cū in ea nō vocetur aliquis descendens masculus, sed filie femi-
3 ne testatoris, ⁊ † sic persone, per quas non potest conseruari agnatio iuxta distinctionem Pau. de Cast. in consi. 79. casus iste frequenter contingit. in antiquis. in nouis est nu. 410. ij. vol. quam refert, ⁊ sequitur Patruus, ⁊ Dominus meus Socin. in l. cum auus. col. mihi. 52. in versi. quartus casus. ff. de
* condit. ⁊ demonstrat. quam ⁊ ego secutus sum, ⁊ communē* esse demonstraui in d. consil. clxviij.

¶ Respondetur, ⁊ de plano, ꝙ in casu nostro domina Camilla non venit vigore substitutionis de ea facte, sed vigore testamenti domini Joannis fratris eius.

¶ Nec superexistentia Julie dicitur predicto testamento impedimento, quia esto, ꝙ illa faciat excludi substitutos, tamen ipsa domina Julia non dicitur aliquo modo vocata, cum so-
4 lum fuerit posita in conditione, etenim † positi in conditione regulariter loquendo (nisi aliud appareat.) non dicuntur vo-
* cati vt est glo. communiter* recepta ibi per Bar. Bald. Commen. Paul. de Cast. Jmol. ⁊ alios. in l. Lucius. la. ij. ff. de hered. instituen. ⁊ hanc opinionem tanquam cōmunem, ⁊ verā sequitur, ⁊ defendit patruus meus Soci. in d. l. cum auus. col. lxxj. cum duabus sequen. cū concordantibus vt alias dixi in cons. xxvij. Magnifica domina Magdalena. nu. 14. j. vol. ⁊ alibi sepe.

¶ Et hec clarissima sunt, ⁊ procedunt absq; difficultate vltra ꝙ etiam posset dici, ꝙ immo in casu isto conditio sine filijs ēt in vltima substitutione posita, esset restringenda ad masculos, super quo tamen non insisto, tanꝙ super non necessario.

¶ Et quod dictum est de vltima substitutione, vt scilicet domine Camille non obstet, ꝙ illa euanuerit propter existentiā domine Julie (concesso eo sine veritatis preiudicio.) quia domina Camilla non venit iure substitutionis predicte, sed ex testamento domini Joannis fratris eius, procederet etiam respectu prime substitutionis inuicem facte inter filios, ⁊ coheredes testatoris, posito, ꝙ dicte substitutionis conditio defecisset superexistente domina Julia, ⁊ sic posito, ꝙ illa conditio esset restringenda ad masculos, quoniam cum ipsa domina Julia fuisset tantum posita in conditione non poterat dici vocata ex testamento, vt iam dictum fuit, ⁊ consequenter non potuit impedire validitatem testamēti domini Julij patris eius, qui dominum Joannem fratrē eius fecit heredem vniuersalem, ob quam causam licuit etiam dicto domino Joanni in suo testamento domine Camille ab eo institute cum ceteris suis bonis relinquere partem paterne hereditatis dicti domini Julij fratris eius, in quo testamento in effectu se fundat domina Camilla.

¶ Solum igitur remanet difficultas, quia domina Julia dicit se vocatam ad bona domini Gratij aui sui paterni, ⁊ primi testatoris, que peruenerunt ad dictum dominum Joannem ex quo ipse decessit sine filijs, etenim in prima substitutione dictum fuit, ꝙ si vnus ex filijs, ⁊ heredibus institutis decesserit sine filijs testator substituit alterū superuiuentem, vel premortui filios, vnde cū filius premortuus fuerit, ⁊ ex eo supersit domina Julia filia, videtur, ꝙ illa dicatur vocata per fideicōmissum ad bona predicti Joannis sic sine filijs mortui.

¶ Nec videtur, ꝙ verba illa, premortui filios, sint restringenda ad masculos ex duobus.

¶ Et primo, quia licet verbum illud, filios, sit generis mascu-
5 lini, tamen † regulariter ex legali interpretatione concipit feminium. l. qui duos. de legat. iij. l. si ita scriptum. in princi. de legat. ij. ⁊ l. si quis ita. in prin. ff. de testa. tutel. iuncta d. l. iusta interpretatione. ff. de verb. signific. cū similibus. ⁊ dicit Abb. in c. maiores. ij. col. de baptism. ꝙ hec regula procedit etiam de iure diuino vt per eum.

¶ Secundo, quoniam isto casu non videtur considerabilis ratio conseruande agnationis, cum nullus masculus supersit ex dicto domino Julio, nec alius a testatore descendens, propter quam agnationem aliquādo potest fieri restrictio verbi, filiorum, ad masculos vt constat ex his, que plene dixi in d. cōsil. clxviij. ⁊ supra etiam dictum fuit, sed superest tantum domina Julia filia domini Julij, merito videtur, ꝙ verba illa premortui filios ipsam cōprehendant cessante causa propter quā alias talia verba ad masculos restringuntur. per locum a ces-
6 sante † ratione, vel causa iuxta. l. adigere. §. quāuis. ff. de iur. patronat. ⁊ capitu. cum cessante. de appellatio. bene facit. §. illis. ⁊ ibi per glo. ⁊ Doct. institut. de milit. testam. ⁊ plene tradit Bald. in l. generaliter. C. de episcop. ⁊ cleric. tradit etiam Deci. in consil. xxiiij. et pro virili mea. in princ. ⁊ ego dixi in consi. clxxxviij. mortuo Domino Hieronymo. nu. 86. ij. vol. sic igitur ex istis videtur, ꝙ domina Camilla vt heres domini Joannis fratris eius teneatur ex causa fideicommissi restituere bona, que fuerunt patris eorum predicte domine Julie, ⁊ in his (vt verum fatear.) consistit pondus, ⁊ dubitatio presentis consultationis.

¶ Jstis minime obstantibus verius esse arbitror dominam Camillam ad aliquid occasione fideicommissi predicti nō teneri (vltra disposita in testamento fratris eius.) concludendo ꝙ domina Julia non potest dici vocata in occurrenti casu mediante illa prima substitutione, quia verba illa, vel premortui filios, sunt omnino intelligenda solū de masculis, ⁊ istud multipliciter deducitur.

7 ¶ Et primo, et ante omnia allegatur proprietas † verborum, a qua in dubio etiam in testamentis recedi non debet, nisi de contraria voluntate testantis appareat vulgata l. non aliter. in princ. ff. de legat. iij. cum similibus, vnde cum in isto casu testator vocauerit filios in genere masculino, solum de masculis intellexit non de filiabus, que diuerso nomine, et genere appellantur.

8 ¶ Et licet dici soleat, ꝙ † masculinum, concipit femininum, ⁊ sic ꝙ sub nomine filiorum, etiam filie ueniunt vt in cōtrarijs dicebatur, tamen illud non est ex proprietate sermonis, seu ex vi verbi, sed solū ex legali interpretatione, ⁊ bene probatur in l. iusta interpretatione. ff. de verb. significat. etenim lex sermonem illum in genere masculino sepe porrigit ad femininum. l. pronunciatio. in princ. eod. titul. seu velis dicere loquendo de verbo, filius, ꝙ lex tale verbum extendit ad filiā vt isto modo loquendi vtitur Jmperator in l. cum in adoptiuis. prope
9 fin. C. de adopt. ⁊ ista † interpretatio porrectiua, seu extēsiua fit per l. ex verosimili mente loquentis, vnde de ea cōstare debet, vt per talem interpretationem recedatur a propria verbi significatione per predicta, ⁊ ita in effectu voluit Bar. in l. si quis in tantam. ij. col. C. vnde vi. ⁊ in l. j. ff. de verb. sign. Gemin. in c. in generali. iij. col. de elect. lib. vj. Alex. in consi. lxj. super eo, de quo queritur. nu. 2. lib. j. Corn. in consi. xiiij. in presenti consultatione. ij. ⁊ iij. col. ij. vol. patruus, ⁊ dominus meus Socin. in consi. lxxviij. capiendo primum. post princip. iiij. vol. Jas. in l. si quis id quod. in xij. limitatione. ff. de iurisd. om. iud. Deci. in l. femine. col. xiiij. versi. secundo regula procedit. ff. de regu. iur. ⁊ in consi. ccccliij. consultū fuit. ij. col. Ruy. in consi. cxlvj.
* videtur prima facie. nu. 5. ij. vol. ⁊ de hoc est cōmunis opinio* prout ita tenendo asserit Curt. Jun. in authen. preterea. x. col. C. vnde vir. ⁊ vx. ⁊ ita etiam ante ipsū Corn. in consi. cxxxviij. placet mihi. col. fin. ij. vol. cum concordantibus multis, vt per Docto. in locis preallegatis, ⁊ dixi in d. consi. clxviij. num. 26. ⁊ 27. ij. vol. sed in proposito casu de mente testantis non cōstat ꝙ voluerit sub nomine filiorū comprehendi filias, sed potius contrarium, vt infra ostendetur, ergo a propria significatione non est recedendum, eo maxime, quia nomen filiorum ex communi vsu loquendi solum masculos complectitur presertim in sermone materno, quo solent vti vulgares testatores, solent
10 enim dicere figliuoli, ⁊ figliuole, separatis vocibus, ⁊ † talis cōmunis vsus loquendi posset probari iuxta doctrinā. Bart. in l. labeo. ij. col. versi. circa communem vsum loquendi. ff. de supellect. legat. cum concordantibus vt scripsi in consi. lxj. reperitur quedam scriptura. nu. 26. ij. vol. vnde esto, ꝙ ex iure communi venirent filie sub nomine filiorum absq; preiudicio veritatis, tamen in casu nostro non continebuntur ex quo cō-
11 munis vsus loquendi est in contrarium, nam † ille attendi debet, et prefertur significationi verborum de iure communi vulgata. l. librorum. §. quod tamen cassius. ⁊ ibi not. ff. de legat. iij. ⁊ ego dixi in consi. xciiij. proponitur, in facto, ꝙ quidā Nicolaus. nu. 4. j. vol. ⁊ ita alias in sermone materno, ꝙ secūdū communem vsum loquendi debet intelligi dixit Corn. in cōsil. cxxiiij. ardua primo aspectu. litera V. ij. vol. ⁊ Deci. in cōsil. ccclxvj. pro declaratione eorum. nu. 8.

¶Secundo idem ostenditur, quia verba a testatore prolata si dubitatur quomodo sint capienda (prout in casu nostro cōtingit de illis verbis, premortui filios, an scilicet comprehendant filias) capi debent in eum sensum, in quem testator in eodem te
12 stamento supra ea acceperat, vt † sic ex consuetudine loquendi testatoris, verba sua interpretentur iuxta doctrinam Bart. in l. Centurio. col. 9. versi. vel quid si in precedentibus. ff. de vulgar. & pup. facit regula qua dz verba dubia in testamento declarari ex precedentibus. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de lega. j. cum similibus. prout hec ego dixi etiam alia allegando in cōsi. clxxxvj. Magnificus dominus Lazarus de Oria. nu. 11. & 12. ij. vol. sed sic est, q testator noster, quando supra de filijs meminit semper intellexit de masculis, vt plene ostenditur per predictos dominos consulentes, ergo &c.

¶Et hoc argumentum eo magis concludit, quia inter alia testator in eadem prima substitutione verba illa, sine filiis intellexit tantum de masculis vt supra conclusum fuit, nam cū verba, et premortui filios, ponantur post illa sine filijs, & in eadem oratione debent omnino intelligi, scilicet masculis. arg. l. iam
13 hoc iure. post princ. ff. de vulg. & pupil. & quia† vna pars testamenti declarat aliam. l. qui filiabus. & ibi per Doct. de legat. j. cum concordantibus. vt alias dixi in consil. cxiiij. stante testamento quondam Clarij. nu. 22. j. vol. ac etiaz quia facilius in verbis illis sine filijs sic conditionaliter prolatis includuntur femine, quam in verbis illis, & premortui filios, sic dispositiue prolatis, ad tradita per Corn. in consil. ccxxx. quanquam in hac consultatione Litera N. iij. vol. vbi videtur determinari casus noster, Nam sicut ibi sub qualitate masculinitatis primū substitutum vocauit vocando filios masculos & propterea subdendo, & filios defunctorum, dicitur tantum de masculis intelligere vt ibi per Corn. ita & in casu nostro dum dicitur & alterū superuenientem tantum de masculo virtualiter intellexit, cum solum de Julio, vel Joanne filijs masculis substitutis poterat loqui. vnde similiter de masculis tantum debent intelligi sequentia verba, vel premortui filios, quasi illa subrogentur loco primo vocati, & sic dicantur debere esse eiusdem qualitatis, vt ibi arguit Corn. allegando. l. fin. §. cui dulcia. ff. de vin. tritic. & ol. legat. vt per eum. si igitur verum est, q in isto testamēto verba illa conditionalia, si sine filijs ad masculos restringūtur, fortius sunt restringenda ad masculos illa sequentia premortui filios cum dispositiue posita fuerint.

14 ¶Tertio hoc idem probatur, quia quod dici solet, q† masculinum concipit femininum, vt in contrarijs dicebatur multis modis limitatur vt per Jas. in d. l. si quis id quod. de iurisdict. omn. iudi. et per Dec. in l. femine. nu. xv. cum multis sequen. ff. de reg. iur. & alibi sepe per nostros doct. quorum aliqui modi seruiunt in casu nostro.

¶Inter cetera enim primo limitatur, vt non procedat quando testator, uel alius disponens discretiue de masculis, & feminis loquatur, vt per Jas. in d. l. si quis id quod. in iij. limit. & per Deci. in dict. l. femine. in v. limitatione. sub nume. 99. &c.

¶Secundo limitatur, quando essemus in materia differen-
15 ti puta in feudis, Nam † tunc sub nomine filiorum non veniūt filie vt per Jas. vbi supra in prima limitat. & per Deci. vbi supra sub. d. nume. 95. & voluit hoc Parisi. in consi. xlj. Joannes testator. nu. 15. cum seq. & Clarius in consil. liij. dominus Hieronymus. nu. 37. iij. vol.

16 ¶Tertio limitatur, quando † contrarium verosimiliter voluisset testator etiam, q ex coniecturis id ostenderetur Jas. vbi supra in ix. limitat. & Deci. in iiij. vt per eos, & coniectura quelibet sufficit etiam leuis vt per Sozad. in consi. xxxxv. visis allegationibus. nu. 6. in fin. Que tres limitationes verificantur in casu isto vt sic verba illa, vt premortui filios, feminas nō cōtineant, sed tantum de masculis sint intelligenda.

¶Naz primo loco testator quando voluit de feminis loqui vsus fuit genere feminino, quando vero solum de masculis loqui volebat, proferebat verba generis masculini, vt sic dicatur de eis discretiue locutus igitur &c. vt in prima limitatione de qua supra dictum fuit.

¶Secundo dico, q sumus in materia differenti, nam licet alias materia successionis de iure communi sit indifferens, & vtrunque sexum amplectatur, tamen in proposito nostro dicitur differens tum propter statutum loci, quo cauetur feminas non succedere stantibus masculis, cum etiam propter testatoris dispositionem, qui semper voluit masculos preferre feminis vt ex toto suo testamento apparet, & in eo presumitur se velle conformare cum municipali dispositione vt supra deductum fuit, & hoc tam per statutum quam per testatores censetur factum fauore conseruande agnationis vt est notissimū & ego dixi in consil. j. factum tale proponitur nu. 38. cum aliquibus seq. j. vol. si igitur materia est, differens verba illa premortui filios in genere masculino prolata feminas non comprehendunt vt dictum fuit in ij. limitatione.

¶Tertio dico, q verosimiliter in casu nostro testator in predictis verbis noluit comprehendi filias nedum ex leuibus cōiecturis, sed ex potentibus, & valde vrgentibus, vt ex predictis constat, & ex sequentibus plenius constabit, ita quidem vt si testator de hoc casu interrogatus fuisset, verosimiliter respondisset se solum voluisse vocare premortui filios masculos, & non
17 feminas, quo † posito ita, & nos interpretari debemus, & iudi-
* care iuxta tradita communiter * per. glo. & Doctores in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. cum concordantibus, vt per Ruin. in consi. clxxvij. proponitur, q testator instituit nu. 2. dixi. in consi. xc. dominus Marianus. nu. 14. j. vol. & alibi sepe.

¶Et tanto magis hoc dicendum est in proposito, quia non agitur de extendenda dispositione testatoris ad casum obmissum quo casu posset super eo dubitari ut per Ruin. in d. consi. clxxvij. nu. 12. sed dicimus hoc expressum secūdum proprietatem verborum iuxta superius declarata, vnde si illud tollerare-tur aliquando vltra vim, & importantiam verborum, vt scilicet verosimili menti testatoris seruiamus, fortius isto casu di-
18 cendum est, ex † quo cum verosimili mente testatoris concurrit verborum propria significatio, ei enim in dubio seruiendū est, l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercitor. & l. non aliter. in princip. de legat. iij.

19 ¶Quarto principaliter idem ostenditur per † argumentum ab euitatione absurdi, quod in iure validissimuz est, & frequēs l. in pecudum. ff. de vsur. l. diuortio. vbi Jas. in v. not. ff. solut. matr. l. fin. C. de auth. prest. c. clericos. de offic. vicar. & c. cum satis. de offic. Archid. & est bonus tex. in l. heredes mei. §. cum ita. & ibi post alios ego dixi. in ix. not. ff. ad trebell. cum concordantibus multis vt alias dixi in consi. x. abunde & subtiliter nu. 16. & in consi. clxxxj. de duobus in presenti. nu. 52. ij. volu. dicimus ergo q quelibet dispositio etiam testatoris sic debet intelligi, & declarari ne ex illa oriantur absurda, & inhumana, sed si verba illa, premortui filios, etiam filias feminas continerent absurda magna sequerentur, & quid inhumanū, ergo &c.

¶Illud autem ostenditur, quia primo sequeretur, q domina Camilla filia testatoris, & sic magis dilecta, cum quia filia, & sic proximior, tum quia nata, & sic cognita, deterior esset domina Julia nepte remotiori, & ipsi testatori incognita, quia nonduz nata erat, & sic minus dilecta, quod certe absurdum videretur per l. si viua matre. C. de bon. matern. versi. nam licet hoc nouum &c. cum similibus.

¶Secundo etiaz sequeretur (& hoc puto bene considerandū) q si simul ex Julio primo defuncto superfuissent masculus, & femina simul fuissent admittendi, nam si verba illa, & premortui filios, etiam feminas cōtinerent vtiq ambo dicerentur vocati, quod certe esset absurdum, & contra mentem testantis, qui semper voluit masculos preferre feminis, ne igitur hoc absurdum sequatur oportet dicere, q masculinum isto casu nō concipiat femininum, & sic q testator soluz filios masculos premortui voluerit vocare, & istud argumentum presertim ex secundo capite mihi videtur concludentissimum.

¶Quinto idem apertissime ostenditur, nā testator vocat premortui filios anteq vocet filias feminas, vt ex ordine testamēti apparet filias vero dicitur vocare post masculos, & illis deficientibus, vt sic dicamus, q ipsis filiabus solum masculos eius descendentes preponere voluerit, vt similiter testamenti tenorez considerādo quisq cognoscet propter quod necesse est, quod verba illa premortui filios solum de masculis intelligantur
20 ex omnimoda voluntate testatoris, nam † qui vult vnum dicitur simul velle omne eius antecedens necessariuz. l. nec is. §. j. & l. illud. ff. de acquir. hered. l. si iter legatum. ff. de seruit. & traditur plene per Doct. per illum tex. in l. ij. ff. de iurisdict. omniuz iud. cum concordantibus vt dixi in consi. xxxviij. magnifici, ac iustissimi. nu. 2. j. vol. si igitur testator prius masculos & post eos filias vocari voluit, & ante eas voluit admitti filios premortui, necessario voluit sub nomine filiorum premortui, solos masculos contineri, & hec etiam consideratio apud me videtur

videtur vrgentissima, & concludens, cui, nec etiam precedēti, non uideo quid cōcludenter responderi possit. & ex fundamētis supra positis apparet sublata esse, & omnino euersa omnia, que supra in contrarium deducta fuerunt.

¶ Ex predictis itaq; & alijs pluribus deductis per excellentissimos aduocatos predictos i suis doctissimis allegationibus procul dubio concludendum est dominam Juliam non comprehendi sub illis verbis, siue premortui filios, sed illa verba solum de masculis sunt intelligenda & consequenter sequitur, q Magnifica do. Camilla vti heres testamentaria do. Joannis fratris eius omina iuridice possidet, nec ex causa fideicommissi aliquid prestare cogitur dicte domine Julie vltra contēta in testamento predicti domini Joannis.

¶ Et licet predicta satis superq; sufficiant ad victoriam domine Camille tamen ex abundanti videtur, q Magnifica domina Camilla possit venire etiam ex vltima substitutione per quam ipsa dicitur in effectu vocata, si vterq; sine filijs decesserit &c. videtur enim conditio ipsa impleta, nam Julius testatoris filius, qui primo decessit, dr sine filijs decessisse, quo ad mētem testatoris, quia decessit sine filijs masculis, attento, q cōditio illa, sine filijs restringebatur ad masculos iuxta alias dicta per me in d. consil. clxviij. & supra etiam fuit dictum, similiter, et dominus Joannes alius filius testatoris dicitur sine filijs decessisse, & quidem vere cum nullum post se reliquerit, vnde cuz conditio vltime substitutionis dicatur impleta, quia verum sit vtrunq; sine filijs decessisse (secundum q conditio illa fuerat a testatore accepta) sequitur substitutioni in qua domina Camilla vocata fuit, locum factum fuisse.

¶ Et ad hec nō parū facit, quia mihi in facto presupponitur, q in ciuitate Mantue (vbi causa agitatur) conditio si sine filijs decesserit semper restringitur ad masculos, quādo filia per testatorē fuerat exclusa, etiam si nō fuisset substitutus aliquis masculus descendens testatoris prout fuit pluries iudicatum a consiliarijs Illustrissimi Ducis Mantue ipsum principem representantibus. de quo me remitto ad allegationes predictas, & ad veritatez facti, super istis tamen non instabo vlerius veluti super non necessarijs, cum ea, que supra deducta fuerunt abundantissime iustitiam domine Camille ostendant.

Laus Deo Opt. Max.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1553.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LXVI.

¶ De substitutione inuicē facta de quatuor nominatim institutis per hec verba, & eos, & quemlibet eorum ad inuicem substituo, si quis decesserit sine filijs, vtrum scilicet ad eam cū superstitibus concurrant filij premortuorum.

¶ Et de fideicommisso conditionali an scilicet transmittatur saltem ad descendentes pendente conditione.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Filius præmortui fratris uti representans personam patris utrum admittatur ad fideicommissum una cum patruo, sicut admitteretur ab intestato, remissiue.*

2 *Contentum in substitutione hoc dici non potest, de quo non loquitur substitutio ipsa.*

3 *Filiorum nomine continentur nepotes. declara ut nu. 4.*

5 *Filij fratrum præmortuorum de iure communi succedunt pariter cum patruo.*

6 *Fideicommissum conditionale siue spes ad illud non transmittitur fideicommissario decedente pendente conditione.*

7 *Representationi an sit locus in fideicommissis, sicut in successione ab intestato, remissiue.*

CONSILIVM LXVI.



DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Visis testamentis Magnificorum dominorum Stephani, & Thome de Cazuffis fratrum, & nobilium Tridentinoruz, ac etiā viso, & diligenter considerato elegantissimo, & doctissimo cōsilio Excellentissimi doctoris domini Francisci Cazuffi mihi uti fratris honorandi edito ad interpretationem substitutionis in quolibet ex illis testamentis contente, de subscriptione dicti consilij si iustitia patiat requisitus prompto animo in eius sententiam vti iuridicam venio, vt scilicet stantibus predictis testamentis cum suis substitutionibus, & nuper decedente domino Francisco sine liberis vno ex quatuor institutis, & inuicem substitutis, ad partem eius admitti debeat solus Thomas frater eius, qui ex quatuor institutis solus superest exclusis filijs dominorum Laurentij, & Bartholomei aliorum fratrum predefunctorum, & ista conclusio apud me est indubitata stantibus regulis iuris, & communibus doctorum nostrorum opinionibus vt statim ostendetur.

¶ Nec (ni fallor) est opus intrare arduam illam difficultatē
1 vtrum scilicet filius † premortui fratris vti representans personam patris admittatur ad fideicommissum vna cū patruo sicut ita admitteretur abintestato, de qua questione fit plena disputatio in l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de legat. ij. & in qua glo. ibi a multis approbata tenuit eos simul admitti, Bald. vero, quem etiam multi sequuntur glo. illam reprobando tenet contrarium in quā difficultatem ingressus fuit, & eaz subtiliter discussit Excellentissimus cōsulens sequendo opinionē Bal. vt per eum, illa enim disputatio procedit quando plures sub nomine familie, agnationis, vel simili aliquo nomine collectiuo, & sic ex sui natura complectente plures personas diuersorum graduum, nam tunc cum regulariter sint admittēdi proximiores vt habetur in d. §. in fideicommisso. dubitatur vtruz solus patruus superstes vti proximior sit admittendus ad fideicommissum, an vero cum eo cōcurrat filius fratris premortui, etiam, q sit remotior quasi habeatur pro pari suo intrando in locum patris eius predefuncti per representationem ipsius, sed iste non est casus noster, nā in quolibet ex predictis testamentis sunt instituti dominus Laurentius, dominus Bartolomeus, dominus Thomas, & dominus Franciscus inuicē fratres primo testatori filij, secundo autem nepotes ex fratre, & post institutionem predictam in vtroq; testamento subditur, & eos, & quēlibet eoruz decedentes, & decedentem sine filijs legitimis, & naturalibus ad inuicez, & vicissim substituit vulgariter, & per fideicōmissuz, verba autē illa, & eos, & quēlibet eorū debēt exponi scilicet Laurentium, Bartolomeum, Thomam & Franciscum, & sic ipsi nominati sunt inuicē substituti, si quis eorum decesserit sine filijs, & ita sunt ista verba intelligenda, nō autē, q decedentes sint substituti, vt sonare videtur ex tabellionis inaduertentia, non autez sunt substituti eorum, aut cuiuslibet eorum filij, vt de se patet, & in materia ista substitutionis so-
2 let pro regula dici † de hoc non loquitur substitutio, ergo dici nō potest in ea contentum prout hanc regulam post Oldrad. Jo. And. & Abb. per eum relatos firmat patruus, & dominus meus Socin. iu consi. lxij. viso capitulo. iij. col. iij. vol. cum cōcordantibus vt alias dixi in cons. cxi. dominus Petrus testa. nu. 27. j. vol. & in consi. lxxj. Prouidus vir ser Petrus. nu. 8. ij. vol. cum igitur substitutio non vocet filios institutorum. nec de eis aliquo modo loquatur, non potest dici, q sint ali, quo modo substituti.

3 ¶ Et si dicatur, q † sub nomine filiorum domini Stephani possunt contineri eius nepotes iuxta. l. filij appellatione. & l. iusta. ff. de ver. signi. & tradunt Bar. & alij in l. liberorum. eo. tit. & in l. Gallus. §. instituens. ff. de liber. & posthum. vt sic nomē filiorum sit nomen collectium etiam plurium personarum diuersi gradus prout sic appellat patruus, & dominus meus Socin. in d. l. Gallus. §. j. col. iiij.

4 ¶ Respondebitur, & de plano, q † argumentū procedere forte posset si simpliciter & generaliter fieret mentio de filijs eis prouidendo, non autem quando de filijs proprio nomine vocatis, & specialiter nominatis, tunc enim sub nomine filiorum
* non continētur aliquo modo nepotes vt est communis * doctrina Bar. & aliorum in d. l. liberorum. & tradunt Doct. maxime Moder. in predicto. §. instituens. & hoc dicitur esse indubitatum, & extra omnem disputationem Doctorum vt dicit Curt. Junior. in consil. lvij. habita diligenti consideratione num. ij. & ad sensum ostenditur, nam si voco Titium, & Sempronium filios sub tali nomine, non potest comprehendi filius Titij, vel Sēpronij, remanet itaq; firma, & indubitata cōclusio, q in casu nostro in verbis substitutionum de quibus agitur, videlicet & eos, & quemlibet eorum &c. nepotes siue filij institu-

lij institutorum comprehendi non possunt, cum illa sint omni no referēda ad quatuor illos proprio nomine institutos, scilicet Laurentium, Bartolomeum, Thomam, & Franciscum, sub quorum voce, aut cuiuslibet eorum non veniunt, eorum, aut cuiuslibet eorum filij, & hoc procul est ab omni dubitatione, & sic sequitur in proposito, quod filij premortuorum domini Bartolomei, & Laurentij non possunt venire ad fideicommissum vigore substitutionum predictarum, sed solus Thomas dicitur vocatus.

¶ Nec quemquam offendat quod dici solet testatorem censeri in sua dispositione voluisse se conformare cum dispositione iuris communis, secundum quam pariter † cum patruo successissent filij premortuorum fratrum, vt est trita, & communis * doctrina in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebellian. cum similibus vt alias dixi in consi. lxxiiij. viso testamēto. nu. 5. & 9. j. vol. & in consi. cxlix. proposita questio. nu. 4. ij. vol. & alibi sepe.

¶ Quoniam clara est responsio, nam illud procedere potest in dubio, & quando verba non repugnarent tali interpretationi, vt traditur in locis predictis, sed in casu nostro verba non patiuntur vocari istos nepotes, quibus seruiendum est l. nō aliter. in princ. de legat. iij. cum alijs vulgar. & dicimur esse in claris per predicta, igitur &c.

6 ¶ Nec dicere possunt isti filij premortuorum quod debent admitti ex persona eorum parentum, dicendo, quod † ipsi in eos transmisserunt fideicommissum, siue spem ad illud licet decesserint pendente conditione vt voluit glo. in l. is cui. ff. de act. & oblig. quam sequitur, & nititur defensare dominus meus Soc. in dicto. §. cum ita. quoniam illa opinio est falsa, & communiter reprobata in dicta l. is cui. per Bartolum, & alios in l. j. ff. de legat. j. & est communis * opinio glo. Bald. Salycet. & aliorum in l. vnica. C. de his qui ante apert. tabul. & alias ego hanc communem opinionem aperte probaui in dicto. §. cum ita. & defensaui a fundamentis in contrarium allegatis per patruum, & dominum meum Socinum ibi, sed non expedit nunc super eis insistere, vnde gratia breuitatis ad ibi dicta me refero, concludendo vna cū Excellentissimo consultore per predicta, & alia plura per eum sapientissime deducta solū Thomā predictum ex predictis substitutionibus esse admittendum reiectis penitus predictis filijs premortuorū Laurentij, & Bartolomei, aliter pro nunc non determinando dubiam illam dif-

7 ficultatem an † in fideicommissis sit locus representationi, sicut in successione ab intestato de qua est controuersia inter gl. & plures alios ex vna, & Bald. & alios plures ex alia in preallegata. l. cum ita. §. in fideicommisso. de legat. ij. Laus Deo.

¶ Socin. Nepos Bononie. 1553.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LXVII.

¶ De vocato ad bona decedentis sine coniunctis infra certum gradū, vtrū s. debeat probare illū ita decessisse, vt admittatur?
¶ Et de negatiua an sit per actorem probanda si sit fundamētum sue intentionis?
¶ De parentela quomodo sit probanda?
¶ De verbis enunciatiuis instrumentorum, an & quomodo probent?
¶ Et quod si sint iurata, vel ēt si emissa sint per modū cause?
¶ De tractatu, & quasi possessione parentele, an sufficiat eas probare?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ¶ *Actor, cui aliquid debetur sub conditione, si prætendit agere, audiri non debet nisi probet conditionem illam impletam.*
2 *Actore non probante reus absolui debet etiam si nihil probauerit.*
3 *Negatiua sui natura, non potest probari. & quando est fundamentum intentionis agentis, ille tenetur eam probare eo meliori modo quo potest. & nu. 4*
5 *Cognatio quomodo probetur.*
6 *Filiatio ex parte matris est facillime probationis, quia mater certa est, ex parte vero patris est difficillima.*
7 *Aliud est quem esse talem & aliud haberi pro tali.*
8 *Natus ex vxore mea in domo mea presumitur meus, etiam si probarē vxorem adulterasse.*
9 *Natus ex concubina in domo retenta præsumitur filius concubinarij.*
10 *Tractatus solus etiam sine nominatione inducit probationem filiationis. & num. 22.*
11 *Præsumptio pro aliquo transfert onus probandi in aduersarium.*
12 *Verba ennuntiatiua non disponūt nec probāt concludenter filiationem maxime inter alios, inducunt tamen præsumptionem filiationis, ita quod transferant onus probandi in asserrentes contrarium.*
13 *Instrumento et contentis in eo standum est donec cōtrarium probetur.*
14 *Verba ennuntiatiua probant semiplene siue præsumptiue.*
15 *Filius habitus & reputatus pro tali habetur pro tali nisi contrarium probetur.*
16 *Parentellæ quasi possessio transfert onus probandi in aduersarium.*
17 *Actus iuramento firmatus dicitur cum magna deliberatione gestus.*
18 *Error non præsumitur vbi præstatur iuramentum assertorium.*
19 *Iuramentum præstitum circa ennūtiatiua verba operatur vt illa disponant præter naturam verborum ennuntiatiuorum.*
20 *Disponere plus est quā probare vel declarare existētia vel iā disposita.*
21 *Verba ennuntiatiua ennūtiata in instrumento per modum causæ dispo non, & probant saltem præsumptiue donec contrarium probetur.*
23 *Præsumptio est pro iudice & sententia eius.*

CONSILIVM LXVII.

DIRIGAT Dominus verba mea in vias veritatis, & iustitie.

¶ In causa mota per fabricam Sancti Petronij, siue eius administratores contra Nobilem virum dominum Jo. de Auoleo possessorem bonorum, & hereditatis quondam domini Zannini Aloisij de Zaccarijs nuper intestati defuncti. asserit enim fabrica predicta hereditatem, et bona predicta ad se pertinere, eo quod dicit dictū do. Zanninum decessisse sine aliquo consanguineo agnato, vel cognato vsque infra quintum gradum sibi coniuncto ostendendo de hoc priuilegia sua.

¶ Ex aduerso tamen dominus Joannes de Auoleo dicit, quod immo ille vti legitimus heres dicti Zannini talia bona, & hereditatem possidet vti proximior coniunctus illi, & infra quartū gradum inspecto iure canonico, & inter eos vocabātur consobrini, siue amitini vti nati ex fratre, & sorore, qui vulgo appellantur fratelli cugini, & ita falsum esse asserit prefatum decessisse sine herede, vel coniuncto infra quintum gradum.

¶ De duobus principaliter tractandum est.

¶ Primo ad quem in predicta difficultate incumbat onus probandi vtrum scilicet ad frabricam, quod Zanninus sine tali herede decesserit, an vero ad dominum Jo. quod ipse esset dicto Zānino coniunctus, vt supra.

¶ Secundo posito, quod ad Dominum Jo. pertineat probatio iam dicta (sine preiudicio veritatis) videndum est, vtrum illud probauerit ex his, que deducta fuerunt.

¶ Circa primum conclusiue loquendo, & reiecta disputatione ad partes videtur, quod probatio incūbat fabrice predicte, nā stantibus indultis, & concessionibus factis fabrice, ei dicitur debita hereditas si quis decesserit sine agnatis, vel cognatis infra quintum gradum secundum ius canonicum, et sic sub illa conditione, propter quod sequitur, quod fabrica audiri non de-

1 bet, † nisi probet conditionē illam impletā iuxta l. cedere diē. ff. de verb. sig. Sicuti contingit in omnibus, quibus aliquid sub certa conditione debetur, vt scilicet ad id petendum non admittātur, nisi conditionem illam impletā probauerint alias eo non probato veluti plus tēpore petentes reijcerētur, iuxta §. plus. versi. tempore. instit. de act. Et verum est hoc etiam si conditio fuisset negatiua, nam etiam tunc actor debet probare conditionem esse impletam vt per Jas. in l. in illa stipulatione. in xij. notab. ff. de verb. obligat.

¶ Ad quod ij. facit. l. eum, qui nouissimus. ff. ad trebelliā. ibi si non ostenderit &c. imponitur enim ibi onus probandi quē nouissimum decessisse, sub qua conditione, vel in eius euentū ad fideicommissum erat vocatus.

2 ¶ Tertio facit trita illa regula, qua dicitur actore † non probante reus absolui debet, etiam si nihil probauerit. l. qui accusare. C. de eden. l. frustra. C. de probat. & l. fin. C. de rei vendicat. cum similibus.

¶ Unde cum dominus Joannes de Auoleo bona, de quibus agitur, possideat, & in iuditio sit reus cōuentus, nō videtur dubitandum, quin ueniat absoluendus, si per fabricam non probetur

betur intentio sua. dicta l. fin. cum alijs allegatis.

¶ Quarto, ⁊ vltimo, ⁊ fortius hoc probatur, quia licet simus in probāda negatiua scilicet Zanninum decessisse sine coniun
3 ctis vt supra. que † sui natura non pōt probari. l. actor. C. de probat. ⁊ ideo pro regula dicitur in l. ij. ff. eod. titul. ꝙ pro
4 batio incumbit ei, qui dicit, nō ei, qui negat. Tamen † quando negatiua est fundamentum intentionis agentis, ille tenetur eā probare eo meliori modo, quo potest, prout de hoc est doctrina Bar. satis nota in l. in illa stipulatione si Kalendis. ff. de verb. obl. cū concor. multis allega. ibi per Alex. ij. col. vers. extra glo. tangit hic Bar. qui sequēdo Bar. in fin. dicit, ꝙ ita
* est communis opinio. * ⁊ ita sequitur, ⁊ dicit ibidem Ias. mihi nu. 15. ⁊ alios concordantes allegat, allegando etiam meliora iura, quam ibi faciat Bar. videlicet. l. pen. §. docere. prout ibi notant Bar. ff. ne quis eū, qui in ius vocat. est vi exim. ⁊ l. item ait pretor. §. hec autem. ⁊ in l. sequē. ff. ex quibus caus. maior. ⁊ vtrobiꝗ notant Bar. ⁊ ita etiā firmat, ⁊ plures alios allegat Io. Igneus. in l. necessarios. §. non alias. ff. ad senat. consult. Syllan. nu. 307. ⁊ 308.

¶ Sed in casu nostro ista negatiua, ꝙ zāninus decesserit sine coniunctis infra quintum gradum, dicitur fundamentum intētionis dicte fabrice, ergo per eam debet probari, quod quum nō fecerit, sequitur, ꝙ fabrica succumbere debet, ⁊ si dominus Io. de Auoleo reus conuentus nihil probasset per predicta.

¶ Hec quo ad primum.

¶ Circa secundum posito (absꝗ tamen veri preiudicio) ꝙ domino Ioanni de Auoleo aliquo modo incumbat probatio se fuisse dicto Zannino infra quintum gradum cognationis, queritur, vtrum hoc ipsum sufficienter probauerit, ⁊ procedēdo similiter breuiter, ⁊ conclusiue prout in precedenti quest. factum fuit, dico, ⁊ concludo, ꝙ dominus Ioannes legitime, ⁊ sufficienter probauit Zanninum nuper defunctum fuisse sibi amitinum, ⁊ sic ei coniunctum in ij. gradu cognationis secundum ius canonicū computando, prout in casu nostro fieri debet computatio, licet secundum computationem iuris ciuilis essent in iiij. gradu. vt. §. quarto gradu. in l. iurisconsultus. ff. de gradib. ⁊ sic etiam iure ciuili inspecto esse infra quintū gradum, sed non curatur, quia satis sit, ꝙ sit infra quintum gradū facta computatione secundum ius canonicum, vt cōstat ex priuilegijs, ⁊ indultis predicte fabrice concessis.

¶ Hoc autem, ꝙ legitime talis probatio facta sit, ostenditur,
5 nam † in probatione cognationis primo est necessarium probare primum gradum scilicet duos primos fuisse fratres, vel sorores, ⁊ sic eos fuisse in primo gradu secundum ius canonicum, ⁊ hoc sufficit, etiam si nihil probaretur de eorum stipite, ⁊ sic de patre, quia sufficit probare primum gradum inter trāsuersales. c. tua nos. ⁊ ibi plene tradunt Doct. extra. de consang. ⁊ affinit. ⁊ videtur sentire. c. parentele. xxxv. q. v. tradit. glo. super verbo gradus in prin. in c. licet ex quadā. de testib. ⁊ in glo. in c. de parentela. lo ij. xxxv. q. vj.

¶ Secundo postea descensiue probandus est gradus de quo disputatur vt in locis predictis.

¶ Et sic in proposito nostro duo sunt probanda.

¶ Primum, ꝙ dominus Aloysius Zacharia (quem dicimus fuisse patrem domini Zannini nuper defuncti) fuerit frater domine Marie vxoris quondam Andree de Auoleo.

¶ Secundum probandum est, ꝙ ex dicto domino Aloysio sit natus dominus Zanninus, ⁊ ex dicta Maria sit natus Ioannes de Auoleo reus conuentus, hoc enim probato constabit eos inuicem fuisse fratres amitinos, ⁊ vt vulgo dicitur fratelli cugini, ⁊ sic eos fuisse coniunctos infra quintum gradum cognationis, ⁊ eo posito dictus dominus Ioannes de Auoleo proculdubio excludet frabricā predictaꝫ sancti Petronij.

¶ Circa primum res transit sine difficultate scilicet in processu probatam fuisse predictam fraternitatem videlicet predictuꝫ dominuꝫ Aloysium Zachariam fuisse fratrem predicte domine Marie, ⁊ ex eodem patre, videlicet ex quondam Nicolao de Zacharijs, natum cum ea prout hoc cōstat ex instrumentis dotis, ⁊ alijs inter eos cōfectis ex testibus examinatis, ⁊ ex publicis literis tā Illustrissimi dominij, dominorum Venetorum quam ex alijs quibuscunꝗ, de quibus in processu, ⁊ sic dicitur legitime probatus primus gradus huius cognationis, ⁊ presertim ex instrumento dotali, ⁊ dotis confessione facta per Andream Baptiste de Auoleo dum pro dote domine Marie quondam Nicolai Zacharie Veneti sue vxoris asserit, ⁊ confitetur se recepisse ducatos. 900. a Petro, ⁊ Aloysio filijs dicti Nicolai Zacharie fratribus dicte domine Marie, ⁊ sepius de istis fit mentio, ⁊ asserunt in processu quodam, quo ipsa domina Maria petijt sibi a suo marito dotem restitui, vel consignari, vt salue fiant propter vergentiam ad inopiam predicti Andree, ad que me remitto cum in processu isto reperiantur deducta.

¶ Circa secundum, quod probandum venit, quatenus de filiatione domini Ioannis de Auoleo agitur, videlicet ꝙ sit natus, ex predicta domina Maria est publicum, ⁊ notorium in ciuitate Bononie, et adhuc quamplurimi sunt qui dictaꝫ dominam Mariam cognouerunt, ⁊ pro vera matre dicti Ioannis habuerunt, tenuerūt, ⁊ reputauerunt, ⁊ per contrarium ipsum Ioannem de Auoleo habuerunt, ⁊ reputauerunt pro filio dicte Marie, ⁊ Andree eius mariti, prout eos inuiceꝫ fuisse legitimos coniuges in processu probatum manifeste constat, ⁊ cum hic agatur de filiatione probanda respectu matris, ⁊ sic, ꝙ predictus dominus Ioannes de Auoleo sit filius do
6 mine Marie non videtur super hoc dubitandum, cum † filiatio ex parte matris sit facillime probationis, quia mater certa est, ⁊ in processu asserimus plene factam licet probatio filiationis ex parte patris sit difficillima. l. Lucius Titius. ⁊ ibi tradunt Doct. ff. de condit. ⁊ demonstr. ⁊ de his remitto me ad tradita per Doct. in c. per tuas. extra de proba. maxime Feli. ⁊ Deci. post alios. in iij. notabi. ⁊ dixit Lanfranc. de Orian. in c. quoniam contra falsam in tract. de depositioni. testium. nu. 153. de probat. ⁊ quia, ꝙ dominus Ioannes de Auoleo fuerit filius domine Marie predicte non est apud aliquem hesitatio in ciuitate Bononie, sed apud omnes est in cōfesso, ideo super eo non puto vlterius insistendum.

¶ Quatenus autem agitur de probatione filiationis predicti Zannini nuper defuncti, hoc est, ꝙ fuerit filius prefati quondam domini Aloysij Zacharie fratris predicte domine Marie videtur esse aliqualis difficultas, ⁊ vt verum fatear, in eo dūtaxat cōsistit omnis presentis ꝯsultationis dubitatio, ⁊ pōdus.

¶ Et maxime, quia agimus de filiatione non matrimoniali, sed illegitima.

¶ Sed tamen quantum sufficiat ad presumptiuam filiationem, ⁊ consequenter ad victoriam, etiam talis filiatio probat saltem presumptiue, cum alias vera probatio filiationis respectu patris dicatur impossibilis. d. l. Lucius. ⁊ dicunt Doct. preallegati.

¶ Et presupponendum est, ꝙ predictus dominus Aloysius Nicolai Zacharie, cum esset solutus, solutam quandam mulierem vt multi dicunt, nomine Argerinam accepit in concubinam, quam indubitato affectu domi retinebat, ⁊ ex ea procreauit predictum zanninum, quem ita natum vti filium suscepit, ⁊ vti filium educari fecit, ⁊ eundem in prima etate aluit, victum, ⁊ vestitum in domo sua ei prebendo, filium suū nominando, tenendo, reputando, ⁊ tractando vti filium, vt sic zanninus diceretur etiam in quasi possessione filiationis domini Aloysij predicti, ⁊ hec omnia vicinis omnibus scientibus, ⁊ intelligentibus.

¶ Postea auteꝫ dū dictus zanninus esset iam annorum. 9. aut. 10. vel circa predictus Aloysius ad instantiam predicte domine Marie sororis eius transmisit eum in ciuitatē Bononie in custodiam ipsius domine Marie amite eius, ⁊ ita ab ea in eius domo fuit cum magna affectione receptus, ⁊ quia tunc dominus Ioannes de Auoleo domine Marie filius carebat liberis, admodum eum diligebat, ac si ei filius fuisset, ⁊ sepe eū vocabat filium, ⁊ in domo, ⁊ etiam extra, quia vti proprium filiū naturaleꝫ, reputabat, ⁊ in locū filij ipsum habebat, ⁊ vt sic dicam in conto di figliuolo lo tenena. ⁊ in hunc sensum sunt accipienda verba dicti Ioannis quando post mortē dicti zannini interrogatus respondit che zannino era suo figliuolo, scilicet quo ad amorem, quia vt filium illū diligebat, ⁊ propterea in fine subdit, ⁊ lo ho in conto de mio figliuolo, vere enim nō erat filius, sed frater amitinus vt dictum fuit, aliud
7 † enim est quē esse talem, ⁊ aliud haberi pro tali. l. si maritus. §. legis Iulie. ⁊ ibi declarat Bar. ff. ad leg. Iul. de adulter. cū concordantibus vt per Ias. in l. pretor. §. siue. ff. de no. oper. nuncia. vbi de hoc plura exempla ponit.

¶ Licet igitur zanninus non esset vere filius domini Ioan. sed predicti Aloysij, tractabat tamen eum, ⁊ diligebat dominus Ioannes vti filium suū ⁊ ita eum instruxit in negociatio

nibus

tilibus, & mercantijs, quinimmo ipsum cum proprijs pecunijs erexit, vt negociando lucrari posset, prout Deo fauente illi contigit.

¶ Et ob hanc causam dictus zanninus bene cognoscens amorem, & fauorem dicti Joannis de Auoleo, & cum ab eo, vel matre eius in domo sua esset educatus, vocabat se de Auoleo, puta dicendo Joannes, seu zanninus Aloysij zacharie alias de Auoleo, sepe enim videmus, q qui in domo vnius educantur de domo eius appellantur.

¶ Istis ita stantibus oritur conclusio, q prefatus zanninus debet dici filius prefati Aloysij zacharie cum fuerit natus in
8 domo eius, & ex sua concubina, nam † sicut natus ex vxore mea in domo mea presumitur filius meus. l. si vicinis. C. de nupt. & l. filium. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. cum similibus (& adeo hoc procedit, vt verũ sit, etiam si probaret vxorem adulterasse p l. miles. §. defuncto. & quod ibi dicũt Doct. ff. ad leg. Jul.
* de adulter. & traditur communiter * in d. l. si vicinis. & in dicta l. filium.)
9 ¶ Ita etiam † si ex concubina alicuius in eius domo, quis nascatur dicitur & presumitur filius concubinarij vt est text. & ibi not. Abb. in pri. notabil. in c. per tuas. extra. de probat. & est
* de hoc communis doctrina * Felin. Dec. & aliorum, & de hoc est etiam gl. communiter recepta in c. Michael. de fil. presbyter. hoc etiã tradit Gozad. in consi. 12. in hac causa. col. j. vbi plures alios allegat.

¶ Et eo maxime in casu nostro sic dicendum est inspecto tractatu filiationis, quem de ipso zannino fecit dictus Aloysius
10 vt dictum est. solus † enim tractatus etiam sine nominatione inducit probationem filiationis secundum Jacobum Butrigar. in l. quidam. ff. de probat. Bar. in l. j. §. ad questionem. ff. de quest. Ant. de Butr. & Abb. in c. transmisisse. qui fil. sint legitimi. cum alijs allegatis per Gozadin. in preallegato consil. xij. nume. 17.

¶ Et licet fortasse predicta non sufficerent ad plenam probationem filiationis, presumptiue tamẽ dicuntur sufficere donec
11 contrarium probetur, vt sic † per presumptionem predictam transferatur onus probandi contrarium in ipsam fabricam. quando etiam ex alio sibi tale onus non incumberet, vt tradunt Doct. in d. c. per tuas. & in alijs locis supra allegatis, & in terminis ita declarat Bened. Capr. in consi. ij. fuit quidam ciuis Senen. ij. col. circa medium.

¶ Preterea, q zanninus fuerit filius Aloysij zacharie, ex alio dicitur probari, quia scilicet sic in ciuitate Bononie vocabatur, videlicet Joannes. alias zanninus Aloysij zacharie, vt constat ex pluribus contractibus gestis per ipsum, seu per instrumenta publica inde confecta, etenim plura fuerunt confecta instrumenta inter ipsum Joannẽ zacharie, & diuersas personas prout accidebat, in quibus dicitur Joannes quondam Aloysij de zacharijs, & inter cetera in pcessu fuerũt producta.

¶ Primo instrumentum quoddam compositionis, & transactionis, siue finis, & quietationis inite inter eum, & predictum dominum Joannez de Auoleo, celebratum die. xxiiij. mensis octobris. 1543.

¶ Secundo aliud celebratũ die. xxvij. septẽbris. 1549. inter Bartolomeum Ambrosij de Canobijs, & coemptores datij salis, inter quos erat dictus Jo. Aloysij zacharie, qui diceba tur zanninus.

¶ Tertio aliud celebratum die. 10. Nouẽbris. 1550. inter eundem Joannez, & Alexandrum Jacobi del muto.

¶ Item & aliud celebratum die. 12. Nouembris eodez anno inter dominum Bartolomeum Canobium, & ipsum zanninum in quibus omnibus iste zanninus sic vulgo dicitur, pronunciatur, & appellatur Joannes quondam Aloysij de zaccabrijs, alias de Auoleo, vt ex ipsorum instrumentorum lectura constare potest, & sic in eis vocatur filius dicti Aloysij, & sic per dicta instrumenta videtur probata filiatio de qua agitur, seu ipsius filiationis quasi possessio, quod etiam & per alia plura eodez modo loquentia probari posset, sed hec sufficiant, & cetera gratia breuitatis omittuntur.

¶ Et licet verba predictorum instrumentorum sint enuncia-
12 tiua & propter aliud, ita vt † sicut non dicuntur disponere ad tradita per Bar. & alios in l. ex hac scriptura. ff. de donat. ita etiam neq videtur probare concludenter predictam filiationem maxime inter alios iuxta tradita per Doct. in l. cum aliquis. C. de iur. deliber.

¶ Tamen negari non potest, quin inducant saltem presumptionem dicte filiationis, ita q transferant onus probandi in
13 asserentes contrarium, solet enim dici q † instrumento, & contentis in eo standum est donec cõtrarium probetur, vt inquit Saly. in l. optimam. C. de contrahen. & committen. stip. et tanto magis hoc dici debet, quia cum plura instrumẽta circa hoc similia sint immo omnia per ipsum zanninum confecta videtur ex hoc induci fama & communis opinio de tali filiatione vt voluerunt Cyn. Bald. & Paul. de Cast. in d. l. cum aliquis. C. de iur. deliberan. & propterea dicendum est q si nõ concludenter, saltem presumptiue sit probata predicta filiatio, talique
14 probationi stari debet, donec contrarium non probetur, † nã etiam verba enunciatiua semiplene, siue presumptiue dicuntur probare. l. non epistolis & ibi gl. & Doct. C. de proba. & tradit Gozad. in d. consi. xij. nu. 18.

¶ Preterea ex verbis dictorũ instrumentorũ ostenditur q zanninus erat in vsu, seu quasi possessione filiationis predicte. Ille enim se & pariter alij dicebant eum filium dicti Aloysij, vt
15 sic p tali esset habitus, & reputatus, & † hoc sufficit, nisi probetur contrarium vt voluit Bar. in l. non nudis. & ibi Alexan. in apostillis, qui alios allegat. C. de probat.

¶ Si igitur predictus Joannes alias zanninus de zaccharijs fuit filius Aloysij prefati fratris predicte domine Marie, & dominus Joannes de Auoleo fuit filius dicte domine Marie sororis dicti Aloysij sequitur, q ipsi inter se erant fratres amitini, & sic in quarto gradu cognationis secundũ ius ciuile. §. quarto gradu. in l. iurisconsultus. ff. de grad. & §. quarto gradu. instituit. eod. & secundum ius canonicum. in secundo, vt supra dictum fuit, & probatur in d. cap. tua nos de consanguinit. & affinitat.

¶ Sed vltra predicta conclusio supra posita ostenditur vera ex his, que continentur in illo instrumento transactionis, seu quietationis, & finis inter predictos dominos Joannes de Auoleo, & de zaccharijs celebrato de anno. 1543. supra primo loco deducta, Nam inter cetera in eo partes predicte asserunt se facere quietationem, & finẽ, de quibus ibi propter conseruandum amorem, beneuolentiam, & parentelam inter eos, & paulo infra dicitur, q Joannes de Auoleo promisit alimenta in domo sua ipsi Joãni alias zãnino de zaccharijs multis rationibus, & inter alias dicitur ratione affinitatis, idest parentele inter eos existentis, quia scilicet dictus Joannes de zaccharijs fuit filius olim domini Aloysij de zacchariis fratris domine Marie olim matris prefati domini Joannis de Auoleo, prout ipse asseruit, confessus fuit, & iuramento firmauit ad delationem notarij sibi factam, quod etiaz iurauit ipse zanninus circa finem instrumenti predicti, iurauit enim omnia supra dicta, & in tali instrumento contenta fuisse, & esse vera, & sic etiam dictam parentelam, & in parentela, de qua agitur, inter ipsos, vt scilicet fuerint filij fratris, & sororis, & sic fratres amitini apud eos erat clara, & in confesso, & ita etiam fuit, & est apud alios, vt
16 ex supra dictis constat, ita † quidem, vt predicti dicantur fuisse in quasi possessione dicte parentele, puta fraternitatis amitine, que transfert onus probandi in aduersarium. vt docet Cyn. post Doctores in d. l. non epistolis. & ibidem Paul. de Castr. & supra etiam dictum fuit.

¶ Nec conueniret dicere, q forsitan illi in tali assertione, & iuramento errauerint, quoniã error non presumitur in eo, quod iuramento firmatur, eo q quis presumitur cum magna deliberatione accedere ad iuramentum, ne periurio animam suam illaquearet, cum nemo presumatur immemor salutis eterne in ribus vulgaribus.
17 ¶ Hinc dicimus, q † actus iuramento firmatus dicitur cum magna deliberatione gestus, ad tradita per Alex. in rubr. ff. de verb. oblig. col. fin. vbi alios allegat, & per Ruyn. in consi. xcv. viso instrumento. nu. 4. lib. j.
18 ¶ Et q vbi † prestatur iuramentum assertoriũ non presumatur error, tradunt glo. & Docto. in c. ex rescripto. in glo. penul. extra de iureiuran. & in specie tradit ibi Abb. cũ alijs allegatis per Deci. in consil. cccl. visis allegationibus. nu. 2. nisi tamen contrarium probaretur per asserentes erratum fuisse, vt sic presumptio pro eo, quod fuit iuratum dicatur transtulisse onus probandi in aduersarium. & adeo est potens iuramentũ, quod
19 † prestitum circa enunciatiua verba, operatur vt illa disponant preter naturam verborum enunciatiuorũ, prout voluit Bar. in l. ex hac scriptura. ff. de donat. refert, & sequitur Jas. in l. ex his

his verbis. in vj. fallentia. C. de testament. milit. quod multũ seruit, quia sicut disponunt, ita etiam probant.

20 ¶ Et facilius cum absq; † dubio plus sit disponere, quaz probare, vel declarare existentia, vel iam disposita. argumento l. sicuti. §. sed si queratur. ff. si seruit. vendic.

¶ Et hoc eo maxime dicendum est in casu isto, quia in predi-
21 cto instro, verba † illa enunciatiua, predicte parentele, & fraternitatis sunt enunciata per modum, merito sicut solent disponere ad not. per Bar. in l. si socer. §. Lucius. ff. sol. matr. cuz concordantibus. vt per Deci. consil. cccxviij. in casu ad me transmisso. nu. 15. ita etiam dicuntur probare per supra dicta saltẽ presumptiue donec contrarium non probetur.

¶ Alioquin si ratio predicta & sic parentela, & fraternitas predicta non presumeretur dispositio de qua in illo instrumento prope finem careret sua principali ratione, quod non est credendum.

¶ Sic igitur ex predictis remanet firma conclusio parentelã, & fraternitatem sufficienter probatam fuisse si non concludẽter, saltem presumptiue, vt sic ex eo transferatur onus probandi in aduersarium.

Quibus addi potest, q vt creditur, per testes erit probatus in-
22 ter predictos dominos Joannes tractatus † predicte fraternitatis, & q ab omnibus habiti fuerunt, tractati, & reputati pro fratribus amitinis, & quod erant, & semper fuerunt viuente d. Joanne de Zaccharijs, alias Zannino in quasi possessione dicte fraternitatis, quod pro vero sufficit predicto domino Joanni de Auoleo ad obtinendum si contrarium non fuerit probatum, iuxta doctrinam Bar. & aliorum in supra d. l. non nu-
* dis. C. de proba. & ita ibi declarant ceteri communiter* vt per Alex. in consi. lj. viso & discusso. nu. 2. 3. 4. & 5. lib. primo. Jas. in cons. cxiiij. ad obiecta seu motiua. sub. nu. 6. j. vol. & per Deci. in consil. liiij. in causa domini Antonij. ad fin. &c.

¶ Cum itaq; iam satis constent ex iam dictis Fabricam actricem predictam intentionem suam nedum nullo modo probasse, & propterea ex eo tantum deberet absolui predictum Joannem de Auoleo reum conuentum per dicta supra in prima difficultate.

¶ Quinimo constet etiaz licet ex abundanti Joannez de Auoleo fuisse fratrem amitinum predicti Zannini intestato decedẽtis sequitur quod audacius, & indubitanter debet absolui predictus reus tam ex non iure actoris, quam etiam ex iure ipsius rei prout consultissime, & iustissime, eum absoluit iudex, a, quo in partibus.

23 ¶ Pro † quo, & eius sententia in dubio presumendum est, & iudicanduz. iuxta. l. herennius. §. gaia. & tradita ibi per Doct. ff. de euict. & tradunt canon. per illum tex. in c. in presentia de renunciat. cum similibus. Laus Deo Opt. Max.

¶ Socin. Nepos Bononie. 1553.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LXVIII.

¶ De re subiecta fideicõmisso an, & quomodo possit per grauatum relinqui in testamento?
¶ Et an eius vsusfructus relinqui possit?
¶ Et quod si fideicommissarius instituatur heres?
¶ Et an in relicto vsusfructus oĩum bonorũ testatoris dicat legatus vsusfructus rei subiecte fideicõmisso tunc cõditionalis?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Fideicommisso solum subijci potest quod fuit testatoris.*
2 *Legato vsusfructus omnium bonorum veniunt omnia bona considerãda quæ erant testatoris, quia a loqutione vniuersali nihil potest dici exclusum.*
3 *Fideicommisso subiecta non possunt alienari, nec in vsumfructum relinqui. & num. 13.*
4 *Vsusfructus translatio dicitur quædam alienatio licet improprie.*
5 *Fideicommisso subiecta, post mortem possidentis, possunt per eum in testamento alienari, & sic titulo legati uel fideicommissi relinqui, & valebit tale legatum si aliud non obstaret.*
6 *Legum correctio non præsumitur nec debet dici, nisi quando id per nouam legem exprimitur.*
7 *Testator videtur idem ius habere circa res hæredis quod habet circa suas.*
8 *Hæres hæredis etiam primi morientis dicitur hæres.*
9 *Hæres adeundo hereditatem dicitur confirmare & approbare omnia disposita in testamento, & consequenter dicitur ex quasi contractu obligatus implere disposita in testamento.*
10 *Res subiecta fideicommisso potest in testamento relinqui, ita quod fideicommissario absque facto & consensu suo nullum generetur preiudicium, & nu. 11.*
12 *Hæres institutus in re sibi debita per fideicommissum, si grauatur in ipsa vt, & adeat hæreditatem tenetur implere tale onus etiam si maius esset quam sit commodum hæreditatis, & imputet sibi quod adiuerit cum posset repudiare.*
14 *Heres authoris sui disposita rescindere nõ põt aut illis contrauenire.*
15 *Inductio. l. cum pater. §. Titio. ff. de lega. ij.*
16 *Legato vsusfructus omnium bonorum nihil excipitur, nisi de voluntate testantis appareat.*
17 *Verba in concessione feudi (pro te et hæredibus quibuscunque) comprehendunt omnes & quoscunque heredes, ita ut feudum dicatur hæreditarium, quod alias non ita esset.*
18 *Dominiũ nõ transit antequam veniat dies fideicõmissi ẽt particularis.*
19 *Dominus alicuius rei quis dici potest, licet non possit de ea libere disponere.*
20 *Verba testatoris (omnium & quoruncunque bonorum) operantur vt etiã quæ de facto tenentur veniant quando fit dispositio vniuersalis.*
21 *Scientie vel ignorantie in legatis non habetur ratio, quando vxor aut alias coniuncta persona fuisset legataria.*
22 *Datoris iure resoluto resoluitur ius acceptoris.*
23 *Voluntatis questio non fit quando verba sunt clara.*
24 *Intellectus. l. lex vectigali. ff. de pignor.*

CONSILIVM LXVIII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Tres Excellentissimi iurisconsulti scripserunt in fauorem Magnifice domine Catherine Madie Brixiensis concludentes illi inter cetera deberi vsumfructum etiam bonorum de Maclo, que fuerunt domini Joannis Antonij de Chizolis viri sui, & postea domini Joannis Baptiste eius filij vigore relicti, a quolibet eorum, in eorum testamento, sibi facti, non obstante asserto, seu pretenso fideicommisso, quod dicitur contineri in testamento Nobilis viri quondam domini Jac. de Chizolis, vt per eos, qui fuerunt primo vt mihi asseritur, quidam Doctor Brixiensis. secundo dominus Laurentius Gambarus Bononiensis. & demum dominus Machabrunus ab Anguillis Ferrariensis, omnes viri doctissimi, & mihi vti fratres honorandi, qui omnes adeo diligenter omnia discusserunt veritatẽq; aperuerunt, vt mihi de subscriptione requisito non videatur locus addendi relictus, & ideo satis mihi esse videretur eorũ conclusionem simpliciter approbare.

¶ Veruntamen ne impremeditatus ad id accessisse videar, sed appareat omnibus me difficultates degustasse, & vt simul etiam consultanti, & mihi ipsi morem geram pleraq; subijciã pro more meo potius, quam q notorium fore videatur.

¶ Et dimittendo primaz difficultatez vtrum scilicet sit factus locus fideicommisso ex testamento predicti domini Jacobi in fauorem domini Joannis Francisci quondam Appolonij de Chizolis. de qua per primuz dominũ consulentem tanquam non necessariam in casu nostro vt infra apparebit, presupponam sine tamen preiudicio veritatis fore locum tali fideicommisso tametsi facile contrarium teneri posset vt per dictum dominum consultorem.

¶ Unum tamen ante omnia dicam, q si locus sit fideicommisso, & super eo cadat disputatio, quam statim ponam erit
1 profecto in re pauci momenti, nam † cum solum possit fideicommisso subijci, quod fuit testatoris. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulgar. & pupillar. & l. conficiuntur. §. j. ff. de iur. codicillor. solum ius vtile emphiteuticuz potest dici sub fideicommisso, cum testator aliud in dictis bonis non haberet.

¶ Et illud videtur fere ad nihilum redactum, cum per heredes dicti testatoris fuerit redemptum ius directum magno precio. & ius illud vtile quodãmodo extinctum, & annihilatuz. argumento. §. item finitur institut. de vsufruct. cum similibus, parum ergo & fere nihil est de quo cadat disputatio presentis consultationis, quam statim ponam.

¶ Queritur ergo nunquid in ius, quod in causam fideicommissi venire posset tale quale, vt debeatur vsusfructus ex

testamento domini Joannisantonij, ⁊ filij eius domini Joannis Baptiste de Chizolis Magnifice do. Catherine Madie vxori, ⁊ matri eorum respectiue relictum?

¶ Et breuiter dimissa longa disputatione ad partes gratia breuitatis, ⁊ quia rem satis claram arbitror, dico ⁊ concludo, ꝙ predicte domine Catherine ex predictis testamentis debetur vsusfructus omnium bonorum dicti domini Joannisantonij, prout ei relictus fuit, ita ꝙ etiam bonorū de Maclo, de quibus ageret, debeatur vsusfructus etiā ꝙ ius vtile dictorū bonorū possit deberi ex causa fideicōmissi prout etiā per
2 alios consulētes conclusum fuit, nam † cū legatus fuerit vsusfructus omniū bonorū, veniunt absqꝫ dubio omnia bona consideranda, que erant testatoris, vt scilicet ex eis dicatur relictus, ⁊ debitus vsusfructus domine Catherine, q̄ ab illa vniuersali locutione omniū, ⁊ quorumcunqꝫ bonorum, nihil potest dici exclusum vulgata l. Julianus. ff. de legat. iij. l. fin. ff. de pen. legat. ⁊ cap. si romanorum. xix. distinct. cum similibus.

¶ Et si dicatur, ꝙ immo bona de Maclo non videntur in tali generalitate comprehensa eo, ꝙ aliquo respectu essent subie-
3 cta fideicommisso, nam † que fideicommisso subiecta sunt, alienari non possunt. auth. res que. ⁊ ibi plene per Doct. C. communia de lega. ⁊ ita etiā non possunt in vsumfructū relinqui vt est tex. ⁊ ibi tradunt Doct. in c. non liceat Pape. xij. q. ij. ⁊
4 illud ex eo videtur, quia † etiam translatio vsusfructus dicitur quedam alienatio (licet impropria) vt per Bald. in auth. hoc ius porrectum. j. col. C. de sacrosanct. eccles. ⁊ in c. j. §. aut si libellario. ij. colum. quib. mod. feud. amittat. refert, ⁊ sequitur Barbat. in Rub. de reb. eccles. non alien. col. viij. ⁊ ego dixi in l. filiusfamilias. §. diui. in secundo premisso. ff. de lega. primo.
5 ¶ Ad ista de plano respondetur dicendo, ꝙ immo † res, que fideicommisso subijcitur post mortem possidentis potest per eum in testamento alienari, ⁊ sic titulo legati, vel fideicommissi relinqui, ⁊ valebit tale relictum, si aliud non obstaret, de hoc est casus in terminis in l. cum pater. §. cum pater. ff. de legat. secundo. ⁊ ibi not. Barto. ⁊ alij sequuntur, maxime Joan. de Jmol. licet per alios non allegetur, nam ibi testator, qui prediū quoddā ex causa fideicōmissi debebat filie, reliquit filio exheredato, ⁊ ibi determinatur prediū illud deberi filio exheredato. sic ergo ⁊ isto casu dici debet, vt scilicet valeat, ⁊ seruari debet legatum vsusfructus factū domine Catherine bonorū illorū de Maclo, etiam ꝙ talia bona possent dici fideicōmisso subiecta per illū tex.

¶ Nec dicatur, ꝙ ille text. in hoc debet dici correctus per d. auth. res, que. vt voluit glo. fin. in d. §. cum pater. Quoniā respondetur, ꝙ hoc omnino falsum est, quia nulla dicatur fa-
* cta correctio, vt Dyn. Bart. ⁊ alij communiter * dicunt ibi reprobando illam glo. quod etiam tenent Doct. in l. fin. §. sin autē sub conditione. C. communia de legat. vt ibi per Saly. in secunda opposit.
6 ¶ Pro quo facit, quia † legum correctio non presumitur, nec debet dici, nisi quando id per nouam legem exprimitur. l. precipimus in fin. C. de appellat. cum similibus ⁊c.

¶ Et si dicatur ꝙ dictus §. cū pater. loquitur quando ille, cui ex fideicommisso debebatur erat institutus heres, quo casu ni-
7 mirū si predium illud potuit alteri relinqui, quum † idem ius videtur habere testator circa res heredis, quod habet circa suas. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de legat. ij. ⁊ §. non solū institut. de legat. cū similibus.

¶ Clara responsio est, ꝙ etiam in casu nostro dominus Joā. Franc. cui fideicommissum asseritur deberi, fuit heres in effectu amborū relinquentiū vsumfructū, nā cū dominus Jo. Baptista fuerit heres domini Joānisantonij patris eius, ⁊ ei postea successerit dictus dominus Joannes Franciscus ex testamento debet dici nedū eius heres, sed etiā patris, ⁊ autho-
8 ris ipsius, quia † heres heredis etiā primi morientis dicitur heres. l. fin. C. de hered. instituen.

¶ Et vltra etiam dici potest, ꝙ in d. §. cum pater. illa filia heres esse noluit, ⁊ fideicommissū prediorū debetur ibi a coheredibus, vel a substituto dicte filie, vt ibi clare dicitur, in casu autē nostro iste Joannes Franciscus heres adiuit hereditatem, ⁊ ideo ipse tenetur conseruare legatum de quo agitur.
9 ¶ Ex hoc igitur, ꝙ dominus † Joannesfranciscus dicitur heres predictorū testatorum, ⁊ adeundo hereditatē dicti domini Joannis Baptiste dicitur confirmasse, ⁊ approbasse omnia disposita in eius testamento, ⁊ consequenter dicitur ex quasi contractu obligatus implere disposita in dicto testamento. l. et maleficijs. §. heres. ff. de act. ⁊ obligat. l. apud Julianū. §. fin. ff. quib. ex caus. in poss. eat. ⁊ §. heres. instit. de obligat. que ex quas. contract. alioquin diceretur testatoris voluntas defraudata, siue circumuenta, quod tolerandū non est. l. si cui. ff. de condit. ⁊ demostrat.
10 ¶ Ad idem vt scilicet res † subiecta fideicommisso possit in testamento relinqui, videtur. d. l. cum pater. §. Titio. vbi meuius hereditatē Seij Titio debitam per fideicommissum reliquit Sempronio, ⁊ seruatur tale relictū, modo tamen de quo ibi licet iste tex. certo modo fuerit in contrarium al legatus ut infra dicetur.

¶ Et pro clariori resolutione presentis difficultatis, ⁊ vt tollatur omnis scrupulus a conclusione supra firmata aduertendū est, quia quod dictū est rē subiectam fideicommisso posse in testamento relinqui (quod verissimum est) debet intelligi ita, ⁊ taliter, quod fideicommissario, absqꝫ facto, ⁊ consensu suo nullum generetur preiudiciū. argumento l. fin. §. pen. C. communia de legat. vnde si fundū, quem tibi per fideicommissū debeā cum moriar, relinquam Gaio, tibi ex hoc non fit preiu-
11 dicium in fideicommisso, nec ius † tuum tibi potest ex illa simplici dispositione mea auferri, per regulam. l. id quod nostrū est. ff. de regul. iur. ⁊ per regulam. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. verum heres meus tenebitur illum fundum redimere, ⁊ Gaio soluere, vel si id facere non possit, debet soluere eius estimationem, iuxta. l. non dubium. cum glo. ff. de legat. iij. ac si res aliena legata esset (cum distinctione tamen, que in re aliena traditur per. l. cum alienam. ⁊ tradita ibi per Doc. C. de legat.) ⁊ licet vere res aliena non fuerit, sed mea testatoris, tamē quia post mortem meam futura erat aliena vti de aliena iudicatur, vt signanter declarat Bart. ⁊ sequuntur Cuman. ⁊ alij in d. §. cum pater.
12 ¶ Quando autem ille † cui fideicommissum debebatur heres instituitur ⁊ grauatur in re sibi debita per fideicommissū nulli dubium est, ꝙ si adit hereditatem tenetur implere tale onus etiam si maius esset, quam sit commodum hereditatis ⁊ imputet sibi, ꝙ adiuerit argumento l. Jmperator. §. si centū. ff. de lega. secundo. cū posset repudiare, ⁊ hoc bene videtur probari in d. §. Titio. in fin. de legat. secundo. cum agatur de certa specie, que cum quantitate non compensatur; secus si ageretur de certa quantitate vt per Bar. in d. §. Titio. in prima opposit. sic igitur sequitur in proposito, ꝙ cum dominus Joan. Frāc. (cui presupponitur sine preiudicio veritatis fideicōmissū deberi) fuerit heres per aditionem predicti domini Joannis Baptiste, tenetur implere legatum vsusfructus factum per suos authores domine Catherine predicte.
13 ¶ Nec quicquam obstat predictis, ꝙ in † vsumfructū relinqui non possit res subiecta restitutioni, vel fideicommisso uti prohibita alienari per. d. cap. non liceat. xxij. q. ij. Quoniam respondetur, ꝙ regula illa procedit in re, que vere vniuersaliter ⁊ nullo modo potest alienari, sed in casu nostro negatur rem subiectam fideicommisso non potuisse alienari per testamentum, quia immo relinqui potest vt supra dictum fuit, vnde si cui potuisset relinqui quo ad rem ipsam simpliciter consideratam, ita etiam potuit relinqui quo ad vsumfructū, ⁊ seruari debet tale relictum, vel vt heres redimat, ⁊ vsumfructum prestet, vel si heres sit, cui per fideicommissum res debetur ipse (veluti suo facto scilicet aditione sibi preiudicauerit) tenetur talem vsumfructū prestare, vel iam prestitum conseruare, ⁊ ita proprie est casus noster, quia dominus Joannes Franciscus heres relinquentium vsumfructum tenetur talem vsumfructum iam per multos annos prestitum domine Catherine conseruare nec illi aliquo modo contrauenire potest cum
14 heres † authoris sui disposita rescindere non possit, aut illis contrauenire. l. cum a matre. cum sua materia. C. de rei vend. cum similibus, ut alias dixi in consil. cxxix. Bartolomeus Griffolus. nu. 5. j. volu. ⁊ in consil. cxij. Jllustris domini Joannes. nu. 4. ij. vol. ⁊ deberet predictum legatum per dominum Joannem Franciscum conseruari etiam si fuissent bona de Maclo adhuc emphiteutica prout erāt olim, ⁊ fuissent etiam relicta pleno iure vt alias in pulchro casu consului in consil. cxxiiij. Bartolomeus perusinus. nume. 76. cum seq. j. vol. fortius ergo debet in casu nostro conseruari legatū, de

de quo agitur cum sit vsufructus tantum, & sic solum in vita domine Catherine, & bona de Maclo non sint amplius emphyteutica, sed essent libera predictorum testatorum.

¶ Sed (vt audio) aduersus predicta allegatur, quod forte omnia de plano procederent si constaret quod testatores predicti voluerint in legato vsusfructus omnium bonorum suorum comprehendere etiam bona de maclo, de quibus agitur, & dicitur illud non constare, immo presumi contrarium scilicet quod legatum vsusfructus sit solum de bonis ipsius testatoris, & ad talia bona restringatur generalitas illa, omnium, & quorumcunque bonorum, cum subdatur ipsius testatoris, & videtur hoc velle Bar. & sequuntur Doct. maxime Jas. in l. serui electione. §. fi. mihi v. colum. versi. limitat Bar. de lega. j. sed bona de Maclo non erant testatoris saltem libera, cum essent subiecta restitutioni ergo &c. & quod in casu nostro dominus Joannesantonius primus testator in dubio non presumatur voluisse loqui de bonis fideicommisso subiectis allegatur tex. quem dicunt esse

15 in terminis in d. l. cum pater. §. titio. ff. de legat. ij. & † licet non inducatur (quod ego desiderassem) tamen forte sic potest induci, Nam in primo casu illius. §. hereditas Seij, que erat fideicommisso subiecta non venit prestanda sempronio, nisi titius percepisset eius valorem ex fructibus Meuiane hereditatis, sed in secundo casu aliud est, quia sufficit ei falcidia, & id forte est, quia in secundo casu testator clare dixit, ne fideicommissum ex testamento Seij retineatur, quasi dicat non sic in primo, quia non ita testator expressit, sed videmur esse in dubio, quo casu non presumitur testator sic de tali fideicommisso disponere, sic ergo videtur isto casu dicendum, vt scilicet in dubio non dicatur voluisse de bonis de Maclo disponere cum essent fideicommisso subiecta.

¶ Ueruntamen istis non obstantibus veritas est in contrarium & sic concludendum est, quod predicti testatores ita voluerunt relinquere vsumfructum bonorum de Maclo, sicuti etiam aliorum bonorum suorum. nam cum in legato dicatur, quod domina Catherina habere debeat plenum, & integrum vsumfructum omnium, & quorumcunque bonorum debet generaliter intelligi de omnibus, vt a tali generalitate nihil dicatur exclusum. d. l. Julianus in princ. ff. de lega. iij. cum concordantibus su-

16 pra allegatis, & in terminis in legato † vsusfructus omnium bonorum, vt nihil excipiatur, (nisi de voluntate testantis appa- * reat) est doctrina Bar. communiter * recepta. in l. generali. §. vxori. ff. de vsu, & vsufruct. legat. & adeo potens esse debet illa clausula sic duplicata omnium, & quorumcunque bonorum &c. vt generaliter comprehendat etiam bona, que alias aliqua ratione non comprehenderentur, sicut in simili diceremus, quod

17 verba illa † in conditione feudi pro te, & heredibus quibuscunque comprehendunt omnes, & quoscunque heredes, ita vt feudum dicatur hereditarium, quod alias non ita esset. vt post alios tradit Jas. in vsib. feudor. col. xxvj. & xxvij. versi. iij. limitatur: & in col. fin. vers. feudum hereditarium. cum concordantibus vt alias scripsi in consi. 73. Gratiadeus de Saluagnis. nu. 22. primo. vol.

¶ Nec quicquam obstat, quod bona, de quibus agitur dicerentur fideicommisso subiecta, & ita videatur, quod non fuissent domini Joannisantonij, qui primo predictum vsumfructum reliquit & sic, quod ille de eis non senserit, cum in suo legato dicatur, ipsius testatoris, vt supra etiam dicebatur quoniam respondetur & de plano, quod immo talia bona erant predicti domini Joannisantonij, & de eo transiuerunt in dominum Joannem baptistam filium, & heredem eius. nam ex eo, quod bona aliqua subijciatur fideicommisso maxime conditionali non desinunt esse heredes, idest non impeditur quin efficiantur heredis presertim in fideicommisso vniuersali (vt dicitur fuisse in casu isto)

18 Nam † antequam ueniat dies fideicommissi etiam particularis non transit Dominium. ad tradita per Docto. in l. j. & fin. C. communia de legat. & in l. j. ff. de legat. primo vbi aliquando plene dixi & in vniuersali, non transit etiam postquam venit dies, sed tantum facta restitutione vt per Bartolum, & alios in d. l. j. ff. de legat. j. & ibi per eum, & alios ponitur ratio. quo stante (prout verissimum est) sequitur, quod bona ista de Maclo, erant ipsius domini Joannisantonij, vsumfructum primo relinquentis. merito per verba ipsius testamenti dicuntur comprehensa in tali dispositione vt sic etiam illorum vsusfructus dicatur fuisse legatus, & ita omnino testatorem sensisse attenta, maxime illa generalitate verborum, omnium, & quorumcunque bonorum ipsius testatoris, cum verum sit talia bona fuisse dicti testatoris.

¶ Nec quemquam moueat, quod talia bona si erant fideicommisso subiecta non erant libera illorum relinquentium vsumfructum, quoniam ex eo non tollitur, quin bona fuissent illorum

19 & dicerentur illorum domini vnus post alium, nam & † alias quis non dicitur posse libere de re aliqua disponere, & tamen dicitur dominus vt. l. femine. C. de secund. nupt. & in terminis probatur in l. fi. §. sed quia nostra. cum sequentibus. C. communia de legat. nam in fideicommisso conditionali (prout asseritur fuisse in casu isto) grauatus vti suum alienat, & transfert dominium vt ibi in versi. finantes auaritie cupidus. licet non libere illud faciat, cum impleta postea conditione omnia rescindantur ex eo tamen non tollitur, quin tempore alienationis ille grauatus esset dominus, vnde sequitur in proposito, quod domini Joannesantonius, & Joannes baptista testatores, & vsumfructum relinquentes predicti tempore sui testamenti erant domini bonorum de Maclo, esto quod sub certa conditione fuissent fideicommisso subiecta, merito ergo etiam eorum vti suorum dominus Joannesantonius voluit domine Catherine mariti eius vsumfructum relinquere.

¶ Et plus etiam dicam, quod ipsi nedum vt domini modo predicto tenebant, sed vti libera, & nullo fideicommisso onerata cum tale fideicommissum casu, quo adesset, eos lateret, & omnino ignorabant illud, & ita saltem de facto vti libera talia bona tenebant, ex quo sequitur quod vbi vere bona illa non fuissent domini Joannisantonij (licet hoc falsum sit) adhuc tamen in tali legato vsusfructus fuissent comprehensa propter illam vniuersalitatem omnium, & quorumcunque bonorum ipsius testato-

20 ris † operantur enim verba predicta vt etiam, que de facto tenetur, veniat quando fit dispositio vniuersalis argumento l. cogi. in principio. ff. ad Trebellianum prout signanter per illum tex. docet Bald. in Rub. C. de verb. significat. circa medium. & eum refert, & sequitur Alex. in consi. lix. visis verbis. nu. 4. li. vj. & hoc etiam dixit Excellentissimus Gambarus ij. loco consulens licet ipse allegauerit illud consilium Alex. in v. vol. hoc tamen sit dictum ex abundanti, quia nobis satis superquam sufficit, quod predictus dominus Joannesantonius vere erat dominus bonorum de Maclo.

¶ Et notandum est, quia licet quis in testamento possit relinquere bona subiecta fideicommisso vt dictum est, tamen ex eo per se non fit preiudicium ei cui bona erant per fideicommissum restitueuda, vt etiam supra dixi, sed in casu nostro dominus Joannesfranciscus qui se fideicommissarium pretendit cum fuerit heres relinquentium dictum vsumfructum sibi circa talem vsumfructum preiudicauit, vt supra ostensum fuit.

¶ Nec quicquam obstat, quod testator ignoraret illa bona esse fideicommisso subiecta, & sic ignoraret ius illud alienum propter quod videtur non valere legatum. §. quod autem diximus. institut. de legat. Quoniam clara est responsio, & duplex.

¶ Prima, quia quod dicitur in d. §. quod autem. non procedit quando res erat heredis instituti, quia tunc non distinguitur, sciuerit testator vel ne, vt probatur in l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de legat. ij. & in §. non solum. institut. de legat. & ratio ponitur in dicto §. si rem. sed dominus Joannesfranciscus est heres, ergo &c.

¶ Secunda responsio est, quia contrarium procederet, nisi le-

21 gataria fuisset vxor, aut alias coniuncta persona, nam † etiam eo casu non habetur ratio scientie, vel ignorantie, vt est text. in l. cum alienam. C. de legat. sed domina Catharina legataria primo leganti erat vxor, secundo vero mater, ergo &c.

¶ Nec predictis ob. tex. in d. l. cum pater. §. Titio, inductus, vt in contrarium dicebatur, quia vere nihil facit, non enim sumus ibi in dubio, an testator Meuius voluerit per fideicommissum relinquere hereditatem Seij fideicommisso subiectam, cum illud testator in primo casu, de quo arguebatur, expresserit dum dixit, quod heres tam suam, quam Seij hereditatem restitueret, & sic est ibi tex. quod res subiecta fideicommisso potest in testamento relinqui, & ita ille tex. retorquetur, prout etiam supra pro nostra opinione illum allegaui.

¶ Et si dicatur licet possit non tamen in dubio presumitur per illum tex. Respondetur, quod ex eo tex. hoc sumi non potest, cum ibi presup-

presupponatur tale relictuz expresse factum, et sic ibi de eo non dubitabatur.

¶ Et si iterum dicatur quod non censetur valere illud relictum nisi ex fructibus perceptis tantundem habeat, Respondetur, quod bene verum est, quod non sortiretur effectum ad damnum fideicõmissarij, sicut etiam pro regula supra dixi, quod ista potentia relinquendi non debet preiudicare fideicõmissario, quia adhuc fideicommissum illi debetur regulariter loquendo, et ideo in d. §. titio. non aufertur ab eo, nisi quatenus fructus percepit, vt vult ibi tex. et declarant Doctores.

¶ Et si quis dicat, quod si ibi valeret tale relictum cum ab herede fuerit factum deberet heres absolute teneri et non pro quãtitate perceptorum fructuum per d.l. imperator. §. si centum cum seq. ff. de legat. ij. et per d.l. si cui. ff. de condit. et demonstratio. respondetur, quod argumentum procedit, quando heres grauatur in certa specie, cum qua non cadit compensatio, non si incerta quantitate vt supra dictum fuit, sed in d. §. titio heres grauatur in hereditate in qua admittitur compensatio cũ pro quantitate habeatur, vt ibi per Bart. in prima oppos. ergo etc. at in casu nostro legatum vsusfructus respectu bonorum de Maclo respicit certam speciẽ merito dominus Joannes frãciscus heres debet indistincte ad talem vsufructum teneri per predicta.

¶ Nec demum ob. si dicatur, quod immo non debet presumi, quod reliquerit vsufructum in d. bonis, cum illum non erat habiturus post eius mortem, nec heres si venisset dies fideicommissi vnde videtur. quod solum videatur reliquisse ius, quod habebat in re iuxta l. si domus. §. fin. ff. de legat. j. et tradita per Barto. Alex. Jas. et alios in l. serui electione. §. fin. eo. titul. vnde cum ipse testator haberet ius in d. bonis, quod impleta conditione fidecommissi finiebatur merito videtur, quod solum tale ius legare voluerit loquendo respectu vsufructus, et ideo cum venerit dies fideicommissi videtur, quod tale legatum finiatur, sicuti etiã

22 finitum esset ius legãtiuz, et dãtium vsumfructũ. nam † resoluto iure datoris, resoluit ius acceptoris. l. lex vectigali. ff. de pign.

¶ Quoniam etiam ad hoc respondetur, et de plano, et multipliciter, Nam primo dici potest argumentum nihil penitus obstare, cum hic non simus in dubio, vt sic agatur quomodo verba legati capiantur, et quid testatores isti legare voluerint, clarissimum enim est, quod voluerunt legare plenum et integrum vsumfructũ omniuz, et quorũcũque bonorum ipsius primi testatoris, et sic etiã bonorum de maclo, que tunc erant illius domini Joannisantonij primi testatoris, vt supra dictum est, et

23 † cum in hoc verba sint clara non debet fieri questio volũtatis. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. iij. et sic non debet esse locus coniecturis, et sic presumptioni scilicet quid legare voluerit, quia in incertis non certis locus est coniecturis, et presumptioni. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obligat. et ista prima responsio clara est, et indubitata, et tollit omnez difficultatem.

¶ Sed et secundo ex abundanti potest respõderi, quod regula in contrariuz allegata nõ procedit, quando testator cum herede suo habet ius suum commune, nam tunc nedũ ius, quod dicitur legasse, sed totuz, et sic etiaz id quod erat heredis vt declarat Bar. et sequũtur alij in d.l. serui electione. §. fi. vers. itez quero quid si testator. et in l. si domus. §. si fundus. eo. tit. vbi Jas. in vj. ampliat. sed sic est quod in pposito in bonis de Maclo primus testator legans vsũfructuz habebat ius in bonis de Maclo, quodãmodo commune cum suo herede domino Joanne Baptista filio respectu temporis, ad quem bona de Maclo erant peruẽtura post eum, et similiter ipse habebat commune certo modo loquendo cum herede suo domino Joannefrancisco, ergo respectu totius iuris dicitur legatus vsusfructus, vt sic etiam ipse dominus Joannesfranciscus vti heres teneatur conseruare predictum legatum vsusfructus etiam in bonis de maclo.

¶ Tertio etiã responderi potest, quod regula contraria procedit, nisi ius quod deficeret leganti esset tale, quod in totum rez auferret legatario per l. si res obligata. ff. de legat. j. vt declarat Bar. et sequuntur alij in d.l. si domus. §. de euictione. et dicunt Alex. et Jas. in d. §. si fundus ille. in vj. limitat. iste in iij. quod etiam sequitur Rip. in d.l. serui electione. §. fin. nu. 4. etiam id defendit ab his, que Jas. aliquando dixerat in contrarium. sed in casu nostro ius quod deficiebat testatoribus, (quia scilicet impleta conditione fideicommissi bona essent restituenda fideicommissario) tale erat, vt rem totam auferret a legatario, ergo etc.

24 ¶ Nec ob. regula † d.l. lex vectigali. ff. de. pignor. in contrarium allegata, quia respõdetur, quod procedit in fauorez eius, cui post datorem ius queritur, ei enim ex facto datoris preiudicari non potest, sed in casu nostro non preiudicatur fideicommissario simpliciter ex illo legato, sed ipse ex facto suo sibi preiudicauit, quando adiuit hereditatem ita legãtiũ, vt supra plene deductum fuit.

¶ Sic itaque ex predictis, et alijs pluribus per excellentissimos consulentes predictos deductis remanet firma cõclusio Magnifice domine Catharine omnino esse cõseruandum vsumfructum etiam bonorum de Maclo; de quibus nunc agitur vti sapientissime per primum iudicem iudicatum extitit.

Laus Deo Opt. Max.

¶ Socin. Nepos Bononie. 1553.

CASVS CONSILII LXIX.

MAGNIFICVS dominus Oldradus de Lampugnano in suo primo testamento condito de anno. 1507. instituit heredem vniuersalem Ferrandum eius filium vnicũ masculũ etatis annorũ sex.

¶ Et in effectu ei sine filijs masculis decedẽti substituit fratres suos, et filios fratrum suorum masculos.

¶ Postea de anno 1527. Ferrando iaz facto maiore 25. annoruz, idem dominus Oldradus die 19. Aprilis fecit quosdã codicillos confirmando iam factum testamentum, preterquã in his, que contradicerent predictis codicillis in quibus pleraque nouiter disposuit.

¶ Susceperat interim dictus Ferrandus vxorem et vnam filiã ex ea nomine Teodolidam procreauerat. quod gratissimum extitit predicto domino Oldrado testatori, et illam suam neptem (vti est de more auorum) miruz in moduz amabat.

¶ Qui postea illo anno. 1527. die 7. nouẽb. nouiter fecit vltimaz suoruz bonorum dispositionez more solennis testamenti. incepit enim a commendatione anime, et postea pleraque fecit, et deinde heredis institutionez de filio suo Ferrando, seruando omnes solennitates, que in testamentis requiruntur ex forma iuris municipalis Mediolani, et nullam fecit mentionem de testamento quod iam per annos 30. vel circa fecerat, sed bene circa principium dixit quod volebat quod quecunque per euz in tali sua vltima voluntate disponebantur deberent adimpleri per heredem suum tunc infra scribenduz, quez postea nominauit filium suum.

¶ Et licet in legato facto domine Ambrosie dixerit dominus Oldradus quod codicillando ita relinquebat, et se codicillantem dixerit.

¶ Tamen dixit quod illa dispositio erat sua bona et vltima volũtas, et in ea vniuersalem heredez instituit vt dictuz est, quod in codicillis de iure fieri non potest.

¶ Et cum ista sua vltima dispositione post menses octo vel circa decessit dominus Oldradus. Ferrãdus filius paterne hereditati se immiscuit, et postea de anno 1537. decesserit sine filijs masculis, sed superstitibus ei Octauia, et Lucretia filiabus legitimis et naturalibus et heredibus vniuersalibus.

¶ Modo filij fratruz testatoris petunt bona et hereditatem eius sibi ex causa fideicommissi restitui vigore primi testamẽti cuz Ferrandus decesserit sine filijs masculis legitimis et naturalibus. asserunt eniz illud testamentz cuz suo fideicommisso durare, nec esse aliquo modo reuocatuz.

¶ Sed ex parte filiarum Ferrandi dicitur eas ad aliquod fideicommissuz non teneri.

¶ Quibus sic stantibus, queritur quid iuris?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De dispositione morientis cum heredis institutione et testamenti solennitate an valeat iure testamenti, dato quod disponens

nens videatur eam appellare codicillos, ꝛ plene de materia.

¶ De solennitate actus interueniẽte, vtrum arguat eum actũ geri ad quem solennitas illa requirebatur.

¶ Actus denominatur potius a substantia ꝛ qualitate interueniente ꝙ a forma verborum seu a denũciatione eum facientis.

¶ De institutione ꝙ non obliquatur, licet sit dictum ꝙ valeat iure codicillorꝫ, quando fideicõmissum esset a se ipso relictũ.

¶ De cursu decennij ꝙ tollit testamẽtum si aliquibus verbis ostenditur contraria voluntas testantis.

¶ De codicillis quod in eis solet fieri mentio testamenti, ꝛ illud confirmari.

¶ De testamento ꝙ pendeat a libera voluntate testatoris.

¶ De clausula codicillari.

¶ Et illa etiam cassans ꝛc. ꝙ nulla est necessario exprimenda regulariter.

¶ De ademptione fideicommissi etiam vniuersalis ꝙ possit fieri etiam in codicillis.

¶ Et reprobatur quoddam consilium Parisij contrarium dicentis certo casu.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Testamẽtum secundum tollit primum cum omnibus suis cõtẽtis.*
2 *Actus hominum non operãtur vltra eorum intentionem, sed data potentia pendent ab eorum voluntate.*
3 *Animus loquentis indicatur ex uerbis.*
4 *Voluntas loquentis cognoscitur ex reiterata multiplicatione uerborum in eadem re.*
5 *Heredis institutio demonstrat testamentum eße factum, non codicillos, & num. 10.*
6 *Hereditas in codicillis non potest dari nec adimi. & nu. 28.*
7 *Intellectus. l. non codicillum. C. de testam.*
8 *Milites soli possunt decedere cum duobus testamentis, & nemo alius.*
9 *Via eligenda est vt actus valeant.*
11 *Testator instituendo heredem creditur illum actum exercere voluisse in quo possit fieri heredis institutio, ne alias videatur elegisse viã ad impugnandum sua iudicia.*
12 *Argumentum ab adhibita solemnitate valet, vt scilicet quis credatur fecisse actum ad quem solemnitas illa requirebatur.*
13 *Argumentum ab eo quod est verosimile valet.*
14 *Disponentis intentio cognoscitur ex qualitate dispositionis.*
15 *Actus non indicatur secundum verbalem denominationem, neque a nomine agentis sed secundum formam & qualitatem, & sic ab essentia eius.*
16 *Interpretationi verborum semper standum est que sumitur a substantia actus qui geritur & a subiecta materia, etiam quod talis interpretatio repugnaret verbis & eorum proprietati.*
17 *Notarij imperitia non debet nocere quin testamentum valeat vt testamentum licet sit expressum nomen codicillorum.*
18 *Loquens sine lege erubescere debet, maxime si est doctor.*
19 *Codicilli sunt inducti principaliter propter legata & fideicommissa.*
20 *Testamentum primum dicitur reuocatũ, quando post illud decursum est decennium, & testator dixit, nolle, vel vtendo aliis verbis contrariam voluntatem suam ostendit, etiam quod testamẽtũ nõ faciat.*
21 *Contrariorum eadem est disciplina.*
22 *Propositum in proposito idem operatur quod oppositum in opposito.*
23 *Dispositio omnis debet interpretari vt ualeat.*
24 *Experientia dicitur efficax rerum magistra.*
25 *Hæres solum iu testamento fieri potest non autem in codicillis.*
26 *Testator in dubio censetur minus grauare heredem quam sit possibile.*
27 *Amor senum in nepotes suos ex filio maximus est.*
29 *Confirmatio primi testamenti non dicitur fieri nisi per expressa uerba.*
30 *Testari quisq; ex arbitrio põt plene, copiose, vel auide ut sibi videtur.*
31 *Voluntas vltima attendenda est.*
32 *Alienationis probibitio vt plurimum fieri soles fauore substitutorum.*
33 *Clausule ex communi styllo in actu apponi solite habentur pro appositis etiam quod non exprimantur.*
34 *Scriptura ultima testatoris attendenda est,*
35 *Fideicommissum etiã uniuersale potest adimi in codicillis, & relinqui.*
36 *Voluntas testantis ex libertate animi est ambulatoria vsq; ad mortẽ.*

CONSILIVM LXIX.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, ꝛ iustitie.

¶ Ad verã resolutionem presentis cõsultationis videndũ est vtrũ fideicõmissuꝫ factũ in primo testamẽto do. Oldradi in fauorẽ filiorũ fratrũ suorũ sub illa conditione, si Ferrãdus filius eius decesserit sine filiis masculis dicatur aliquo mõ sublatũ vl nec.

¶ Nam si potest dici sublatum cessat omne fundamentuꝫ predictorum agentium, ꝛ filie Ferrandi erunt absoluende.

¶ Si vero fideicommissum illud adhuc duret contra erit, ꝛ dicte filie venient condemnande.

¶ Et ad huius difficultatis inuestigationem de duobus agendum est.

¶ Primo vtrum predicta vltima dispositio domini Oldradi
1 possit dici testamentuꝫ, vel ne? Nam † si testamentuꝫ dici debet,
sequitur, ꝙ per illud cum sit vltimũ dicetur sublatuꝫ primũ cũ
omnibus suis contentis. Et sic etiam erit sublatuꝫ fideicõmissum, de quo agitur l. cum in secundo. in prin. ff. de iniust. rupt. testa. l. si quis priore. ff. ad Trebel. ꝛ §. posteriore institu. quib. mod. test. infir. cum simil.

¶ Secundo (si quis pertinaciter contra veritatem voluerit talez dispositionem esse codicillos) vtrum tale fideicõmissuꝫ possit dici reuocatum?

¶ Circa primuꝫ videtur prima fronte dicenduꝫ hanc vltimaꝫ
dispositionem non posse dici testamentũ, sed debere dici codi-
cillos eo ꝙ ipse do. Oldradus codicillos appellauerit, ꝛ se in
eius dispositione codicillantem vocauerit, ꝛ dixit codicillando
ita facere vti aperte legitur in ipsa dispositione, ꝛ pluries repe-
ritur. vnde si ipse asserit se codicillari nõ potest dici ꝙ testamẽ-
2 tum fecerit, cum † actus hominum non operentur vltra eoruꝫ
intentionẽ, sed data potentia pendent ab eorum voluntate vul
gata. l. nõ omnes. ff. si cert. pet. c. cum super. ꝛ ibi Jo. Andr. de
offic. delega. cum simil. vt alias dixi in consi. lxxij. Gratiadeus
de Gualuagnis. nu. 13. ꝛ 14. j. vol. Facit quod dici solet ꝙ ex
3 † verbis nostris, seu ex loquela animus loquentis indicatur,
vt signanter not. Bald. per illum tex. in l. sed ꝛ reprobari. ff. de
excusat. tut.

¶ Et eo maxime hoc videtur dicenduꝫ ꝙ pluries expresse vo
cauit hanc suam dispositionem codicillos, ꝛ quidẽ diuerso mo
do. Modo enim dixit se codicillando legare, modo mei codi-
cillantis, modo per me codicillantẽ, ꝛ aliquando etiã presenteꝫ
4 codicillantẽ. Ex † ista. n. multiplicatione demõstratur enixa volũ
tas eius ꝙ codicillari, ꝛ nõ testari volebat iuxta l. balista, ꝛ tra-
dita ibi per Doct. ff. ad Trebel. ꝛ ea, que tradit Bar. ꝛ sequun
tur alij in l. cuꝫ scimus, C. de agri. ꝛ cens. lib. xj. tradit patruus,
ꝛ dominus meus Soci. in l. iij. nu. 4. ff. de leg. j. cũ concordãti-
bus vt per Dec. in ꝯsi. ccccxcvij. accurate ꝛ diligẽter. nu. 6. ꝛ in
cõsi. dxcix. cõsului alias nu. 5. ꝛ dixi alias in consi. xxxj. in causa
dñe Honorate nu. 5. ꝛ in consi. lxxvij. cũ vigeret bellũ nu. 107.
j. vol. ꝛ in consi. lxvij. dña Cornelia de Lari nu. 45. ij. vol.

¶ Nec predictis obstare videtur ꝙ in hac vltima dispositione
5 sit institutus heres vniuersalis, ꝛ alias dici soleat ꝙ † institutio
heredis demonstrat testamentũ esse factum non codicillos. l.
nõ codicillũ ꝛ ibi not. Doct. C. de testa. ꝛ l. illud. §. tractari. ff.
6 de iur. codicil. cũ similibus, nõ enim codicillis potest dari † he-
reditas sicut etiam nec potest adimi. §. fina. insti. de codicil. ꝛ l.
ij. C. eod. ꝛ hoc procedit etiam in filijs, quia nec illis potest da-
ri hereditas in codicillis, quia ipsorum natura repugnat d. §.
fin. ꝛ d. l. ij. cum similibus.

¶ Pro quo ẽt videtur tex. in l. institutio talis. ff. de condi. insti. l. Sceuola. ff. ad trebel. prout hec iura vidi allegari ꝛ ita firmat Bald. in l. filij. in vlt. quest. C. famil. hercis.

¶ Quoniam ad ista respõdetur quod tunc institutio heredis
arguit testamentum quando non constat quid testator facere
voluerit, ꝛ sic sumus in dubio quia dici possit, ꝙ voluerit testa
ri ꝛ etiam ꝙ voluerit codicillari, ꝛ in his terminis debet intelli
7 gi. d. l. non † codicillum cum similibus.

¶ Sed quando cõstat ꝙ quis voluit codicillari (prout in casu isto videtur constare do. Oldradum voluisse vt dictũ est) ex eo tantũ ꝙ fiat heredis institutio nõ cõuenit dicere ꝙ fecerit testamentũ contra voluntatem eius, prout signanter declarat Bal. in d. l. filij. col. fin. C. famil. hercis. vbi etiam idem dicere videtur Saly. qui idem videtur voluisse in d. l. non codicillum col. fin. ꝛ in l. si idem. C. de codicil. ꝛ ita etiã videtur velle Ruyn. in consi. xxxvij. viso ꝛ mature pensato nu. 8. j. vol. ꝛ Paris. olim in Patauino gymnasio honorandus collega meus in consil. xxxv. absoluto consilio nu. 5. 6. ꝛ 7. ij. volu.

¶ Dicetur itaq; ista vltima dispositio codicillus prout in ea sepe appellatur ꝛ institutio heredis in ea facta iure directo nõ valebit, sed poterit obliquari, ꝛ sic iure fideicõmissi valere si aliquomodo sit conseruãda vt volunt Doct. predicti ꝛ maxime Saly. in d. l. non codicillum. ꝛ in d. l. si idem.

¶ Et vltra predicta q d.l.non codicillum cum similibus procedat in dubio, non autem vbi constat morientem voluisse codicillari videtur firmare Bart. in l. j.in prima opposit.ꝛ in l. illud.§.tractari.ff.de iur. codicil. ꝛ Paul. de Castr. in l.ij.ad fin.versi. sed si constaret.C.de codicil.

¶ Et ista opinio q d. Oldradus voluerit codicillari ꝛ non restari vltra predicta varijs coniecturis suaderi videtur, que seriose allegant in contrarium.

¶ Prima est quia in hac vltima dispositiōe videtur testator saltem tacite confirmare precedentes codicillos in quibus primum testamentum confirmatur: vnde videtur q pariter per hanc dispositionem sit confirmatum illud testamentum, meri
8 to, videtur q aliud de nouo facere noluerit, cum nemo † preter milites possit decedere cum duobus testamentis. l. querebatur ꝛ ibi not. ff.de milit. testa.ꝛ est glo. in versi.simul.in l.j.§. si quis duobus.ff.de bon.pos.secundum tab.

¶ Secunda, quia non videtur verosimile virum nobilem ꝛ valde diuitem tam aride voluisse testari vt scilicet vnicum tantum legatum facere voluerit ꝛ nihil pro anima sua vel aliter ad pias causas relinquere contra mortem similium personarū ꝛ proprium, quem in primo testamento seruauit ꝛ vt in motiuis dicitur.

¶ Tertia quia credendum non est q mutauerit opinionem seu voluntatē quā habuerat in precedentibus codicillis factis paulo ante scilicet per sex menses vel circa argumento l. nō ad ea.ff.de condit. et demon. in illis enim multa disposuit ꝛ reliquit de quibus nihil dicitur in hac vltima dispositione quasi voluntatē mutauerit, quod tamen nō presumitur nisi probet.

¶ Sed si valeret vt testamentuz videretur mutasse voluntatē contra presumptionem legis. igitur videtur q noluerit testari sed solum codicillari.

¶ Quarta est quia in hac vltima dispositione non est clausula cassans ꝛc. neqꝫ clausula codicillaris, que solent in testamētis apponi propter quod dicitur dominus Oldradus noluerit facere testamentuz, q si id voluisset tales clausulas apposuisset iuxta consuetudinem testantium, prout ipsemet eas posuerat in primo suo testamento.

¶ Demum q non sit testamentum suaderi videtur ratione euitande correctionis alterius testamenti precedentis.si enim erit codicillus simul cum primo testamento stabit ꝛ vterque
9 † actus valebit, ꝛ ista via in dubio dicitur eligenda argumento l. quoties.ff.de reb. dub.ꝛ cuꝫ simul stare possint necessario ex vltima ista dispositione non infertur correctio seu reuocatio primi testamenti, cum alias dici soleat ex secundo actu primū non reuocari nisi quatenus necessario infertur, vt plene per Deci. in l. pacta nouissima.C.de pacti.

¶ Sic itaqꝫ ex predictis videtur concludendum vltimā hanc dispositionem domini Oldradi non fuisse testamentuz, sed simplices codicillos, ꝛ consequenter primum testamentum cū suo fideicommisso non posse dici reuocatum.

¶ Sed tamen istis ꝛ alijs quibuscunqꝫ que allegari possent non obstantibus, contrariam opinionem vti de iure veriorez amplectar, ꝛ concludo q immo ista vltima dispositio dicitur testamentum ꝛ quidem solenne saltem nuncupatiuum. ꝛ consequenter q per illud dicitur annullatum primum testamentum cum suo fideicommisso iuxta.§. posteriore institu. quib. mod.testa.infir.cum alijs supra allegatis.

¶ Et fundamentum principale ꝛ commune est, quia in actu vltime voluntatis an ille sit testamentum vel alia vltima volun
10 tas puta codicillus cognoscit ex qualitate dispositi.nam † si in tali actu disponitur de vniuersali ꝛ directo iure hereditario, ꝛ sic in eo fiat institutio heredis vel quid simile, dicitur esse factū testamentum, seu dicitur disponentem voluisse testari non codicillari.casus est apertus in l.non codicillum.C.de testam.facit etiam l.illud.§.tractari ff.de iur.codicil. cū similibus. Sed dominus Oldradus in ista vltima sua dispositione instituit heredem vniuersalem Ferrandum filium suum, ergo sequitur q voluit condere testamentum non autem codicillum ꝛ ita per legem voluntas eius interpretatur vt d. l. non codicillum. ꝛ
11 merito quia † cum heredem instituerit creditur illum actum exercere voluisse in quo possit fieri heredis institutio. ne alias videat elegisse viā ad impugnanda sua iudicia. l. si miles qui destinuerat.ff.de milit.testa.sed talis institutio solum in testamento, non autē in codicillis fieri potest vt dictū est, ergo ꝛc.

¶ Eo etiam addito q testator voluit adhibere omnes solennitates requisitas in testamento (prout vere adhibuit) tam requisitas iure communi quam iure municipali propter quod manifesta voluntas eius colligitur q testari voluerit, valet
12 enim argumentum † ab adhibita solennitate. vt scilicet quis credatur fecisse actū, ad quem solennitas illa requirebat argumēto.l.pamphilo.§. propositum ꝛ quod ibi tradūt Doct. ff. de leg.iij. dum loquuntur de testibus rogatis ꝛ voluit Ruy.in cō sil.ix. Quantum ad id.num. 13.ij.vol.adhibitio enim septem testium ꝛ eorum rogatio est solennitas testamentaria non codicillaris vt ibi per eum.

¶ Ad quod facit l.si vnus ꝛ l. hac consultissima. C. de testa. etiam quod dicunt Doct.post glo. in l. heredes palam.§. in testamentis.ff.de testam.scilicet q rogatio testatoris de notario ꝛ testibus facta demonastrat actum, qui fit vt scilicet sit testamentum, ꝛ ita isto casu nos credere debemus, Alioquin inaniter tantum solennitatem requisiuisset cum minor solennitas suffecisset in codicillis.

¶ Et licet hoc solū per se non sic omnino concludens, cū alia abundans cautela non noceat.l.testamentum.C.de testam.

¶ Tamen inducit presumptionem ꝛ verosimilitudinem q testari voluerit.

¶ Maxime iuncta institutione heredis de qua modo dixi.
13 ¶ Unde sumpto argumento ab eo quod est verosimile † ita nos dicere debemus iuxta.l.Julianus. §. preterea. ff. de act. empt.ꝛ c.sollicite de restitu.cum vulgaribus vt dixi in consil. cxxij. Nicolaus Antenorens nu. 19.ꝛ in consil. cxlij.viso puncto cum alijs scripturis.nu. 29.j.vol.

¶ Et q voluerit testari ostenditur, quia illemet in hac vltima dispositione asseruit eam esse suam bonam ꝛ vltimam voluntatem prout ipse etiam talia verba posuit in primo suo testamento, non autem ea posuit in codicillis, qui hanc dispositionē p aliquot menses precesserunt. vnde sumpto argumento a consuetudine testatoris qui talibus verbis non in codicillis, sed in testamento vtebatur, dicendum omnino est q hanc vltimaꝫ dispositionem voluit esse testamentum ꝛ cōsequenter voluit per illud esse reuocatum primum per. §.posteriore instit. quib.mod.testa.infir.cum alijs supra allegatis.

¶ Quod satis ex predictis verbis suadetur nam si voluit hāc dispositionem esse suam bonā ꝛ vltimam volūtatem, ꝛ sic suū vltimum testamentū ergo noluit aliud tale esse per regulam.l. cū pretor in prin. ff.de iudi.ꝛ c. nonne de presumpt. cū simil.

¶ Nec predictis ꝛ huic primo fundamento vero ꝛ concludenti obstant que in contrarium considerantur scilicet q procedit in dubio ꝛ non quando constaret q quis vellet codicillari (prout videtur constare in casu nostro) iuxta doctrinaꝫ Bal. ꝛ Saly.in l.filij.C.famil.hercis.cum alijs supra allegatis.

¶ Quoniam respondetur primo q in casu isto non sumus ita in claro vt in contrarijs presupponitur. Non eniꝫ dixit dominus Oldradus q volebat talem dispositionem valere iure codicillorum non obstante institutione heredis in ea facta.sed tātum appellauit talem dispositionem codicillum ꝛ dixit q codicillando legabat vel quid simile. que nominatio si repugnat substantie in actu interuenienti nō attēdit, sed substantie cedit ꝛ creditur q quis voluerit eū actū gerere, cuius substantiaꝫ ꝛ
14 essentiam ponit. quoniam † ex qualitate dispositionis cognoscitur intētio disponentis vt not. Docto. maxime Bal. Fulg. ꝛ Com.in d.l.non codicillum in j.not.per illum tex.
15 ¶ Accedit quia actus † non iudicatur secundum verbalem denominationem, neqꝫ a nomine agentis cognoscit, sed secundū formam ꝛ qualitatem, ꝛ sic cognoscitur ab essentia eius, ad tradita per Bar. in sua disputatione incipiente Publicanus quidam.in resolutione.nu. 2. cum cōcordantibus ꝛ per Jas. in dicta l. non codicillum prope fin. in versic. tertio adde bonam rationem.

¶ Et predicta probātur apertissime per d.l. insulā de prescriptis ver. nam si dico vendo tibi rem istam pro tali re vel vt talem rem reficias, cum non adsit essentia seu substantia venditionis, quia non dicitur de certo pretio iuxta.§.precium instit.de empt.ꝛ vendit.sed sit substantia permutationis vel contractus innominati erit permutatio vel contractus innominatus, do vt facias singula singulis referendo non obstante quod fuerit dictum vendo ꝛc. sic igitur erit in casu isto quod cum adsit substantia ꝛ essentia testamenti erit testamentum licet fuerit dictum codicillando ꝛc. vel mei codicillantis vel quod simile.

Facit

¶Facit etiã l. si vno in princ. ff. loca. nam sicut ibi verbum do no non operatur donationem, sed propter subiectam materiã capitur pro remissione ob sterilitatem, & sic subiecta materia & substantia eius preualet nominationi, ita etiam dici debet in ca su isto q̃ subiecta materia testamenti & eius substantia scilicet heredis institutio cum omnibus testamentarijs solemnitati/bus preualere debet nominationi codicillorum.

16 ¶Semper igitur standum est interpretationi† verborum que sumitur a substantia actus qui geritur & a subiecta materia & q̃ talis interpretatio repugnaret verbis & eorum proprietati per predicta iura & similia vt per Patruum meũ Socin. in vj. fall. sue regule ccccxlj. C. si ipse fuit talis operis auctor.

¶Ad predicta accedit quia cũ intentio domini Oldradi fue/rit facere heredem, vt ex ipsa dispositione constat, qui in testa/mento non in codicillis fieri potest adhibueritq̃ testes & alia requisita ad testamentum, debet omnino sua voluntas dici te/stamentum, non obstante expressione nominis codicillorum, 17 quia illa dicitur facta per imperitiam eius vel notarij † que no/cere non debet quin valeat vt testamentum prout docet Bal. in l. fi. vj. col. versi. tu dic iure testamenti. C. de codicil.

¶Quinimmo plus voluit Bal. in l. testamentum in j. not. C. de testam. q̃ si quis vocat septem testes & notariũ & dicit si is testes huic meo codicillo & instituat heredem vniuersalem dice tur fecisse testamentum licet appellauerit codicillum, & cum eo transeunt docti, per quam doctrinã ponitur aperta decisio ad casum nostrum.

¶Et ad doctrinam eiusdem Bald. in l. filij. C. famil. hercis. & aliorum in contrarium allegatam vltra superius dicta respon/deri potest q̃ illa nõ est secura cum repugnet predictis & Bal. 18 pro ea iura aliqua non alleget, & ideo† debuit in eo dicto erube scere iuxta l. illam cum ibi not. C. de collatio. & §. cõsideremus. in auct. de trien. & semis. l. certa forma. C. de iur. fis. lib. x. & c. illa extra. ne sed. vac. cum similibus.

¶Et eo presertim hoc dici potest quia Bald. met in locis pre dictis aperte voluit contrarium.

¶Saly. vero & alij in contrarium allegati si recte consideren/tur non loquuntur proprie in terminis nostris.

¶Preterea esto q̃ predicta doctrina sit vera (sine tamen pre/iudicio veritatis) dico q̃ nõ obstaret quia negatur in casu isto constare q̃ voluerit facere codicillos. Non enim illud expres/se protulit per verba dispositiua, sed illud videtur summi ex il/lis verbis codicillando lego vel mei codicillãtis vel similibus, que sunt verba enunciatiua, que nec disponũt iuxta tradita per Bar. & alios in l. ex hac scriptura. ff. de donat. nec etiã probãt ad tradita per Doct. in l. cum aliquis. C. de iur. delibe.

¶Et maxime hoc dici debet in casu isto in quo essentia & sub/stantia actus repugnat ei quod verba illa enunciatiua dispone rent aut probarent, vnde ne actus iste inuicem repugnet per iu ra vulgaria concludendum est codicillum per talia verba nec esse factum nec probari posse saltem vt clare constet dominum Oldradum voluisse omnino codicillari, & non testari, sed po/tius apparet contrarium per predicta & etiam per infra dicen/da, vel saltem negari nõ poterit quin simus in dubio vt sic per eandem doctrinam Bald. & aliorum allegatam in contrariũ debeat dici testamentum propter institutionem heredis per d. l. non codicillum & alia supra deducta.

¶Et ad verba illa codicillando lego &c. vltra supradicta põt dici q̃ do. Oldradus, qui ignorabat iuris apices, putauerit di/ci codicillum quando fit legatum & eo respectu postea vocet se 19 codicillantem, cum † principaliter propter legata & fideicom/missa sint inducti codicilli instit. de codicil. in prin. & §. primo. & hinc forte est quod non ita dixit quando postea fecit heredem vniuersalem.

¶Vel forte etiam credidit q̃ omnis dispositio post primum testamentum dicatur codicillus etiam q̃ per eam primum te/stamentum tolleretur.

¶Uerum hec sua credulitas & ignorantia nõ debet impedire quin valeat vt testamentũ, cũ ad illud omnino requisito inter/uenerint secundũ Bal. in l. fin. C. de codicil. & supra dictũ fuit.

¶Demum respondet (& aperte tollitur omnis difficultas) nã doctrina Bar. & aliorum (esto q̃ sit vera) debet intelligi quan/do dispositio de qua agitur potest valere iure codicillorum pu ta quia instituto in ea potest per fideicommissum restitui here ditas vel a venientibus abintestato si nullum precesserat testa/mentum, vel ab instituto in primo testamento si precesserat in quo erat alius institutus. Sed si idem est institutus in primo testamento qui reperitur institutus in secundo, seu in disposi/tione de qua agitur, vel idem erat successurus ab intestato si nõ precesserat testamentum vt sic idem esset qui fideicommissum deberet, & cui deberetur, tunc institutio non posset trahi ad fi/deicommissum, cũ nemo sibi ipsi debere possit l. Uranius. ff. de fideicom. & in terminis q̃ nemo sibi ipsi per fideicommissũ grauetur probat in l. & quidem. & in l. legatũ est. ff. de legat. j.

¶Ualebit ergo eo casu eo modo quo potest, & sic iure directo & ita erit testamentum ita signãter post Dyn. determinat Jo. Andr. in addit. Specu. in titu. de instru. editi. §. compendiose in ver. Porro si dubium sit in addit. super. ver. codicillum cõ cludens q̃ si in primo testamento pater instituit filium, & po/stea in alia solemni dispositione adhibitis & rogatis septem te/stibus instituat eundem filium dicendo q̃ vult eam valere iure codicillorum valebit vt testamentum propter institutionẽ he/redis, attento q̃ talis dispositio non poterat valere in vim fi/deicommissi, vt per eum.

¶Et licet plura pro hoc deducat, tamen precipue mouetur ex predicta consideratione, vt ipse ibi dicit in versi. principaliter autem &c. & illam decisionem (licet de tali consideratione nihil dicat) sequitur Paul. de Cast. in l. ij. ad fin. C. de codicil. illam etiam sequitur Alex. in l. non codicillum faciendo in effectu cõ siderationem predictam per quam ipse intendit concordare ta lem decisionem cum his qui videbantur tenere contrariũ vt per eum. Sed sic est q̃ in proposito nostro D. Oldradus in pri mo testamento instituit heredem Ferrandum eius vnicum fi/lium, qui etiam ab intestato erat successurus, & eundem postea instituit in sua vltima dispositione de qua agitur, & sic si valeret iure fideicommissi & codicillorum, ipse idem diceretur sibi ipsi grauatus, quod dici non debet per predicta.

¶Ad quod in simili facit, quia debet esse differentia inter insti tutũ & eũ qui instituitur siue inter dantem & accipientẽ. c. fi. de instit. merito ergo talis dispositio valebit, vt testamentũ & in/stitutio iure directo valebit, & consequenter erit sublatum pri/mum testm̃ cum suo fideicommisso vti supra deductum fuit.

¶Nec obstat q̃ predicta decisio Jo. Andr. communiter rece pta videatur posita in diuersis terminis a casu nostro eo q̃ in casu illo testator dixit si non valeret iure codicillorum valere voluit iure testamenti &c. quod in casu nostro dictũ non repe ritur. Nam ad hoc respondetur q̃ mens testantis in casu isto satis colligitur q̃ voluit valere iure testamenti ex institutione heredis, ex rogitu testium & ex alijs testamentarijs solemnita/tibus adhibitis secundum q̃ supra ostensum fuit.

¶Preterea dico quod difficultas clare tollitur quin Jo. post Dyn. in illis verbis non facit fundamentum, sed in eo se fun/dat q̃ institutio heredis facta fuit allegando dicta l. non codi/cillum, & solemnitas testamentaria interuenit, & precipuũ fun damentum facit in eo q̃ idem erant instituti in secundo qui in primo testamento, & qui ab intestato erant successuri vt sic non posset dari validitas fideicommissi, vt ibi per eũ. Que omnia ad vnguem reperiuntur in casu nostro fuit enim adhibita so/lemnitas testamentaria, fuit heres institutus & quidem ille qui in primo testamento erat institutus, & qui ab intestato erat suc cessurus, & sic fideicommissum non potest sortiri effectũ. Me/rito ergo idem dicendum est per locum ab identitate rationis per iura vulgaria.

¶Et consequẽter sequitur q̃ decisio predicta in proposito no stro est optima, & determinat propositam difficultatem prout supra demonstratum fuit.

¶Confirmat ista opinio in terminis nostris pulchra & satis 20 concludenti ratione. Nam† quando post primum testamentũ decursum est decenniũ, & testator dixerit nolle illud valere vel vtendo alijs verbis contrariam voluntatem suam ostenderit predicto testamento primum illud testamentum dicitur reuo/catum etiam q̃ aliud testamentum testator non fecerit vt est tex. apertus in l. sancimus. C. de testamen. & ibi omnes Doct. not. & hoc anno ego declaraui in l. si quis in princi. testamenti. circa quartam quest. Rayn. in ij. limitatione sue conclusionis. ff. de legat. ij.

¶Fortius hoc dici debet in casu nostro, cum nedum de con/traria voluntate appareat, sed etiam sic perfectum aliud testa/mentum, & nedum decennium, sed etiam viginti anni decurre/rint authen. multomagis. C. de epis. & cler. cum simi.

¶Quod autem de contraria voluntate appareat ostenditur, nam

nam in primo testamento heres erat institutus filius cum onere fideicommissi si decesserit sine filijs masculis cuius contrariū voluisse nouissime dominū Oldradum in sua vltima dispositione apparet, dum simpliciter Ferrandum filium suum heredē instituit, nullumq; onus fideicommissi sibi iniunxit. Ex hoc enim clare constat voluntatem suam contrariam esse ei quod in primo testamento disposuerat merito primum testamentum dicitur sublatum, ⁊ sic etiam fideicommissuz in eo contentum de quo ad presens disputatur.

¶ Et ꝙ in casu nostro propter institutionem heredis cum solemnitate testamentaria dicatur factum testamentū licet codicillus fuerit denominatus ostenditur ex regula qua dicitur cō
21 trariorū† eandem esse disciplinam per iura vulgaria, ⁊ traditur per Moder. vbi ego plene dixi in rub. ff. de acquir. possess. videmus enim ꝙ si cum solemnitate testamentaria dicat quis se facere testamentum non tamen erit testamentū si non fiat heredis institutio, cum substantia testamenti deficiat iuxta §. ante heredis. instit. de legat. non enim attenditur denominatio, si substantia deficit. ad tradita per Paul. de Cast. in l. proxime. ff. de his que in testa. delen.

¶ Ita ergo per contrarium dici debet ꝙ cum sit facta heredis institutio, debet dici testamentum a sua substantia reiecta denominatione codicillorum per regulam predictam.

22 ¶ Ad qđ etiam facit illud generale dictū, videlicet† ꝙ id quod operatur propositū in proposito, debet operari oppositū in opposito. l. fi. de leg. iij. ⁊ l. ⁊ ex contra tabulas. ff. de vulgar. ⁊ pupil. nam sicut defectus institutionis operatur non esse testamētum. Ita existentia institutionis ceteris habilibus debet operari vt sit testamentum cum omni suo effectu, ⁊ sic cum reuocatione primi cum suo fideicommisso.

¶ Preterea considerandum est ꝙ si in hac dispositione vltima cum solemnitate testamentaria fuisset alius institutus quā qui in primo testamento, ⁊ in primo non esset institutus filius, certe nemo diceret hanc secundam non valere iure testamenti, cū ad illud requisita interuenerint ⁊ hoc pro conseruatione institutionis. Et sic totaliter tolleret primum testamentum vti testamentum posterius.

¶ Ex quo dico ꝙ idem isto casu dici debet vt scilicet filius venerit ex isto secundo testamento, ⁊ non ex primo, nam cum in secundo dominus Oldrad. seu in ista vltima dispositione filiū instituat dicitur velle ꝙ ex tali institutione admittatur ⁊ nō ex primo testamento. Alioquin vana penitus ⁊ inutilis fuisset il-
23 la institutio. Quod dici non debet, cum† omnis dispositio debeat interpretari vt valeat. l. quoties. ff. de reb. dubi. ⁊ vt aliqđ operetur. l. si quando. in prin. ff. de legat. j. ⁊ c. si Papa de priuil. lib. vj. ⁊ est trita doctrina Bald. in rubr. C. de contrahen. empt. in ix. questio.

¶ Si igitur filius fuit admissus ex testamento facto per hanc vltimam dispositionem, cū in ea nulluz sit onus fideicōmissi filio iniunctum, sequitur ꝙ ei filie libere ab intestato successerūt nec aliquo fideicōmissi onere dicuntur grauate, ⁊ ita omnino tenendū puto firmando ⁊ concludendo, ꝙ per hāc vltimam dispositionē quā testamentū esse voluit do. Oldrad. dicitur omnino reuocasse primū testm̄ ⁊ fideicōmissum in eo contentum.

¶ Et ista conclusio nonnullis argumentis confirmatur vltra superius deducta.

¶ Et primo, quia quādo quis facit codicillos precedēte testamento quod vult validuz permanere de ipso testamento solet
24 mentionē facere illud confirmando, vt experientia docet† que dicitur efficax rerum magistra. c. quā sit. de elect. lib. vj. ⁊ clem. dispendiosam. de iudi. prout etiam ipse D. Oldrad. facit in codicillis qui hanc vltimam voluntatem precesserunt.

¶ Sed in ista vltima dispositione nedum testamentum iaz factum non confirmauit, sed de eo nullam fecit mentionem ergo nō dicitur voluisse codicillari, sed nouum testamentum facere.

¶ Secundo quia dixit, ꝙ hec erat sua bona, ⁊ vltima voluntas, prout etiam supra ponderaui quod non dixit in codicillis qui eam precesserunt.

¶ Tertio, quia in hac vltima dispositione ad legatuz quod in ea fecit grauat heredem in eadem infra scribenduz, ex hoc enim ostenditur ꝙ voluit considerari heredem ex tali dispositione,
25 ⁊ non ex alio. ergo voluit facere testamentum† cuz solum in eo possit fieri heres ⁊ non in codicillis. §. fin. instit. de codicil. hoc autez non fecit in codicillis quos prius fecerat. In eis enim ꝙ tunc volebat primum testamentum valere illud confirmauit, ⁊ in eo institutum heredem legatis grauauit.

¶ Unde cum in ista vltima dispositione legatuz ab heredē in ea instituto reliquit, sequitur quod voluit facere testamentum vt est text. in l. illud. §. tractari. ff. de iur. codicil. quem tex. etiaz supra allegaui.

¶ Demum sic interpretari debemus, ex eo quia si testamentuz sit ⁊ ita per illud sit reuocatum primuz cum suo fideicōmisso,
26 filius ⁊ heres testatoris minus erit grauatus, quod† in dubio credere debemus testatorem voluisse. l. vnum ex familia. §. si rē de leg. ij. ⁊ l. Titia cum testamento. §. qui in vita. eo. tit. ibi non est enim verosimile. prout hec iura ad hoc allegat Ruyn. in cōsil. xciiij. pro clara nu. 5. ij. vol. cū concordantibus vt per Dec. in consil. cclv. dispositum fuit nu. 5. ver. accedit ēt alia regula.

¶ Et ista opinio suadetur quia cum testator iam viderit vxorem filij ⁊ sic nurum suā peperisse filiam cognouit eam non esse
27 sterilem sed fertilem, ⁊ ita diligens prolem filij sui (cum† maximus sit amor senum in nepotes suos ex filio iuxta tradita per Doct. in l. liberorum. ff. de verb. signi.) noluit onus aliquod filio imponere, ⁊ ideo ⁊ merito in hac sua vltima ⁊ bona voluntate (vti eam do. Oldradus asseruit) noluit ipsi filio aliquam substitutionem facere, ⁊ sic in effectu voluit fideicommissum de quo in primo testamento annullare vna cum ipso testamento vt supra deductum fuit.

¶ Et si bene ⁊ diligenter cōsideretur, predicta voluit Parisi. in consil. xxxv. absoluto consilio per totum ij. volu. licet supra fuerit allegatus in contrariū. Nam ipse ideo voluit in casu suo per secundam dispositionem non fuisse reuocatū primū testamentū, quia illa secunda non potuit valere iure testamenti propter deficientē solemnitatem eius scilicet numeruz testium, nec iure codicillorum, quia in eis non potest adimi hereditas, vt per eū ibi nu. 9. cū pluribus sequentibus.

¶ Vult ergo ibi Parisi. ꝙ si interuenisset eo casu solemnitas testamentaria, valuisset vt testamentū, ⁊ primū cum omni suo effectu reuocasset, vnde cū in casu nostro solemnitas testamentaria ad plenū interuenerit, ⁊ plus etiam institutio heredis, habemus decisionē Parisij vt valeat iure testamenti, ⁊ primum reuocet cum suo fideicommisso.

¶ Et ꝙ voluerit dominus Oldradus testari ostenditur etiaz quia nulli dubiū est ꝙ voluit legatū factuz Ambrosine valere ⁊ illi prestari prout ad hoc sunt amplissima verba testatoris imponendo etiā penaz si nō prestetur, sed si non esset testamentū, ⁊ sic ex tali volūtate nō daretur heres, certe non esset heres qui tale legatū prestaret cū testator voluerit prestari per heredez in eadē dispositionis scriptura, vt eius verba sonant, nec in eis in-
28 stitutus posset dici heres si esset codicillus, cum in eo† non datur hereditas. §. fina. institut. de codicil. cum similibus, vt supra dictum fuit.

¶ Unde vt legatum tale valeat vt testator voluit, necesse est vt ista vltima dispositio sit testamentum, ⁊ sic per illud vti posterius sit reuocatum primum, ⁊ cum eo fideicōmissum in illo cōtentum, ⁊ ita omnino concludendum puto.

¶ Et ista conclusio in casu nostro, etiam vltra hanc consideratione, verissima est ex iuribus ⁊ rationibus de quibus supra.

¶ Nec illi obstant coniecture quedam in contrarium considerate ⁊ vltima illa consideratio de qua supra in contrarijs.

¶ Quoniam ad omnia respondetur vt infra.

¶ Nam ad primā coniecturā clara est responsio ꝙ non valet consequentia confirmo codicillos, ergo ⁊ testamentū quod illos precessit licet in eis sit tale testamentum confirmatum.

¶ Quoniaz codicilli censentur confirmati respectu eius quod
29 in ipsis relinquitur, ⁊† non potest talis confirmatio operari cōfirmationem precedentis testamenti. Quoniam illa non dicitur fieri nisi per expressa verba dicatur facta l. si quis priore. cuz his que ibi tradunt Doct. ff. ad trebel.

¶ Nec quod dicitur de confirmatione ⁊ validitate codicillorū potest operari confirmationē testamenti cum sit quid maius, ⁊ est notum. Ita recte intuenti voluit Bart. in l. j. questio. xvij. ff. de iur. codicil.

¶ Preterea argumentuz forte procedere posset si testator dixisset expresse confirmo codicillos ⁊c. Quod certe non fuit, sed solum dixit ꝙ in legato facto Ambrosine seu deputatis hospitalis pro ea de scutis ducentis computarentur libre centū quinquaginta eidem Ambrosine relicte in ipsis codicillis, que verba non sonant simplicē confirmationē illorū codicillorum, sed solum illius legati librarum centum quinquaginta.

¶ Demum

¶ Demum ex eo q de codicillis fit mentio, & sic illi videntur confirmari, & de testamento nullum fit verbum potest fieri coniectura q sit testamentum & non codicillus quia de more codicillorum est, q in eis fiat mentio precedentis testamenti & illud confirmetur vt fuit factum in precedentibus codicillis, in ista enim vltima dispositione nulla fit mētio testamēti ergo noluit codicillari, sed testari potius vti etiā supra fuit hoc cōsideratū.

¶ Non obstat secunda coniectura quia vere nihil est. Nam ve
30 rosimilitudo allegata negatur. Quisq; † enim ex arbitrio testatur plene, copiose vel aride vti sibi libet l. j. C. de sacrosanct. eccles. cum a sola voluntate disponentis dependeat testamentū iuxta l. illa institutio. & tradita ibi per Doct. ff. de hered. instit. & sic dico q vnicū legatum fecit, quia plura facere noluit. Et si nō reliquit aliqd pro anima sua vel alias ad pias causas prout fecerat in primo testamento, ex hoc tamen non debet minus dici testamentum quia ei non placuit in hoc secundo testamento talia facere, & potuit mutare voluntatem cum illa sit ambulatoria l. iiij. ff. de adimen. legat. forte quia ex communi vsu hodierno non ita id fit vti olim fiebat, vel forte etiam quia cum post primum testamentum diu superuixerit sibi ipsi in talibus elemosinis prospexit proprijs manibus eas largiēdo, & vt vulgo dicitur facendosi lume inanzi.

¶ Et quicquid ipsum testatorem mouerit nostrum non est querere, sed satis est quod talia facere noluit, ad que nullo iure compellebatur.

¶ Similiter dico q non fecit substitutionez & fideicommissuz prout in primo testamento fecerat, quia id facere noluit, & hoc sufficit vltra q rationabiliter ad id moueri potuit, naz cum viderit vxorez filij fertilez, confidit q ex illo proles nascetur prout vere nata fuit, & de qualibet prole contentus noluit filiū aliquo fideicommisso onerare, & eadem ratione forte non dubitauit amplius de bastardis. Sed quicquid sit satis est eum noluisse plura ponere in hoc testamēto, sicut posuerat in primo, & eius
31 † vltima voluntas attendenda est d. l. iiij. de adimen. lega. & l. j. C. de sacrosan. eccle. cum simi.

¶ Et licet hoc testamentum aridum videatur & satis breue, ex eo tamen non debet annullari cum habuerit omnia sua substantialia, & plura non fecit testator quia noluit, & alias testamentum potest fieri tribus verbis immo etiam duobus. l. j. §. j. ff. de hered. instituen.

¶ Ad tertiam coniecturam respondetur q nihil est quia satis est q aliter disposuit quam in primo testamento, ex eo eniz constat voluntatem mutasse. Nec semestre tempus dicitur in proposito breue, sed longum, lex autem ad ea in contrarium allegata loquitur de tempore breuissimo, & quasi immediate sequenti vt patet ibi & incontinenti heres &c. non si aliquod interuallū intercessit, & sic ille tex. retorquetur cum longuz sit interuallum semestre tempus.

¶ Et tria que in motiuis considerantur facta in primo, & in secundo obmissa potest dici q considerate fuerunt obmissa.

¶ Et primo non confirmauit quandam donationem quia illa per se firma erat arg. §. alie. instit. de dona. cum simi. & satis fuit testatori animum suum pro conseruatione donationis ostendisse in precedenti dispositione codicillari vbi talem donationem confirmauit.

¶ Secundo non prohibuit alienari vt in primo testamento fecerat, quia noluit, & non sine ratione, nam cum in hoc secundo testamento nullam fecerit substitutionem, noluit etiam aliena-
32 tionem prohibere, que † vt plurimum fieri solet fauore substitutorū, ad tradita per Doct. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. j.

¶ Tertio castrum Ferando filio non prelegauit quia iam videbat ex se alios non nasci turos, & sic Ferrandum futurum solum heredem vniuersalem, quo casu prelegatum non conuenit, quia sibi ipsi diceretur grauari contra l. legatum est. §. j. de leg. j. cum simi. & supra dictum fuit.

¶ Non obstat quarta coniectura, quia responsio facilis & in promptu est. Nam clausula codicillaris, & illa etiam Cassans irritans &c. ponuntur ex voluntate testatoris, & hic posite non sunt quia eas noluit testator apponere, & hodie nulla illaruz est necessaria vt scilicet exprimatur. Quia prima cum ex communi consuetudine semper apponi debeat habetur pro apposita, nā
33 † que ex communi stillo in actu solent apponi habētur pro appositis etiam q non exprimantur vt bene intuenti probatur in c. cum sit. & ibi not. Bal. Imol. Abb. & alij extra de consti. cum alijs adductis per Ruyn. in consi. lxxvij. viso ac diligenter ponderato testō nu. 5. iij. volu. Sed clausula codicillaris de communi stilo solet apponi, ergo censetur apposita, & maxime qui sumus inter liberos & tradit Deci. in consi. ccccxlij. in casu proposito. nu. 6. & alias dixi in consil. cxliiij. Magnificus vir Jacobus. nu. 36. ij. volu.

¶ Secūda vero inest a lege per §. posteriore. instit. quib. mod. testa. infirm. cum concordantibus de quibus supra fateor bene q ista fuisset necessaria si in primo testamēto fuisset aliqua clausula derogatoria ad sequentia iuxta tradita per Bar. & alios in l. si quis. in princ. testamenti. de leg. iij. que clausula in primo testamento in casu nostro non reperitur, ergo &c.

¶ Sic itaq; concluditur non ideo in casu nostro minus esse testamentuz quod in eo non reperiatur aliqua ex predictis clausulis cum in eo fiat heredis institutio, et concurrant alia de quibus supra.

¶ Et sic sequitur ex coniecturis predictis nullam esse efficacez ad tollendum quin dominus Oldrad. voluerit testari.

¶ Demum non obstat quod nouissimo loco dicebatur ratione euitande correctionis &c.

¶ Quoniam respondetur de plano & fateor q reuocatio per secundum testamentum seu actum non fit nisi quatenus necessario ex eo infertur iuxta tradita per Deci. post alios in l. pacta nouissima. C. de pact.

¶ Sed dico q reuocatio primi testamenti necessario infertur ex hac vltima dispositione. Nam in ea nullum est onus substitutionis vel fideicommissi iniunctum filio heredi instituto, que aperte contradicit primo testamento in quo erat onus fideicommissi merito &c.

¶ Preterea ex eo tantum, q sit testamentum necessario inducitur reuocatio precedentis testamenti, cum non possit quis decedere cum duobus testamentis loquendo de paganis vt supra dictum fuit.

¶ Nec quicquam obstat regula l. quoties in contrarium allegata, quia vtriusq; dispositionis validitas stare non potest cuz inuicem repugnent vt supra fuit ostensum.

Quinimmo nec si esset codicillus posset valere seu sortiri effectum fideicommissi, cum a se ipso sibi ipsi esset relictum vt superius dictum fuit in versi. demum respondetur & aperte tollitur omnis difficultas.

¶ Sic itaq; ex predictis omnibus (reiectis omnibus contrarijs) remanet firma & verissima conclusio hanc vltimam dispositionem domini Oldradi fuisse necessario testamentum & non codicillos, & consequenter q per tale testamentum fuit reuocatum primum testamentum cuz suo fideicommisso, & per hec sit expedita j. questio.

¶ Capio modo secundam in qua parum est insistendum & loquar conclusiue. Dico enim q si pertinaciter quis contra veritatem velit hanc vltimam dispositionem appellare codicillos (licet id falsissimum sit) dicendum videtur adhuc q fideicommissum iniunctum filio in primo testamento dicitur reuocatū. Nam cum voluerit testator in ista sua vltima dispositione filium Ferrandum simpliciter esse vocandum absq; aliquo onere, cum ei nullū iniunxerit, absq; dubio dici debet onus fideicommissi in primo testamento iniunctum fuisse reuocatum, cū simul stare non possint filium oneratum fideicommisso & non
34 oneratum & † cum vltima scriptura sit q non sit oneratus illa attendi debet l. si mihi. & tibi. §. in legatis. ff. de leg. j. cum simi.
35 ¶ Nec dubitandum est † in codicillis posse adimi fideicōmissum etiam vniuersale sicut etiam potest in eis relinqui §. fi. instit. de codicil. cum similibus vt per Bertrād. in cōsil. cxxviij. viso processu nu. 3. ij. vol. ex primis & dixit Paris. in preallegato consi. xxxv. nu. 14.

¶ Et licet ipse ibi in sequentibus dicat ademptionem fideicōmissi fieri non posse in codicillis quando est ita coniunctū institutioni vt ab ea separari non possit, cum simul esse debeant vti quoddam indiuiduum, & id est quia institutio seu hereditas in codicillis adimi non potest vt per eum.

¶ Tamen responderi potest primo q eius opinio ni fallor videtur falsa, non enim video dari tale indiuiduum, & semper fideicommissum heredi iniunctum potest separari ab eius institutione vt de se notum est.

¶ Nec ex eo q dicatur instituo Titium heredem cum hoc q si decesserit sine filijs restituat, videtur induci aliqua indiuiduitas vt scilicet fideicommissum ab institutione separari non possit per reuocationem eius. Alioquin sequeretur q nec in

eodem

eodem testamento posset fideicommissum sine reuocatione heredis reuocari, quod absurdissimum est, et nemo diceret. Esset
36 enim illud contra regulam qua dicitur testantis† voluntatem ex libertate animi esse ambulatoriam vsque ad mortem d. l. iiij. de adim. lega. et supra dictum fuit.

¶ Parcat ergo mihi in hoc Parisi. quia in tali dicto valde decipitur.

¶ Vel etiam secundo respondetur (si quis dictum suum tenere velit) quod loquitur precise quando quis instituit cum hoc etc. quasi per illam coniunctionem inducatur suum indiuiduum, sed casus noster est diuersus, nam Ferrādus in primo testamēto vna cum filijs nascituris ex testatore fuit institutus, et postea facta prius quadam reciproca substitutione inter institutos et facta etiam quadam dispositione de filiabus feminis satis separatim ab institutione fit fideicommissum de quo agitur in ver. Et casu quo dicti omnes filij etc. Et sic tale fideicommissum nō potest dici ita cum institutione coniunctum vt cum ea sit quoddam indiuiduū etiā secundū Parisi. vbi supra, et ideo sequitur quod in codicillis potuit reuocari stante firma institutione.

¶ Et que dicta sunt in hac secunda questione sint dicta ex abūdanti, quoniam veritas est predictam vltimam dispositionem domini Oldradi fuisse testamentum et per illud fuisse reuocatum precedens testamentum cum suo fideicommisso.

Laus Christo Redemptori nostro.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1553.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LXX.

¶ De quadam permutatione simulata quod non valeat, sed dicatur facta venditio que erat prohibita.

¶ Contrauentio voluntati testatoris in alienando nocet etiam filijs eius in sua potestate existentibus.

¶ Qui ante alienationem coheredis prohibitam voluntati testatoris contrauenerat ad rem alienatam non vocatur.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Veritas aperte demonstrata alia demonstratione non eget.*
2 *Legis uerba amplexus in legem committit si cōtra eius mentē nititur.*
3 *Feudum alienatum à uasallo irrequisito domino afficit etiā eius filios ita ut & ipsi eo priuentur.*
4 *Intellectus. §. libertis. l. cum pater. de leg. ij.*

CONSILIVM LXX.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, et iustitie.

¶ Non est opus in presenti consultatione aliquid scribere, sed satis est conclusiones Magnifici et Excellentissimi domini Consulentis simpliciter subscribendo vti iuridicas approbare, cum per eum omnia cum summa diligentia et doctrina discussa fuerint, et adeo quidem vt nihil intactum reliquerit, et veritatem suarum conclusionum ita aperte demon-
1 strauit, vt† alia demonstratione non sit opus l. j. in fi. ff. de dote preleg. et c. ij. in prin. xcvj. distinct.

¶ Dum ergo primo loco concluditur per eximium Consulētem quod Romanus vnus ex heredibus testatoris voluntati eius contrauenerit in asserta permutatione, ita vt in fauorem heredum obseruantium sit locus fideicommisso vti per dominum Consulentē ostensum fuit, et presertim ex eo quod predicta asserta permutatio fuit non vera sed ficta et simulata vt dn̄s Consulēs clare et iuridice demonstrauit ad quem me refero.

2 ¶ Et vltra eum facit quia† sicut in legem committit qui verba legis amplexus contra mentem legis nititur l. non dubium. C. de legi. ita etiam de testatore dicitur cum voluntas testatoris pro lege habeatur. §. disponat. in auct. de nupt.

¶ Dico igitur quod iste Romanus fecit contra mentem testatoris, quia in effectu voluit vendere quod testator prohibuerat, licet videatur eius verba amplecti faciendo permutationem (licet simulatam) illa enim ratione simulationis nulla fuit l. pretor cum glo. prius. ff. de aqua plu. arcen. cum similibus.

¶ Et propter venditionem quam facere voluit dicitur cōtrafecisse voluntati testatoris, et propterea vt dixi fuit factus locus fideicommisso in fauorem filiorum Matthei Fanuccij coheredum testatoris voluntatem obseruantium.

¶ Pariter etiam placet conclusio domini Consulentis in secunda dubitatione, nam cum Romanus veniat priuatus quia deliquit contra prohibitionem testatoris re ipsa alienādo, etiā
3 filij eius veniunt priuandi, sicut dicitur de filijs alienantis feudum irrequisito domino iuxta tradita per Aluarot. in c. j. si vasal. feud. priuetur et per Ruyn. in cōsi. cxij. viso themate nu. 10. iiij. volu. cum concordantibus vt per dominum Consulentem, et eo maxime hoc dicendum est in casu nostro, cum filij Romani tempore priuationis, erāt et adhuc sunt in potestate eius argumento l. queritur. ff. de bon. liber. et eorum que in simili dicit Ruyn. in consi. viij. casus de quo queritur. nu. 4. et 5. ij. vol. et supra per dominum Consultorem dictum fuit.

¶ Demum placet etiam resolutio domini consultoris in tertia dubitatione vt scilicet filij et heredes Antonij Fanuccij coheredes predictorum Romani et filiorum dicti Matthei non possint quicquam petere de predio alienato per dictum Romanum, et sic quod non cōcurrant cum filijs d. Matthei, et hoc quia iam ipsi contrauenerunt voluntati testatoris alienando prediū Toxignani, et non deponendo precium secundum ordinem testatoris, vel depositum recipiendo et non conuertendo in tot bona stabilia prout testator disposuerat prout declarat dominus Consulens et pro hoc est tex. quem D. Consulens allegat in l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. ij.

¶ Et hoc dico, posito quod filij dicti Antonij prius alienauerint dictum predium Toxignani, et sic voluntati testatoris contrauenerint quam contrauenerit d. Romanus vti in puncto pre-
4 supponi videtur, in his enim terminis loquitur d. §.† libertis vt patet ibi sed hoc ita procedere potest cum ver. seq.

¶ Ex his ergo et alijs pluribus deductis per eximium Consulentem de simplici subscriptione requisitus vna cum Excellentissimis et Magnificis subscribentibus vt per dominum Cōsulentem in qualibet dubitatione concludendum puto.

Laus Deo Opt. Maximo.

Socinus Nepos Bononie.

CASVS.

CONSILII LXXI.

ILLVSTRIS dominus Aluarus de Mendoza habens vxorem et ex ea vnicam filiam nomine Marianam, iussit ad se vocari cum graui infirmitate laboraret, quendam dominum Jacobum Vidillam notarium, qui cum quibusdam testibus intrauit Thalamum in quo d. dominus Aluarus iacebat infirmus, qui coram predicto notario et testibus dixit ego facio testamentum in quo instituo heredem vniuersalem filiam meam Marianam, cum tali conditione quod ipsa nubat Bernardino filio Francisci de Mendoza consobrini mei.

¶ Et si dictus Bernardinus moriatur quod nubat altero filio d. Francisci. et si filij d. Francisci de Mendoza decesserint, et dicta filia mea decesserit sine filijs legitimis et naturalibus, volo, ordino, et mando quod omnia bona mea sint d. Francisci et ad eum perueniant, quem in dicto casu heredem instituo vniuersalem.

Quibus verbis ita prolatis incontinenti non expectato an d. dominus Aluarus vellet aliquid vltra dicere vel disponere dictus notarius dixit ipsi domino Aluaro illa verba que protulisti sunt maxime qualitatis et scribentur prout dixisti per capitula distincta, vt tollatur omnis suspitio, et quod nullus dicere possit quod scripserim aliud quam dixisti vel vnum pro alio. Hic est presens (prout reuera erat) vnus ex dictis testibus qui scit bene scribere ipse scribet, et ego postea testificabor et publicabo. et tunc dominus Aluarus illis verbis notarij nihil respondit nec ei contradixit. Immo incontinenti Notarius dedit calamum et papirum dicto testi, vt scriberet et statim incepit interrogare d. dominum Aluarum in qua ecclesia volebat sepeliri; Qui respondit quod in ecclesia Beate Marie Magdalene

civitatis

ciuitatis Cesarauguste, et ita dictus testis scribebat deinde interrogauit notarius quantum volebat de bonis suis expendi pro missis celebrandis: Et d. dominus Aluarus respondit centum ducatos pro missis celebrandis in d. ecclesia Magdalene. Et dixit etiam lego centum ducatos pauperibus hospitalis ciuitatis Cesarauguste, qui etiam alia legata fecit et faciebat, et executores anime sue nominauit, et predicta omnia scribebat et scripsit d. testis in d. scriptura. Tunc dum predicta dns Aluarus dixit erga Notariū notari vidilla scribis et intelligis que tibi dico: Et respondit Notarius ita domine. Dum autē predicta scribuntur et sic ordinante d. domino Aluaro et antequam scriberetur aliquid circa institutionem heredis, et non constito an velit plus disponere, nec repetitis aliquibus verbis circa dictam institutionem nec per ipsum notarium nec per dominum Aluarum, sed predicta scribente d. teste intrauit in cameram illam vxor domini Aluari et illi dixit domine modo facis testamentum dignetur tibi Deus dare tempus quod hoc testamentū et alia plura possis conficere. Rogo te vt curam filie nostre cōmunis mihi committas et tunc turbatus fuit aliqualiter d. testator, qua turbatione precedente statim ex prouidentia medicorum vxor voluit ei dare paululum substantie, sed ipse propter eius debilitatem non potuit illud accipere, immo incontinenti in presentia notarij et testium et plurium personarum d. dominus Aluarus expirauit et mortuus est.

¶ Mortuo d. domino Aluaro Notarius postea in protocollo scripsit omnia que dominus Aluarus dixit tam ea que fuerunt in presentia domini Aluari scripta per d. testem quam alia que ibi scripta non fuerunt et signanter scripsit in suo protocollo ea que d. dominus Aluarus predixerat circa institutionem heredis et substitutionem que non fuerunt scripta per d. testem nec iterū repetita in presentia testatoris, et sic d. Notarius scripsit in suo protocollo testamentum domini Aluari, et in publicam formam extraxit et signauit asserendo et affirmando quod ipse modo predicto fuit rogatus de ipso testamento in presentia dictorum testium ad id modo premisso rogatorum, et quod ipse testificatus fuit d. testamentum de omnibus predictis per d. dominū Aluarū et quod de illis confecit instrumentum publicum et illud dedit predicto domino Francisco de Mendoza.

¶ Vere tamen nihil vltra in facto contigit nisi illud quod supra dictum est, et ita omnes testes qui ibi presentes erant deponunt, affirmant, et asserunt quod Notarius vere non legit nec testificatus fuit dictum testamentum.

¶ Queritur nunc stantibus predictis vtrum predictum testamentum de iure valeat: et an instrumentum publicum per dictum Notarium confectum et parti exhibitum fidem faciat, et attendendum sit.

¶ Et presupponitur in facto quod in loco, vbi iste casus vertitur, extat ius municipale siue statutum quod testamentum, aut aliqua vltima voluntas etiam inter liberos non possit probari per testes.

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De quodam testamento in quo quis dixit facio heredem filiam meam et si sine liberis decesserit substituo etc. Et postea incepit facere scribi, et dum sic ordinaret testamentum antequam perficeret et antequam quicquam de institutione scriberetur decessit queritur an valeat et de lectura testamenti coram testibus et testatore, et approbatione per ipsum facienda an et quando requiratur vt testamentum valeat.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Testamentum potest fieri tribus solis uerbis & etiam duobus.*
2 *Notarius & testes de iure debent esse rogati in testamentis.*
3 *Testamentum imperfectum ualet inter liberos. & nu. 22.*
4 *Testamentum non lectum, publicatum, & stipulatum coram testatore & testibus, inualidatur, nisi de uoluntate testatoris circa hæredis institutionem in substantialibus testamenti constet per testes, nam tunc non est necessaria publicatio.*
5 *Testamentum ualet in quo filius interrogatus an faciat talem hæredē, respondit meser si, & eo casu non præsupponitur aliqua lectura uel publicatio testamenti.*
6 *Testamentum nuncupatiuum non requirit necessario scripturam, recitationem, & publicationem per notarium, declara ut nu. 21.*
7 *Testamentum ceptum sed non perfectum morte præueniente, non dicitur testamentum.*
8 *Hæredis institutio est caput & substantia testamenti.*
9 *Hæredis institutio & testamentum potest probari per testes.*
10 *Lex municipalis in loco municipij seruari debet.*
11 *Statutū (cuius uerba clara sunt) debet seruari non habita aliqua quæstione rationis seu uoluntatis statuentium.*
12 *Locus à partibus sufficienter ennumeratis ualidus est.*
13 *Testamentum non ualet in quo sit facta expressio de hærede & substitutio antequam scribi ceperit, uelut imperfectum ratione uoluntatis.*
14 *Testamentum ut dicatur perfectum & ualidum requiritur quod postquam sit scriptum legatur coram testibus & tastatore, & per eum approbetur & confirmetur. & nu. 18.*
15 *Doctoris dictum intelligendum est secundum legem quam allegat.*
16 *Testator licet totam suam uoluntatem expresserit, si tamen moriatur antequam legatur coram testibus, testamentum non ualet.*
17 *Actus non dicitur perfectus si notarius non fuit stipulatus, nec facta fuit eius publicatio.*
19 *Oppositum in opposito illud operatur quod operatur propositum in proposito.*
20 *Testamenti lectio & publicatio est necessaria & quando notarius uocatur ut de testamento sit rogatus.*
23 *Extraneus substitutus filio instituto ex tali substitutione nihil capere potest si testamentum sit imperfectum.*
24 *Notarium adhibens pro conficiendo testamento censetur uelle testari uti de more fit cum notario, & quod seruentur solemnitates ordinariæ.*
25 *Notarius non potest extendere imbreuiaturam seu matricem, nisi eo modo quo scripta reperitur, nihil addendo, quando sciptura erat necessaria.*
26 *Testamentum per testes probari non potest in regno Aragoniæ.*
27 *Lex cum non distinguat nec nos distinguere debemus.*
28 *Causa qualibet etiam colorata excusat à dolo & à pœna falsi.*
29 *Illatio non bene fit ex diuersis.*

CONSILIVM LXXI.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, et iustitie.

¶ Viso et bene cōsiderato themate preposito resolutio presentis difficultatis visa est valde dubia. Et prima fronte videtur asserendū testamentum de iure valere et perfectum esse, et consequenter quod potuerit de eo per Notarium confici publicū instrumentum et fidem faciat. Nam cum ipse Illustris don Aluarus coram Notario et testibus dixerit ego facio testamentum et filiam suam heredem instituerit eique substituerit vt in themate narratur, videtur quod ex eo tantum possit dici perfectum testamentum licet pauca verba videantur prolata cum etiam tri
1 bus† solis verbis et etiam duobus possit quis facere testamentum l. j. §. qui neque legaturus. ff. de hered. instit. Et stante hoc
2 cum† Notarius et testes fuerint rogati, prout de iure requiritur in testamentis iuxta l. heredes palam. §. in testamentis. ff. de testamen. cū concordantibus vt per Barbat. in consi. xxxij. scribitur preclare apud prophetam nume. 3. ad fin. j. volu. per Ruyn. in consi. xij. super isto puncto nu. 5. ij. vol. et ego dixi et plura allegaui in consi. clxxxij. Magnificus dominus Bonifacius nu. 36. ij. volu. videtur quod testamentum valere debeat et debeat obseruari in qualibet sui parte, et consequenter videtur quod notarius ille potuerit ex tali testamento releuare publicum instrumentum prout est de more tabellionum. Quinimmo videtur quod id fieri potuerit etiam si testes non fuissent rogati, cum
3 simus inter liberos† inter quos, cum valeat testamentum imperfectum. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. nō requiritur quod testes sint rogati glo. est in ver. excepto in l. fin. C. de codicil. cum qua transeunt ibi Doct. et ita firmat Bald. in auct. quod sine. C. de test. cum multis concordantibus vt per Natam in d. §. ex imperfecto. q. xxx. vbi asserit quod ita se habet
* communis opinio. * Nec predictis videtur obstare quod totum
4 †testamentum non fuerit postea coram testatore et testibus lectum et vt dicitur publicatum et stipulatum propter quod videtur inualidari iuxta l. fideicommissa. §. quoties cum glo. com
* muniter * ibi per Bart. et alios approbata. ff. de leg. iij. quoniā respondetur quod cum de voluntate testatoris circa heredis institutionem et substitutionem, et sic in substantialibus testamenti constet per testes, non videtur necessaria dicta publicatio vt videtur concludere Abb. in c. cum P. tabellio iij. col. ver. infero etiam ad aliam questionem. de fide instr. vbi respondet ad d. §.

d.§.quoties.vt scilicet procedat quando scriptura erat de sub-
stantia testamenti vt per eum, & idem vt scilicet possit releuari
& publicari testamētū iaȝ virtualiter voluit Paul. de Cast. in
consi.cccvij.ad primum quesitum in j.quest.in j.vol.in nouis,
& in antiquis est nu. 204. immo videtur loqui in fortioribus
terminis, nam cum ibi velit posse publicari testamentum scri-
ptum per notarium nunc defunctum per manum alterius no-
tarij, fortius vellet publicationem posse fieri per eundem nota-
rium superuiuentem, vti factum fuit in casu nostro & ibi poni-
tur alia responsio ad d.§.quoties.& ad notata ibi per Bart. vt
scilicet procedat quando testamentum non appareret perfectū
vt per eum, & quod tale testamentum valeat etiam ꝙ non fue-
rit lectum & publicatum coram testatore & testibus videtur pro-
* bari ex illa opinione glo. magis communiter * recepta in l. iu-
5 bemus. C. de testam. videlicet ꝙ valeat testamentum † si infir-
mus interrogatur an faciat talem heredem & respondet misser
si, nam eo casu non presupponitur aliqua lectura vel publica-
tio testamēti, & tamē valet vti magis cōmuniter tenetur vt per
Corn. in consi. lxxvij. viso themate litera D. iiij. volu. & ego di-
xi in consi. cxliiij. Magnificus vir Jacobus nu. 13. ij. vol.

¶ Et ꝙ non requiratur predicta publicatio, si ex alio de volun-
tate testatoris constet videor ego firmasse in d. consi. cxliiij. nu-
me. 58. saltem in testamento inter liberos prout sumus in casu
nostro prout ibid. ego subdo nu. 59. ad quod allego Bart.
Paul. de Cast. & alios vt ibi videri potest. Et pro ista opinio-
6 ne facit, quia † cum simus in testamento nuncupatiuo, in eo nō
dicitur necessaria scriptura & sic etiā recitatio & publicatio per
notariū non dicitur necessaria vt per Beltran. post alios quos
allegat in consi. clxxi. etiam si honorabilis nume. 4. ij. volumi.
ex vltimis & Ruyn. in consi. xij. super isto puncto. nume. 16.
secundo volumi.

¶ Demum in puncto mihi exhibito allegatur pro validitate
dicti testamenti consi. Alexandri lxiij. j. vol. sed in eo nihil dici-
tur ad propositum materie nostre, forte fuit error & allegās in-
tendit allegare Alexan. in consi. lxxiij. non puto hunc notariū
in d. j. volu. quod vere non est Alexā. sed d. Antonij de prato
veteri vt ex fine eius apparet. nam dum in d. consil. defenditur
notarius a crimine & pena falsi, videtur defendi etiam testamē-
tum de quo ibi licet in contrarium diceretur ꝙ non fuit serua-
ta forma seu solemnitas de qua per text. cum glos. & doctrina
Bart. & aliorum in d. §. quoties. vt ibi per eum.

¶ Sic itaqȝ ex predictis videtur concludendum pro validita-
te & conseruatione asserti testamēti & substitutionis in eo facte,
non obstante ꝙ D. Aluarus decesserit vt in puncto narratur
antequam testamentum publicaretur, & sic antequam videre-
tur constare testamentum fuisse perfectum.

¶ Predictis tamen non obstantibus, contrarium verius esse
arbitror & concludendum assertum testamentum imperfectuȝ
& inualidum fuisse, nec potuisse releuari atqȝ de eo fieri publicū
instrumentum presertim in fauorē domini Francisci de Men-
doza in eo substituti & ista conclusio ex pluribus iustificari po-
test maxime ex infrascriptis.

¶ Primo enim pro ea videtur text. in l. si is qui. ff. de testam.
7 nam † ibi dicitur seu probatur ꝙ qui cepit testamentum facere,
nec perficere potuit morte preuentus, nihil dicitur fecisse, quia
non dicitur testamentum fecisse, sed soluȝ cepisse. Hoc proprie
euenit in casu nostro quia dominus Aluarus, dū testaretur de-
cessit vt sic dicatur potius cepisse testari quam testamentum fe-
cerit, ideo non debet valere testamentum etiam in eo quod fa-
ctum fuit, quia scilicet tale testamentum dicitur imperfectū ra-
tione voluntatis non complete, quia dominus Aluarus dum
testabatur & suam voluntatem declarabat, decessit & nō potuit
suam voluntatem integraliter declarare.

¶ Secundo bene facit l. ex hac scriptura in prin. eo. titu. nam
ibi deciditur scriptura, que ad testamentum preparabatur si
non fuerit perfecta, testamentum nullius esse momenti sed isto
casu scriptura que reperitur preparabatur ad testamentum fa-
ciendum quod non fuit perfectum ob superuenientem morteȝ
domini Aluari ergo &c.

¶ Et ꝙ non fuerit perfectum constat quia nihil dixit testator
ex quo constare possit noluisse amplius quicquam disponere,
sed econtra potius propter perturbationem susceptam per eū
ex verbis vxoris eius destitit a testando & non quia perfecisset
testamentum.

¶ Tertio probatur manifeste quia scriptura que facta fuit nō
continebat heredis institutionem, ergo non potest dici testa-
8 mentuȝ † cum illa sit caput & substantia testamenti. §. ante here-
dis. instit. de lega. & licet dominus Aluarus antequaȝ testamē-
tum scribi cepisset dixerit facio vel instituo heredem vniuersa-
lem Marianam filiam meam &c. Et illud deponant testes, ta-
men propter verba notarij de quibus in puncto, & quibus ip-
se dominus Aluarus videtur assensisse, verbis illis per se pro-
latis stare noluit sed incepit velle de suo testamēto fieri scriptu-
ram incipiendo more solito ab electione sepulture, & a legatis
pro salute anime sue & ad pias causas, & dum prosequeretur an-
tequam faceret institutionem heredis expirauit, certe non po-
test dici ꝙ scriptura illa sit testamentū, cū careat eius capite sci-
licet institutione heredis, & consequenter non potest notarius
ex illa scriptura releuare publicum instrumentum testamenti
9 Et si dicatur ꝙ institutio † satis probari potest per testes ita vt
ex testium depositione possit colligi testamētum iuxta tradita
per Doct. in l. publicati. que est l. ij. C. de testamen. & ego alias
dixi in consil. clxxxix. mortuo domino Hieronymo nu. 25. ij.
vol. Respondetur ꝙ id fieri posset ꝙ non releuaret, qr ex lege
municipali illius loci expresse cauetur testamentum non posse
10 probari per testes, que † lex absqȝ dubio in eo loco seruari de-
bet iuxta l. omnes populi & tradita ibi per Bart. & alios. ff. de
iusti. & iur. etiam si dura primo aspectu videatur (eo ꝙ sit con-
tra communem theoricam Doctoruȝ in d. l. ij. C. de testam.)
iuxta l. prospexit. ff. qui & a quib. manu. libe. non fi. nec vt reor
fuit illa lex sine ratione facta, potuit enim fieri vt testamentorū
falsitas euitaretur, forte quia eo in loco facile inueniuntur ho-
mines qui ad libitum petentis quodlibet deposuissent sicuti in
aliqua ciuitate Italie hac nostra tempestate inueniri cognoui,
sed quicquid de ratione dici possit, cum expressa lege municipa-
li disponatur non posse probari testamentum per testes & in
11 hoc verba eius sint clara, debet † talis lex seruari nō habita ali-
qua questione rationis vel voluntatis statuentium l. ille aut il-
le. §. cum in verbis. ff. de leg. iij.

¶ Quarto inualiditas pretensi testamenti concludenter osten-
ditur ratione imperfectionis. Nam aut vis ꝙ valeat quod scri-
ptum fuit, aut quod fuit expressum antequaȝ scribi ceperit neu-
trum dici potest quia vtrunqȝ dicitur imperfectum, ergo &c.
12 per locum † a partibus sufficienter enumeratis iuxta l. patre fu-
rioso & tradita ibi per Bart. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.
cum concordantibus vt alias dixi in consi. lxvj. Carolus quin-
tus Romanorum Imperator nu. 10. j. volu. & in consil. lxiij.
Magnificus Comes dominus Marcus nu. 13. ij. volu.

¶ Primum enim valere nō potest, & dicitur imperfectū quia
caret institutione heredis, que dicitur caput & substantia testa-
menti. §. ante heredis. instit. de lega. & supra dictum fuit, secun-
dum pariter dicitur imperfectum etiam ratione voluntatis &
consequenter inualidum, non enim perfecerat dominus Alua-
rus quod facere volebat, quod patet quia volebat facere lega-
ta, que postea scripta fuerunt & forte etiam alia merito ergo di-
13 cendum est ꝙ † expressio de herede & substitutio facta per eum
antequam scribi ceperit testamentum non potest valere velut
* imperfecta ratione voluntatis iuxta tradita communiter * in
preallegata l. si is qui. ff. de testamen. & tradunt patruus & do-
minus meus Soci. & Moderniores in rub. ff. de leg. j. & hoc
vltra ꝙ inualidum dicitur testamentum quia solum per testes
probari potest quod per ius municipale acceptatur vt plene su-
pra fuit dictum. & licet ego in d. rub. de legat. j. tentauerim te-
nere contra communem disputando vt in mea repetitione pa-
tet nu. 29. cum pluribus vsqȝ ad numerum 38. tamen quod
ibi dixi procedit tantum quando constabat ꝙ deerat solum le-
gatum quoddam designatum, eo enim casu conueniens non
videtur ꝙ testamentum in omnibus solemniter & iuridice fa-
ctum ex solo defectu dicti legati vitietur vt ibi dixi, sed in casu
nostro nescimus quid faciendum deerat & facile potuisset de
institutione vel substitutione & maritatione sue filie aliter dispo-
nere saltem vt vxori sue in aliquo morem gereret, nam etiā ego
ibi teneo non valere testamentum imperfectum ratione volun-
tatis, quando defuit aliquid circa institutionem vel est incertū
quid voluisset testator addere. Preterea quicquid ego ibi di-
xerim causa disputationis, in practica non est attendendum cū
communis opinio sit incontrarium, a qua in dubio recedendū
non est per iura vulgaria. Quinto ista opinio efficatior com-
14 probatur quia † vt testamentum dicatur perfectum & validum
requiritur ꝙ postquam sit scriptum legatur coram testibus &
testatore

testatore ꝛ ꝙ per eũ approbetur ꝛ cõfirmetur vt est tex. cũ glo. ꝛ ibi declarant Bart. ꝛ alij in l. fideicommissa. §. quoties de le-
* ga. iij. vbi de hoc est communis opinio.* Et hanc opinionez posuit Joan. And. in additio. Speculi in titu. de instrum. edit. §. ostenso. ver. illud quoqz pretereundũ non est in additione magna ibi in fine posita circa medium dicens ꝙ si notarius rogatus notam vel protocollum scripsisset quod postea coram partibus ꝛ testibus non legisset nihil valeret nec fidẽ faceret vt per eum. Et licet ipse ibi loquatur in contractibus idem tamen ꝛ fortius intelligit in testamentis, tum qꝛ in eis diligentia maior ꝛ solemnitas requiritur tum ẽt quia allegat d. l. fideicõmissa. §. quoties de leg. iij. vbi de testamento agitur, iuncto eo qđ dicit
15 dictũ† Doctoris intelligendũ esse secundũ legem quam allegat iuxta doctrinã Bar. in l. non solũ. §. si liberationis verba. ff. de liberat. lega. cũ cõcordantibus vt scripsi in consi. clxxij. Sic inter cetera legitur nu. 27. ij. vol. Hoc ẽt voluit Bal. in sua noua margarita in ver. testamentũ. ꝛ in d. §. quoties. idem tenet etiã Angel. frater eius in l. contractus nume. 3. C. de fide instr. dicens ꝙ testamentũ non dicitur perfectum nisi per notarium sit coraz testibus recitatũ ꝛ a testatore cõfirmatũ per d. §. quoties. idem ẽt vult Paul. de Cast. in l. si is qui. j. col. ver. idem si totã
16 suam voluntatẽ ꝛc. ff. de testam. concludens ꝙ† licet testator totaz suã voluntatẽ expresserit, si tñ moriatur antequã legaẽ corã testibus testamentum non valebit, vt per eũ, qui idem dixit in consi. cxxxvij. in causa que vertitur post princi. ij. volu. in nouis Jo. de Jmol. ẽt idẽ tenet in c. cum P. tabellio iij. col. ver. Jtẽ nota ꝙ vbi protocollum de fide instrumento, ꝛ in consi. xci. in causa que vertitur ij. col. ver. ꝛ istud ẽt satis coadiuuatur dum dicit ꝙ testator nõ dicitur habuisse testamentũ pro perfecto, cũ scriptura eius non fuerit lecta seu publicata corã testibus. Hoc idem voluit Alex. in consi. lxij. in causa accusationis sub nu. 2.
17 lib. iij. dum vult actũ† non dici perfectũ, si notarius nõ fuit stipulatus nec facta fuit eius publicatio ꝛ allegat notata in d. l. fideicõmissa. §. quoties. de leg. iij. Barbat. ẽt idez voluit in cõsi. xxxij. scribitur preclare apud profetam nu. 7. est mihi colũ. vij. versi. preterea ex alio j. vol. vbi alios plures allegat ꝛ in consil. xlij. Clementissimum Deum nu. 2. iiij. vol. similiter ita firmat Guido Pap. in q. cccccxxxviij. factum est testamentum ꝛ in consi. cxxiiij. non valuit nec valet in princ. idem firmat Beltr. in consi. lxxj. si est verum nu. 2. j. vol. ꝛ cõsi. lxxvj. siue dicamus valuisse nu. 2. ꝛ consi. xcix. notoriuz est nu. 5. iij. vol. ex primis. Eandem opinionẽ firmat Deci. in c. j. extra de fide instrumen. nu. 14. ꝛ ibi ẽt ante ipsum idem voluit Fely. nu. 17. hoc idem pro vero ꝛ iuridico tenet Bolognin. in consi. liij. Reuerendus dñs Antonius post prin. in primo premisso. Eandem opinionẽ plene prosequendo firmat ꝛ defendit Gulielm. de Benedictis in c. Raynutius super ver. in extremis agens nu. 40. ꝛ 41. de testam. vbi multos allegat. Hoc idẽ clare firmat etiã plures allegando Carol. Ruyn. in cõsi. j. videretur fortassis prima cõsideratione nu. 7. cũ aliquibus sequentibus iij. volu. ꝛ dicit ibi sub nu. 10. ꝙ si lectio ꝛ publicatio predicta non fiat volũtas testatoris presumitur imperfecta vt per euz, qui eandẽ opinionẽ firmauit in cõsi. vij. Primo videndũ est nu. 6. eo. vol. iij. ꝛ idẽ voluit in consi. xij. preallegato nu. 7. ꝛ 15. ij. col. loquẽdo respectu extraneorũ prout contingit loqui in casu nostro vt infra dicetur, ꝛ idem firmat insignis Doctor ꝛ aliquando preceptor meus Jo. Campeggius in quadam sua subscriptione post d. consi. primum Ruyn. in iij. col. nu. 28. eandem opinionẽ in effectu comprobat Paris. olim in Patauino gymnasio honorandus collega meus ꝛ postea Reuerendis. Cardinalis in consil. lxxx. difficultas presentis cause nu. 8. iiij. vol. ꝛ licet loquatur in contractibus, tñ idem intendit in testamentis cũ alleget tradita per glo. Bar. ꝛ alios in preallegato. §. quoties in quo Doctores loquuntur de testamentis sicut ẽt supra dixi de Jo. Andre. primo loco pro ista opinione allegato, ꝛ hanc opinionẽ nouissime firmat Jo. Antonius Rubeus Alexandrinus in cõsi. cvij. decessit illustr. dñs Lucianus nu. 1. qui plures allegat, ꝛ
* ex istis authoritatibus patet esse communem opinionem * vt
18 scilicet testamentum† non recitatum coram testatore ꝛ testibus ꝛ per testatorem non approbatum non valeat, sed in casu isto non fuit lectum pretensum testamentum, nec approbatum a testatore, cum ipse dum illud ordinaret decesserit ergo ꝛc.

¶ Et licet pleriqz (per pauci tamen) cõtra predictam communem opinionem aliquando dixerint, tamen non est in proposito nostro a predicta opinione recedendum, tũ quia illi loquũtur in casibus diuersis, tum etiã quia si qui in terminis nostris vel similibus loquerentur, eorum opinio non est attendenda, cum a communi opinione recedendũ in dubio non sit iuribus vulgaribus, ꝛ presertim qꝛ pro ea facit pulchra cõsideratio, nã sicut qñ fit talis lectio ꝛ publicatio declaratur perfectam fuisse testantis voluntatem prout videtur probari in l. hac consultissima. C. qui testamen. facere possunt secundum ꝙ illud ad hoc ponderat Saly. in ead. l. §. ex imperfecto, ꝛ tradit Ruyn. in cõsil. xv. viso themate ꝛ his omnibus nu. 11. ij. volu. ita per contrarium quando non fuit facta, debet dici imperfecta volũtas
19 eius iuxta illud, quod† operatur propositũ in proposito, operatur oppositum in opposito l. fin. §. si. ff. de leg. iij. ꝛ l. ꝛ si contra tale. ff. de vulg. ꝛ pup. ꝛ vtrobiqz tradunt Doct. Ad quod etiã
20 facit quia† tunc dicitur necessaria lectio ꝛ publicatio predicta quando notarius vocatur vt de testamento sit rogatus, tunc enim si publicatio predicta non fiat non valet testamentũ, nec ex eo quod factum fuit potest releuari publicum instrumentũ ad tradita per Ruyn. in preallegato consi. j. iij. vol. nu. 7. ꝛ 10. sed in casu nostro notarius fuit adhibitus vt rogatus esset de testamento vt in facto presupponitur ergo ꝛc. Nec huic quinto fundamento, in quo maxime fundatur conclusio supra posita obstant que supra dicta fuerunt ad eius remotionem. Nã dum primo dicebatur satis esse ꝙ de voluntate testantis constet ex testiũ depositione circa heredis institutionem ꝛ substitutionem (ommissis pluribus que dici possent) clara est respõsio ꝙ in casu isto non est admittenda probatio per testes lege municipali illam expresse prohibente vt supra dictuz fuit propter quod in proposito nostro tollitur omnis dubitatio. Ex eo. n. sequitur ꝙ in testamẽtis in eo loco scriptũ dicitur necessariũ, ꝛ sic tollit dictũ Abb. in c. cũ P. tabellio de fide instru. in cõtrarium allegatuz. Nã ẽt ipse fatetur ꝙ qñ scriptura est necessaria requirit publicatio predicta vt per eũ dum respondet ad d. §. quoties ꝛ tradita ibi p glo. ꝛ Doct. ꝛ similiter tollit ẽt respõsio Paul. de Cast. in cõsi. cccvij. in cõtrariũ allegato ad notata in d. §. quoties. nã cũ per testes probari non possit testm̃ quantuz pertinet ad scripturã que facta fuit in presentia testatoris nõ potest apparere perfectũ testm̃, merito etiam secunduz Paul. de Cast. ibi debebat fieri lectio ꝛ publicatio testamenti iuxta tradita per glo. ꝛ Doct. in d. §. quoties, ꝛ maxime hoc procedit vt scilicet testm̃ non valeat vti imperfectum, cũ in ea scriptura desiciat heredis institutio vt ẽt supra dictũ fuit. Pariter et nõ obstat quod dictũ fuit per notata in l. iubemus. C. de testamen. qꝛ si eo casu in regno Aragonie non presupponereẽ scriptura nec publicatio predicta testm̃ non valeret, quia soluz per testes probarẽ posset, quod iure municipali nõ admittitur, ꝛ si notarius de eo fecisset scripturam fuisset necessaria recitatio ꝛ publicatio predicta iuxta dicta Abb. in predicto c. cuz P. tabellio ꝛ supra dictum fuit. Et per eandem viam tollitur ẽt quod ego alias dixi in consi. cxliiij. ij. vol. allegato supra in contrarium. Nam in casu nostro aliter quam per scripturam apparere nõ potest de voluntate testantis, cum probatio per testes non admittatur merito ergo lectura ꝛ publicatio erat necessaria. Ex quo ẽt nõ
21 obstat quod dictũ fuit in testamẽto† nuncupatiuo non esse necessariam scripturã qꝛ illud procedit secundũ regulã iuris communis, quo inspecto testamentũ probari põt per testes ad tradita per Doct. in l. ij. C. de testam. ꝛ ita loquuntur Beltrand. ꝛ Ruy. in locis in contrariũ allegatis. Sed in casu nostro stante statuto de quo supra ẽt in testamẽto alias nũcupatiuo requiritur scriptura, cũ aliter probari non possit igitur lectio ꝛ publicatio eius fuit necessaria. Nec ẽt obstat ꝙ talis lectio ꝛ publicatio non videatur necessaria in testamẽto inter liberos vt ego dixi in preallegato consi. cxliiij. ꝛ supra in contrarijs dictũ fuit, quasi illa dicatur solemnitas iuris ciuilis, vt sic ex eius defectu
22 testm̃ dicatur imperfectum respectu solemnitatis ꝛ † propterea valeat inter liberos iuxta l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. ꝛ tradita ibi per Doc. C. de testam. Quoniã respõdetur primo. Et clare tollitur difficultas, quoniã (posito ꝙ dicta in arg. sint vera licet pleriqz dubitent) dico ꝙ procedũt solũ in fauorem ꝛ beneficium liberorum, non aũt ad beneficiuz extranee persone que fuerit in illo testamẽto honorata vt clare probaẽ in d. §. ex imperfecto in ver. si vero in huiusm odi voluntate ꝛc. ꝛ paulo ante ibi inter solos liberos ꝛc. ꝛ ita cõiter declarant omnes doctores ibi. ꝛ ita post plures per eum allegatos firmat Ruyn. in preallegato cõsi. j. iij. vol. nu. 9. Esto ergo ꝙ valeret testm̃ in fauorẽ filiorum, tamẽ extranei nihil ex tali testamento sic imperfe-

etiã petere possunt, & cõsequenter in proposito nostro cũ Franciscus de Mendoza substitutus nõ sit de liberis sed extraneus idest nõ de liberis dñi Aluari testatoris (posito q institutio facta de filio valuerit) nihil petere vnquam poterit mediante substitutione de eo facta, q2 illa nullo modo valuit per predicta & ita ẽt voluit Bar. in l. si is qui. ver. quero quid si testator. ff. de
* testamen. quem ibi cõiter * sequũtur Doct. & ita firmat Zasius insignis modernus Germanus in consi. vj. cum nobilis quidam
23 & strenuus nu. 24. & 25. j. vol. & in terminis nostris† in extraneo substituto filio instituto q nihil ex substitutione tali facta in testamento imperfecto capere possit determinat Beltrand. post alios quos allegat in consi. xix. viso & prout oportet considerato nu. 5. & 6. ij. vol. ex vltimis, qui idem voluit per locum a speciali in consi. cxcvj. ex themate mihi transmisso per totum iij. vol. similiter ex vltimis, & quia hoc in iure nostro nõ habet difficultatem super eo non insistam vlterius.

¶ Secundo etiã respõderi põt dicẽdo q immo in casu nostro testm̃ põt dici imperfectũ respectu voluntatis ex duobus. Primo q2 cũ dñs Aluarus dũ testaretur & in ipso actu testãdi expirauit ante scilicet quã cõpleret voluntatẽ suã exprimere, negari nõ põt quin volũtas fuerit imperfecta & sic testm̃ inualidu3 per preallegatam l. si is qui & tradita ibi per Doct. ff. de testam. vt ẽt supra dictum fuit & vltra & ita ẽt & plene declarat Matta in l. hac consultissima. §. ex imperfecto in q. xxiij. in prin. vbi etiam dicit q tale testamentũ ẽt inter liberos nõ valebit ad quod plures Doct. allegat & inter alios Paul. de Cast. consil. cj. lib. ij.
24 qd in antiquis est nu. 201. col. fi. Secũdo, quia† cũ ad condendũ testamentũ adhibuerit notariũ cẽsetur voluisse testari vti de more fit cũ notario, & sic q adhibeat solemnitas lecture publicationis & approbationis testamẽti postquã a testatore fuisset completũ vnde cũ hoc defuerit, dz defecisse volũtas testatoris, igitur dz testamentũ imperfectũ ratione voluntatis prout hoc fere in terminis nostris & fortioribus multũ egregie post multos Doct. quos allegat determinat Carol. Ruyn. in d. cõsil. j. nu. 7. vsq3 ad nu. 13. ad que3 quia cõiter videri põt me refero. Qui hanc opinionẽ bene tuetur, & dicit q in tali casu nõ posset probari testm̃ per testes vt per eu3 ibi nu. 10. dixi tamen loqui in fortioribus terminis, q2 in casu suo testm̃ fuerat lectum, sed defuit approbatio testatoris, at in casu nostro non fuit lectũ, sed nec completũ vt dixi & talẽ opinionẽ sine dubio dicit ibi Ruy. nu. 9. procedere inter extraneos vt per eum, super quo ego vlterius nõ instabo velut i super non necessario, cũ per primam responsione3 sit sublata omnis difficultas. Remanet itaq3 firma conclusio ex predictis pretensum testm̃ dñi Aluari vti imperfectũ reiiciendũ esse & valere non posse presertim in fauore3 predicti dñi Francisci de Mendoza substituti. Nam epilogãdo virtutẽ omniũ predictorũ, quod per testes asseritur q ipse Franciscus substitutus fuerit institute filie testatoris nõ est attendendũ quia solũ per testes probatur, probatio aũt testamẽti per testes omnino iure municipali reiicitur vt dictũ est. Nec põt etiã d. dñs Franciscus venire vigore scripture quẽ tũc facta fuit per illũ testem dictante notario ex intentione tamen testatoris predicentis que scribebantur. Primo quia non reperitur substitutus, secundo quia talis scriptura fuit imperfecta nedũ respectu solemnitatis, q2 defuit lectura, publicatio, & approbatio vt supra dictũ fuit, sed & respectu volũtatis q2 nondũ testator compleuerat eius voluntatẽ proferre, sed dũ testamentũ conderet expirauit. Tertio quia in ea nõ reperitur heredis institutio, & sic caput testamẽti deficit ergo &c. vt supra plenissime demonstratũ fuit. Nec obstat q notarius ex dicta scriptura eleuauerit testamentũ in formã publici instrumẽti cũ institutione & substitutione predictis, quoniam talis eleuatio fieri non potuit, nec prodest dicto domino Francisco & illam perperam & iniuste fecit notarius. Nam cu3 scriptura in casu nostro esset necessaria ad probationem attento q per testes probari non potest testamentum, succedit pulchra doctrina Jo. de Imo. ex intentione aliorum in d. c. cum P. tabellio nu. 10. extra de fide instrum.
25 q notarius† non potest extendere imbreuiaturam seu matricẽ nisi eo modo quo scripta reperitur nihil addendo quando scriptura erat necessaria vt per eum. Sed in predicta scriptura in casu nostro nõ erat scripta institutio aut substitutio ergo notarius eas in formã publici instrumenti eleuare non potuit. Superest nunc ad allegata in contrariũ respondere, & licet pro maiori parte iam supra fuerint aperte sublata, tñ singula tangẽdo ita respondendũ puto. Nam du3 primo dz q dñs Aluarus fecit heredem filiã & ei substituit &c. Responsio clara ex predictis colligitur illud scilicet nõ esse attendendũ q2 solũ per testes pro
26 bari potest, cum testamẽtũ† per testes probari nõ possit in regno Aragonie vti supra deductũ fuit. Secundo ẽt dici põt q illud testamentũ erat imperfectũ ratione volũtatis, cũ plura alia testator volebat facere prout postea qñ testamentũ scribi cepit demõstrauit, vt ẽt dictũ fuit. Tertio vltra iam dicta responderi potest q testator dz recessisse ab illo modo testandi, nam quando notarius dixit q volebat scribere seu scribi facere voluntatẽ testatoris, & singula per eum dispõnẽda dñs Aluarus incepit de nouo facere testm̃, & more solito incepit put & alij vt plurimũ solẽt inchoare, ex quo constat q recessit a primo illo modo testandi, & voluit testari vt notarius dixerat esse faciendũ & suũ testamentum quod incepit morte preuentus, perficere non potuit. Merito ergo valere non potest d. l. si is qui. de testam. & supra etiã dictum fuit. Et licet secunda & tertia responsio probabiles videantur, sunt tamen dicte ex abundanti, cum prima tollat omnem difficultate3. Et stantibus predictis, nihil obstat q testes fuerint rogati quia in eo nõ fit difficultas qm̃ lex municipalis Regni predicti nolens testamentũ posse probari per testes loquitur simpliciter, & sic comprehendit etiam rogatos.
27 † cũ non distinguat, nec nos distinguere debemus. l. de precio. ff. de publici. lex enim generaliter loquẽs generaliter debet intelligi iuribus vulgaribus, cum igitur tale testm̃ probari non possit & consequenter nõ valeat, claru3 est q per notariũ in publicã formam eleuari nõ potuit vt supra dictũ fuit. Et maxime attẽto q per notariũ nõ fuit corã testibus & testatore lectu3 & a testatore approbatũ vt plene dictu3 fuit supra in quinto fundamẽto cõclusionis nostre. Cui nõ obstãt que contra illud dicta fuerũt supra in cõtrarijs in ver. nec predictis vz obstare q totũ testamentum &c. vsq3 ad versi. demum in puncto mihi exhibito &c. Quonia3 ad ea oĩa plene fuit replicatũ supra post predictũ quintũ fundamentũ in ver. nec huic quinto fundamẽto &c.

¶ Demũ nõ obstat quod vltimo loco allegabatur. s. illud cõs. Antonij de Prato veteri inter consi. Alex. nu. 73. lib. j. Quoniã responderi potest primo q non valet cõsequẽtia notarius non potest de falso damnari ergo valet testamentum vel illud
28 instrumentũ, cum† quelibet causa ẽt colorata ẽt si testamentu3 non valeret excusare possit a dolo, & sic ẽt a pena falsi vt in illo consilio clare dicitur, & in eo fit non leue fundamentum.

¶ Secundo etiam responderi põt q casus ille est valde diuersus a casu nostro nam in casu nostro aperte constat testamentũ esse imperfectum nedu3 ratione solemnitatis, sed etiam ratione voluntatis vt supra ostensum fuit. Sed in casu illo non ita constabat, ergo &c. Immo poterat dici contrarium, quoniam testator ibi post formam testamenti & eius publicationem dixit non fare altro fine a domane secundum aliquos testes (licet pleriq3 talia verba non audierint) dico enim q ex illis verbis posito q ita ea testator protulerit nõ demonstratur imperfectio testamenti simpliciter, sed solum quedã tẽporalis suspensio perfectionis, vnde cũ nihil postea sit dictum & sic nihil fuerit aut diminutũ, testamentũ illo tp̃e idest die crastino elapso pfectũ dz remanere & attẽditur vt ibi cõsultor ille declarat. Preterea ibi voluntas testatoris p testes pbabatur, & talis probatio de iure valebat sicut est de iure cõi, sed in casu nr̃o pbatio que p testes fieri põt nihil operaẽ cũ per statutũ regni illius expresse reprobeẽ vt s. plenissime dictũ fuit, stante ergo tã magna diuersitate inter hos casus de illo ad casum nostrũ non debet valere argu
29 mentũ cũ† ex diuersis nõ bene inferatur l. fi. ff. de calumniator. & l. inter stipulantem. §. sacram. ver. sed hec dissimilia. ff. de verbo. oblig. cũ alijs vulgaribus. Cõcludiẽ itaq3 ex predictis omnibus pretensum testm̃ illustris don Aluari vti imperfectũ nõ valere presertim in fauorẽ illius don Francisci substituti, & cõsequenter q de iure nõ potuit per notariũ eleuari in publica3 formam, & eleuatum nõ esse aliquo modo attendendũ maxime vt dixi in fauorem predicti do. Francisci. Laus Deo.

Sozinus Nepos Bononie.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LXXII.

¶ Dispositio hoĩs q sic itelligaẽ vt voluerit se cõformare cũ iure communi, quomodo procedat.

¶ Frater coniunctus non excludit consanguineum tantum, quando cognationis vinculum reperitur totaliter reiectum.

Sta

¶ Statutum aut alia dispositio contra ius cōmune an & quando nō recipiat interpretationem a iure communi.

¶ Grauatus pluribus eiusdē gradus non potest eos inequaliter instituere.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Disponens censetur se uelle cōformare cum dispositione iuris communis, declaratur ut nu. 3.*
2 *Collectiui nominis effectus. & nu. 8.*
4 *Coniunctio agnatitia solum attenditur in successionibus.*
5 *Statuta & dispositiones contra ius commune non debent recipere interpretationem, a iure communi.*
6 *Grauatus (quando plures uocantur ad fideicommissum) non potest eos inæqualiter uocare, cum illi dicantur uocati à primo testatore fideicommissum ordinante.*
7 *Dispositio testamentaria prouenit ex libera dispositione.*

CONSILIVM LXXII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie.

¶ Cōsului alias iam septē annis elapsis vel circa in fauorem nobilis viri Nicodemi de Forteguerris vt. s. ipse admittatur ad succedēdū fratri suo cōsanguineo tm̄, vna cū Salustio fratre vtrinq; cōiuncto pdefuncti fratris respectu bonorū quondā antecessoribus eorū donatorū a Reuerēdis. Cardinali de Forteguerris vt in cōsilio per me edito videri pōt p ea que ibi dicta fuerūt ad que me remitto qđ habes in iij. vol. nu. 67. Nūc vero subtiliter ab excellentissimis auditoribus Rote Magnifice ciuitatis Senarum in ea causa iudicaturis pleraq; excitantur cōtra firmata in d. cōsilio in secūda eius difficultate. Uidetur. n. eis dubitatiue tm̄ loquēdo Nicodemū predictum debere dici exclusum per Salustiū fratrē vtrinq; coniunctū ēt respectu donatorū bonorum vt supra & mouētur primo cōi illo
1 argu. q† disponēs censetur se velle cōformare cum dispositione iuris cōis iuxta tradita per Bar. patruū & dn̄m meū Socin. & alios in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. cū cōcordantibus vt alias dixi in cōsi. ciiij. Joan. Dominicus Armannus nu. 26. j. vol. Sed de iure cōi Salustius frater vtrinq; cōiunctus preferē cōsanguineo tm̄, auth. cessante. C. de legit. hered. ergo &c. prout hāc cōsequētiā ego ēt videor facere in d. ɔsi. ciiij. nu. 28. ¶ Secūdo ista opinio eo magis in casu isto vr̄ tenēda, qr Cyppus domus ad cuius cōseruationē intendebat Reuerendissimus Cardinalis donator, pari modo cōseruaē si succedat solus vtrinq; cōiunctus sicut si succedat simul cū eo Nicodemus cōsanguineus tm̄, cū ambo sint de agnatione & Cyppo predicto, vnde cū iure cōi succedat solus vtrinq; coniunctus, nec tali successioni repugnet mens donatoris, qr nulla ratio vr̄ vigere cur donator a tali iure cōi, voluerit recedere, merito vr̄ ius cōe attendendū. Quinimmo & tertio, nedū donatoris volūtas nō repugnat, sed ēt vr̄ ita omnino voluisse ex tribus. Primo dum in donatione dr̄ q in euentū q aliquis alienaret ad talia bona succedāt qui ab intestato succederēt & sic frater vtrinq; coniunctus per d. auth. cessante cū similibus. Ita ergo dici debet in casu mortis cū inter dictos casus non videatur ratio differentie. Secundo quia nascituros vocauit in stirpes & sic scd̄m ius cōe
2 igif &c. Tertio qr vocauit plures p nomē† collectiuū quo casu dicūtur vocari proximiores grauate persone nuper decedenti vt secundū dubitantes voluit patruus & dn̄s meus Socin. in l. Gallus. §. qdā recte. de liber. & posthu. Sed vtrinq; cōiunctus dr̄ fratri defuncto proximior pp vtrunq; vinculū, & ideo solus iure cōi succedit igitur ita dicendū vr̄ in casu nostro. Sic itaq; ex predictis videtur q sicut vtrinq; cōiunctus solus succedit in bonis liberis a patre fratri predefuncto relictis, ita pariter debeat succedere in donatis a Reuerendis. Cardinali. Uerumtā licet predicta videātur vigere, & multū colorata sint, tm̄ illis nequaquā obstātibus, nō puto aliquo modo recedendū a cōclusione alias p me firmata vt. s. Nicodemus frater cōsanguineus tm̄ simul ad bona predicta vocetur cū vtrinq; cōiuncto per sex vel septez fundamēta de quibus in d. cōsil. ad que gratia breuitatis me refero. Ex quibus si recte considerentur cū his que in d. consi. dicuntur ad remotionem obiectorum aperta colligitur responsio ad omnia fere excitata per excellentissimos Judices & maxime ad primū & ad secundū. Ut tm̄ veritas clarius appareat ad singula argumēta particulariter respondebitur. Et ad primū respondeē vt in d. consi. dictū fuit. Nam quod dr̄ q
3 disponens† vr̄ se velle cōformare cū dispositione iuris cōis, procedit in dubio & quando nō constat de alia & cōtraria mente disponentis vt dixi in d. consi. at in casu nostro manifesta voluntas donatoris est contra ius commune vt ex pluribus fundamentis in consilio factis ostensum fuit ergo &c. Ubi enim femine excluduntur & coniunctio per feminas omnino annihilatur, vti disposuit in casu nostro Reuerendissimus donator, coniunctio talis vti impertinēs non est in aliqua consideratione, & solū attenditur coniunctio agnatitia & sic per patrē, & pro
4 pterea in terminis iure decisum reperitur vt† tunc frater consanguineus tātum pariter succedat cum vtrinq; coniuncto vt est text. vbi Bald. Fulgos. & alij declarant in l. j. C. de legit. hered. prout in d. consi. plene fuit ostensū. Et illud ex eo est quia disponens ad exclusionem feminee coniunctionis & illam pro nihilo habens propter masculos dicitur pariter diligere masculos & per masculos cōiunctos nullo habito respectu ad maternam coniunctionem. Et propterea ad mentem disponentis satis est quem esse coniunctum per patrem vt succedere possit. Unde cum etiam Nicodemus sit coniunctus per patrem, sequitur q pariter cum vtrinq; coniuncto debet admitti veluti pariter a donatore dilectus & vocatus. Et pcedere debet hoc etiā q per vtrinq; coniunctum posset dici quod Cyppus domus conseruaretur. Quoniam non cōseruaretur vt voluit Reuerendissimus donator, qui cum pariter vtrunq; dilexerit, pariter censetur etiam vocasse, cum in vtroq; sit eadem & par ratio dilectionis & vocationis scilicet quia masculi sunt & per masculos coniuncti & in eodem gradu, quod solum donator dicitur considerasse. Et licet in donatione fuerit dictum de conseruando Cyppo domus, qui etiam videretur cōseruari, si solus vtrinq; coniunctus vocaretur, & pariter etiam conseruaretur si fratres inequaliter succederent vt in secundo argumento excitato dicitur, tamen non fieret conseruatio vt donator voluit. Ipse enim cum pariter a se fuissent considerati solum quia masculi sunt & per masculos coniuncti, absq; dubio voluit equaliter eos admitti. Et ad id quod dicitur q interpretatio fieri debet secundum ius cōe vt sic inter fratres preferatur vtrinq; coniunctus. Respondetur negando talem interpretationem. Nam cum donator disposuerit contra ius commune nolens feminas posse succedere, sed pariter voluerit vocari existentes in pari gradu agnationis, quam solum dicitur considerasse, eius dispositio non debet recipere interpretationez a iure communi, sed a verosimili mente ipsius Reuerendissimi donatoris & ne quid contra mentez eius sequatur. Et in his terminis
5 absq; dubio procedit quod alias dici solet statuta† & dispositiones contra ius cōmune non debere recipere interpretationem a iure communi vt signanter dixit Bald. in l. maximū vitium. C. de liber. preter. & sequitur Paul. de Cast. in l. fi. §. in computatione. C. de iur. deliber. Nam licet tale dictū simpliciter intellectū habeat difficultatē ad tradita per Alex. in d. §. in cōputatione, tm̄ qn̄ disponentis intentio est contra talem interpretationem eo qr etiā in eo intendit tollere ius cōe ex eo non sumitur interpretatio vt egregie declarat Patruus & dominus meus Socin. in consi. lij. super hac difficultate col. fin. versi. & ex premissis constat iij. volu. & sequitur Parisius olim Honorādus collega meus in Patauino gymnasio in consi. xcj. videtur primo aspectu dicendū nu. 12. iij. vol. sed mens donatoris in casu nostro fuit vt inspecto solo vinculo agnationis, pariter agnati vocentur ergo &c. Et q non valeat in casu nostro ista argumētatio frater vtrinq; cōiunctus iure communi esset preferendus & per eū cōseruatur Cyppus domus ergo ipse solus debet admitti, ostēditur in simili, naz de iure cōi frater pōt fratres inequaliter instituere & cōseruaref Cyppus domus ēt q inequaliter succederēt. Et tm̄ si talis institutio fieret inter fratres qui ad
6 fideicōmissum simpliciter erant vocati non valeret. Nam† qn̄ plures vocantur ad fideicōmissum, non pōt grauatus eos inequaliter vocare cū illi dicanē vocati a primo testatore fideicommissum ordināte iuxta tradita per Bar. in simili in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libert. quod etiā voluit Paul. de Cast. in l. filiusfami. §. cum pater. ad fin. ff. de leg. j. dicens q ista est veritas licet Bal. aliter senserit vt per eum. Et ex his totaliter sublatum est primum & secundum fundamentum.

¶ Non obstat modo tertiū in quo vt audio fit p aduersarios maximū capitale presertim in prima eius probatione. Quoniā

facilime respondetur, & ad primam illam probationem dico q̄ est deceptio in verbis. Nam in instrumento donationis non dicitur q̄ in casu alienationis, bona veniāt ad eos qui de iure cōi ab intestato succederent, sed q̄ veniant ad masculos tantum de familia legitimos & naturales qui de iure ab intestato succederent quod est dicere vt veniant ad eos qui succederent ab intestato. i. si alienans intestatus decessisset, nam ibi casus alienationis equiparatur casui mortis eius intestati, sed ei intestato decedenti succederent proximiores agnati masculi legitimi & naturales, solo vinculo agnationis inspecto, secundū ea que in d. cōsilio & supra ēt dicta fuerūt, ita ergo & bona per aliquē alienata contra voluntatem donationis venirēt, & verba illa de iure succederēt nō sunt referēda ad ius cōe, cum nihil de eo dicatur, sed ad ius quod in tali casu seruandū esset stāte p̄dicto donationis instrō cū suis pactis & cōditionibus que omnino de iure seruāda sunt, vt sic dicamus, q̄ qui de iure ex importātia dicti instrumēti alicui intestato decederet ille admittat̄ ad bona alienata. Et ista ni fallor est vera mens donatoris & verus sensus illorum verborum. Secūda vero probatio nihil est q̄ non sequit̄ donator voluit filios D. Petri si qui nascent̄ venire ad partē donationis in stirpes, & ita re ipsa disposuit prout iure cōi cauebat̄ q̄ illi succederēt ab intestato ergo in oībus voluit seruari ius cōe. Illud enim disposuit q̄ sic ei placuit, & nō ex eo q̄ ita ius cōe dictaret, sed ex mero suo arbitrio prout regulariter cōtingit in te
7 stamētaria dispositione† vt. s. ex libera volūtate p̄ueniat. l. verbis legis. ff. de ver. sig. §. disponat in authē. de nupt. & l. j. & ibi tradūt Doct. C. de sacros. eccl. & maxime hoc dicendū est in casu nostro q̄ in donatione nō d̄r q̄ nascituri veniāt in stirpes attenta dispositione iuris cōis, quo casu si ita fuisset dictum posset forte dubitari, sed simpliciter d̄r q̄ veniāt in stirpē, & licet istud ēt velit ius cōe, nō tñ debet inferri, ergo semper donator voluit ius cōe seruari, & maxime in proposita difficultate in qua ius cōmune donatoris volūtati d̄r repugnare vt in d. cōsi. & supra ēt dictū fuit. Demū non obstat tertia p̄batio de nomine collecti-
8 norū &c. Quia† primo apud dñm meū Soci. in allegato. §. quidā recte nō inuenio id dici ad qđ allegat̄ & reperio q̄ contrariū scilicet q̄ immo attendat̄ proximitas testatoris grauātis, & sic in casu nostro donatoris grauātis firmat Jaso. in consil. clix. Odericus Galleffi de villa. post prin. iiij. vol. dicens q̄ veritati inherendo ita tenendū est, & q̄ ita voluit Bar. in l. si cognatis. ff. de reb. dub. vt per eū, & idē ēt firmat Deci. in cōsi. dxlvj. consului iam pluribus annis col. fin. ver. sexto & vlt. & sic hoc stante tertia illa probatio retorquetur, sed posito q̄ dñs meus Soci. ita diceret prout sepe dixit in alijs quibusdā locis, & ēt posito q̄ tale dictū esset verum sicuti memini me alias in certis casibus illud defendisse vt potest videri in cōsi. cxxvij. in testamēto egregij viri quasi per totū j. volu. Dico tñ q̄ nihil obstat q̄ veritas est q̄ fratri predefuncto ambo fratres superstites erant pariter coniuncti, & sic pariter proximiores inspecto vinculo agnationis, quod solū dicitur attendendū reiecto penitus & annihilato vinculo cognationis p̄ ea que supra & ēt in cōsilio dicta fuerūt, & vt dictū fuit fundamētū est in decisione Imperatoris in d. l. j. C. de legi. hered. Nā sicut in ea frater consanguineus tm̄ pariter cum vtrinq̄ coniuncto premortuo fratri succedebat, quia vinculū cognationis nō attendebat̄, sed velut impertinens reiciebat̄, & ita ēt iudicandū est si per statutū vinculū cognationis fuerit exclusum vt ibi per Bal. Fulgos. Com. & alios. Ita etiā in casu nostro dicendū est, cum Reuerēdissimus donator omnino excluserit vinculū cognationis vt sepe dictū fuit. Et licet predicte opinioni Bal. & sequacium pleriq̄ videantur contradicere vt Petr. de Anch. in cōsil. relato & simpliciter approbato per patruū & dñm meum Soci. in consi. cccclij. visis instrumentis cōcessionū col. mihi. xiiij. ver. secūdo ego respōdeo ibi
* & pro hoc induco. ij. vol. tamen illa opinio Bald. est verior * & magis communiter recepta, de veritate cōstat ex fundamentis in ɔsil. factis & ex respōsionibus ad contraria, quod aūt sit cōis cōstat ex multis auctoritatibus in consilio allegatis, & vltra eas eandē opinionē sequit̄ Paul. de Cast. in d. l. j. de legit. hered. eandē aperte sequit̄ patruus & dñs meus Soci. in cōsil. ccciiij. viso statuto col. ij. versi. confirmatur hoc in simili ij. volu.

¶ Nec huic opinioni videtur cōtradicere idem Socin. meus in preallegato cōsi. cclij. quia quod ibi dicitur procedit ordinarie, q̄ statutū de quo ipse loquit̄ solum dicebat q̄ proximiores admittantur, nec excludebat coniunctos vinculo cognationis vt sic illud esset factum impertinens sicut erat in casu d. consil. ccciiij. & etiam in casu nostro, ergo &c. Eandem opinionē sequitur clare Carol. Ruyn. in consi. xxxij. quia ex facti serie nu. 6. & 7. iij. vol. vbi per fundamēta de quibus supra & ēt in consi. concludit vinculū reprobatū vti impertinēs non esse attendendū. Esto igitur q̄ in persona Salustij reperiatur duplex vinculum scilicet agnationis & cognationis, quia premortuo fratri erat vtrinq̄ coniunctus, tamen non debet preferri Nicodemo consanguineo tantum, cum pares sint in vinculo agnationis, quod solum ex mente Reuerendissimi donatoris attendi debet, illud autem vinculum maternum & sic cognationis veluti impertinens & reiectū attēdi non debet. Laus Deo Clemētissimo.

¶ Idem Socinus Nepos Bononie.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LXXIII.

¶ Judex siue Doctor consultus vt iudicet, motiua animi sui in sententia non tenetur exprimere. Immo fatuus est qui illa exprimit.
¶ Consuetudine induci potest vt in loco qui dicebatur publicus possit certo casu edificari per vnum.
¶ Consuetudo etiam in contradictorio iudicio non obtenta, seruanda est, quando est legis interpretatiua.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Iudex aut doctor cui summa causæ committitur & qui iudicaturus est, non debet animi sui fundamenta exprimere.*
2 *Consuetudo uim legis habet, & maxime si sit longeua & non adsit memoria in contrarium.*
3 *Consuetudo cuius memoria non est in contrarium habet uim priuilegij & specialis concessionis.*
4 *Consuetudo non obtenta in contradictorio iudicio non debet attendi.*
5 *Consuetudo quando tollit expressam & claram legem (propter authoritatem legis scriptæ) debet probari obtentam fuisse in contradictorio iudicio.*
6 *Consuetudo interpretatiua non requiritur quod sit obtenta in contradictorio iudicio.*

CONSILIVM LXXIII.

Quod per modum voti reditum est.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Visis literis Magnifici domini Francisci Jndelli locūtenentis excellentissimi domini Magistri Postulani in ciuitate Monopolis, quibus a me petit vt in causa quadam reuisionis certe sentētie seu certi voti prolate vel prolati inter Magnificos dominū Petrū Palmeriū & dñm Franciscum Marianum J. V. D. occasione nunciationis noui operis quam d. dñs Petrus fecit dño Francisco predicto volenti & incipienti in certo loco edificare. Unde cupiens ego predicto Magnifico locuntenenti morem gerere, & quantum in me esset (cū Dei auxilio) iustitie satisfacere, vidi longum & laboriosum processum cum alijs scripturis mihi exhibitis licet aliquantisper tardius quam desiderassem, de quo peto mihi veniā dari & illud ascribi multiplicibus meis occupationibus tam publicis quā priuatis, nōnullis infirmitatibus meis ac ēt quibusdā animi perturbationibus, que nō parū a studijs me abstraxerūt, quapropter vt tandē ad rē ipsam deueniā. Visis primū dictis litteris, denūciatione noui operis facta per Magnificū dñm Petrum Palmeriū, visa ēt respōsione p̄ Magnificū D. Frācīscū Marianū, necnon replicatione duplicatione & triplicatione omnibusq̄ alijs actis hincinde factis, & toto processu, visis etiam longissimis & multiplicibus dictis & depositionib⁹ testiū ab vtraque parte productorū necnō ipsorū testiū publicatione & ɔclusione in causa. Viso ēt voto reddito seruatis seruādis p̄ Magnificū D. Antoniū Guid. Ac inde secuta sentētia p̄ Magnificū locū tenentem predictū. Et demum visis ac bene considera tis doctissimis & subtilib⁹ allegationibus Jurisc on. pro vtraq̄ parte factis ac etiam forma siue facie loci super quo est controuersia

uersia, ac etiam visis & cõsideratis omnibus alijs que videnda & consideranda fuerunt pluribus rationibus animũ meũ mouẽtibus, que ni fallor, animum cuiuslibet bone mentis moueret. Deum & iustitiam ipsam pre oculis habens, ac eius nomine repetito a quo cuncta bona & recta iudicia proueniunt dico me esse in presenti causa infrascripti voti.

¶ Quia dico & refero partes Magnifici locũtenentis fore et esse in iudicando & sententiando male iudicatũ & bene appellatũ fuisse, & ideo reformando sententiã iam latam dico predictũ Magnificũ dñm Franciscũ Marianũ absoluẽdum esse a molestia & nunciatione noui operis facta per predictũ Magnificũ dominum Petrũ Palmeriũ, licereq; dño Frãcisco persequi & perficere inceptũ edificiũ nõ obstãtibus qbuscũq; allegatis & deductis per d. dñm Petrũ nũciantẽ, neutrã partẽ in expẽsis cõdemnãdo, & ita sentio & cumulo de iure esse iudicandũ ego Marianus Socin. Iuriscon. &c. Rationes aũt quibus ego ad ita sentiendũ moueor aliter nõ exprimã, sed in animo retineo. est eniz trita & cõis * sententia maiorũ nostrorũ vt index† aut do-
1 ctor, cui summa cause cõmittit & sic qui in effectu iudicaturus sit, motus & fundamẽta animi sui non exprimat, prout tradunt Jo. And. Anto. de Butr. & Cardi. Areti. & alij in c. sicut de re iudi. & fuit opinio Spec. in tit. de sentẽ. §. qualiter. ver. verũ &c. & voluit Bar. quẽ plerique sequũtur maxime Jas. in l. properãdũ. §. illo ꝓculdubio. C. de iudi. & ob eã causaz dicebat Jmol. in l. si is ad quẽ. ff. de acquir. hered. ꝙ fatuus dicitur iudex qui motiua animi sui in sententia exprimit, idem ẽt dixit Abb. in c. ex parte de cõces. preben. & ego alias dixi in cõsi. cxxxiiij. Magnificus vir D. Gabriel Barbo in prin. in j. vol. & ita inuenio ꝙ vsus fuit Angel. Aretin. in quodam suo consil. incip. ego Angelus de Castellione impresso inter consilia Petri de Ancharano nume. 212. Laus Deo.

Socinus Nepos Bonie.

ADDITIO POST CERTOS MENSES facta pro iustificatione voti vt supra redditi.

¶ Requisitus elapsis mẽsibus vt super quadã causa appellationis seu vt dicebatur super reuisione certe sententie prolate in ciuitate Monopolis, votũ meũ in scriptis darẽ. Tandẽ omnibus bene cõsideratis que veniebãt cõsiderãda dño inspirãte pro iustitia respondi in predicta causa fuisse male iudicatum & bene appellatũ, & sententiã que iaz lata fuerat reformando dixi Magnificũ dñm Franciscũ Marianũ debuisse absolui a quadam molestia & nunciatione noui operis illi facta per Magnificũ dñm Petrũ Palmeriũ, eidemq; D. Francisco licere prosequi & perficere ceptũ edificiuz, cuius occasione illi fuerat nunciatũ nouum opus. Et tandẽ placuit ne pars aliqua cõdemnaret in expensis, & tale fuit votũ meum vti ex ipsius voti lectura perspici potest ad quod me remitto. Et qr in tali voto de more & consilio maiorũ nostrorũ causas & motiua animi mei non expressi iuxta doct. Jo. And. Butr. Cardin. & aliorum in c. sicut de re iudica. cũ concordantibus vt alias dixi in cõsi. cxxxiiij. Magnificus vir dñs Gabriel Barbo in prin. j. volu. & si bene memini dixi in ꝑdicto voto meo. Nunc ex parte predicti Magnifici domini Frãcisci requiritur vt velim si nõ omnes rationes quibus ad ita respondendum motus fuerim saltem aliquam hic subnotarem ad mei voti iustificationem. Cuius taz honeste petitioni nec debeo ne volo deesse.

¶ Sciant itaq; omnes ex pluribus rationibus & fundamẽtis quibus motus fui, omnibus alijs pretermissis, illud precipuuz fuisse, quia areola illa siue plateola in qua dñs Franciscus vult & incepit edificare propter quod fuit ei facta noui operis nunciatio, hodie dici debet priuata, vel pro tali haberi debet, ita vt ipse in ea edificare possit, ad quod demonstrandũ presuppono in facto ꝙ dñs Frãciscus nũc reperitur dñs omniũ domoruz quibus circũcirca illa plateola seruiebat erant enim prius tres vel quatuor domus diuersorũ dominorũ, que oẽs hodie sunt d. dñi Francisci propter quod sequitur licitũ ei esse in d. plateola veluti in re propria edificare illam claudendo vel aliud faciẽdo pro libito sue voluntatis siue prius talis plateola fuisset cõmunis inter illos dominos domorum, siue diceretur vicinalis siue etiam potuisset dici publica, & hoc dicimus propter generalem quandam consuetudinem ciuitatis Monopolis continentem ꝙ qui sit dominus omnium domorum quibus aliqua area vel plateola seruiebat, põt in ea veluti in re propria ad libitum edificare prout talis consuetudo fuit articulata per ipsum dñm Franciscũ in suo articulo xl. & ita ẽt postea probata neduz per multos testes sed ẽt per plures & varios casus qui in d. ciuitate contigerunt, in quibus ita fuit obseruatũ prout etiã hoc a multis testibus deponitur. Et stante predicta consuetudine perinde est ac si illud expressa lege municipali caueretur, qr con-
2 suetudo† viz legis habet l. de quibus cũ sua materia. ff. de legi. l. j. C. que sit long. consuet. & §. ex non scripto instit. de iur. natur. facit c. cum consuetudinis & c. cum dilectus. & ibi tradunt Canoniste de consuet. & maxime si consuetudo sit longeua, & non extat memoria in contrarium qualis (vt credo) est ista de
3 qua agitur, nam† dicitur habere vim priuilegij & specialis concessionis l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quot. & esti. & c. super quibusdam. §. preterea. & ibi per Jnnoc. & alios extra de verb. signifi. cum concordantibus vt alias scripsi in consi. xlix. quoniam ex facto ius oritur nu. 23. j. vol.

Sed aduertendum est qr cõtra predictum fundamentũ inueni pro parte Magnifici Petri plura allegari, & sic illi fundamẽto pluribus modis responderi. Et primo dr ꝙ Magnificus D. Franciscus nunꝙ acceptauit qd predicta plateola diceretur publica, quasi dicant ꝙ ipse nõ debet posse vti predicta consuetudine que allegatur esse, & ita videtur probari respectu publici loci. Secundo dicunt ꝙ predicta consuetudo non fuit obtẽ-
4 ta in contradictorio iudicio, & ideo† non debet attẽdi iuxta tradita per glo. Bart. & alios in d. l. de quibus & in predicta rub. que sit longa. cõsuet. Tertio ẽt dicũt ꝙ per partem dñi Francisci non fuit articulatum de communi vsu populi ipsius consuetudinis & de bonis actibus illam inducentibus vt in allegationibus pro parte dñi Petri exhibitis plenius hec legũtur.

¶ Verũtamen his non obstantibus verissimũ & cõcludentissimũ est predictũ fundamẽtũ de cõsuetudine per supra deducta, & ad predicta tria in contrariũ allegata de facili respõdetur vt statim dicam. Nã ad primũ respondetur ꝙ nihil obstat. Qm̃ licet dñs Franciscus in actis videatur negare plateolam illam esse publicã volens forte dicere ꝙ prius forte erat vicinalis vel cõis illorũ quorũ domibus illa seruiebat, hodie vero potest dici propria ipsius saltẽ quo ad id vt in ea possit edificare prout verum est attenta consuetudine predicta vt supra dictum fuit. Tamen postquã id negauit, dicit ẽt dato ꝙ esset vel fuisset publica ei nõ obstat quin in ea hodie edificare possit, cũ sit dominus omniũ domorũ, quibus plateola seruiebat, & hoc attenta cõsuetudine predicta, & in hoc loquitur dñs Frãciscus cõditionaliter, & hoc toleratur ratione incertitudinis arg. l. j. §. qr aũt. ff. quorũ legato. & tota die videmus hoc seruari in practica, & si dicatur ꝙ si dñs Frãciscus teneret quod nõ fuisset publica sed forte vicinalis vel cõis, nõ videtur ꝙ possit vti tali consuetudine, cum illa videatur solum habere locum respectu loci.

¶ Respondetur quod fortius dicetur procedere respectu loci vicinalis vel communis, nam si toleratur vt publico iuri derogetur, quod est potentius facilius a maioritate rationis tolerandum est vt iuri communi plurium priuatorum vel vicinali derogari possit, cum sit ius minus potens argumento auten. multo magis. C. de episco. & cleri. & c. per venerabilem. post princ. & ibi not. Doct. extra qui filij sint legit. facit l. j. §. j. & ibi not. Bart. C. de rei vxor. act. & l. nec si volens. c. de liber. ca. cum similibus. Facit regula cui licet de regul. iur. lib. vj. et l. non debet. cui. ff. eod. titu. si enim tollitur ius publicuz quod est plus facilius ius commune vel vicinale quod est minus. Pro quo bene facit l. relegatorum. §. fin a. ff. de interd. & releg. & c. ex parte tua il secundo extra de decim.

¶ Ad secundum respondetur primo, ꝙ dicta in argumento procederent quando consuetudo tolleret expressam & clarã le-
5 gem, quia† tunc propter auctoritatem legis scripte, verum est contrariam consuetudinem debere probari obtentam fuisse in contrarium allegatis, quod in casu nostro dici non potest, qr non reperitur lex que dicat non posse edificari in loco publico communi vel vicinali etiam per eum cui soli seruit locus ille postquam ipse factus est dominus omnium locorum circunstantium, quibus ille locus seruiebat. Quo stante sequitur quod consuetudo que illud inducit non dicitur tollere expressam legem contrariam.

¶ Secundo etiam respondetur ꝙ consuetudo de qua agitur non venit aduersus aliquam legem, sed potius legem interpretatur & declarat, hoc modo, quod per legem disponitur nõ posse edificari in loco publico cõmuni vel vicinali, nõ procedit

quando edificare volēs sit factus dominus omniū domorum
quibus locus ille seruiebat, vt sic cōsuetudo hoc inducēs dica
tur declaratiua seu interpretatiua antique legis, quasi talis con
suetudo velit eo casu locū in effectu desinere esse publicū cōem
vel vicinalem, sed esse in effectu factū propriū illius saltem quo
ad hoc vt in eo libere edificare possit, vnde cum isto casu ista cō
6 suetudo† sit interpretatiua, non requiritur ꝙ sit obtenta in cō-
tradictorio iudicio, seu ꝙ ita obtineri debuerit argu. l. si de in-
terpretatione. ff. de legi. ⁊ declarāt Bar. ⁊ alij in d. l. de quibus
⁊ alibi sepe. Ad tertium responsio est clara ⁊ colligitur ex pre-
dictis, qꝛ dico ꝙ immo vtrunqꝫ fuit (vt oportebat) articulatuꝫ
vt constat in articulo domini Francisci xl. cū pluribus sequen.
dicit enim ꝙ ita communis vsus fuit ⁊ est in ciuitate Mono-
polis ꝙ factus dominus omniū domorū circunstantium edifi
care possit in loco siue plateola in medio posita vti in re pro-
pria, ⁊ pariter ponitur de pluribus actibus qui per prius con-
tingerāt, ⁊ sicut dominus Franciscus de predictis fecit articu-
los, ita etiaꝫ postea probauit per plures testes, ⁊ per plures edi
ficationes factas in talibus terminis.

¶ Reiectis itaqꝫ allegatis in contrariū, remanet firmū funda-
mentū voti per me redditi in cōsuetudine predicta, ⁊ licet ēt ex
alijs pluribus ego motus fuerim, tamē hoc tantū retulisse pla-
cuit vti precipuum fundamentum. Laus Deo.

¶ Idem Socinus Nepos Bononie.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LXXIIII.

¶ De conditione illa si filius decesserit sine filijs an scilicet ⁊
quando restringatur ad masculos.
¶ De vxore relicta domina, patrona ⁊ vsufructuaria, filijs in-
stitutis quid debeat obtinere filijs mortuis.
¶ Et quando tale quid dicatur relictum sub conditione habi
tandi cum filijs?
¶ Et an tale relictum extinguatur mortuis filijs?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Conditio (si filius grauatus decesserit sine filijs) an restringatur ad masculos, uide opiniones remissiue.*
2 *Testamenti una pars declarat aliam.*
3 *Vxor relicta à marito domina & usufructuaria institutis filijs, si ipsis uiuentibus habet solum alimenta cum præeminentia in domo quam habebat uiuo marito, tamen, si filij decedant, efficitur de alimentaria usufructuaria.*
4 *Conditione mixta deficiente dicitur etiam relictum extingui.*
5 *Conditio habitandi adiecta in fauorem eius cum quo erat habitandū si deficiat per mortem eius, extinguitur relictum in totum.*
6 *Relictum uxori sub conditione (si caste uixerit) conditione durante illi debetur.*
7 *Verba non debent esse superflua ita ut nihil operentur, nullum enim uerbum in dispositione ulla ponitur sine effectu aliquid operandi.*
8 *Argumentū à partibus sufficienter enumeratis ualidißimū est in iure.*
9 *Vsusfructus est ius fruendi alienis rebus.*
10 *Determinatio una respiciens plura determinabilia debet æqualiter determinare.*
11 *Testatoris mens ante omnia seruari debet etiam si per coniecturas appareret, & illam omni diligentia, & pedetentim (uti uenator leporem, sectari debemus.*
12 *Doctrina Bartoli in §. Titia l. Titia cum testamento. ff. de legat. ij. declaratur.*
13 *Relictum usus fructus ex qualitate ei adiecta alteratur.*

CONSILIVM LXXIIII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam
veritatis, ⁊ iustitie.
¶ Viso testamēto dñi Antonij de Artusinis
de Rauenna, viso ēt ac bene cōsiderato cōsilio
nō minus docto ꝙ elegāti super interpretatio
ne ipsius testamenti edito per excellentis. Do-
ctorē D. Traianū Acontium mihi vti fratrem honor. ⁊ olim
acutissimum discipulum meum letatus sum vt veruꝫ fatear ex
eo cognoscens ꝙ sua excellentia nedū expectationi, quā magnā
de se concitauerat, respondit, sed etiam eam longe superauit.
Ita enim omnia in predicto consilio diligenter ⁊ accurate di-
scussit, vt amplius quid in eo desiderasse non videatur.
¶ Et licet ipse plurima tractauerit pluresqꝫ questiones deter-
minauerit, ego tamen de simplici subscriptione requisitus,
duas primas dubitationes prosequar, de quibus tantum con-
sultus sum, ⁊ in quibus vt verum fatear stat neruus presentis
consultationis, ⁊ quamuis prima questio in se videatur profun
1 da ⁊ valde difficilis videlicet vtrum conditio † si filius graua-
tus decesserit sine filijs restringatur ad masculos, in ea enim va
rie respondendum est secundum varietatem casuum ⁊ varias
coniecturas voluntatem testantis ostendentes vt habetur per
Fulgos. Corne. ⁊ alios in l. j. C. de condi. insert. per Cannon.
in c. Raynaldus de testamen. ⁊ per Patruum ⁊ dominū meū
Socin. in l. cum auus. ff. de conditio. ⁊ demon. ⁊ ita varia repe
riuntur responsa iuris prudentum vt studiosus facile inueniet
⁊ ego etiam varie respōdi secundū varios casus mihi oblatos
vt in consilijs nostris quisqꝫ poterit inuenire ⁊ inter cetera con
stat in consi. clviij. Illustrissimus dominus Andreas ⁊ in con-
sil. cviij. Magnificus Comes eques ⁊ J. V. D. ij. volu. in pri-
mo enim firmaui predictam conditionem in casu illo non re-
stringi ad masculos, sed generaliter intelligi vt sic etiaꝫ femina
faciat deficere conditionem. In secundo vero firmaui contra-
riū vt sic in casu de quo ibi, talis cōdito restringatur ad mascu-
los, ⁊ vt credo in vtroqꝫ iuridice cōsului propter rationes ⁊ cō-
iecturas varias vt in d. consilijs videri potest. Tamen in pre-
senti casu sumus extra predictā difficultateꝫ ⁊ absqꝫ dubio con
cludendum est conditionem illam si ambo filij instituti decesse
rint sine eorum filijs legitimis ⁊ naturalibus, sub qua vocatur
in effectu dominus Liuius Artusinus frater testatoris vti pro
ximior de agnatione, omnino restringi ad masculos, ⁊ conse-
quenter ꝙ dicta conditio fuerit impleta, non obstante quod ex
Andronio vno ex institutis supersit vna filia femina nomine
Artusina prout docte ⁊ sapienter firmauit Excellentissimus
Consultor, ⁊ hoc quia testator ipse ita dicitur declarasse in eo-
dem testamento in ver. hoc tamen etiam declarato ꝙ euenien
te dicto casu ⁊c. Nam cuꝫ supra substituerit in casu quo ambo
filij decesserint sine filijs, leporem proximiorem de agnatione
sua, possetqꝫ dubitari an d. conditio restringatur ad masculos
propter varias coniecturas de quibus per Consulentem, ⁊ de
quibus ego loquor in d. consi. clxviij. an vero simpliciter de fi-
lijs quibuslibet intelligatur per ea que tradit Curt. Senior in
consi. xliiij. statuto seu consuetudine per totum. Testator in ca-
su nostro dubitationem dicitur remouisse ⁊ mentem suam de-
clarasse vt scilicet dicta conditio restringatur ad masculos, in-
quit enim eueniente dicto casu ꝙ ambo filij decedant sine filijs
masculis, sed cum feminis ⁊c. verba illa d. casu omnino refe-
runtur ad casum seu conditionem substitutionis, cum alius ca
sus supra positus non esset ad quem referri possent. Claruꝫ est
ꝙ declarauit vt casus ⁊ conditio illa substitutionis solū de ma-
2 sculis debeat intelligi, Cū pro regula dicamus ꝙ vna† pars te
stamēti declarat aliā vulgata. l. q filiabus. ⁊ l. si seruus pluriuꝫ.
§. fi. ff. de leg. j. cū alijs vt dixi in interpretatione similium ver-
borum in consi. cxiiij. stante testamento quondam Clarissimi
d. Jo. Francisci. nu. 35. ij. vol. hec de prima questione.
¶ Circa secundam similiter placet conclusio Excellentissimi
Consultoris vt scilicet dña Juliana non debeat habere vsum-
fructū bonorum testatoris licet ambo filij eius decesserint, sed
bona predicta debeāt iure substitutionis pleno iure peruenire
ad D. Liuium fratrē testatoris vti proximiorē agnatuꝫ per ea
que docte ⁊ copiose per dñm Consulenteꝫ deducta fuerunt, ⁊
rem ipsam breuiter perstringēdo, dimissis pluribus que leuia
sunt ⁊ parū faciunt, dico ꝙ tota difficultas consistit in doctrina
Bar. ⁊ aliorū in l. Titia cū testamēto. §. Titia de leg. ij. cū con-
cordātibus allegatis per dñm Consultorem, dum ibi ponitur
* cōis * cōclusio ꝙ licet qñ maritus† relinquit vxorē dñaꝫ ⁊ vsu-
3 fructuariā institutis filijs ⁊ ipsis viuētibus vxor habeat solū ali
mēta cū preeminētia in domo quā habebat viuo marito, tñ si
filij decedāt vxor efficit de alimētaria vsufructuaria vt p Doct.
in d. §. Titia ⁊ in alijs locis allegatis per D. Cōsultorē, ⁊ vltra
eū ita ēt tradūt Bar. ⁊ alij in auth. hoc locū. C. si scdo nupser.
muli. ⁊ ego dixi in cōsi. xciiij. ꝓponit in facto ꝙ qdā Nicolaus
nu. 2. j. vol. vñ eñ in casu isto dicēdū ꝑ talē doctrinā ꝙ dña Ju
liana habere debeat vsumfructū diuꝫ bonoꝝ testatoris ex quo
ambo filij decesserūt ꝑꝑ quoꝝ fauorē illa erat solū alimētaria.
¶ Verum

¶ Ueruntamen hoc nõ obstante verissima est cõclusio domini cõsultoris, ⁊ ad hoc ostẽdẽdũ cõsideranda sunt verba testamẽti, qbus.d. do Juliane fuit factũ de quo agit. Dicit ergo in testamẽto itẽ dictus testator reliquit, voluit, disposuit, ⁊ mãdauit prefatam dominam Julianam eius vxorem quoad ipsa vixerit ⁊ vitam uidualez pariter ⁊ honestam seruauerit ac dotes suas non petierit vna cum infrascriptis ipsius testatoris filijs ⁊ heredibus dominã patronã ⁊ vsufructuariaz ac gubernatricẽ omniũ bonoꝝ ⁊ rerũ ipsius testatoris ⁊c. dico eniz ꝙ ex predictis verbis, si recte considerentur, colligitur ꝙ eiusmodi relictũ fuit factuz sub conditione habitandi cũ filijs testoris. dixit enim testator ꝙ relinquebat eam dominam patronam ⁊ vsufructuariam quoad ipsa viueret ⁊ vitam vidualem seruauerit vna cum prescriptis filijs ⁊c. et sic relictum dicitur factuz si ⁊ quatenus domina Juliana cũ filijs habitauerit vitã vidualẽ seruando. Quid.n.aliud est viuere, vitamq; vidualẽ seruare vna cum dictis filiis quaz cum illis habitare scilicet in viduitate ⁊ quia alio modo vna cum dictis filijs viuere non potest dici ad mentem testatoris nisi cum illis habitando. que condi-
4 tio † cum fuerit mixta dicitur defecisse per casum mortis dictorum filiorum. quo posito dicitur etiam relictum extingui l.in testamento la secunda ⁊ ibi summat Bar. ⁊ alij sequuntur ff.de condit.⁊ demonstr. ⁊ tradunt Docto. in l.j. C. de lega. cum concordantibus vt alias dixi in consi.cviij. viso testamento. primo vol. ⁊ habetur per Ruy. in cõs.xliiij.qnamuis alias nu.3.ij.vol.et hec cõclusio procedit sine dubio in casu nostro, in quo.d.conditio habitandi dicitur virtualiter adiecta fauore, ⁊ contemplatione filiorum quorum alter erat pupillus, alter vero paulo maior. Jlli enim propter teneram etatem ⁊ defectum recti sensus indigebant gubernio ⁊ bonorum suorum administratione. Et ideo a lege talis etatis hominibus prouidetur de tutore ⁊ curatore respectiue. Et hoc cõsiderauit testator in predicto testamento quando dominam Julianam reliquit gubernatricem omnium bonorum ⁊ etiam postea quando reliquit eam tutricem ⁊ curatricem si filios suos non dereliquerit, sed cum eis restauerit. Quo stante succedit communis * ⁊ tritissima conclusio Doctorum quod (quicquid in alijs
5 casibus sit dicendum) quando conditio † habitandi adiecta in fauorem eius cum quo erat habitandum deficit per mortem eius extinguitur relictum in totum per l.illis libertis.ff.de condi.⁊ demonst.⁊ ibi tradunt Doct.⁊ tradunt etiam in d.l.j.C. de lega.⁊ in d.l.in testamento. dixit Ruyn. in d. consil.xlvj. ⁊ ego dixi in d.consi.cviij.⁊ sic sequitur ꝙ in casu nostro relictuz factum domine Juliane totaliter dicitur extinctũ propter mortem filiorum testatoris. ⁊ ad hoc optime facit pulchra decisio Petr.de Ancar.in consi.cxxxvij.quia in primo quesito quod ego allego ⁊ induco in d.consil.cviij.nu.5.et ad ibi dicta gratia breuitatis me remitto.

¶ Sed contra predicta dicet aliquis quod illa verba vna cum infrascriptis filijs ⁊c. non videntur referenda ad precedentia illa verba quoad ipsa vixerit ⁊c. cum sint ab illis remota, sed potius videntur referenda ad illa verba sequentia scilicet dominam patronam ⁊ vsufructuariam ⁊ sic dicatur testator reliquisse dominam Julianam dominam, ⁊ vsufructuariam vna cum suis filijs ⁊c. quo posito non posset dici illud relictuz sub conditione habitandi vt de se notum est. ⁊ ideo videtur quod ruant omnia supra dicta contra ipsam dominam Julianam, ⁊ videtur ꝙ illi fuerit factum tale relictum simpliciter si caste
6 vixerit in viduitate, vnde cum illa † sic viuat, ⁊ sic videatur dicta condictio impleri, videtur ꝙ illa debat omnino habere vsumfructum mortuis iam filijs suis per doctrinam Bartol. ⁊ alioꝝ in d.§.Titia cũ aliis s.alleg. ⁊ ꝙ predicta relatio sic videatur facienda, ⁊ non ad illa verba remota quo ad ipsa vixerit ⁊c. videtur suaderi propter interpositionem illorum verborum, ⁊ dotes suas non petierit ⁊c. nam talia verba velut extranea ⁊ tali relationi non consonantia videntur illa impedire ad tradita per Bar. in l.iij.§.intermedias.ff.de liber.⁊ posth.

¶ Sed ad hoc (in quo videtur tota difficultas) de facili respõdetur, ⁊ defenditur conclusio supra posita, dico eniz ꝙ immo relatio predicta fieri debet ⁊ de necessitate ad illa verba precedentia scilicet quo ad ipsa vixerit ⁊c. nam clausula illa vna cuz infrascriptis filijs ⁊c. debet omnino referri vel ad precedentia illa verba scilicet quoad ipsa vixerit ⁊c. vt supra dictum fuit, vel ad illa sequentia videlicet dominam, patronam, ⁊ vsufructua-
7 rium ⁊c. alias nullum † haberet sensum ⁊ nihil operaretur cõtra.l.si quando in prin.ff.de legat.j.⁊ cap.si papa de priuil.lib. vj. siquidez nullum verbum censetur in dispositione positum sine effectu aliquid operandi vt dictis iuribus ⁊ est trita doctrina Bal. in rub.C.de cõtrab.empt. in ix.quest. sed sic est quod ad verba illa sequentia referri non potest, vt statim dicam ergo debet omnino referri ad illa precedẽtia scilicet quo ad ipsa
8 vixerit ⁊c. declarãdo vt supra per argumentũ † a partibus sufficienter enumeratis, quod in iure validissimum est vulgata.l. patre furioso vbi Bar. Bald. ⁊ alij. ff. de his qui sunt sui vel alien.iur. cum concordantibus vt alias scripsi in cõsil.lxvj. Carolus quintus nu.10.j.vol.⁊ in consi.lxiij. Magnificus Comes dominus Marcus. nu.13.ij.vol. quod autez ad sequentia dicta clausula referri non possit probatur ex duobus.

¶ Et primo q: inter alia dicitur ꝙ domina Julia relinquitur usufructuaria quod non conuenit filijs eius, cũ ipsi sint heredes instituti ⁊ consequenter dicantur domini.§.pen.inst.de hered.qual.⁊ differ. dominus autem non potest fructuarius dici
9 cum vsusfructus sit ius fruendi alienis rebus insti.de vsufruc. in prin. ⁊ l.j.ff.eo. titul. non ergo potest dici dominam Julianam vsufructuariam vna cum filijs suis, ex quo illi vt dixi domini dicuntur.

¶ Secundo probatur quia domina Juliana relinquitur gubernatrix bonoꝝ testatoris, quod similiter vna cum filijs habere non potest ex quo filij sunt heredes ⁊ sic domini. at gubernatio siue administratio cadit in rebus alienis, ⁊ ideo non potest conuenienter dici ꝙ illa sit gubernatrix bonorum testatoris vna cum filijs saltem eodem modo prout intelligi deberet,
10 cum vna † determinatio respiciens plura debeat equaliter determinare vulgata.l.iam hoc iure in prin. ff.de vulg.⁊ pupil. cum similibus vt dixi in consi. cxlviij. in causa heredum Alexandri num.4.j.vol. sola ergo ipsa domina Juliana fuit relicta gubernatrix omnium bonorum testatoris ad commoduz filiorum suorum non autem vna cum illis ⁊ propterea testator subsequitur immediate ꝙ illaz absoluit a redditione rationis sue gubernationis seu administationis. quod etiaz ostenditur quando testator vult ꝙ si transeat ad secunda vota teneatur condignam rationem reddere suis filijs, ⁊ heredibus. ex eo enim ostenditur ꝙ ipsa sola erat futura gubernatrix, et administratrix. ⁊ ꝙ talis fuerit intentio testatoris aperte constat dũ postea relinquit illam tutricem, ⁊ curatricez. sic itaq; remanet ꝙ verba illa vna cuz infrascriptis filiis ⁊c. sunt omnino referenda ad precedentia verba, videlicet ad illa quo ad ipsa vixerit ⁊ vitam vidualem seruauerit, scilicet una cum infrascriptis filijs ⁊c. sic important relictum fuisse factum sub conditione habitandi sicut supra declaratum fuit.

¶ Et ex his tollitur doctrina Bart. in d.l.iij.§.intermedias. quoniam licet illa verba videantur aliqualiter remota, virtualiter tamen non sunt. et relatio predicta fieri necessario debet ex uoluntate testatoris. ac etiam quia verba testamenti aliter declarari non possunt.

¶ Nec obstat interpositio illorum verboꝝ ac dotes suas nõ poterit, quia talia verba relationez predictam nullo modo impediunt cuz relatio fiat ex mente testatoris que ante omnia ser-
11 uari debet etiaz si per coniecturas appareret. etenim † illaz omni diligentia perquirere ⁊ pedetentim vti venator leporem sectari debemus vt inquit Bald. in l.quidaz. C. de neces.serui. hered. insti. Et illaz inuentam omnino sequi tenemur in interpretatione testamentoꝝ, quia ipsa primũ locum obtinet, dominatur ⁊ regit omnia ⁊ deniq; totum facit. l.in conditionibus primuz locum in princ. ff. de condit. ⁊ demonst. l.ex facto la grande. ff.de hered.insti. cum similibus ⁊ concordantibus multis vt dixi in consi. xc. dominus Marianus de Balionibus nu.7.⁊ 8.j.vol.⁊ in consi.xxviij. spectabilis dominus Jacobus.nu.5.ij.vol. Preterea tollitur obiectio quia multuz bene stant ista simul scilicet ꝙ domina Juliana dotes suas non petat, ⁊ viuat cum filijs suis vt de se notuz est. sic itaq; ex predictis firmatur ꝙ domina Juliana fuit relicta domina patrona ⁊ vsufructuaria pariter ⁊ gubernatrix sub conditione habitandi cuz filijs ⁊ honeste cum illis viuendo in viduitate. ⁊ cuz predicta cõditio fuerit, dicitur defecisse propter mortem filiorum ⁊ consequenter relictuz dicitur totaliter extinctuz secundũ ꝙ
12 supra declaratuz fuit. ⁊ ex his fallit doctrina Bart. † ⁊ alioruz in d.§.Titia cum concordantibus supra allegatis, quia illa nõ procedit quando relictum sub conditione habitandi cuz filijs testatoris est in illoꝝ fauorez sed soluz procedit quando vxor simpliciter

simpliciter relinquitur domina & vsufructuaria vel quòd simi le filijs institutis, nam tunc si filij moriantur, illa efficitur de ali mentaria vsufructuaria secundum communem illam opinionem supra in contrarium allegatam, quod non fuit in casu nostro vt ex predictis constat.

¶ Demum non displicet vt dicamus relictum de quo agitur non posse importare verum vsumfructum etiam quod fuerit appositum verbum vsufructuariam. & propter liberationem relictam domine Juliane a redditione rationis sue administrationis. quod certe vero fructuario non potest conuenire, quia cum ipse faciat omnes fructus suos non tenetur reddere aliquam rationem, propter quod sequitur quod testator talem liberationem relinquendo domine Juliane, non sensit ei relinquere verum vsumfructum, sed potius administrationem bonorum suorum vt sonant illa verba ac gubernatricem omnium bono
13 rum &c. nam † relictum vsuffructus ex qualitate ei adiecta hic alteratur argumento l. proculus. ff. de vsufr. nam sicut ibi importat veram proprietatem propter qualitatem oneris legatario iniuncti quod non fructuario, sed solum habenti proprietatem conuenit, ita in casu isto debet importare tantum administrationem, cum soli administranti conueniat liberatio a ratione reddenda. & hoc etiam tetigit dominus consultor licet erranter allegauerit. l. Proculus de vsufru. accres.

¶ Ex predictis igitur & alijs pluribus per dominum consultorem copiose deductis verissimam arbitror istam conclusionem videlicet dominam Julianam non esse aliquo modo admittendam ad vsumfructum bonorum testatoris tametsi filij eius iam decesserint. sed omnia bona predicta pleno iure & sic cum fructibus dicuntur iure substitutionis pertinere ad do. Liuium fratrem testatoris vt proximiorem agnatum etiam quod supersit Artusina filia vnius ex institutis vti fuit conclusum supra in prima dubitatione. Laus Deo.

Socinus Nepos Bononie.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LXXV.

¶ Habens merum & mixtum imperium cum omnimoda iurisdictione & perpetua per se & descendentibus, dicitur habere iura Principis, & potest in suo statu quod Princeps in toto suo principatu. & eum Princeps priuare non potest, nec ius alterare sine culpa.
¶ Voluntas disponentis cognoscitur ex prohemio & alijs verbis dispositionis.
¶ Verba (non audeat vel presumat) presupponunt in contrafaciente dolum.
¶ Superinductum dicitur onus extraordinarium, & soli Principi reseruatur.
¶ Princeps in dubio dicitur vti iure communi, non plenitudine potestatis.
¶ Reprobatio consuetudinis non tollit longissimam in cuius contrarium non extat memoria, quia illa habet vim priuilegij.
¶ Appellationi in dubio deferendum est, & vbi reijcitur appellatio iuridica non dicitur reiecta.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Inuestitura alicuius status plenissimam habens cum mero, mixto imperio, omnimoda iurisdictione, et perpetua pro se, & descendentibus, & cum omnibus regalibus dicitur habere iura principis.*
2 *Inuestitus cum iuribus principis non debet posse etiam per ipsum principem tali iure & sibi concessis priuilegijs priuari, nisi de aliqua culpa fuerit conuictus.*
3 *Princeps licet habeat leges subiectas ita ut eis dicatur solutus, non tamen habet subiectos contractus quibus ipse reperitur obligatus.*
4 *Omnia dicens nihil excludit.*
5 *Verba in proemio decreti extensa demonstrant animum decretantis, etiam si aliunde non constaret.*
6 *Verba (non ardisca ne presuma) in contrafaciente præsuponunt dolum, & ipsum requirunt.*
7 *Argumentum a contrario sensu validissimum est in iure.*
8 *Coniecturis & declarationi dubietatis non est locus in rebus certis.*
9 *Onerum impositio iure permittente non facit incidere imponentem in pœnam alicuius decreti prohibentis.*
10 *Onus extraordinarium appellatur super indictum, et regulariter spectat ad principem, & ei reseruatur.*
11 *Verba (gli predetti che hano giurisditione) important relationem ad precedentia cum suis qualitatibus.*
12 *Principis decretum seu dispositio in dubio debet intelligi de ordinaria potestate, & de iure cõmuni, quo semper princeps præsumitur usus & non suprema potestate.*
13 *Sententia quæ in rem iudicatam transiuit præbet alicui iustam quasi possessionem alicuius iuris.*
14 *Statutum reijciens consuetudinem non intelligitur de cõsuetudine cuius initij memoria non extat in contrarium.*
15 *Communitas sunt homines eius.*
16 *Consuetudo in imponendis oneribus prævalet & seruanda est contra regulas iuris.*
17 *Forensibus licet non possit imponi onus collectarum, tamen id fieri potest quando de eo sit consuetudo.*
18 *Princeps habens potestatem statuendi potest ex suo decreto prohibere appellationem.*
19 *Appellatio licita est cuilibet grauato per pronuntiationem iudicis, nisi reperiatur prohibita, licet nõ ita permittatur, a, grauamine legis.*
20 *Appellationi semper in dubio deferendum est, cum hoc sit partibus minus præiudicale quam si appellatio respueretur.*
21 *Appellatio datur a grauamine irreparabili.*
22 *Rescriptum vel statutum prohibens appellationem debet intelligi tantum de friuola & non de iuridica, ne alias iniquum uideatur iustam denegans appellationem.*
23 *Rescriptum volens contradictores repelli, & puniri intelligitur quando iniuste contradicunt, non si iuste.*
24 *Appellatione pendente nihil potest innouari, & quidquid per iudicem attentatum fuerit, nullum est, & reuocatur. & nu. 25.*
26 *Appellatio etiam si non iuridice sit interposita & forte non admissa, debet appellans in sua quasi possessione conseruari.*

CONSILIVM LXXV.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Visa informatione nobis exhibita circa priuilegia concessa Illustribus comitibus a sancto Vitali, eaque diligenter considerata. & stantibus veris his, que in facto presupponuntur, de tribus in presenti consultatione queritur.

¶ Primo vtrum Monaci sancti Pauli de Roma pro colonis eorum partiarijs in loco dicto saletta possint vti decreto maioris magistratus ciuitatis Parme contra Illustrem comitem Alphonsum a sancto Vitali & eius priuilegia.

¶ Secundo particulariter vtrum predicti coloni possint grauari per predictum Illustrem comitem vel eius officiales ad onera plaustrorum & alia iuxta consuetudinem retroactis temporibus obseruatam, vel saltem per cõitatem que ad talia onera in vniuersum tenetur grauari possint ad contribuendum pro eorum rata.

¶ Tertio verum ab intimatione decreti maioris magistratus facta predicto Illustri comiti vel eius officialibus per officiales Parme precipientes quod illud debeant obseruare sub pena in eo contenta respectu predictorum colonorum & sic etiam a dicto precepto possit appellari saltem ad finem vt interim Illustris comes possit onera solita exigere.

¶ Circa primum breuiter & conclusiue loquendo puto concludendum quod predicti Monaci pro eorum colonis partiarijs siue, vt dicunt, mezadris non possint vti decreto illo maioris magistratus contra Illustrem comitem Alphonsum a sancto Vitali neque aduersus eius priuilegia. & (dimissa illa quest. an ipsi monaci, cum non sint ciues Parme, comprehendantur in verbis predicti decreti, quia ni fallor non est necessaria) dico quod posito & non concesso quod illi fauorabiliter comprehendantur, non tamen ipsi aut alij quilibet comprehensi possunt venire contra Illustrem comitem predictum vel eius priuilegia in his que illi iuridice concessa fuerunt tum ex defectu potestatis maioris magistratus, tum etiam ex defectu voluntatis eiusdem.
1 ¶ Primum probatur quia cum Illustris comes † predictus habeat inuestituram sui status plenissimam ita vt in eum sit translatum merum & mixtum imperium cum omnimoda iurisdictione & perpetua pro se & descendentibus & cum omnibus regalibus dicitur habere iura Principis vt scilicet tantum possit ipse in suo statu & inter subditos quantum Princeps superior in suo principatu prout signanter firmat Paul. de Castro in

stro in consi. ccxxvij. super primo dubio col. fin. in antiq. & in
nouis est in cōsi. xxxiiij. in ij. par. prout refert & sequitur Alex. in
consi. j. ponderatis bis. nu. 30. & 31. lib. j. que opinio per no-
* stros Docto. cōiter * est recepta vt per Deci. qui plures con-
cordantes allegat in consi. cccciij. quamuis in casu, cum multis
quos alias allegaui in consi. lxxvj. stantibus pluribus instru-
mentis in iij. vol. quod cito imprimetur & vltra ibi allegatos
reperio quod ita etiam firmat Patruus & dominus meus Soz. in
consi. iij. in causa domini Guidi col. pen. versi. postremo cōfir-
mantur iij. vol. Corne. in consil. clij. licet in hac consultatione
in prin. j. vol. Parisi. olim in studio Patauino honorandus
collega meus & postea Reuerendissimus Cardinalis in consi.
69. potest concedi immunitas. num. 3. j. vol. & insignis mo-
dernus Crauet. in consi. cxxxv. verba decreti. nu. 2. vbi etiam
2 alios allegat. si igitur habet iura principis, non debet † posse
etiam per ipsum Principē tali iure & sibi concessis priuilegiis
priuari, nisi de aliqua culpa fuerit conuictus iuxta c. j. & ij. &
tradita ibi per Doct. de feud. sine culp. non amit. & sicut non
posset sine culpa feudo priuari vt ibi dicitur, ita etiam non po-
test ei in aliquo ius suum minui aut alterari sine sua voluntate,
vbi nulla culpa probatur.

¶ Nam cum Princeps ad ea que promisit in inuestitura, & ad
obseruantiam priuilegiorum per eum concessorum teneatur
ex contractu, non potest sue promissioni contrauenire. quoniā
3 licet † Deus leges subiecerit Imperatori & alteri supremo prin-
cipi ita vt eis dicatur solutus. l. princeps. ff. de legi. cum simili-
bus, non tamen subiecit ei conctractus ex quibus ipse reperi-
tur obligatus vt docet Bald. in c. j. de nat. feud. & in d. l. prin-
ceps & habetur per Fely. in c. que in ecclesiarum. col. xxiiij. vers.
limita secundo, extra de const. & per Jas. in consi. ccxxxiij. circa
primum consultationis articulum col. iij. versi. quarto facit cū
seq. ij. vol. cum concordantibus vt alias dixi in consi. cxv. in fa-
cto presupponitur quod commune nu. 9. 10. & 11. ij. vol. cōcludi-
tur itaque quod maior magistratus non potuit tollere, diminuere
nec alterare iura & priuilegia Illustris Comitis a sancto Vita-
li. immo dico quod nec voluit per suum decretum talia facere. &
sic quod secundo loco dixi ex defectu voluntatis verissimū est.
& probatur quoniam quicquid in tali decreto disponitur fit so-
lum ad repellendum iniustitiam quam feudatarij & habentes ali-
quam iurisdictionem faciebant prout ex pluribus verbis ipsius
decreti constat. & maxime in exordio dum dicitur in linea iiij.
quod animus Principis & ipsius maioris magistratus est vt om-
nibus seruetur iustitia, & sic etiā ipsis feudatarijs quia qui omnes
4 † dicit neminem excludit. l. iulianus in prin. de lega. iij. & cap.
si romanorum xix. distinct. circa medium cum similibus. & sta-
tim etiā linea vj. ibi si persuadeno esser licito quello che nō e &c.
& sequitur etiam in linea viij. deportandosi con li inferiori me-
5 no di quello vorria la iustitia & l'equita. & quedam similia ver-
ba sequuntur in quatuor lineis sequentibus. & † cum hec in pre-
fatione & prohemio dicantur, demonstratur animus maioris
magistratus in toto illo decreto esse vt iustitia seruetur, & iniu-
stitia repellatur etiā si aliunde non constaret. l. fin. cū traditis ibi per
Doct. ff. de here. inst. & per Alex. in cons. vij. visis & diligenter
ij. col. lib. ij. cum concordan. vt dixi in consi. xxj. in nouissimo
statuto Pisano nu. 2. j. vol. & in consi. viij. in presenti consulta-
tione. nu. 24. ij. vol. sed vltra etiam dico quod hec eadem volun-
tas & animus maioris magistratus probatur etiā in principio
dicti decreti post prohemium seu prefationem in versic. la on-
de per salute delle anime di coloro che apetiscano li altrui be-
ni &c. si enim vult ita disponere pro salute animarum &c. vt di-
citur ergo presupponit eos faciēdo que faciebāt peccare & pro-
priam animam illaqueare, quod certe non conuenit his qui
suis priuilegijs vtētes onera aliqua iuste imponunt. & inferius
etiam in linea xxv. idem probatur dum dicitur che vuole che
tali feudatarij sappino che nō solo alla iustitia, & equita fanno
controuersia, ma anco a esso maggiore magistrato, quod in-
telligo si prosequantur eorum malos mores facidendo que
sunt iniusta. & sic verba & mentem dicti maioris magistratus
considerando, concludendum est per tale decretum non prohi-
beri ea quē iusta sunt, nec impediri onera, datia, aut aliud quod
libet, quod ordinarie, iuste, & secundum priuilegia feudatario-
6 rum ipsi imponerent. idem probatur in linea xxxiiij. ibi non
ardisca † ne presuma &c. Nam talia verba in contrafaciente pre-
supponūt dolum ipsius & illum requirunt vt per Card. in cle.
j. in prin. quest. xxxix. de priuile. cum concordantibus vt per
Crauet. in consi. vj. plura videnda sunt nu. 118. & fuit hoc di-
ctum Innoc. in c. cum medicinalis ad fin. de senten. excommu-
ni. ea ergo que sine dolo illius fiunt non fuerunt prohibita.
quod apertius etiam ostenditur dum in linea ciij. cum aliqui-
bus sequentibus dicitur, & sotto le medesime pene sieno tenuti
legati, & obligati coloro quali hanno imposti noui datij & ve-
ctigali, o, vero augumētatoli piu del solito, o, pur che habbia-
no aggiūto carico alcuno &c. & paulo post in linea cviij. dicitur
& parimente che habbino fatto cosa vietata &c. dico enim quod
ex his verbis apparet quod datia & vectigalia & alia onera solita,
& que imponuntur secundum concessiones & priuilegia feuda-
tariorum, & similiter quecunque alia fierent de iure non prohi-
bita sunt virtualiter per predictum decretum permissa sumpto
7 argumento † a contrario sensu quod in iure validissimum est
ad tradita per Docto. maxime moder. in l. j. §. huius rei. ff.
de offi. eius cui manda. est iurisd. & per regulam qui vnum di-
cit prohibendo, aliud permittere videtur. l. cum pretor in prin.
ff. de iudici. & c. nonne de presump. cum similibus.

¶ Sed contra predicta possunt ponderari multa verba di-
cti decreti. & omissis pluribus quibus videtur facilis respon-
sio inter cetera duo videntur vrgere. Primum est quod dici-
tur linea lxviii. & lxix. ibi & cosi dechiaramo douere essere inte-
se & interpretate le concessioni priuilegi &c. Que verba viden-
tur importare quod omnes concessiones & priuilegia sic inteligan-
tur vt non importent ea que per tale decretum prohibentur.

¶ Secundum est quia in linea xcij. cum sequentibus dicitur, &
se per la ventura ancora li prefati che hanno iurisdittione pre-
tendesser per loro necessita, o, bisogno de suoi castelli douere
hauere seruito &c. tal cosa non ardiscano fare per propria au-
torita & volunta, ma solo di consenso di detto magistrato &c.
nam ex his verbis colligitur quod nihil propria auctoritate impo-
nere possint laboratoribus & colonis de quibus ibi etiam quod
eis videretur alias permittendū & sic ibi videtur casus contra
predicta.

¶ Verum his non obstantibus, puto verissimum esse quod
supra firmatum est, ad ista duo respondetur. Nam ad primum
respondetur quod loquitur de cōcessionibus & priuilegijs in
quibus non reperitur expressum contrarium, puta quod solum
concedebatur simplex separatio vel iurisdictio, nec aliud de-
clarabatur. tunc enim quia dubia videntur verba bene cadit
quod fiat interpretatio & declaratio talis dubietatis, sed si exprimi-
tur aliquid in d. concessionibus & priuilegiis, vt sic certū appa-
reat aliquid esse concessum, tunc ratione talis certitudinis, nō
8 conuenit facere interpretationem. quia † in rebus certis non
est locus coniecturis seu declarationi dubietatis l. continuus.
§. cum ita. ff. de verb. obli. nec de eis intendit loqui decretum
predictum, ex quo non intendit alicui ius suum auferre, sed
solum vult insolentiam & iniustitiam feudatariorum refrenare
vt supra ostensum fuit loquendo de his tantum qui solam sepa-
rationem vel iurisdictionem habent vt dixi in quos non tran-
seunt regalia nec alia iura Principis, ad tradita per illum tex.
in c. quod translationem de offic. delega. cum similibus. & hoc
probatur per illa verba, alli predetti feudatarij, ostēdunt enim
quod loquitur respectu eorum de quibus supra erat loquutū, sed
de his tantum erat loquutum qui solam separationem aut iu-
risdictionem habent ergo &c.

¶ At iste Illustris Comes a sancto Vitali habet expressam
concessionem imponendi & exigendi angarias & perangarias.
& sic onera quecunque ergo &c. vnde imponendo aliqua onera,
9 cum id faciat † iure permittente, non potest incidere in penam
dicti decreti, argumento l. gracchus. C. ad. leg. Jul. de adulte.
cum similibus, vt dixi in cons. viij. emit Antonius aurifex. nu.
5. ij. vol. & maxime quia reperitur in quasi possessione talia fa-
ciendi, in qua debet conseruari si contra eum aliud non probe-
tur, prout de hoc extat clara & aperta sententia lata per fungen-
tem vice maioris magistratus, & quidem post factum & publi-
catum edictum dicti maioris magistratus de quo agitur. & cō-
sequenter constat talem sententiam prolatam fuisse & debere
seruari non obstante predicto decreto maioris magistratus.

¶ Ad secundū vero respōdetur quod illud debet intelligi respe-
ctu oneris extraordinarij, quod solet appellari superindictū
10 † vt l. j. & ibi tradunt glo. & Doct. C. de superindict. lib. x. nam
cum illud regulariter spectet ad principem, & ei reseruetur vt
d. l. j. cum his que ibi tradunt Doct. & docet dominus Hugo
in tractatu de offici. quatuor prelatorum sub Rub. de mune-

rum

rum execut.nu.12. ꝛ traditur per Afflict.in tit. que sint rega.
§.ꝛ extraordinarium nu.23. fuit merito reseruatum ipsi maio
ri magistratui, hoc est ꝙ sine eo imponi non possit.non tamē
ex hoc inferri potest vt onera que ordinarie Illustris Comes
potest imponere ꝛ exigere, imponere ꝛ exigere non possit.ete
nim illud faciet veluti ordinarie sibi concessum in suis priuile-
gijs.talia enim ordinaria onera non intendit predictum decre
tum prohibere vt constat in preallegata linea ciiij.cum sequen-
tibus prout supra deductum fuit.

¶Et hec prima responsio procedat si quis velit versiculum il-
lum ꝛ si per auentura ꝛc.intelligere vt loquatur de his feudata
rijs qui habent omnimodam iurisdictionem ꝛ priuilegiū im
ponēdi onera ordinaria prout est Illustris Comes Alphon-
sus vt supra dictum fuit. sed aliter intelligendo potest respon-
deri ꝛ dici ꝙ ibi decretum loquitur,prout etiam supra fecit de
his feudatarijs qui simplicem iurisdictionem ꝛ separationem
habent vt constat ibi,gli predetti che hanno iurisdittione ꝛc.
11 ¶Nam † per illa verba fit relatio ad precedentia cū suis qua
litatibus doctrina est Bar. in l.si quis seruum.§.fin. de legat.
ij.cum concordantibus vt per Ruy.in consi.lv. quoniam de
iure cōi.nu.4.iij.vol.ꝛ per Parisi.in consi.v.viso testō.nu.5.
iij.vol.et ego dixi in ɔsi.clxiij.dominus Sandulphus nu.10.
ꝛ 11.ij.vol.ꝛ ꝙ Princeps in dicto decreto maioris magistra
tus non prohibuerit ea onera imponi, que iuridice poterant
imponi,constat quia non fuit vsus plenitudine potestatis,que
in hoc erat necessaria ad tollendum ius quesitū.in dubio enī
12 tale decretum,sicut alia principis † dispositio debet intelligi de
ordinaria potestate ꝛ de iure communi, quo semper presumi-
tur vsus ꝛ non suprema potestate.l. in testamento la prima. ꝛ
ibi not. Paul.de Cast.ꝛ alij pleriqꝫ.C.de testamen. milit. be
ne facit.l.quamquam eo.tit.prout eam allegat Bal.in l.preci
bus in ix.opposit. C.de impub.ꝛ alijs subst.ꝛ fuit dictum In
noc.ꝛ Jo.Andr.in c.dudum de decim.cum concordantibus
vt per Jas.in consi.j.presupponitur in facto num.8.j.vol.pro
pter quod ipse ibi firmat quasi in terminis nostris ꝙ in quo-
dam decreto maioris magistratus non dicitur sublata exēptio
que erat iuridice concessa vt per eum.ꝛ ita in casu nostro dicē-
dum est de operibus iuste ꝛ ordinarie imponendis.Remanet
itaqꝫ ex predictis conclusio ꝙ maior magistratus in suo decre
to noluit prohibere ea onera imponi que iuste ꝛ secundū pri-
uilegia feudatarij alicuius imponi possunt vt supra deductum
fuit.Ac etiam ꝙ si voluisset non potuisset per ea que supra di-
xi dum loquebar de defectu potestatis. hec de prima questio-
ne sufficiant.

¶Circa secundam questionem dico ꝙ eius resolutio satis cla
re colligitur ex iam dictis. Nam si maior magistratus non po
tuit nec voluit prohibere ea que per feudatarios iuste fierent ꝛ
secundum eorum priuilegia ꝛ concessiones ꝛ secundum anti-
quas ꝛ approbatas consuetudines, sed solum voluit refrena-
re audaciam, ꝛ insolentiam eorum qui contra iustitiam plu-
ra audebant, vt iam dictum est, sequitur ꝙ Illustris Comes
Alphōsus per se vel suos officiales potest onera plaustrorum
ꝛ alia quelibet imponere iuxta consuetudinem retroactis tem
poribus obseruatam,cum talia onera iuste ꝛ iure permittente
imponantur,nec coloni de quibus agitur possunt talia onera
recusare,attento maxime ꝙ extat sententia, que in rem iudica-
tam transiuit, qua declaratur predictum Illustrem Comitē
Alphonsum esse in quasi possessione imponendi talia one-
13 ra,eūqꝫ debere in tali quasi possessione conseruari.Unde † ille
iuste dicitur tale ius quasi possidere iuxta l. possidet cum mat.
ff.de acquir.posses.ꝛ tradit Abb.post Innoc.in c.cōsultatio-
nis ii.col.de iur.patro.cum concordantibus vt dixi in consi.
cl.Tomas de Tomasijs.nu.3.ꝛ 4.j.vol. Nec dicatur ꝙ in ta
li consuetudine non debeat posse fierei fundamentum, quia in
dicto decreto similes consuetudines videntur appellari corru
ptelle,ꝛ propterea reiciuntur, vt in eo constat in linea xlj.cum
seq.quoniam respondetur ꝙ in hoc decretum debet intelligi
de cōsuetudine nō iuridica puta si nuda sit ꝛ careat titulo, vel
non sit longissima ꝛ legitime prescripta,ꝛ de principio eius ex
tet memoria.talis enim consuetudo contra iustitiam merito
in decreto appellatur corruptella ꝛ reprobatur.sed consuetu-
do ꝙ imponantur talia onera per Illustres Comites a san-
cto Uitali non dicitur nuda,sed titulata ꝛ legitime prescripta
ꝛ ita longissima vt de ea non extet memoria in contrariū.fuit
enim istis Illustribus Comitibus nedū concessa simplex se-
paratio ꝛ iurisdictio, sed omnimoda ꝛ plenissime cum mero,
ꝛ mixto imperio ꝛ cum omnibus regalijs ita vt possint et pri
uilegio omnia que poterat Illustrissimus princeps cōcedēs,
ꝛ consequenter etiam onera de quibus agitur imponere. de
tali autem consuetudine, ꝛ inde causata quasi possessione talia
onera imponēdi loquitur predicta sententia volens istos Il-
lustres Comites in ea quasi possessione conseruari.ꝛ de simili
iusta ꝛ rationabili consuetudine, ꝛ ita longissima vt non extet
memoria in contrarium non intendit loqui decretum,nec illā
14 intelligitur reprobare.sicuti etiam dicimus † de statuto reiciē
te consuetudinem vt scilicet non intelligatur de consuetudine
cuius initij memoria non extat in contrariū, vt in auth. vt de
cetero commutationes.§.pen.iuncta glo.super versi.nulla tē-
poris prescriptio. ꝛ ibi tradunt Ange.ꝛ alij scribentes cum cō
cordantibus vt per Ruy.in cōs.xiij. videretur fortassis prima
consideratione nu.30.ij.vol.ꝛ ratio est quia talis consuetudo
dicitur habere viꝫ specialis cōcessionis ꝛ priuilegij de eo quod
ctat ipsa ɔsuetudo.l.hoc iure.§.ductus aque. ff.de aqu.quot.
ꝛ esti.ꝛ c.ꝫ morē. 100.dist.ꝛ vtrobiqꝫ tradunt doct. cum con
cordan.vt per Dec.in consi.ccccclxxxvj. in causa que Mantue
nu.2.ꝛ ego alias dixi in cōsi.lxv.Illustrissimus Hermannus
nu.31.j.vol.ꝛ in consi.xxv.Angelus Mancini nu.12.ꝛ in cō
sil.clxxxi.de duobus in presenti consultatione queritur nu.59.
ij.vol.sit itaqꝫ ex predictis conclusio ꝙ predicti coloni partia
rij seu mezadri monacorum sancti Pauli de vrbe existentes in
villa salette sub conditione Illustris Comitis Alphonsi pos-
sunt per ipsum Illustrē Comitem grauari ad onera plaustro
rum ꝛ alia iuxta amplissimas eius concessiones,ꝛ priuilegia,ꝛ
iuxta consuetudinem retroactis temporibus obseruatam.

¶Et vbi quis de hoc dubitaret contra veritatē, indubitāter
poterunt dicti coloni ad predicta grauari per communitatem
cui subsunt vel eius sindicum vel massarium,nam cum ipsa cō
munitas ex antiqua consuetudine sit obligata Illustri Comi-
ti predicto ad certam summam plaustrorum ꝛ ad alia quedā
onera,prout singulis annis retroactis tēporibus prestitit per
homines ipsius, vel in ea habitantes,non est dubiū quod po
test omnes suos homines, ꝛ sic etiam istos colonos monaco-
rum sancti Pauli cogere ad contribuendum pro eorum rata
nec tunc dicatur cogi ab Illustri Comite qui se cōtra eos non
ingereret, attento ꝙ ille debet talia onera obtinere a commu
nitate,conferant ipsi coloni vel non. ꝛ talia onera communi-
tas nullo modo potest euitare. vnde ipsa communitas cogit
suos homines ad contribuendum pro rata illorum de quo nō
loquitur decretū,de quo agitur,nec reperitur ꝙ in eo commu
nitates prohibeantur grauare homines suos ad contribuen-
dum suis debitis ꝛ consuetis oneribus, alioquin sequeretur,
ꝙ communitas ipsa teneretur,ꝛ non haberet postea vnde ta-
lia onera sumeret,quod esset absurdissimum ꝛ valde iniquum
15 vt de se notum est.nam cum † communitas sint ipsi homines
eius vt recte intuenti voluit glo.in l.sicut.§.fin.ff.quod cuius-
que vniuers.no.prout illam ponderat Ruy.in consi.lxvj. per-
lectis ꝛ diligenter consideratis nu.5.iij.vol.sequeretur ꝙ com
munitas teneretur ꝛ non teneretur seu cogi non posset, quod
contradictionem implicaret.merito ergo non tolerandum ar
gumento l.vbi repugnantia.ff.de reg.iur.ꝛ l.j.C.de furt.cum
similibus dicendum igitur est tales colonos cogi posse ad one
ra plaustrorum ꝛ alia iuxta antiquam ꝛ iuridicam consuetudi
nem vel per ipsum Illustrem Comitem vel communitatē vt
16 dictum est,etenim licet in alijs consuetudo † plurimum possit
iuxta.l.de quibus.ff.de legi.ꝛ c. cum dilectus cum materia de
consuetud.cum similibus,in imponendis tamē oneribus om
nino preualet ꝛ seruanda est etiam contra regulas iuris vt tra
dit Bar.per illum tex.in l.j.C.de auro Coron.lib.x.cum con
cordantibus vt per Deci.in consi.ccclxxxv.placet mihi nu.ij.
versi.ꝛ ita conclusio corroboratur.ꝛ dixi alias in cōsi.xlix.quo
niam ex facto ius oritur.nu. 15.ꝛ 16.ꝛ nu. 25.j.vol.ꝛ illud
consilium Decij fuit subscriptio ad illud consilium meū xlix.
17 ꝛ hinc est † ꝙ licet alias forensibus non possit imponi onus
collectarum vt per Bar.in l.rescripto.§.fin.ff.de muner.ꝛ ho
nori.cum alijs vt dixi in d. consi.xlix.nu.28.ꝛ tradit Ruy.in
consi.iij.viso prolixo processu nu.9.v.vol.tamen id fieri potest
quando de eo fit consuetudo vt per Bartolum in d.l.j. ꝛ per
Dec. in consi.preallegato.ꝛ voluit Ruy.in consi.ccij.videtur
ꝙ istis casibus.in fin.primo volum.ꝛ hec sufficiant de secun-
da questione.

Circa

¶ Circa tertiam questionem diceret fortasse aliquis primo aspe ctu non esse admittendam appellationem, cum illa in predicto decreto expresse reiiciatur vt patet in linea cxxxiiij. ibi, deposta
18 ogni facilta de appellatione, ⁊ talis † prohibitio appellationis in tali decreto fieri potuit cum emanet a Principe, ⁊ habente potestatem statuendi ad not. per Bal. in l. fin. C. quor. appel. non recip. Abb. ⁊ alios in cap. pastoralis in prin. de appellat. cum concordantibus vt per Ruy. in consi. lxxxv. pena ad quã agitur in prin. v. vol.

¶ Sed tamen in contrarium est veritas, ⁊ sic concludendum est quod immo ab intimatione ⁊ precepto predictis licuit Illustri Comiti Alphonso appellare veluti ab actu ei valde preiudiciali ⁊ per se iniusto, prout iuridice appellauit. est enim re
19 gula q † cuilibet grauato per pronunciationem iudicis licita est appellatio nisi reperiatur prohibita, licet non ita permittatur a grauamine legis vt declarat Guido Pape in suo tractatu de appellat. nu. 100. ⁊ tradit Roma. in consil. cccclxxxij. in casu premisso nu. 9. vnde cum intimatio ⁊ preceptum iudicis maximum afferant preiudicium predicto Illustri Comiti, quia in effectu denegant illi exigere onera plaustrorum ⁊ alia solita a predictis colonis, debet dici q ei licuerit appellare prout fecit. et preterea vbi de hoc posset fieri aliqua dubitatio. in dubio
20 † semper deferẽdũ est appellationi, cum hoc sit partibus minus preiudiciale quam si appellatio respueretur. ita voluit gl. fin. in fin. quam ibi not. ⁊ sequitur Angel. in l. qui restituere. ff. de rei vendica. ita etiam ⁊ signanter dixit Paul. de Cast. per illũ tex. in l. j. ff. si quis cau. cum concordantibus vt per Deci. in cõ sil. xxviij. ⁊ pro tenui facultate mea ij. col. versi. quinto ⁊ vltimo ⁊ in consil. ccclvj. in causa domine Marie Balduine num. 1. ⁊ ego alias dixi in consi. 49. inspectis his que in puncto narrãtur nu. 27. ⁊ 28. ⁊ in consi. clxxxj. supra allegato nũ. lxxxvj. ij. vol. in quibus locis in simili ⁊ per eandem rationem ego concludo q in dubio pronunciandum est exceptionem rei iudicate non obstare cum id sit partibus minus preiudicale quam cõtrarium, vt ibi videri potest. ⁊ eo maxime in casu isto dici de
21 bet permissam fuisse appellationem, quia † cum per illud preceptum valde grauaretur Illustris Comes ne scilicet de cetero possit onera plaustrorum ⁊ alia consueta imponere, plurimũ eius intererat a tali grauamine releuari, merito licuit ei appellare. c. non solet, secunda quest. vj. cum concordantibus, vt per Paris. in cons. xxviij. ad resolutionem primi dubij nu. 10. iiij. vol. qui ibi nu. 11. subdit q appellatio nulli deneganda est et diabolo vt per eum, nec predictis obstant allegata in contrariũ nam dum in decreto dicitur, deposta ogni faculta de appellatione ⁊c. vel alias appellatione postposita ⁊c. debet illud intelligi de appellatione friuola ⁊ non iuridica. nam cum totum illud decretum tendat ad reprimendam audaciam eorum qui sibi non licita audebant, ⁊ nemini voluerunt ius suum auferre vt supra plene fuit ostensum, certe etiam in illis verbis dicitur esse eiusdẽ mentis, vt scilicet iniustas appellationes reiicere voluit, scilicet interponendas ab his qui illicita audebant, non autem debet intelligi de his qui iuste imponerent onera ⁊ cõtra eos aliquid iudex pronunciaret. nam ipsi pro bono suo iure tuẽdo licite appellabunt, cũ eis in decreto ius non auferatur, sed potius conseruetur.
22 ¶ Et ad hoc secundo facit regula qua dicitur quod si per † rescriptum vel statutum prohibeatur appellatio, de friuola tantum debeat intelligi, ⁊ non de iuridica. ne alias iniquum videatur denegans iustam appellationem ita Bart. in l. j. §. fin. ff. quib. appel. non lic. quem refert ⁊ sequitur Felyn. in c. causam que in versi. nõ obstante sub nu. 21. de rescript. vbi ponit multa similia vt scilicet non censeatur prohibitum id quod de iure fieri potest vt per eum. Tertio hoc probatur q: in decreto dñ paulo ante. costringendo per auctorita nostra li contradicẽti ⁊ rebelli con pena ⁊c. ⁊ latino sermone dñ 9dictores, ⁊ rebelles quoslibet p cẽsuras ⁊ penas ecclesiasticas, ac ẽt pecuniarias camere nr̃e applicãdas appl̃one postposita ⁊c. ex quibus verbis sumitur primo q decretum loquitur contra rebelles ⁊ contradictores ⁊ consequenter contra eos qui illicita audebant, ⁊ nõ contra eos qui onera iuridice ⁊ ex antiquissima consuetudine imponebant qualis est Illustris Comes Alphonsus vt supra dictum est. isti enim cum eis decretum ius non auferat, nõ possunt dici rebelles aut contradictores. non enim veniunt cõtra decretum, sed dicunt se in decreto non includi, ⁊ se onera iuste posse imponere ex eiusdem decreti intentione prout supra plene deductum fuit. ¶ Secundo sumitur q eis tantum denegatur appellatio qui rebelles ⁊ contradictores erunt. quod non potest dici de Illustri Comite Alphonso. Item ⁊ tertio sumitur q appellatio denegatur contra sententias condemnatorias contra rebelles ⁊ contradictores, nos autem non sumus in casu isto, quia contra Illustrem Comitem (vltra q non est contradictor, vel rebellis) non reperitur data aliqua sentẽtia condemnatoria. vnde satis clare constat decretum in eo quod reiicit appellationem non loqui in casu nostro. ⁊ plus dici põt q vbi etiam loqueretur in casu nostro, non posset procedere contra Illustrem Comitem Alphonsum, cum ipse quicquid facit iuste ⁊ rationabiliter iure permittente faciat. ⁊ alias quan
23 do rescriptum † vult contradictores compesci ⁊ puniri intelligitur quando iniuste contradicũt, non si iuste vt voluit Archi di. in §. quid ergo xvij. quest. iiij. ⁊ dixit Abb. in c. pro illorum in versi. contradictores post glo. ibi de preben. prout refert ⁊ sequitur Fely. in c. super eo sub nu. 5. de offic. ⁊ potest. iudi. de leg. ⁊ stantibus predictis ⁊ sic presupposito q appellatio ab intimatione ⁊ precepto predictis recte fuerit interposita, sequit
24 q ea † pendente, nihil per iudicem aut alios potuit innouari iuxta Rub. ⁊ l. j. ff. nil noua. appel. interposi. ⁊ cap. non solum vbi Doct. not. de appel. lib. vj. ⁊ bene facit rub. ⁊ totus tit. extra vt lite pendente nihil innouetur. in antiquis ⁊ in sexto, nã cum per appellationem predictum preceptum veluti sententia quedam dicatur suspensum ad tradita per Perusin. in rub. de appel. in iiij. premisso, sequitur q de eo quod in precepto continetur dicit lis pendere, merito nihil potuit innouari. ⁊ ideo
25 † infertur q quicquid iudex postea fecit maxime declarando persistendum esse in precepto ⁊ pignora esse restituenda nulliter fecit, ⁊ non est attendendum veluti factum prohibente lege per regulam l. non dubium ⁊ tradita ibi per Doctores C. de l gib.
26 ¶ Infertur etiam quod Illustris Comes † in sua quasi possessione onera de quibus supra imponendi debet permanere ⁊ conseruari, nec aliquo modo turbari potest iuxta cap. cum teneamur ⁊ tradita ibi per omnes scribẽtes de appel. ⁊ hoc procedit etiam si appellatio posset dici non iuridica, ⁊ forte etiam non admissa secundum Bal. in c. j. ⁊ ij. quo tempore miles in vsib. feud. prout refert ⁊ sequitur Ruy. in consi. lxxv. quantum ad id de quo agitur nu. ij. v. vol. fortius ergo hoc dici debet in casu nostro, in quo appellatio iusta ⁊ iure permittente fuit interposita prout supra deductum fuit. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie.

CASVS

CONSILII LXXVI.

Thema sic proponitur.

ILLVSTRISSIMVS, ⁊ excellẽtissimus quondã dominus Hercules Dux Ferrarie de anno 1501. inuestiuit Illustrem quondã dominum Sigismundum fratrem eius mediante persona Illustris tunc ⁊ nunc quondam domini Herculis filij ipsius domini Sigismundi recipientis vice ⁊ nomine patris eius, ⁊ vt ipsius procuratoris de quibusdam castris, ⁊ terris Ducatus Mutine ⁊ Diocesis Regiensis eo modo ⁊ forma, ⁊ cum illis pactis ⁊ conditionibus, ac etiam cum clausulis de quibus latius in ipsius inuestiture instrumento constat, cuius copia transmittitur.

¶ Et inter cetra Illustrissimus Dux predictus inuestiens terras omnes, loca ⁊ castra, de quibus facta fuit inuestitura separauit, ⁊ separata esse voluit ab omni iurisdictione ⁊ imperio cuiuscunq ciuitatis ⁊ loci, ⁊ presertim Mutine ⁊ Regij ⁊ cuiuscunq officialis ⁊ regiminis earundem, trãsferendo in ipsa castra ⁊ loca omnimodam ⁊ plenam iurisdictionem in ciuilibus ⁊ criminalibus cum mero, ⁊ mixto imperio ⁊ gladij potestate, ⁊ cum amplissimis concessionibus, ⁊ licentijs, prout in dicta inuestitura continetur.

¶ Vigore predicte inuestiture ⁊ amplissime concessionis castra terras ⁊ loca predicta predictus Illustris dominus Sigis

mundus donec vixit plene libere ⁊ pacifice cum omni libertate tenuit ⁊ possedit.

¶ Et similiter eo defuncto Illustris dominus Hercules filius eius.

¶ Et post eius mortem Illustris filius eius dominus Sigismundus Junior ⁊ modernus dominus sancti Martini pariter possedit ⁊ hodie etiam possidet.

¶ Qui nunc vti prudentissimus (quanquam sit in pena ⁊ pacifica possessione ⁊ libertate prout etiam pater ⁊ auus eius fuerũt ⁊ hucusq; contra eos nihil fuit vnquam dictum factum, vel attentatum de iure nec de facto) cupit scire ⁊ iuridice sibi declarari vim ⁊ effectum predicte sue concessionis ⁊ inuestiture.

¶ Tum vt sciat quo iure possit se tueri si per aliquem unquam molestaretur contra suam libertatem ⁊ pacificam possessionẽ predictarum concessionum.

¶ Tum vt pari modo possit iura sua recuperare, si reperiet per aliquem aliquando occupata. ⁊ vt in predictis plenius sibi satisfiat, proponit particulariter nõnullas questiones super quibus querit de iure responderi. que ordinate post predictũ thema subijciuntur.

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De vasallo habente feudum pro sese ⁊ descendentibus cum mero ⁊ mixto imperio ⁊ omnimoda iurisdictione, que possit in suis terris?

¶ Et an a domino directo grauari possit vt conferat fortificationi ciuitatis a qua dicitur separatus, ⁊ ab omni eius iurisdictione.

¶ Item an possit condere statuta, ⁊ que, ⁊ in specie q̃ sui homines non vadant ad habitandum alibi, ⁊ q̃ alibi habitantes redeant ad propriam patriam?

¶ Quod nõ vendantur bona forensibus nec fructus alio trãsferantur.

¶ Et vtrum onera mixta que imponuntur persone, possint imponi forensibus habentibus bona in territorio onera imponentis.

¶ Et quod dominus directus non possit preiudicare vasallo nec ius eius diminuere.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Forenses non subditi & sic alieni a ciuitate aliqua vel ab eius domino grauari aut collectari non possunt.*
2 *Exemptis non possunt imponi grauamina & onera, nisi aliqua in exẽptione specifice sint expressa.*
3 *Exceptio in certis casibus importat regulam esse in contrarium.*
4 *Inclusio unius est exclusio alterius.*
5 *Vassallus in feudo nobili concesso ad vsum regni non tenetur ad aliquod onus patrimoniale sed solum ad seruitium personale, quia tale feudum dicitur cohercere persone non patrimonio.*
6 *Feudum nobile gratis & libere conceditur, & pro eo solum debetur seruitium personale, & in eo differt ab emphiteusi, quia in ea præstatur annua quædam pensio.*
7 *Princeps ex emergenti necessitate potest imponere onus extraordinarium quod appellatur superindictum.*
8 *Onera imposita propter necessitatem imminentis belli quilibet soluere tenetur etiam quod alias habeant priuilegium a collectis.*
9 *Superindictum imponere seu petere dicitur de reseruatis suppremo Principi.*
10 *Princeps non potest imponere superindictum nisi quando de suo non potest prouidere.*
11 *Dux Ferrariæ abũdat superfluis, et est pecuniosior princeps omnibus alijs principibus italiæ.*
12 *Onus semper suscipere debet qui cõmoda suscepit aut suscepturus est.*
13 *Vassallus ad hoc vt oneribus extraordinarijs grauari possit requiritur quod sit diues.*
14 *Dux Ferrariæ dicitur in effectu habere in suo statu iura imperij, et principis supremi.*
15 *Contradictio tolleranda non est.*
16 *Domicilium quisque potest ex sua libera voluntate sibi constituere vbi velit.*
17 *Pena publicationis bonorum non potest apponi nisi ab eo qui est in summa potestate administrationis, & nu. 20.*
18 *Ciuitas & castrum originis solet preferri & causa eius potior haberi solet.*
19 *Ciuitas potest statuere ne quis vadat extra territorium, contrafaciẽtes puniendo.*
21 *Vicarius temporalis & vicarius perpetuus quomodo differant.*
22 *Iurisdictionẽ solam habens an possit condere statuta, vide remissiue.*
23 *Intentio principalis statuentium colligitur ex proemio.*
24 *Collecta non potest imponi non subditis.*
25 *Grauari quis non debet pro eadem re in duobus locis.*
26 *Onera mixta ex consuetudine ubique imponuntur etiam forensibus, et non suppositis iurisdictioni imponentis, ratione bonorum existentium sub illius ditione.*
27 *Possidens bona in territorio alicuius domini debet illi præstare certum iuramentum fidelitatis.*
28 *Res in quemcunque traslate fuerint transeunt cum sua causa, & sic cũ onere quod res illas respiciebat. & nu. 37.*
29 *Conditio iniqua alteri per alterum inferri non potest.*
30 *Catastum non probat ius ita esse, nec alicui præiudicare potest.*
31 *Extimum non præiudicat non intimato nec citato.*
32 *Actus non præiudicat non citatis etiam quod fieret ab Imperatore.*
33 *Pactum inter alios initum tertio non nocet.*
34 *Damnum quod quis sua culpa sentit sibi imputare debet.*
35 *Obligatus ad faciendum tenetur conseruare quod promisit, uel saltim præstare quanti intersit si facere non potest quod promisit.*
36 *Potestates, & alij iudices temporales cuiuscunque ciuitatis, licet habeant iurisdictionem temporalem, possunt pro suo tempore prohibere, ne frumentum vel aliud extrahatur de loco illo cui præsunt.*
38 *Multa facta conseruantur qua forte nunc fieri non possent.*
39 *Actus perfectus non infringitur etiam quod diceretur deuenisse in eũ casum, a quo incipere non poterat.*
40 *Locus ab absurdo remouendo validum est in iure.*
41 *Statuta regulariter non ligant non subditos.*
42 *Statuta uocantur ius ciuile illius ciuitatis, seu ius municipale illius loci, in quo sunt condita.*
43 *Statuti causa deficiente debet cessare, & eius effectus.*
44 *Vasallus non potest feudo sine culpa priuari.*
45 *Deus licet subiecerit Imperatori, aut etiam alteri supremo principi leges, ita ut eis dicatur solutus, quamuis eum eis stare conueniat, non tamen illi uoluit subijcere contractus, in quibus ipse ex consensu reperitur obligatus.*
46 *Sententia contra minorem indefensum lata non ualet.*
47 *Lex quælibet, dispositio, aut declaratio non sunt alicuius momenti, si per annos decem non fuerunt in usum recepte, sed contrarium fuerit obseruatum.*
48 *Actus ualiditas requirit citationem omnium de quorum præiudicio agitur in illius actus constitutione.*
49 *Concessio continens clausulas derogatorias non potest per principem tolli per suam declaratoriam, nisi de eius uoluntate constet quod per eam uoluerit tales clausulas derogatorias reuocare.*
50 *Præsentia principis uidetur supplere defectus.*
51 *Illatio non bene fit ex diuersis.*
52 *Legitima filij est tertia pars portionis quam ab intestato esset habiturus.*
53 *Feudum dicitur beniuola concessio libera, & perpetua rei immobilis uel æquipollentis cum translatione utilis dominij.*

CONSILIVM LXXVI.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis ⁊ iustitie.

¶ Viso themate preposito cum questionibus subiectis, viso etiam ⁊ mature considerato instrumento inuestiture, de qua in themate, cupiens ego iusto desiderio, ⁊ honeste petitioni Illustris dominus Sigismundi Estensis pro mea in eum obseruantia morem gerere, ad id libenter me accinxi. Et prosequendo ordinem propositorum questionum.

¶ Quantum ad primam dum queritur vtrum Illustris dominus Sigismundus possit ab Excellentissimo, ⁊ Illustrissimo Duce Ferrarie, vel ab eius officialibus in infrascriptis ciuitatibus cogi per se, ⁊ subditos suos contribuere operibus, ⁊ expensis fortificationis Mutine, ⁊ Regij?

¶ Puto respondendum q̃ cogi non possit regulariter loquẽdo vt ipse contribuat nec vt faciat suos subditos contribuere predictis operibus ⁊ expensis.

¶ Et quidem ex pluribus.

¶ Primo quia castra terre ⁊ loca dicti Illustris domini Sigismundi fuerunt ⁊ sunt omnino ⁊ totaliter separate ad omni
imperio ⁊ iurisdictione predictarum ciuitatum ⁊ eorum qui
dictis ciuitatibus preessent. merito igitur tanquam non subditi, sed vt extranei non possunt ad instantiã dictarum ciuitatum
vel ad earum commodum in aliquo grauari, aut aliquo mo-
1 do collectari cum † forenses non subditi ⁊ sic alieni a ciuitate
aliqua vel ab eius domino grauari aut collectari non possint
vt videtur probari in l. j. ⁊ in l. libertus. §. sola. il primo. ff. ad municip.

municip. & voluit Bart. in l. rescripto. §. fin. ff. de muner. & hono. & Bal. dixit in consil. ccccxlv. quatuor ad propositum. ij. col. iiij. vol. cum concordantibus vt alias dixi in consi. xlix. quoniam ex facto ius oritur nu. 28. j. vol. & in consi. vij. Illustrissimus ac Excellentissimus nu. 12. ij. vol.

2 ¶ Secundo quia † grauamina de quibus agitur, & similia onera non possunt imponi exemptis secundum Archid. in ca. si propter. de rescipt. lib. vj. refert & sequit Franc. Lucan. in trac. de collectis. in tit. de collectarum immunitate nu. 9.

¶ Sed Illustris dominus Sigismundus cum suis terris, locis, & subditis dicitur exemptus, quia nil aliud videtur eximere eum, loca eius, & subditos ab Imperio & iurisdictione Mutine, & Regij quã facere eos exemptos a grauaminibus per dictas ciuitates vel earum occasione imponendis, ergo &c.

¶ Tertio hoc clare sumitur ex quadam reseruatione facta in predicto instrumento inuestiture post separationem de qua supra, nam dicitur ibi q reseruantur Illustrissimo domino Duci taxe palearũ & grauamina fabrice Castelli Ruberie, a quibus duobus oneribus noluit Dux q loca & castra d. do. Sigismũdi nec homines eius sint aut intelligantur exempta vel exẽpti.

¶ Dico enim q ex hoc remanet q respectu fabrice vel fortificationis Mutine, & Regii, & aliorum onerũ intelligantur immunes, & exempti.

3 ¶ Tum † quia exceptio in certis casibus importat regulam esse in contrarium. l. quesitum. §. deniq; vbi gl. Bar. & alij. ff. de fund. instr. & c. dominus xxxij. q. vij. & dicit Dyn. in rub. de regul. iur lib. vj. ad fin. cum concordantibus vt dixi in consi. l. viso elegantissimo consilio nu. 12. & in consil. cxl. stantibus hisque in facto nu. 15. ij. vol.

4 ¶ Tum etiam quia † qui vnum dicit aliud excludit. l. cum pretor in prin. ff. de iudi. l. maritus. C. de procuratorib. & c. nonne de presumpt. cum similibus.

¶ Quarto & vltimo hoc ostẽditur ex natura feudi predicto Illustri domino Sigismũdo concessi. nam dicitur feudum nobile concessum ad vsum Regni, vt sonant verba inuestiture, & dicitur feudum antiquum, cum illud habuerunt pater, & auus Il-

5 lustris domini Sigismundi Junioris, in quo non cadit vt † vasallus ad aliquod onus patrimoniale teneatur, sed solum ad seruitium personale, quia dicitur tale feudum coherere persone non patrimonio. & causa eius dicitur radicari in persona: vt sic personale seruitium prestetur, vt docet Bar. in auct. quas ruinas iij. col. versi. quinto probatur. C. de sacros. eccl. & dixit Alex. in consi. cxxxvj. viso & examinato processu. nu. 6. lib. j. q id quod pro feudo prestatur (quod homagium dici solet) sumitur pro fidelitate & obedientia seu seruitio personali vbi ad hoc plura allegat vt per eum.

¶ Hoc idem in effectu voluit Jas. in vsibus feudorum mihi

6 iiij. col. versi. item aduerte, dicens q feudum † nobile gratis & libere conceditur, & pro eo solum debetur seruitium personale, & in eo differt ab emphiteusi quia scilicet in ea prestatur annua

* quedam pensio, vt per eum. ita communiter * dicunt feudiste vt per Jasi. in tractatu de feudis in vij. parte pagina mihi vj. & xxxix. respectu totius tract. versi. sed quantũ ad seruitia prestãda. & per Curt. Junior. in simili tractatu. in vj. q. princip. dum queritur quid sit feudum. & dicit inter alia q si fiat pactum q prestetur certum quid annuum non erit feudum, cum illud persone cohereat non patrimonio vt per eum. & ita etiam voluit Jo. de Anan. in consi. vij. visis & consideratis. col. pen. versic. huic consonat.

¶ Si igitur pro feudo solum seruitium personale debetur, sequitur q Illustrissimus do. Dux Ferrarie vti dominus directus non debet posse aliquid patrimoniale, aut pecuniariũ petere a p̃dicto Illust. do. Sigismũdo vasallo, & feudatario eius, & ita nõ poterit eũ cogere nec subditos eius ad cõtribuendũ fortificationibus predictarum ciuitatum Regij, & Mutine.

¶ Nec predictis obstat si dicatur q Illustrissimus Dux vult tale onus imponere propter periculum imminentis belli, & sic ex quadã emergẽti necessitate, & pro publica vtilitate, vt. s. securius viuant subditi eius facta fortificatione predictarum ciuita-

7 tum. illud enim onus † vr̃ sibi cõcessum, & dr̃ extraordinarium, quod in iure appellatur superindictum & pro hoc videtur tex. in l. j. in fi. C. de superindic. lib. x. ibi tradũt Doct. & bene facit. c. j. §. & extraordinaria & ibi tradit Afflict. in tit. que sint regal. & ita videtur velle Bal. in c. conquerente ad fin. de offic. ordina. & in l. iubemus nullam. in primo, & secundo notab. C. de sacro

8 sanct. eccles. dicens, q † ad onera que imponuntur propter necessitatem imminentis belli omnes tenentur etiam q alias habeant priuilegium a collectis. quod etiam voluit Jas. in l. si ex toto. in princip. col. fin. ff. de legat. primo. & Francis. Lucan. in tract. de fisc. & eius priuileg. in iij. part. nu. 5.

¶ Quoniam ad hec respondetur pluribus modis.

¶ Et primo, quoniam dici forte potest, q per Illustrissimum Ducem superindictum imponi, siue peti non potest, cum ille

9 non sit princeps supremus, & alias dicitur, q † imponere, seu petere superindictum dicitur de reseruatis supremo principi, iuxta predictam l. j. C. de superindict. & tradita ibi per Doct. & declarat dominus Hugo in suo solenni tractatu de offi. quatuor prelatorum. sub rubric. de munerum executione. nu. 12. & tradit Afflictus in titul. que sint regal. §. & extraordinaria. num. 23.

¶ Secundo respondetur, posito q tale onus per Illustrissimum Ducem imponi, & peti possit, absq; tamen preiudicio

10 veritatis, quia dico q hoc non permittitur, † nisi ex maxima, & vrgenti necessitate, quando scilicet de suo princeps non potest prouidere. Debet enim semper prius onus superueniens de suo implere, & vbi id non possit, & mensa eius non sufficiat, potest tunc subditos, & vasallos grauare. ita dixit Bald. in predicto c. conquerente ad fin. de offic. ordin. & firmat signanter Guid. Pap. in ques. ccccclj. de hoc anno currente 1460. in fi. & in singular. xiij. quod Imperator, vel Rex. quod etiam in effectu voluit Afflict. in d. §. & extraordinaria. num. 23. dum inquit superindictum imponi, quando princeps iam consumpsit thesaurum suum, & pecunia fuit spoliatus, vt per eum.

¶ Sed sic est q Illustrissimus Dux nulla necessitate vrgetur, sed de mensa sua, siue suo patrimonio potest predictam fortificationem facere, vt toto orbi notissimum est, ergo &c.

11 ¶ Et vltra etiam illud probatur, quia † abundat superfluis, & pecuniosior est princeps omnibus aliis Italie principibus vti hoc est publica vox, & fama, merito tale superindictum imponere, aut exigere non potest. ita in effectu arguit, & concludit Afflict. in d. §. extraordinaria. nu. 4.

¶ Et preterea antequã deueniat ad predictũ do. Sigismũdũ, & eius subditos, cõuenit vt ciues dictarũ ciuitatũ, & subditi earũ prius grauentur, veluti consequuturi cõmodũ ex predicta for-

12 tificatione. Etenim † onus semper suscipere debet, qui cõmoda suscipit, aut suscepturus est. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. & c. qui sentit. eod. tit. lib. vj. cum concordantibus, vt per glo. in vtroq; loco. & per Deci. & alios in d. l. secundum naturam.

¶ Tertio etiam respondet, q: vbi predicta non procederent, adhuc Illustris do. Sigismundus ad predictam contributionem, & ad tale onus extraordinarium cõpelli non potest ex parte, & qualitate sua. nam ipse respectu sue qualitatis nedum non dicitur diues, sed etiã pauper. Habet enim paruos redditus, & grauatur magnis, & continuis expensis, vt sic ille superẽt redditus, prout mihi in facto presupponitur. quo stante, dico q ad superindictum, & tale onus extraordinarium grauari non

13 põt. Requiritur. n. vt vasallus † aliquis talibus oneribus grauari possit q sit diues, & potens, vt fuit conclusum in summa feudorum in tit. quomodo negligẽtia perdatur feud. §. itẽ queritur, prout refert, & sequitur Jo. de Anan. in d. consil. vij. col. pen. versi. circa vero aliud dubium.

¶ Et eo maxime hoc dicendũ est, cum ipsi Illustri do. Sigismundo immineat de presenti fortificatio suorum locorũ cui, vt audio, vix poterit supplere, propter quod sequitur q illi prius incũbere debeat, cum de re propria fortificanda, & defendenda agatur. nam vt vulgo dicitur, prima charitas incipit a se ipso, ad not. in l. preses. C. de seruit. & aqua.

¶ Et ex his fit expedita prima questio.

¶ Capio modo secũdã qõnem dũ q̃rit an aliqua species vnionis remaneat, ex eo q in predicta inuestitura aliqũ dr̃ q bona, de qbus hic, dicunt posita in ducatu Mutinẽsi, vel Regiẽsi.

¶ Et huic questioni clara, & facillima est respõsio in partem negatiuã. dico. n. q separatio per Illustrissimum Ducem facta de bonis, de qbus fuit inuestitus do. Sigismũdus antiquior a predictis ducatibus, & pariter de ipso do. Sigismundo, & subditis eius vna cum predictis bonis a iurisdictione predictarum ciuitatum, & ipsarum officialium de iure valuit, & seruanda est attenta suprema auctoritate sue Excellentie.

14 ¶ Etenim † dicitur in effectu habere in suo statu iura imperij & Principis supremi iuxta illud notandum consi. Paul. de

Cast. xxxiiij. super primo dubio col. fin. lib. ij. in nouis. in anti quis autẽ est. nu. 227. quod consiliũ refert, & sequitur Alex. in consil. j. ponderatis his. nu. 30. & 31. lib. v. & Deci. qui plu res alios allegat in consi. ccccij. quamuis in casu cum concor dantibus multis vt alias dixi in consi. lxxvj. stantibus pluri bus instrumentis ij. vol. quod propediem publicabitur.

¶ Non ergo est dubitandum de potestate Illustrissimi Du cis quin talem separationem facere potuerit, quia cum vt dixi habeat in suo Ducatu iura supremi principis, talis dubitatio instar sacrilegij haberetur l. ij. C. de crimi. sacrilegij. & l. sacrile gij. C. de diuers. rescript.

¶ Nec obstat q aliquando in dicta inuestitura fiat mentio Ducatus vel etiam iurisdictionis dictarum ciuitatum Mu tine & Regij.

¶ Quia talia verba ponuntur ad demõstrandum locum in quo bona sita dicebantur ante inuestituram & separationem predictas prout iuris est pro certificatione talium bonorũ si cut continetur in descriptione censuali iuxta l. forma in princ. ff. de censi. & in petitione fundi actione reali iuxta. l. si in rem. ff. de rei vendi.

¶ Non autem possunt importare quod talia bona remaneãt in tali ducatu vel iurisdictione, vt sic videatur adhuc aliqua vnio remanere.

¶ Quoniam hoc omnino contradiceret predicte separationi legitime & plene facte. & sic contineretur in dicta inuestitura cõ

15 tradictio & repugnãtia quod † non est tolerandum l. vbi repu gnantia. ff. de reg. iur. & argumento l. non ad ea. ff. de condi. & demonst. & l. j. cum ibi notat. C. de furt.

¶ Et tanto magis predicta sunt tenenda, quia castrum sancti Martini cum suis terris & hominibus semper fuit separatũ a predictis ciuitatibus & earũ iurisdictione etiam ante predi ctam inuestituram vt constat ex quibusdam literis, siue decre to Illustrissimi quõdã Leonelli Ducis Ferrarie anno. 1446.

¶ Nec de secunda quest.

¶ Circa tertiam videlicet vtrum Illustris dominus Sigis mundus subditos eius originarios alibi habitantes cogere possit redire ad proprios lares: vel ab initio impedire ne va dant ad habitandum alibi extra suam iurisdictionẽ, sine eius licentia:

¶ Et videbitur fortasse alicui q non, cum nemo cogi possit

16 ad habitandum magis in vno quã in alio loco, quia † domi cilium quisq potest ex sua libera voluntate sibi cõstituere vbi velit. l. nihil. ff. ad municip. & per illum tex. ita firmat. Bar. in l. assumptio eo. tit. & in l. idem Vlpianus. §. fin. in fin. ff. de ex cusa. tut.

¶ Pro quo etiã bene facit. l. non vtiq eodem tit. scilicet ad municip.

¶ Ne igitur aliquis priuetur sua libertate quasi naturali ha bitandi vbi velit videtur q Illustris dominus Sigismundus predicta facere non possit.

¶ Et presertiũ si apponeret penam publicationis bonorum,

17 quia † id facere non potest qui non est in summa potestate ad ministrationis. l. j. C. ne sine ius. princip. cert. iudi. lice. confi sca. quod certe non videtur posse dici de Illustri domino Si gismundo, cum ille in suis terris fungatur officio vicarij Illu strissimi Ducis a quo fuit inuestitus. non enim est dubium q vicario summa potestas nõ tribuitur l. ij. iunct. gl. C. de offic. eius qui vicem alter. obtin.

¶ Istis tamen non obstantibus contrarium puto verius. & sic concludo q immo Illustris dominus Sigismundus pre dicta facere possit & prohibere vt supra & contrafacientes pu nire. & ratio est quia originarios permanere in propria patria respicit publicã vtilitatẽ illius loci vt sic in ꝓposito nostro ca stra & loca do. Sigismundi diminutionem hominum non pa tiantur, sed plena suis hominibus conseruentur. id enim pu blice expedit. l. cum ratio. §. si plures. ff. de bon. damna. & tra dunt Doct. in l. j. ff. solut. mat.

18 ¶ Facit ad hoc quia † ciuitas vel castrum originis solet semp ꝑferri, & causa eius potior haberi solet. l. libertus. §. ꝑscriptio. ff. ad munici. & habetur in l. ciues. C. de incol. lib. x. prout hec allegantur ad hoc propositũ per Roma. in consi. lix. ad discu tiendum in prin. & in ij. q. & fuit hec opinio Bar. in l. fin. ff. de

19 decre. ab ordin. faci. quando † ex illo tex. not. ciuitatem posse statuere, ne quis vadat extra territoriũ contrafaciẽtes puniẽ do vt per eum.

¶ Quod etiã voluit Abb. in c. venientes iij. not. de iureiur. & sequitur patruus & dominus meus Sozin. in consil. cclxxij. nam prosequendo ordinem. in prin. ij. vol.

¶ Cõcluditur itaq q Illustris dominus Sigismũdus pro hibere potest ne quis ex suis originarijs alio se transferat, ac ẽt precipere q alibi habitantes ad patriã redeãt, & cõtrafacien tes punire vt ex predictis constat. maxime ex d. consi. Roma.

¶ Non obstant allegata in contrariũ, nam ad primum respõ detur id procedere de iure communi eo enim inspecto ex libe ra voluntate potest quis eligere & mutare domicilium.

¶ Sed tali iuri communi potest derogari per ius municipa le & per dominos habentes ius statuendi.

¶ Et ob hanc causam credo q in d. l. nihil in contrarium al legata dicitur nisi ei interdictum sit. dicam etenim q in casu nostro per prohibitionem & preceptum de quibus agitur fuis se predictam libertatem impeditam.

¶ Ad id autem quod dicebatur per Illustrem dominũ Si gismundum non posse fieri confiscationem bonorum, respon detur negando illud, quia immo veritas est q potest, cum ha

20 beat † omne imperium etiam merum & omnimodam iurisdi ctionem perpetuã pro se, & descendentibus iuxta preallegatũ consi. Paul. de Cast. xxxiiij. ij. vol. cũ alijs supra allegatis.

¶ Et vltra etiam idem voluit Corne. consi. clij. licet in hac cõ sultatione in prin. j. vol. patruus & dominus meus Soc. in cõ sil. iij. in causa domini Guidi col. pen. versi. postremo confir mantur predicta. iij. vol. Parisi. olim in Patauino Gymna sio honor. collega meus in consi. lxix. potest concedi immuni tas nu. iij. j. vol. & Craue. in consi. cxxxv. verba decreti princi palis. nu. 2. vbi etiam alios allegat.

¶ Et si predicta habet dicitur esse in summa potestate admi nistrationis, cũ possit in suis terris, que posset Imperator in toto imperio vt per Paul. de Cast. & alios supra allegatos. quod sufficit vt recte intuẽti voluit gl. in d. l. j. ne sine iussu prin cip. in contrarium allegata.

¶ Nec demũ obstat q Illustris do. Sigismũdus videaẽ fun gi officio vicarij vt in contrarium dicebatur. quoniam respon

21 tude. q argumentum † procederet in vicario temporali, sed ille dicitur vicarius perpetuus cum habeat tale Imperium & iurisdictionem pro se, & suis descendentibus iuxta predictam doctrinam Paul. de Cast. & aliorum supra allegatorum.

¶ Nec de tertia quest.

¶ Capio quartam questionem dum queritur an & quomodo possit per Illustrem dominum Sigismundum procedi ad pe nas in quas incidunt qui cõtra penales constitutiones factas per antecessores suos in locis sancti Martini alienauerũt ter ras extraneis:

¶ Et in hac quest. agitur virtualiter de duobus.

¶ Primo implicite vtrũ tales constitutiones fieri potuerint per antecessores predicti Illustris domini Sigismundi, & ho die per ipsum: & hoc in verbis questionis non exprimitur, sed implicite continetur.

¶ Secundo de eo quod verba questionis exprimunt.

¶ Circa primum ante omnia aduertendũ est q si dicte cõsti tutiones facte fuerũt per Illustrissimos dominos Duces vel Marchiones Ferrarie antequam Illustris dominus Sigis mundus fuisset inuestitus prout mihi refertur factas fuisse, ca sus non habet difficultatem, cum in eo statu Dux vel Mar chio ille haberetur pro supremo principe, & talis constitutio si ue statutum reperitur etiam in ciuitate Ferrarie & sic in loco principali & est in viridi obseruantia.

¶ Nec conuenit de hoc disputare propter preallegatum con sil. Paul. de Cast. xxxiiij. li. ij. in nouis cũ concordantibus su pra allegatis.

¶ Si vero dicte constitutiones siue statuta facta fuissent a pa tre vel auo predicti Illustris domini Sigismundi vel etiã ab ipso domino Sigismundo aut de nouo per eum fierent.

¶ Et idem puto dicendũ scilicet tales constitutiones vel sta tuta valere & seruari debere. nam licet apud nostros Doct. sit

22 non leuis disputatio vtrũ † qui solam iurisdictionem habet possit condere statuta, & affirmatiuam teneant plerĩq, vt per insignem modern. Jacob. de sancto Georg. in tractat. de feud. versi. & cum mero & mixto Imperio nu. 7. vbi ipse post Barto. & canonistas quos allegat, ita firmat. quod etiam vo luit Andre. Barba. in rub. de reb. eccle. non alien. colũ. mihi xvj. in fin. cum sequent.

¶ Tamen

Tamen indubitatum videtur apud omnes q possit statuta condere in suo statu & inter suos subditos qui habet merū & mixtum imperium cum omnimoda iurisdictione etiam cōtra ius commune vt per predictum Jacobi. in loco prefato.

Quod intelligo generaliter siue talia habeant a lege siue a Principe, cum sit eadē ratio attento q Princeps dicitur in terris quedam lex viua, modo habeant eas perpetuo pro se & descendentibus iuxta pred. consi. Paul. de Cast. quicquid videbatur in cōtrarium velle Dec. in c. que in ecclesiarum nu. 4. de constitut. nihil enim allegat quod vrgeat. nam l. formā. C. de offi. prefect. pretor. orient. per eum allegata loquitur de prefecto pretorio qui dicitur habere iurisdictionē temporalem prout eius officium temporale est, vt clarum est.

Et similiter notata per Bar. in §. quibus in prima cōstitutione. C. versi. extra gl. quero que etiam Dec. allegat. loquuntur de habentibus temporalem iurisdictionem seu arbitriū, quod pro certo tempore dabatur quibusdam sapientibus, vt per eū qui etiam ibi fatetur, q ex causa possunt etiam contra statuta iam facta nouiter statuere.

Sed illustris do. Sigismundus & maiores sui habent merū & mixtum imperium cum omnimoda iurisdictione nō temporaliter sed perpetuo pro se & descendentibus ergo &c.

Et eo maxime cum tales constitutiones siue statuta fieri soleant & ita facta dicūtur propter publicam vtilitatem vt in pro-
23 hemio dici solet, ex † quo principalis intentio colligitur iuxta l. fin. & tradita ibi per Doct. ff. de hered. instit. cum concordantibus vt dixi in consi. xxj. in nouissimo statuto pisano. nu. ij. j. vol. & plenius, & ad propositum nostrum in preallegato cons. lxxvj. iij. vol. post medium in vers. & huiusmodi statutum.

Nec predictis quicquā obstat q alias Illustrissimus Dux Alphonsus dixerit se velle q ciuibus Regiensibus liceat emere vel conducere bona existentia in territorio sancti Martini.

Quoniam id fieri non potuit in preiudicium Illustris do. sancti Martini & statutorum eius cum de iure valuerint, vt supra dictum fuit.

Nec potuit Dux Illustrissimus auferre predicto domino ius ex dictis statutis ei quesitum, eo non consentiente iuxta l. id quod nostrorum est ff. de reg. iur.

Circa secundum de quo expressis verbis dubitatur in hac quarta quest. Respondetur q cum statuta valeāt & seruanda sint vt dictū est ita procedendū est vti statuta ipsa dictant.

Et poterit proponi conditio ex tali statuto iuxta l. j. & tradita ibi per Doct. ff. de condict. ex leg.

Hec de iiij. quest.

Quinto queritur vtrum ciues Mutinenses vel Regienses vel alij personaliter non subditi Illustri do. sancti Martini teneantur illi obedire circa honesta onera que imponuntur ratione prediorū que illi possident in territorio sancti Martini, & que acquisiuerūt post infeudationem factam Illustribus dominis sancti Martini suis maioribus.

Et videbitur fortasse parum consideranti q non possint grauari & sic non teneātur obedire Illustri do. Sigismundo
24 in oneribus illis impositis, nam cum illi non sint subditi † nec de iurisdictione eius, sed dicunt se immediate subditos Illustrissimi & Excellentissimi Ducis non dicitur q grauari aut collectari possint vt est doctrina Bar. in l. rescripto. §. fin. ff. de muner. & honor. & in l. j. C. de mulieri. & in quo loc. lib. x. & declarant moderni Taurin. in repet. l. placet. x. col. in prin. C. de sacros. eccle. & ego dixi in consil. xlix. quoniam ex facto ius oritur. nu. 28. j. vol.

Preterea cum predicti ciues habeant bona que possident in territorio sancti Martini descripta in extimo sue ciuitatis & sic videantur pro eis in sua ciuitate grauari vel collectari nō videtur conueniens q pro eisdem etiā alibi grauentur. etenim
25 † satis durum & inconueniens dicitur q quis pro eadem re in duobus locis grauetur vt post glo. ibi voluit Bar. in d. l. j. C. de mulieri. & in quo loco. & tradit Carol. Ruyn. in consi. iij. viso prolixo processu nu. 10. in v. vol.

Ueruntamen istis non obstantibus veritas est in contrarium, & sic concluditur tales ciues & alios quoscunq exteros posse & debere grauari per Illustrem dominū Sigismundū vel suos officiales propter bona per illos possessa in territorio & iurisdictione sancti Martini.

26 Et fundamentum est quia † cum ista onera imponantur personis pro rebus & sic dicantur mixta quicquid de iure communi sit dicendum ex consuetudine tamen in omnibus ciuitatibus, vel alijs locis Italie imponuntur etiā forensibus & non suppositis iurisdictioni imponentis ex quo bona propter que imponūtur sub illius iurisdictione & in territorio eius quasi q onera talia videant principaliter respicere ipsa bona, ita voluit Bar. licet nō ita aperte declaret in d. l. j. iiij. col. C. de mulier. & in quo loc. in versi. tamen in ciuitatibus Italie qui est post secūdam additionem Alex. ibi. idem voluit Bal. in l. etiam. v. col. versi. preterea generaliter consuetudo. C. de execut. rei iudic. prout predictos refert & regulariter sequi videtur Corne. in cōsil. cxcix. circa primum consultationis articulum. j. vol. & in cōsil. lxxxiij. circa primum litera R. iiij. vol.

Et licet ibi cōtrarium determinet, illud tamē est ex eo quia extabat & erat probata consuetudo particularis q in casu illo qui in alieno territorio possidebant nihil pro predictis bonis soluebant vt per eum ibi litera P.

Et hanc opin. Bar. & Bal. ego posui & sequutus sū in cōsil. xxxviii. Magnifici iustissimi iudices. nu. 15. j. vol.

Et pro ista opinione bene facit Decis. Alex. in consil. lxviij. & viso ac dudum discusso. nu. 11. 12. & seq. ij. vol. vbi concludit q ex consuetudine forenses in Italia collectantur etiam q non presuponantur habere bona in eo loco fortius ergo est dicendum, si ibi bona possideant.

27 Et hinc forte est, q † qui possidet bona in territorio alicuius domini debet illi prestare certū iuramentum fidelitatis secūdū Andre. de Isern. & Aluarot. in c. j. qualiter vasal. iurar. debe. fideli. quod tamen an sit verum non discutio, nec firmo.

Preterea pro conclusione supra posita facit q negari non potest onera, de quibus agit videri ipsis rebus quodāmodo ab initio iniuncta, cum solum propter ipsas imponantur. pro-
28 pter quod sequitur q † res ipse in quemcūq translate fuerint transierunt cum sua causa & sic cum onere quod res illas respiciebat. l. alienatio. ff. de contrahen. empt. l. si debitor. C. de distrac. pignor. l. ad eum. §. Lucius. ff. de donat. & l. j. C. rē aliē. gerent. c. cum non sit. & ibi gloss. not. extra. de deci. & c. si quis laycus. xvj. quest. j.

Quod adeo verum est vt procedat etiam si in ecclesiam trāslate fuissent vt tradunt Doct. post. glo. ibi super verbo bonorum in c. j. de immunit. eccl. lib. vj. merito ergo ciues predictarum ciuitatum vel alij quicunq exteri in quos bona in territorio sancti Martini iacentia veluti onerata, & quodammodo tributaria translata fuerunt, debent omnino ad talia onera teneri.

Et tanto magis hoc dicendum est, quia ipsa terra sancti Martini, antequam fieret inuestitura de ea & alijs Illustri domino Sigismundo Seniori sic tenebatur per Illustrissimos tūc Marchiones Ferrarie. Uoluerūt enim predicti Illustrissimi Principes q non liberarentur bona a iurisdictione sancti Martini ex eo q trāslata fuissent in aliquos ciues Regiēses vel Mutinenses. & disposuerunt q ipsi ciues tenerentur ad onera, que propter dicta bona veniebant imponenda prout hoc constat ex pluribus decretis Illustrissimorum Marchionum qui pro tempore fuerunt.

Stat itaq conclusio ciues predictos ad onera propter bona imposita teneri, et eo respectu eos cogendos esse obedire Illustri domino Sigismundo.

Nec obstant allegata supra in contrarium.

Nam ad primum responsio colligitur ex predictis, quoniā licet predicti ciues non sint subditi Illustri domino Sigismundo, sed immediate subditi ducali Excellentie, tamen propter totius Italie cōsuetudinē possunt & debent teneri ad onera que illis propter bona predicta imponerentur vt ex predictis constat esto quod pro regula non subditi non possint grauari.

Non obstat secundum q dicebatur, de bonis positis in extimo ciuitatis &c. quoniam respondetur q ex hoc nullum potuit fieri preiudicium Illustri domino Sigismundo, nec ca-
29 stris eius. Alteri † enim p alterū iniqua cōditio inferri nō pōt. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. & illud vulgatū res inter alios acta &c. vt. C. illo titu. per tot. cum similibus vt alias dixi in consi. clxxxj. de duobus in presenti. nu. 88. ij. vol. quicquid ergo fecerint predicti ponendo scilicet in extimo illarum ciuitatum bona per eos possessa in territorio sancti Martini & etiā ea de causa soluēdo censū, in nullo potuerunt preiudicare bonis iuribus sancti Martini siue Illustris do. Sigismundi do-

30 mini ipsius castri nam † tales descriptiones ac etiam solutiones non probant ius ita esse, nec alicui preiudicare possunt. l. que quisq3. ff. de acquir. rer. domin. l. forma. §. si cum ego. ff. de censi. l. si functiones. C. de donat. ⁊ l. si pater ⁊ ibi Bal. in j. not. C. de acti. empt. cum similibus. voluit hoc Angel. in l. decem in vltimis verbis. ff. de verb. obligat. ⁊ Roma. in consil. cclxxv. quo ad primum ad fin. sub nu. 8. ⁊ Alex. in consi. lxxvij. viso processu cause nu. 11. lib. 6.

¶ Et presertim hoc procedit in casu nostro vbi non interuenit nedum consensus Illustris domini Sigismundi sed nec etiam scientia, quia nihil de extimo ei fuit intimatum, nec ad illud fuit
31 citatus, adeo † quidem ꝙ propter hoc solum quia citatus nõ fuit non debet in eius preiudicium aliquid operari iuxta. l. de vnoquoq3. ff. de re iudi. ⁊ l. nam ita diuus. ff. de adopt. cum cõcordantibus vt dixi in consi. cviij. viso puncto ⁊ alijs scripturis nu. 43. ij. vol.

¶ Et ita sit expedita. v. questio.

¶ Sexta proponitur questio nunquid pactũ per dictos ciues initum cum Illustrissimo ⁊ Excellentissimo Duce vt certũ quid soluere teneantur pro fortificatione illarum ciuitatum respectu omnium suorum bonorum inclusis etiam his que habent in iurisdictione, ⁊ statu predicti Illustris domini Sigismundi cum Illustrissimus Dux promiserit eis ꝙ non sinet illos ad aliquid aliud grauari pro dicta fortificatione.

¶ Circa quam questionem puto rem claram esse in fauorem Illustris do. Sigismũdi, vt scilicet nõ obstãte predicto pacto, ipse possit omnia (respectu suorũ subditorum, ac bonorũ in suo territorio positorum ⁊ sic etiam respectu ciuium predictorum) que poterat ante pactum predictum. ⁊ hoc ex eo est, quia tale pactu ipsi Illustri domino Sigismundo in aliquo preiudicare non potuit veluti res inter alios gesta per d. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. cum alijs superius allegatis.

¶ Et presertim cum ipse nedum tali pacto non consensit, sed fuit eius inscius, nec ad id fuit vnq̃ citatus, ⁊ propter hoc etiã ei preiudicare nõ potuit ꝑ dicta pauloante in precedẽti quest.

¶ Nec obstat si dicatur ꝙ cum Illustrissimus Dux esset superior tam ipsorum ciuium quam Illustris domini Sigismũdi videretur ꝙ vti supremus dominus respectu predictorum potuerit facere quidquid voluerit, argumento. §. sed ⁊ quod principi placuit instit. de iur. nat. gent. ⁊ ciui.

32 ¶ Quoniam respondetur primo ꝙ non citatis, † actus non preiudicat etiam ꝙ fieret a supremo principe puta ab Imperatore Clem. pastoralis. §. ceterum ⁊ ibi tradunt Doct. de re iudi. ergo ⁊c.

¶ Secundo respondetur ꝙ immo citatio in dicto pacto fuerat necessaria, quia ex eo sequebatur modificatio seu restrictio priuilegij ⁊ concessionis date Illustribus do. a santo Martino. nam vbi prius mediante inuestiura eis facta ⁊ concessa potuissent respectu subditorum bonorum etiam respectu ciuium predictorum omnia, que supremus Princeps potuisset in toto suo principatu per ea que supra sepius dicta fuerunt, per tale pactũ veniret talis potestas modificata, seu priuilegium tale restringeretur vt scilicet non possent grauare propter fortificationem vti pactum illud dicebat.

* ¶ Unde succedit communis conclusio * ꝙ talis actus valere non possit in preiudicium illorum dominorum sancti Martini eis non citatis vt probatur in c. nuper de decim. ⁊ ita per illum tex. firmat auus meus do. Maria. Soz. in suo solẽni tractatu de citationibus in vij. artic. versi. quarto procedit ⁊c. ⁊ ego dixi in cons. lxxvij. cum vigeret bellum nu. 112. j. vol.

¶ Tertio respondetur absolute negando ꝙ Illustrissimus Dux potuerit aliquo modo preiudicare Illustribus do. san. Martini quia cum omne ius suum transtulerit in istos Illustres dominos mediante sua amplissima inuestitura facta Illustri do. Sigismũdo Seniori in eum, ⁊ successores eius fuit trãslatũ plenissime vtile dominiũ reseruato tamen directo domino Duci cũ quodam iure superioritatis vt in ipsa inuestitura legitur propter quod posset solum, vltra fidelitatẽ, petere aliqua seruitia tempore necessitatis imminentis belli iuxta tradita per Bal. ⁊ alios in cap. conquerente de offic. ordi. cum alijs de quibus supra in prima questione. merito ergo non potuit Illustrissimus Dux suo pacto cũ predictis ciuibus innito predictis Illustribus dominis sancti Martini in predicto eorum vtili dominio in aliquo preiudicare, quin possint ciuibus predictis respectu bonorum in eorum statu sitorum solita ⁊ honesta onera imponere, ⁊ ab eis collectas exigere sicuti poterãt
33 ante predictum pactum, cum illud † velut inter alios initum illis nocere non possit. d. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. cum concordantibus supra allegatis.

¶ Et si ipsi ciues dicant ꝙ sic intelligendo sequeretur ꝙ propter talia bona sita vt supra bis venirent grauati quod nõ videtur tolerandum vt etiam supra dictum fuit.

¶ Responderi potest primo ꝙ illud possunt sibi ipsis impu-
34 tare, † cum ex culpa seu facto suo tale damnum sentire videantur, qui tale pactũ fecerũt iuxta l. quod quis ex culpa sua. ff. de reg. iur. ⁊ c. damnum quod quis eo. tit. lib. vj.

¶ Uel secundo etiam responderi potest ꝙ ipsi ciues videntur habere regressum contra Illustrissimum Ducem petentes ab eo ꝙ conseruet vel conseruari faciat illud pactum, vel saltem eis prestet quanti eorum intersit si facere non potest quod promi-
35 sit sicut † euenit in omnibus faciendi obligationibus. l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudi. ⁊ l. stipulationes non diuiduntur, versi. celsus. ⁊ ibi tradunt Doct. ⁊ ego nouissime post alios dixi. ff. de verb. oblig.

¶ Sequitur septima questio que est vtrum Illustris dominus Sigismundus possit prohibere ne fructus vt sunt frumenta, vina, ⁊ similia que nascũtur, ⁊ colligũtur in suo territorio possint extrahi ex illo?

¶ Et ista questio ni fallor virtualiter dicitur resoluta ex dictis supra maxime in tertia, ⁊ quarta quest:

¶ Nam sicut Illustris dominus Sigismũdus ⁊ similiter sui antecessores potest ⁊ potuerunt precipere suis originarijs alibi habitantibus vt redeant ad patrios lares aut etiam prohibere ne inde recedant causa alibi habitãdi vt in iij. q. vel prohibere bonorum immobilium alienationem in non subditos eorum iurisdictioni vt in iiij. quest. ita etiam debent posse inhibere ne fructus extra suam iurisdictionem portentur.

¶ Et eo maxime hoc dicendum est quia hoc respicit publicã vtilitatem status ⁊ hominum eius ne fame pereat, sed potius abundent talibus fructibus.

36 ¶ Et adeo hec publica vtilitas potest ꝙ etiam † potestates ⁊ alij iudices tẽporales cuiuscũq3 ciuitatis, licet habeant iurisdictionem temporalem, possunt pro suo tempore prohibere ne frumentum vel quod simile extrahatur de loco illo cui preest
* vt est Doct. Bar. cõiter * recepta. in l. omnes populi. mihi in iij. col. versi. iiij. quero nunquid iudices ibi aut vult facere ipse solus. ff. de iust. ⁊ iur. Fortius itaq3 ⁊ proculdubio potest talem prohibitionem facere Illustris do. Sigismũdus cũ habeat iurisdictionem perpetuam ⁊ omnimodam cum mero ⁊ mixto imperio, ⁊ indubitanter possit facere statuta ⁊ prohibitiones ac etiam precepta pro publica status sui vtilitate vt supra sepe dictum fuit.

¶ Nec predictis obstat quod obijcitur per Mutinenses de quodam antiquo statuto, quo cauebatur Grassum prohiberi non posse sue ciuitati.

¶ Quoniam respondetur predictum Illustrem dominum Sigismundum castra, terras, ⁊ subditos eius esse exemptos seu liberatos ab omni iurisdictione dicte ciuitatis vt in instrumento inuestiture cõtinetur, ⁊ cõsequenter a statutis illius, vt dicetur infra in ix. quest.

¶ Et licet per Illustrissimos Duces ante infeudationem factam de castro sancti Martini fuerint concesse alique licentie extrahendi frumentum de territorio sancti Martini, ⁊ aliquãdo etiam fuerit facta prohibitio extractionis hoc nihil obstat predictis, sed potius, fauet. nam tunc Illustrissimi Duces faciebant illud vti domini dicte terre que cũ translata sit in istũ dominum Sigismundum cum omnimoda iurisdictione vti supra dictum fuit ipse representans Illustrissimum ducem potest quecunque Dux poterat ⁊ sic etiam facere prohibitionem extractionis fructuum.

¶ Et ita sit expedita septima questio.

¶ Octauo loco queritur vtrum taxa equorũ xxiij. que pertinebat ad territorium sancti Martini ⁊ fuit imposita solũ terris rusticalibus cum plures ex illis peruenerint ad ciues Regiẽses vel Mutinenses ⁊ sic videãtur effecte ciuiles pertineat ad dictas terras pro earum rata ⁊ sic ad predictos ciues? an vero remaneat tota super terris que sunt adhuc rusticales in dicto territorio sancti Martini?

¶ Pro resolutione istius questionis aduertendum est ꝙ qui imposuit illam taxam equorum ⁊ voluit ꝙ pro sua rata territorium

torium sancti Martini pateretur eam pro equis xxiij. ⁊ in id cõtingerit tunc tantum pro terris rusticalibus cõsiderauit terras illas tunc an scilicet essent rusticales vel ne, ⁊ sic a principio illius distributionis equorum ⁊ cum cognouisset eo tempore has ⁊ illas terras esse rusticales prout erant fere omnes in territorio sancti Martini iacẽtes propter illas ⁊ super eis fuit imposita taxa xxiij. equorum, ⁊ ita terre ille tali onere affecte fuerunt, propter quod sequitur, ꝙ si alique ex illis in alios translate fuerint intelligãtur translate cũ tali onere, per regulã quã
38 dicitur rem † qualibet cum sua causa vel onere in alium transferri. l. alienatio. ff. de contrahen. empt. cum similibus allegatis supra in v. q. transit enim tale onus etiam in eos qui alias grauari non possent vt ibi dixi ⁊ declarat Ruy. in consil. cxj. supra allegato nu. 2. lib. 5.

¶ Et licet peruenerint ad manus ciuium propter quod videtur ꝙ non deberent amplius dici rusticales, sed ciuiles tamen hoc non seruit vt terre ille a tali onere iam eis iniuncto liberentur, quia satis est ꝙ ab initio tẽpore impositionis dicte taxe fuissent rusticales, multa enim facta conseruantur que forte nunc fieri nõ possent l. patre furioso, ⁊ ibi tradunt Bar. ⁊ alij. ff. de his que sunt sui vel alien. iur. cum similibus vt dixi in cõsil. j. factum tale proponitur nu. 20. j. vol.

¶ Facit etiam quia cum iam onus rebus illis esset impositũ,
39 ⁊ sic videretur actus † perfectus, non infringeretur tale onus, etiam ꝙ diceretur deuenisse ad eum casum a quo incipere nõ potuisset. l. pluribus. §. ⁊ placeat ⁊ ibi Paul. de Cast. ⁊ alij. ff. de verb. obliga.

¶ Confirmatur ista conclusio ex dictis supra in v. questione.

¶ Nam si in ea ciues non subditi tenẽtur ad onus ꝙ eis imponitur ratione bonorum ⁊ sic ad onus mixtum vt ibi dictuz fuit, fortius debent in casu nostro pati ꝙ onus istud quod videtur reale suis predijs impositum exigatur, argumento auct. multo magis. C. de epis. ⁊ cleri. cum simil.

40 ¶ Confirmatur etiam per locum † ab absurdo remouendo quod argumentum in iure validum est l. nam absurdum. ff. de bon. libert. l. heredes mei. §. cum ita vbi ego dixi in not. ff. ad Trebel.

¶ Dico enim ꝙ si contrarium diceremus sequeretur vel ꝙ dominus ad quem taxa equorum xxiij. pertinet tanto minus vtilitatis perciperet si numerus equorum diminueretur vel ꝙ pauca predia que remanserunt rusticalia grauarentur supra vires suas, quia equos xxiij. accipere deberẽt qui tali numero fuerũt taxati, quia multa alia predia erant tunc rusticalia, ⁊ forte plura desierunt esse talia quam remanserint, vtrunqꝫ autem ⁊ quodlibet eorum absurdum ⁊ iniquum esset vt de se constat ergo neutrum eorum dicendum.

¶ Et consequenter remanet ꝙ predia que antequam in ciues transirẽt onus equorum patiebãtur etiã hodie pati debeant licet in predictos ciues peruenerint.

¶ Nona questio habet duo capita.

¶ Primum est vtrum Illustris dominus Sigismundus, cũ subditis cogi possit ad obseruantiam statutorum illarum ciuitatum Mutine ⁊ Reggij. quibus castra ipsi domino Sigismundo infeudata ante talem infeudationem erant connexa ⁊ incorporata.

¶ Secundum est an ipse Illustris dominus Sigismũdus in suo statu ⁊ inter subditos eius possit condere statuta?

¶ Circa primum caput aut loquimur de statutis conditis in illis ciuitatibus post predictam infeudationez, ⁊ sic postquam dominus Sigismundus homines ⁊ terre eius fuerunt separati a predictis ciuitatibus ⁊ earum iurisdictione. ⁊ res transit sine difficultate.

¶ Dico enim ꝙ eis nullo modo tenetur obedire aut ea seruare cum talia statuta facta sint tempore quo predicti iam separati reperiebantur a predictis ciuitatibus ⁊ iurisdictione earuz ⁊ sic quo illis non poterant vocari subditi.

41 ¶ Statuta † autem regulariter non ligãt non subditos ad tradita per Bar. in l. omnes populi in iiij. quest. princip. remissiue de iust. ⁊ iur. ⁊ plene per eum ⁊ alios in l. cunctos populos. C. de summa Trini. ⁊ fide catho.

¶ Statuta enim Regiẽsia non ligãt Mutinenses, nec per cõtrariũ sed solum ligant eos qui sub eadem iurisdictione sunt, ⁊
42 ideo † vocãt ius ciuile illius ciuitatis seu ius municipale illius loci, vt d. l. omnes populi. cũ his, que ibi tradunt Bar. ⁊ alij.

¶ Et hinc dicit Bal. in l. iij. §. si tutor in noua lect. ff. iud. sol. ꝙ de non suo territorio quis se intromittere non potest.

¶ Aut loquimur de statutis conditis ante predictam separationem, ⁊ potest de hoc dubitari.

¶ Ex quo tunc predicti homines ⁊ terre ipse erant subditi iurisdictioni statuentiuz vnde videtur ꝙ cuz a principio fuerint obligati ad talium statutorum obseruantiã perpetuo debeant permanere in tali obligatione quasi ipsi vel sui maiores talibus statutis videantur ab initio consensisse.

¶ Sed tamen his non obstantibus idem dicendum est etiaz de statutis prius conditis. ⁊ ratio est in promptu, quia talia statuta semper manserunt cum sua natura vt scilicet eis non ligẽtur nisi subditi iurisdictionis statuentiuz. sed predicti sunt omnino a tali iurisdictione separati, ergo ⁊c.

¶ Nec obstat ꝙ tempore statutorum essent subditi quia ex eo soluz infertur, ꝙ durante tali subiectione tenebãtur statuta illa obseruare solum ratione subiectionis.

43 ¶ Uerum cuz desierint esse subditi, ⁊ sic cesset † causa propter quam debebant statuta seruare cessare debet ⁊ talis effectus. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patrona. §. illis ⁊ ibi not. inst. de milit. testa. ⁊ c. cum cessante de appel. cum similibus ⁊ plene Bal. in l. generaliter. C. de episcop. ⁊ cler. cum cõcordantibus vt dixi in consi. lxxij. Illustrissimum dominium Venetorum nu. 30. j. vol.

¶ Et in specie ꝙ causa extincta (licet ab initio fuerit) extinguatur effectus bene probatur. in l. elegãter. §. si quis post. in ij. ff. de condit. indebit. prout illum tex. ponderat Angel. Aret. in l. fin. in fin. ff. a quib. appel. non licet, cum concordantibus vt dixi in consi. clx. Illustrissimus dominus Jo. Franc. de Gonzaga. nu 82. ⁊ 83. ij. vol.

¶ Et quod dicitur ꝙ saltem antecessores istorum videantur talibus statutis quasi cõsensisse, nihil obstat (licet negari illud posset, quia cum essent subditi non videtur ꝙ eorum consensus esset necessarius, cum id videatur procedere respectu ciuiũ a quibus statuta videbãtur pẽdere ad tradita per Bar. ⁊ alios in d. l. omnes populi.)

¶ Quoniam talis consensus fuit ratione subiectionis, sed subiectione sublata, cessare dicitur, igitur ⁊c.

¶ Circa secundum caput huius none questionis resolutio colligitur ex supra dictis nam dico ꝙ cum Illustris dominus Sigismundus habeat merum ⁊ mixtum imperium cum omnimoda iurisdictione prepetuo pro se ⁊ descẽdentibus potest condere statuta etiam contra ius commune, vt fuit dictum supra in iij. iiij. ⁊ vij. q.

¶ Et predicta conclusio indubitata est respectu statutorũ que respicerent publicam vtilitatem castrorum aliorumve locoruz vt fuit etiam dictum superius in locis predictis.

¶ De alijs forte dubitari posset propterea quia semper in predicta concessione, ⁊ inuestitura dicitur salua, ⁊ reseruata superioritate Illustrissimi Ducis propter quod forte videreẽ ꝙ in talibus statutis eius confirmatio requirereẽ, super hoc tamen non insisto nec aliquid firmo. ⁊ reputo non necessarium quoniam Illustris dominus Sigismundus pro sua bonitate ⁊ amore in suos subditos, nec fecit vt credo, nec de cetero faciet statuta nisi respicientia publicam vtilitatem.

¶ Sequitur decima questio vtruz scilicet declaratio Illustrissimi Ducis Alphonsi facta de anno 1526. 18. ianuarij ad instantiam ciuium Regiensium preiudicauerit Illustri Domino Sigismundo ita vt non possit ea facere que prius libere faciebat si contradicerent predicte declarationi.

¶ Et certe pro decisione huius questionis considerãdum est ꝙ ita fuit amplissima inuestitura facta seu concessa olim Illustri domino Sigismundo seniori cuius virtus ⁊ importantia reperitur hodie apud Illustrem dominum Sigismũdum modernum dominum Sancti Martini, vt eis omnia licuerint, ⁊ liceant, que antequaz fieret predicta inuestitura licebant ipsi Illustrissimo tunc Marchioni Ferrarie.

¶ Nec ei aut alteri cuiquam remanserunt subiecti.

¶ Excepto ꝙ Illustriss. Marchioni ⁊ hodie Duci debẽt esse fideles ⁊ in quibusdaz seruire vbi adsit necessitas imminentis belli vt supra dictum est, ⁊ ita verba dicte inuestiture sonant.

¶ Et tali amplissimo iure cuz omnimoda iurisdictione ⁊ mero ⁊ mixto imperio vsi fuerunt pater, ⁊ auus domini Sigismundi pro tempore quo vixerunt, ⁊ similiter ipse do. Sigismũdus Junior vel eius gubernatores post mortem Illustris domini Herculis patris eius.

¶ In quo vere nō potest Illustrissimus Dux vti dominus directus illi in aliquo preiudicare vbi culpa eius non precesserit.
44 non † enim potest feudum ei auferre c.j. ꝛ ibi tradunt Doct. de feud.sine culp.non amit.

¶ Et quemadmodum ipse Illustris dominus Sigismūdus non posset sine culpa feudo priuari vt ibi traditur, ita etiam non potest ei in aliquo preiudicari aut ius illius minui, nec ēt alterari absque eius voluntate, si nulla eius culpa probaretur.

¶ Nam cum Princeps ad ea que ipse in inuestitura, ꝛ sui antecessores promiserunt, ꝛ etiam ad obseruantiam priuilegiorum iam concessorum teneatur ex contractu non potest sue vel antecessorum suorum promissioni contrauenire.

45 ¶ Quoniam licet Deus † omnipotens subiecerit Imperatori leges aut etiam alteri supremo Principi ita quidem etiā vt eis dicatur solutus.l. princeps.ff. de legi.quamuis eis eū stare conueniat.l.digna vox cum sua materia. C.de legi.

¶ Non tamen illi voluit subiicere contractus, ex quibus ipse ex consensu reperitur obligatus argumento l. sicut ab initio. C.de action. ꝛ obligat. prout signanter docet Bal. in c.j. de nat.feud. ꝛ in d.l.princeps cum concordantibus vt per Fely. in c.que in ecclesiarum colū.xxiiij. versi.limita secundo extra. de constit..ꝛ per Ias. in consi.cclxxiij. circa primum consultationis articulum. iij.col. versi. quarto facit cum sequen. ꝛ per Barbat.in consi.lxij. illud in medium referam.x.colum. sub nu. 2.in fin.j.vol.et ego alias dixi in consi. cxv.in facto presupponitur ꝙ commune.nu.9.10.ꝛ.11.ij.vol.

¶ Concluditur itaqꝫ ex predictis declarationem predicti Illustrissimi Ducis Alphonsi non preiudicare in aliquo iuribus ꝛ priuilegijs Illustris domini sancti Martini ex defectu potestatis.

¶ Et hec sit prima ratio quare predicte declarationi non sit locus ad damnū ꝛ preiudiciuꝫ Illustris domini Sigismundi.

¶ Secundo idē probatur quia tunc quando scilicet facta fuit dicta declaratio dominus Sigismundus erat pupillus ꝛ fuit indefensus.nō enim constat ꝙ habuerit tutorem qui tunc pro eo interuenisset ad eius defensionem, propter quod sequitur,
46 ꝙ declaratio † predicta (que potest dici quedam sententia licet etiaꝫ vim legis habuerit ex mente Illustrissimi Ducis) fuit ipso iure nulla.l.acta.§.fin.ff.de re iudi.ꝛ l.cum ꝛ minores.C. si aduers.rem iudi.ꝛ vtrobiqꝫ tradunt Doctores.Bar.in l.contra pupillum.ff.de re iudi. cum concordantibus vt per Deci. in consi.ccccxi.visis his que accurate in fi.ꝛ per Ruy.in consi. xxxvi.primo circa nullitatem.v.vol.

¶ Tertio ex alio idem ostenditur naꝫ postquam predicta declaratio facta fuit lapsi sunt anni. 18.vel circa in quo tempore vsqꝫ in presentem dieꝫ sicuti ante fiebat Illustris dominus Sigismundus vel agentes pro eo semper imposuerūt, ꝛ exegerūt onera non secundum predictam declarationem,sed libere,put prius secundum importantiam sue inuestiture ꝛ concessionis ꝛ prout prius facere consueuerant etiā a colonis ciuium regiēsium vt sic apertissime constet declarationem predictam (quā vt dixi Illustrissim. Dux Alphōsus voluit habere vim legis) non fuisse per vsum receptaꝫ sed potius contra eam Illustris dominus Sigismundus vsus fuerit.

¶ Quo fit vt ipsa declaratio ad instar legis vti per vsum non recepta,sed per actus contrarios reiecta non sit aliquo modo attendenda,sed nullius momenti dicatur.etenim clara ꝛ communis conclusio * est apud nostros Doct. ꝙ † lex,quelibet di-
47 spositio ꝛ declaratio nō sit alicuius momenti,si per annos decem non fuerit per vsum recepta,sed contrarium fuerit obseruatuꝫ iuxta c.deniqꝫ.§.fin.iiij.distinct.ꝛ tradūt Ant. de But. Cardin.ꝛ Imo.post.glo.ibi in c.j.de tregu. ꝛ pac.Alex.in cōsil. vj. viso themate nu. 4.lib. j. cum concordantibus vt per Ias.in l. rem non nouam nu. 4. secundum librum meuꝫ vers. ij.not.generalius.C.de iudi. vbi plura congerit ad propositū ꝛ fuit dictum Lapi de Castel.in allegat.xxxvij.stante constitutione ad fin.vt refert ꝛ sequitur ꝛ alios etiam allegat Paris.in consi.cvj.in causa subsidij caritatiui nu.6.cuꝫ sequentibus iiij. vol.ꝛ ego dixi in consi.xxx. Pamphilus Beneius de Monte Politiano nu.4.j.vol.

¶ Immo secundum aliquos ex predictis satis est ꝙ ab initio non fuerit lex aut declaratio ex vsu recepta.

¶ Unde si vel satis sit ab initio legem non recipi vel saltem ꝑ annos decem vt dictum est, fortius id erit dicenduꝫ in casu nostro in quo per annos 28 nunquaꝫ fuit predicta declaratio obseruata, sed potius contrarium vsqꝫ in hanc diem seruatum fuit ꝛ de presenti seruatur.

¶ Quarto ex alio etiam videtur declarationem predictam nō attēdendā quia nō reperitur ꝙ ad eam fuerint citati homines sancti Martini de quorum maximo preiudicio agebatur, ꝛ
48 ideo videtur talis declaratio nulla,omnis † enim de cuius preiuditio agitur debet ad aliquem actum citari vt actus ille valeat.l.nam ita diuus. ff.de adoptio. ꝛ l.de vno quoque ꝛ ibi ꝑ Doct. maxime nouissimos Bononienses. ff.de re iudica.

¶ Demum non dicitur valere predicta declaratio quia venit contra concessiones ꝛ priuilegia Illustribus dominis sancti Martini concessa in quibus adest clausula derogatiua ad illius priuilegij derogatorias si in futurum apponerentur pro-
49 pter quod necesse erat ꝙ in predicta declaratione † constaret de voluntate Illustrissimi Ducis Alphonsi ꝙ per eam voluerit tales clausulas derogatorias reuocare ad tradita per Doctores in l.si quis in principio testamenti.ff.de legat.iii.vbi aliquando plene scripsi. sed talis voluntas ex dicta declaratione non constat,ergo ꝛc.

¶ Immo pleriqꝫ volunt tales clausulas non posse dici sublatas nisi de eis ad verbū esset facta specifica mentio vt habetur in d.l.si quis in principio.

¶ Et ex his sit expedita decima quest.quantuꝫ ad id, de quo in ea principaliter queritur.

¶ Sed dum in ea in fin. dubitatur vtrum defectus si qui fuerunt in predicta declaratione fuerunt suppleti propter presentiam Illustrissimi Ducis ꝛ consilij eius si interfuit.

¶ Ducis dico vti principis sic declarātis ac etiā vti cōsanguinei Illustris Domini Sigismundi ꝛc.

50 ¶ Uidetur † prima frōte ꝙ fuerint defectus suppleti, argumēto.l.transactionem.C.de transactio.ꝛ l.omnium.C.de testa. ꝛ eorum que in vtroqꝫ tradunt Doctores.

¶ Sed tamen his non obstantibus, arbitror contrarium esse verius ꝛ sic cōcludo ꝙ per predicta non dicuntur suppleti defectus, qui in dicta declaratione (ipsi Illustri domino Sigismundo valde preiudiciali) fuerunt vt mihi presupponitur saltem taliter vt talis declaratio valeat in preiudicium domini Sigismundi.

¶ Etenim illa dicitur nulla seu inualida nec attendi vel obseruari debet contra dictum Illustrem dominum Sigismunduꝫ per ea que deducta fuerunt.

¶ Nos obstant iura in contrarium allegata, quia vere nihil faciunt ꝛ loquuntur in terminis valde diuersis, ideo de eis ar-
51 gui non potest ad casum nostrum, cum ex † diuersis non bene inferatur l.fin.de calumniat.l.naturaliter. §. nihil commune. ff.de acqui.poss.ꝛ ꝛ l.inter stipulantem.§.sacram vers.sed hec dissimilia ff.de verb.obliga.

¶ Et particulariter ad dicta iura respondendo dico primo ꝙ illa l. transactionem loquitur de actu per aliquem g[illegible] qui dicebat se metu fuisse impulsum ad eum gerendum puta transactionem, ꝛ ideo pretextu metus volebat transactioneꝫ rescindere quod ibi non toleratur, quia sua allegatio metus tollitur ex presentia amicorum qui transactioni fuerūt presentes, quia non est verosimile ꝙ illis presentibus metum passus fuerit, vt ibi declarant Doct.

¶ Nos vero loquimur de actu qui non per pupillum coram amicis vel consanguineis fuerit gestus, sed de actu per alios gesto contra pupillum absentem ꝛ indefensum. dico enim ꝙ in eo requirebantur certe solennitates, vt pupillo preiudicaretur que certe non interuenerunt.

¶ Nec in d.l.transactionem dicitur ꝙ presentia amicorū suppleat defectū alicuius solennitatis, igitur nihil obstat.

¶ Secundo ad.d.l.omniū respondetur ꝙ ibi presentia Principis supplet numeruꝫ testium eo quia semper cum eo censentur reperiri multi homines qui pro testibus reputantur, vt ibi Saly. ꝛ alij declarant.

¶ Sed hoc nihil ad casum nostruꝫ, quia non dicimus declarationem predictā inualidam propter defectū testium. nam si ita diceremus bene argueretur de d.l.omniū(esto ꝙ l. illa loquens de Imperatore procederet in Illustrissimo Duce Ferrarie de quo nihil firmo.)

¶ Sed dicimus declarationē cōtra Illustrem dominum Sigismundum pupillum non valuisse, quia nō interuenerunt solennitates ad tale quid faciendū requisite, ac etiaꝫ ex alijs rationibus secundum ꝙ supra fuit deductum.

Capio

¶ Capio vndecimam questionem, que habet duo capita. In primo queritur quid in predicta inuestitura operetur seu importet illa clausula saluis iuribus Serenissimi Principis seu Imperatoris & sacri Romani Imperij &c. Et circa hoc facilis est responsio.
¶ Dico enim quod omnia iura que Imperator ante inuestiturã, de qua agitur habebat in Castris & alijs rebus de quibus facta fuit inuestitura per Illustrissimum Ducem Ferrarie Illustri domino Sigismundo fratri eius dicuntur ei reseruata qualiacunque fuerint ita enim sonãt verba predicte clausule reseruatiue.
¶ Est bene verum quod per reseruationem predictam nihil nouiter fuit acquisitum Imperatorie Maiestati vt post Jacob. Butrig. tradit Angel. in l. omnes. C. de prescrip. xxx. vel xl. ann. quod etiam dicunt Bald. & Angel. in l. fin. C. de tempor. appel. prout refert & sequitur Ruy. in consi. xl. pro euidentia dicendorum nu. 7. & in consil. xcix. super his de quibus queritur nu. 10. j. volu. cum concordantibus vt per Beltrand. in consi. iiij. parui refert quod propositũ nu. 32. ij. vol. & in cõsi. j. viso consultationis themate nu. 21. iij. vol. ex primis.
¶ Videndum ergo est que essent iura Imperatoris vel sacri Imperij, & illa cẽsentur sibi reseruata. Et quãuis fortasse iura ipsa etiam absque d. clausula remansissent salua ipsi Imperatori, cum per Illustrissimum Ducem eis priuari non potuisset absque facto suo per regulam l. id quod nostrũ est. ff. de reg. iur.
¶ Tamen predicta clausula fuit apposita prout de consuetudine apponi solet ne videatur quod Illustrissimus Dux sue maiestati voluerit preiudicare.
¶ Et ad cognoscendum que sint iura imperij oporteret videre inuestiturã quã Imperatoria Maiestas fecit de predictis castris Illustrissimo Duci seu de ciuitatibus Regij & Mutine sub quarum iurisdictione tunc erant castra predicta.
¶ Omnia enim iura que in d. inuestitura cognoscerent pertinere ad suam Cesareã Maiestatẽ, dicũtur ei salua & reseruata.
¶ Et inter cetera erit (vti communiter contingere solet, quod Imperator sit dominus directus et principalis, & dominus Sigismundus sit dominus vtilis secundario.
¶ Et ita quod ipse sue Maiestati sit fidelis, & in honestis illi obsequatur, neque contra eam aliquo modo veniat re vel consilio, sicut etiam nec contra Illustrissimum Ducem venire posset alioquin suo iure posset priuari ad c. grauem cum traditis ibi per Doct. de excessib. prelato.
¶ Dum autẽ in secundo capite huius xj. questionis queritur quo pacto Illustris dñs Sigismundus se tueri & munire possit si vnquam per Illustrissimum Ducem introduceretur forma maioris magistratus ad fauorem ciuium Regiensium aut hucusque fuerit introducta?
¶ Aduertendum est quia Illustrissimus Dux nec talem magistratum introducendo, nec quid aliud faciendo non potest venire contra concessiones & priuilegia quas vel que dederunt sui antecessores nobilibus atque illustribus dñis sancti Martini vt dictum fuit in precedenti questione & etiam alibi supra.
¶ Quo stãte dico quod illustris dominus Sigismundus in omnibus sibi preiudicialibus poterit predicto magistratui cõtradicere & ei non obedire.
¶ Nam quicquid ageret maior magistratus aut etiam ipse Illustrissimus Dux contra priuilegia concessiones & immunitates illustr. domini Sigismundi inutiliter ageret quo ad preiudicium ipsi domino Sigismundo inferendum. Nam cũ ipse habeat merum & mixtum Imperium cum omnimoda & perpetua iurisdictione, & sint ipse & loca eius penitus separata a ciuitate Regij & eius iurisdictione simpliciter & ipsius magistratibus, constat quod nec etiam maiori eius magistratui debet dici subiectus.
¶ Unde aduersus predictum maiorem magistratũ, si quando erigetur aut in preteritum fuerit erectus, illustris dominus Sigismundus dicetur munitus a suis immunitatibus & priuilegijs, & sic si quid vnquam per talem magistratum ei vel subditis eius precipietur, opponet quod tali precepto nõ tenetur obedire, eo quod non potest dici superior stãtibus veris, prout verissima sunt, his que superius dicta fuerunt in pluribus locis.
¶ Alioquin si diceretur illustrem dominum Sigismundũ & subditos eius teneri obedire maiori magistratui in preiudiciũ ipsius & subditorum & contra proprias immunitates & priuilegia nihil aliud esset quam predicta priuilegia & immunitates reuocare & illi auferre nulla culpa eius interueniente contra dicta supra in preced. questione in prima ratione & alibi &c.
¶ Et ita sit expedita xj. questio.
¶ Et simul etiam apparet resolutio illius difficultatis, quam primo loco Illustrissimus Dux Alphonsus in sua declaratione de qua supra suspendit & indecisam reliquit. Dico enĩ quod ciues Regienses nõ possunt vti decreto maioris magistratus in terra sancti Martini in his que cõtradicerẽt immunitatibus & priuilegijs illustris domini Sigismundi & suorũ antecessorũ.
¶ Demum proponitur duodecima & vltima questio vtrũ scilicet dominus Sigismũdus Senior & auus do. Sigismũdi Junioris qui primo fuit inuestitus de castro sancti Martini & aliorum bonorum, dicatur accepisse ab Illustrissimo fratre inuestiente feudum honoratum & vtile? An vero onerosum? Attento quod forte plura quam contineat inuestitura fuisset consequutus de bonis patris eius Illustrissimi scilicet domini Nicolai Estensis Marchionis Ferrarie? post quem superfuerũt tantum duo filij legitimi & naturales videlicet Illustrissimus dñs Hercules maior natu & ipse Illustris dominus Sigismũdus Senior inuestitus postea a fratre vt supra.
¶ Et circa istam questionem in primis sciendum est quod de bonis quondam Illustrissimi domini Nicolai patris predictorũ si testatus decessisset quilibet debuit habere secundum ordinẽ testamenti. Et dominus Sigismũdus ad minus debuisset ha-
52 bere legitimam† & sic tertiam partem portionis, quam ab intestato erat habiturus cũ duo tantũ essent filij & sic infra quinque iuxta authen. nouissima & in corpore vnde sumitur. C. de inoff. testamen.
¶ Et si tantum pater ei non reliquisset iure institutionis, potuisset agere ad supplemẽtum legitime l. omnimodo & ibi per Doct. C. de inoffic. testa. & in §. ceterum. in authẽ. vt cũ de appel. cognos. loquor de bonis alodialibus seu liberis & de quibus testator libere poterat disponere.
¶ Si vero decesserit intestatus illustris dominus Sigismundus debuisset habere dimidiam partem bonorũ predictorũ & que iure hereditario erant transitura.
¶ Quibus ita positis pro resolutione proposite questionis oportet videre vtrum concessa per inuestituram illustri domino Sigismũdo per Illustrissimũ dñm Herculem fratrem eius fuerint concessa pro sua portione sibi debita de bonis paternis.
¶ Et tunc si talem portionem transcendunt, feudum potest dici vtile & honorificũ in eo quod vltra predictã portionẽ cõtinet.
¶ Si vero non ascendunt ad sibi debitam portionem feudum dicetur, onerosum potius quam vtile, si propter tale feudũ & eius inuestiturã illustris dominus Sigismundus dimisit omne ius suum cum plura dimiserit quã per inuestituram acquisierit:
Si vero ius suum non dimisit, sed eidem remansit, quia forte non ea de causa feudum fuerat illi concessum, & eo casu dicam, feudum fuisse sibi vtile honorificum & gratiosum prout solent esse regulariter alia feuda iuxta diffinitionẽ feudi vt post alios tradit Curt. Junior in tractatu feudorum in vi. q. dicitur enĩ
53 feudum† beniuola concessio libera & perpetua rei immobilis vel equipollentium cũ translatione vtilis dominii &c. vt ibi per eum in secũda diffinitione quã ponit. Et sequitur & illam etiã ponit Jasi. in simili tractatu de feud. iij. pagin. post princ.
¶ Et ex his omnibus responsum est omnibus duodeciũ questionibus per prefatum illustrem dominum Sigismundũ propositis, que in effectu fuerunt vsque ad decem & septem vel decẽ & octo vt cuilibet diligenter predicta consideranti apparebit.
¶ In quibus & si plura videar scripsisse, tamẽ pro materie magnitudine, ea fui vsus breuitate qua potui Deum solum idest veritatem & iustitiam pre oculis semper habens prout etiã ab ipso domino Sigismundo pro sua modestia requisitus fui, & prout nostri moris est. Laus Deo Opt. Maximo.

Socinus Nepos Bonie. 1554.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LXXVII.

¶ De statuto prohibente certam domum vendi irrequisito vicino.
¶ An procedat in permutatione in qua fuit facta extimatio & habita mentio precij rei permutate?

SVM-

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Vendere prohibitus nisi certis personis sine certa solemnitate dicitur etiam prohibitus permutare.*
2 *Emptionis & venditionis nomine omnis alienatio continetur.*
3 *Permutatio dicitur habere uim emptionis & uenditionis quando in ea fit mentio de pretio, & dicitur facta rei æstimatio, immo potest dici uera emptio & uenditio, cum æstimatio faciat emptionem.*
4 *Statuta loquentia de emptione habent locum etiã in permutatione.*

CONSILIVM LXXVII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ In illa difficultate nũquid statutũ Bonon. sub rub. de rebus cõmunibus inter cõiunctos nisi certo modo non alienandis &c. in §. fin. ibi & idem dicimus seruari &c. procedat etiam in permutatione? Licet verba statuti sonare videantur tantũ de eo qui vellet domum suam vendere?

¶ Et videtur dicendum quod etiam in permutatione proce-
1 dat. Nam† quando quis prohibetur vendere nisi certis personis sine certa solemnitate, dicitur etiã permutare prohibitus vt videtur velle glo. fin. in c. ij. de postulan. quam videtur sequi ibi Petr. de Anch. & ante eum Joan. And. & ibi expresse not. Abb. in fine commenti & ita in specie firmat insignis Modernus Gulielmus Mayneri. in l. aliud est vendere. ff. de regu. iur. nume. 2.

¶ Et reperio ꝙ ita in simili statuto firmat Alexan. in consil. cxcvij. visis dubitationibus nu. 1. lib. vij.

¶ Et si dicatur, predicti Doctores loquuntur quando non esset facta mentio de precio.

¶ Responderi potest ꝙ in statuto predicto in d. §. fin. non inuenio ꝙ fiat aliqua mentio de precio.

¶ Et si iterum dicatur ꝙ immo ibi videtur habita mentio precij virtualiter per relationem ad precedentia in quibus de precio fit mentio.

¶ Respondetur, (& puto esse valde considerandum) dico eniz ꝙ habita relatione ad precedentia pari modo ille. §. fin. etiam ꝙ de venditione loquatur, virtualiter debet intelligi ẽt de alia alienatione & sic ẽt de permutatione vti precedẽtia loquuntur.

¶ Et profecto ita videntur importare illa verba idẽ dicimus. Nam non esset idem nisi alia alienatio diceretur, prohibita cũ in precedentibus prohibeatur, nedum venditio, sed alia quelibet alienatio vt est notum.

¶ Et probatur hoc ratione probabili nam in §. fin. latius procedit statutum ad impediendam alienationem, quoniam prohibet eam etiam fauore eorum qui nullo consanguinitatis gradu coniunguntur, vbi precedentia solum procedunt fauore cõiunctorum vsq; ad sextum gradum.

¶ Sic igitur verosimile est ꝙ latius procedat etiam respectu alienationis prohibite, vt sic ẽt alia alienatio vltra venditionez dicatur, prohibita, & sic etiã permutatio sed aliter intelligendo procederet strictius contra verosimilez mentẽ statuti ergo &c.

¶ Unde concludendũ videtur ꝙ aut d. §. fin. recipiat declarationem a precedentibus in eo ꝙ ẽt ibi videatur facta mẽtio de precio, & tunc pari modo debet a precedentibus declarari vt loquatur, ẽt de qualibet alienatione & sic etiaz de permutatione.

¶ Aut volumus ꝙ a precedẽtibus declarationẽ nõ recipiat, & tunc idem videtur dicendũ, q: cũ ibi non fiat mentio de precio sub prohibitione venditionis debet dici prohibita ẽt permutatio vt per Jo. Andr. Abb. Alex. & Mayner. in locis prealleg.

2 ¶ Et pro eorum doctrina facit quia alias dici solet ꝙ† emptionis & venditionis nomine omnis alienatio continetur l. sicut. §. venditionis. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. & l. statuliberi a ceteris. §. j. ff. de statulibe.

¶ Et tanto magis hoc videtur dicendum, quia pars domus data in permutationez magistro Antonio per do. Jo. Baptistam in effectu fuit data estimata pro precio librarum 1500. vt ex illo instrumento apparet dum in eo dicitur ꝙ d. Do. Joan. Baptista possit illam partem domus emere & acquirere infra
3 certum tempus pro precio librarum 1500. Dico† enim ꝙ qñ in permutatione fit mentio de precio, & dicitur facta rei extimatio talis permutatio dz habere vim emptionis & vẽditionis.

¶ Immo potest dici vera emptio & venditio cum extimatio faciat emptionem l. plerunq;. §. si ante & l. quoties. ff. de iur. dot. & l. quoties. C. eo. tit. cum similibus.

4 ¶ Et adeo vt etiam statuta† loquentia de emptione habeant locum etiam in tali permutatione vt signanter declarat Paul. de Cast. in l. j. ij. col. ver. adhuc oppono contra fin. l. ff. de rerũ permut. cum concordantibus multis quos ita firmando allegat Tiraquel. in lib. de Retract. in glo. xiiij. nu. 19. 20. & 21. sic itaq; ex predictis videtur ꝙ statutũ de vendere volente procedat etiam in casu nostro in quo facta fuit quo ad nomen permutatio, sed in effectu vel fuit venditio vel ei equiparatur cuz fuerit res estimata, & hoc vltra alia supradicta. Laus Deo.

Sozinus Nepos Bononie.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LXXVIII.

¶ De testamento ꝙ vacillet fides eius si aliqui testamentarij testes deponant contra scripturam eius.
¶ De tutore ꝙ teneatur pupillarem pecuniam etiam quam ille debet deponere pro emendis bonis immobilibus.
¶ Et quod vt suspectus & dolosus potest excludi si se ingesserit antequam tutor decernatur, iuret vel faciat inuentarium.
¶ De fideiussore tutoris ꝙ debeat esse idoneus facultatibus respectu totius patrimonij pupilli.
¶ De relatione ꝙ debeat secundum relatum intelligi.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Testamenti fides uacillat cum aliqui testes ex descriptis in testamento deponunt contra scripturam testamenti.*
2 *Transactio fieri potest non obstante quod pendeat querella falsi.*
3 *Mulier maior uigintiquinque annorum & sagax & prudens non potest transactioni contrauenire.*
4 *Pupillorum pecuniæ debent deponi apud idoneos mercatores pro emendis bonis immobilibus & fertilibus pro ipsis pupillis.*
5 *Mater administrans ex se bona pupillorum illa diminuendo ad damnum ipsorum pupillorum dicitur esse in dolo, & ad tutellam non debet admitti.*
6 *Iuramentum in litem datur pro administratis contra eum qui ex se administrauit.*
7 *Fideiussor datus à tutore si non potest integre indemnitatem pupillorum conseruare non dicitur idoneus.*
8 *Fideiussor idoneus tempore quo fuit acceptus si desiit esse soluendo quo ad bona pupillorum, iterum alius idoneus fideiussor dandus est.*
9 *Confessio mariti simpliciter facta declaratur per instrumentum confectum super re in qua emanauit confessio.*
10 *Relatio quando fit ad aliquid, relatum censetur esse totum in referente, quia dicitur fieri relatio cum omnibus qualitatibus.*

CONSILIVM LXXVIII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie.

¶ Uisis pluris dubitationibus mihi propositis, & visa responsione super eis reddita per clarissimum dominum Beroum mihi vti patrem honorandu;. Requisitus vt ego etiã quid iuris esse sentiam respondere velim. Omnibus bene ac diligenter consideratis vt infra respondendum duxi approbando scilicet responsiones predicti Do. Beroi secundum tamen ꝙ inferius patebit.

1 ¶ Et in primis non est dubium† testamenti fidem vacillare cũ quatuor testes dignissimi & omni exceptione maiores ex descriptis in testamento deponant contra scripturaz testamenti per tradita per Bar. & alios per illum tex. in l. j. §. si quis neget. ff. quemadmo. testa. aperiant. cum concordantibus vt per dominum Consulentem & ego dixi in consi. cxlvij. dominus Baptista de Bonsa. nu. 17. ij. vol.

¶ Et istud eo maxime procedit in casu nostro in quo fit questio solum respectu eorum super quibus isti quatuor testes deponunt contra scripturam testamenti tametsi alij tres pro ipsa scriptura deponant.

¶ Placet etiam mihi quod secundo loco dicit dominus Cõ-
2 sulens vt scilicet transactio† fieri possit non obstante ꝙ pẽdeat querela

querela falsi iuxta l. transigere in fin. ꝛ tradita ibi per Doct. C. de transact. tametsi nos non agimus de transactione super tali crimine, sed de ea que inter vxorem testatoris in testamento honoratam ꝛ inter filios eius vti testatoris heredes facienda est. Et puto ꝙ per eam optime erit consultum honori predictorum quatuor testiū si continebit in effectu ꝙ predicta vxor ꝛ mater dictorum heredum contentetur, ꝛ acceptet dispositionē testatoris quemadmodū per illos testes quatuor deponit.

¶ Illud enim ostendet ꝙ ipsa mater attenta illorum testiū dignitate ꝛ fide voluit de eis confidere ꝛ illis credere ꝛ ita in prohemio transactionis poterit dici ꝙ licet propter testiū varietatem veritas aperte non possit constare tamen vt parcatur litibus ꝛ expensis partes ipse transigendo voluerunt sequi quod per quatuor predictos testes deponitur veluti eis magis credētes propter eorum dignitatem ꝛ fidem.

¶ Nec mater poterit vnquam transactioni cōtrauenire cum
3 sit maior † xxv. annorum ꝛ mulier sagax ꝛ prudentissima l. si maior. xxv. ann. et l. si maiores. et quasi per totum titu. C. de transactio.

¶ Nec allegando se lesam in transactione, in testamento poterit se fundare quia in eo in quo ei fuit ascriptum aliquid aliter quam quatuor illi testes deponant, dicitur carere viribus ꝛ sic inualidū propter contradictionē illorū quatuor testiū testamentariorū ꝛ ad testamentum necessariorū per dicta supra in princ.

¶ Tertio dico ꝙ verissima est conclusio domini Consulentis
4 ꝙ pecunie † pupillorum debēt omnino deponi apud idoneos mercatores pro emendis bonis immobilibus ꝛ fertilibus pro ipsis pupillis prout sunt iura clara videlicet l. si plures. §. j. ver. ꝛ si pecunia sit ꝛc. l. ita autem in prin. ꝛ l. tutor qui repertoriū. §. si post ꝛ §. si deponi. ff. de administr. tuto.

¶ Et hoc fiet iudicis officio vt per dominū Consulentē, ꝛ qui postea fiet pupillorū tutor cogetur bona immobilia pro ipsis emere vt tradit Bart. in d. §. si post ꝛ docet Corne. in consil. ccxliij. circa primum litera R. iij. vol.

¶ Et adeo verum est vt illud facere teneatur etiam de pecunia quam ipse tutor pupillis deberet vt per Ruyn. in consi. cviij. viso instrumento depositi nu. 16. j. vol.

¶ Et putarem ꝙ interim donec de tutore sit prouisum ad officium iudicis pertineret ne res pupilli pereant aut dilapidentur vt de eis fiat descriptio seu inuentarium eius autoritate ad quē pertinet semper curare rem pupilli saluam fore.

¶ Quarto circa tutelam que matri defertur per legem duo sunt videnda.

¶ Primo an in casu isto mater horū pupillorū possit reiici?

¶ Secundo posito ꝙ sit admittenda absꝫ tamen preiudicio veritatis quam satisdationem prestare debeat.

¶ Circa primū dominus Consulens dicit eam esse excludendam veluti suspectam, attento ꝙ ipsa antequā inuentarium cōficeret aut solitum iuramentū prestaret immo ēt antequā per iudicem tutela decerneretur, se ingessit circa bona pupillorum illa suo arbitrio administrando ꝛ illa diminuendo ad damnū
5 pupillorum. Nam † ex hoc dicitur esse in dolo ꝛ ad tutellam nō debet admitti ad tradita per illū tex. in l. fin. C. arbitr. tut. cum alijs allegatis per consulentem.

¶ Et vltra eum ita pulchre declarat Corn. in consi. clxxv. licet in presenti consultatione litera B. iij. vol.

6 ¶ Et pro † administratis potest iurari in litem contra eā ad tradita per me in consil. cxlviij. in causa heredum Alexandri nume. 8. j. volu.

¶ Circa secundum nulla est difficultas, quoniā absꝫ dubio si illa sit admittenda ad tutelam debet satisdare rem pupillorū fore saluam ꝛ debet dare fideiussorem idoneum pro integra facultate pupillorum etiā ꝙ eorū patrimonium esset xl. vel 50. milium ducatorum vel vltra ꝛ eo modo fideiussores dicuntur
7 idonei alias † si non possent integre indennitatem pupillorum conseruare non dicerentur idonei vt est text. iuncta glo. super verbo idoneos in l. j. C. de tut. ꝛ curator. qui non satisd. cum alijs allegatis per dominum consulentem.

¶ Et vltra etiam bene facit l. j. §. si magistratus. ꝛ §. sequenti. ff. de magistra. conueni.

8 ¶ Hinc dicimus ꝙ si postquam idoneus † fideiussor est acceptus desijt soluendo esse scilicet quo ad bona pupillorū iterū dādus est idoneus fideiussor vt signāter determinat Bar. per illum tex. in l. pretorie stipulationes. ff. de pret. stipu.

¶ Et ꝙ sit fideiussor idoneus facultatibus ratio est quia solū datur, ex eo quia tutor forte non erat ita idoneus vel posset fieri non soluendo vt declarat Salyce. in d. l. j. C. de tutor. ꝛ curator. qui non satisd. merito ergo pro conseruanda tota substātia pupillorū requiritur ꝙ fideiussor eam possit saluā reddere.

¶ Et hinc indefinite ꝛ sic vniuersaliter interponitur stipulatio ꝛ satisdatio de re pupilli salua conseruanda vt ff. rem pupil. saluam for. per totum ꝛ probatur recte intuenti insti. de satisd. tutor. in princ. ꝛ in §. sciendum est in fin. ꝛ ad hoc plura congeri possent, sed gratia breuitatis dimitto.

¶ Et eo maxime quia apud nostros Doctores nulla super hoc cadit dubitatio.

¶ Et maxime predicta procedunt in casu nostro in quo clarū est matrem que vti mater vult esse tutrix per tex. in authen. matri ꝛ auie. C. quando mulier tute. offi. fung. potest. non habere in bonis pro quantitate bonorum istorum pupillorū nec etiā vt audio pro decima parte.

¶ Demum circa dubitationem de dote restituenda predicte matri placet conclusio domini Consulentis vt scilicet de summa scutorum mille quadringētorum detrahatur summa qua fuerit extimatum dimidium molendini, cum illud seu pars illa reperiatur apud ipsam matrem quasi ꝙ pro ea summa dicatur facta restitutio.

9 ¶ Et licet in † confessione quam fecit maritus videatur dici simpliciter de molendino vt sic de toto videatur loqui, tamen cum ibi fiat relatio ad instrumentum de tali re factum inter ipsum maritum ꝛ socerum eius in quo dicitur tantum de dimidia parte, absꝫ dubio sic debet etiam cōfessio declarari ad tradita per Doctores in authē. si quis in aliquo. C. de eden. cum concordantibus vt per dominum Consulentem.

10 ¶ Ad quod bene facit quia † quando ad aliquid fit relatio, relatum censetur esse totum in referente quia dicitur fieri relatio cū omnibus qualitatibus l. ait pretor. §. si index. ff. de re iudi. ꝛ tradit Bart. in l. si quis seruum. §. fin. ff. de leg. ij. cum cōcordantibus vt alias dixi in consi. cxxxiij. nobilis vir ser Jacobus nu. 3. ꝛ in consi. cxxxix. in testamento Magnifici domini Vincentij nu. 10. j. vol. Et illa verba in confessione mariti videlicet in vno molendino ꝛc. bene possunt intelligi etiā si de dimidia tantum intelligenda sint prout colligitur ex instrumento ad quod fit relatio. Laus Christo Redemptori nostro.

¶ Socinus Nepos Bononie.

CASVS CONSILII LXXIX.

PRAESVPPONITVR in facto ꝙ quedam terra admodum inutilis fuit concessa a Rectoribus cuiusdā ecclesie Mantuane primo domino Alexandro de Ramo, postea domino Fulgentio eius filio, ꝛ demum Adoardo ꝛ Jacobo fratribus ꝛ filijs d. Fulgentij. Et aliquando in inuestitura dicebatur pro se ꝛ suis heredibus, aliquando vero pro se ꝛ suis heredibus vtriusꝫ sexus. Et inuestitura vltimo loco facta predictis Adoardo ꝛ Jacobo fratribus de anno 1489. dicebat pro illis ꝛ eorum heredibus. Et fuit postea illa inuestitura per sedem apostolicā confirmata cum declaratione ꝙ predicta terra sic in emphiteusim concessa perpetuo duret pro dd. fratribus ꝛ eorum heredibus ꝛ successoribus.

¶ Adoardo primum sine liberis defuncto, decessit Jacobus qui in suo testamento fecit vniuersalem heredem Franciscum eius filium, ꝛ ei sine liberis decedenti substituit dominā Joannam eius filiam. Qui Franciscus ad rem emphiteuticam fuit admissus sicut ad cetera bona paterna.

¶ Demū decessit Frāciscus sine filijs legitimis ꝛ naturalibus.

¶ Ecclesia pretendens emphiteusim finitam ꝛ ad se reuersam, terram predictam occupauit.

¶ Sed domina Joanna Francisci soror dicēs se omnino admittendam esse ad emphiteosim predictam, petit terram predictam sibi dari ꝛ consignari, queritur quid iuris?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De emphiteusi ecclesie recepta pro se ꝛ suis heredibus an possit transire ad feminas?

¶ Et

¶ Et quomodo intelligatur talis inuestitura stante statuto in loco illo ꝙ stantibus masculis femina non succedat.

¶ Et vtrum talis emphiteusis veniat in restitutione fideicommissi vniuersalis.

¶ Et an sit hereditaria presertim quādo ab emphyteuta fuisset valde meliorata.

¶ Et vtrum in fideicommisso vniuersali relicto vni ex comprehensis in inuestitura comprehendatur emphyteusis ⁊ quē

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Fœmina regulariter fit inhabilis ad emphyteusim ecclesiasticam de iure communi.*
2 *Statutum Mantuanum (quod fœminæ excludantur stantibus masculis) cum loquatur per uerba simplicia & non suspensiua (puta) donec uel quandiu masculi extarent, dicitur eas perpetuo excludere.*
3 *Inuestituram recipiens semper censetur uelle se conformare cum suo iure municipali.*
4 *Emphyteusis ecclesiastica nunquam uenit in restitutionem fideicommissi etiam uniuersalis, nisi quando constet testatorē ita uoluisse.*
5 *Emphyteusis ecclesiæ non transit regulariter ad hæredes extraneos.*
6 *Emphyteusis & feudum quomodo differant quo ad eorum deuolutionem.*
7 *Emphyteusim recipiens creditur uoluisse quod deficientibus masculis emphyteusis potius perueniat ad suas descendentes fœminas quam quod reuertatur ad ecclesiam.*
8 *Statutum licet excludat filiam fœminam à successione propter existentiā masculi non tamē ob id excludit sororē à successione fratris.*
9 *Emphyteusis suscepta pro se & filijs masculis & fœminis (stante statuto excludente fœminas à successione propter existentiam masculorum) intelligitur ordine successiuo, & sic transit ad filios masculos primo (& eis deficientibus, postea ad fœminas.*
10 *Intellectus. §. quin etiam c. i. in tit. episc. uel Abbatem.*
11 *Fœminæ uelut incapaces regulariter non succedunt in feudo.*
12 *Fœmina dicitur capax & admitti potest ad emphyteusim etiam ecclesiasticam.*
13 *Actus quilibet de facili reuertitur ad suam naturam.*
14 *Emphyteusis uenit sub nomine bonorum.*
15 *Substitutio ab institutione declarari solet, & dicitur facta in eisdem bonis in quibus erat facta institutio.*
16 *Emphyteusis hæreditaria sequitur hæreditatem & uenit cum ipsa hereditate restituenda.*
17 *Feudum hæreditarium uenit in restitutionē fideicommissi uniuersalis.*
18 *Feudum hæreditarium dicitur quando susceptum est pro se & hæredibus.*
19 *Feudum antiquum in dubio præsumitur hæreditarium, quia præsumitur receptum pro se & hæredibus.*
20 *Emphyteusis pro se & hæredibus concessa dicitur hæreditaria.*
21 *Emphyteusi recepta ab ecclesia ex communi usu & consuetudine in ciuitate Mantuæ accipitur & reputatur hæreditaria.*
22 *Res in emphyteusim accepta (si per emphyteotam fuit multum meliorata, etiam si fuisset temporalis, efficitur perpetua, & transitoria in quoscunque hæredes etiam extraneos.*
23 *Verba (& successoribus in perpetuum) comprehendunt omnes successores quicunque sint, uel saltem omnes descendentes tam masculos quam fœminas qui quoquomodo succedant.*
24 *Singula quæ non prosunt plura connexa iuuant.*
25 *Emphyteusis ab ecclesia concessa uenit in restitutionem fideicommissi quando fideicommissum relinquitur alicui qui erat inclusus in inuestitura, & sic ex ui eius capax.*
26 *Expreßio generalis & specialis parificantur.*
27 *Concedi solitū ab ecclesia si finita linea reuertitur ad ecclesiā illa tenetur inuestire proximiorē & hæredem eius qui ultimo loco decessit.*

CONSILIVM LXXIX.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis ⁊ iustitie.

¶ Viso ⁊ bene considerato themate predicto ac etiā scripturis de quibus in eo fit mētio dubia plurimum visa fuit ista consultatio, ⁊ ob eam causam ego aliquantisper supersedi vt maturiori consideratione veritatē amplecti possem.

¶ Etenim primo aspectu videbatur dominā Joannā nō esse admittendam aliquo modo, sed esse penitus exclusam a predicta emphyteusi ⁊ obmittendo leuia.

¶ Primo hoc probari videbatur quia videtur ꝙ pro regula
1 femina† dicatur inhabilis ad emphyteusim ecclesiasticam de iure communi secundum Jo. Andr. post dominum Vincen. in c. potuit de loca. Etenim ibi enumerat mulieres inter personas regulariter prohibitas admitti ad emphyteusim ecclesie prout eum refert ⁊ sequitur ibi Joan. de Imol. col. mihi ix. in ver. in glo. prohibentur in fin. ⁊c. quod etiam sequitur prefatos referendo Jas. in l. iij. col. mihi xxviij. in ver. ⁊ ibi Joan. Andr. post Vincentium. C. de iure emphyteu. vbi videtur subdere rationem post Jo. de Imol. videlicet quia cū mulier pro debito detineri non possit ecclesia posset pati damnum vt per eum in ver. ad id quod dictum est de muliere ⁊c. Sic itaq; exclusa d. domina Joanna veluti femina ⁊ sic inhabili videtur ꝙ emphyteusis predicta vti linea finita redierit ad ecclesiam.

¶ Secundo hoc idem probari videtur quia licet alias verba illa inuestiture pro se ⁊ suis heredibus que vti antiquior attendenda erat, ex eorum vi ⁊ importantia nedū masculos sed etiā feminas comprehendant vt infra dicetur.

¶ Tamen in proposito casu videbatur ꝙ essent restringenda
2 ad masculos, nam† cum in ciuitate Mantue extet statutū ꝙ femine excludantur stantibus masculis ⁊ quidem perpetuo cū loquatur per verba simplicia ⁊ non suspensiua puta donec vel quandiu masculi extarent ⁊c. iuxta doctrinam Bar. in l. si. §. j. ff. ad tertul. cum concordantibus vt dixi in consil. cliij. Angelus de Nobilibus nu. 8. ⁊ 9. ij. volu. videtur ꝙ ita verba inue
3 stiture sint intelligenda. Quoniam† semper credendum est ꝙ recipiens inuestituram dicatur se voluisse conformare cum suo iure municipali.

¶ Sicut etiam dicimus de testatore vt est communis * doctrina Bart. Cuman. patrui mei Socin. ⁊ aliorum in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. vbi ego etiam dixi cum cōcordantibus vt alias dixi in consi. cliij. Joan. Dominicus Armanus nu. 26. j. vol. vbi subditur nu. 27. ꝙ propter hanc considerationem institutio facta de filijs restringitur ad masculos si extant quando per statutum loci femine a masculis excludebātur, ⁊ in materia nostra ita voluit Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber.

¶ Unde cum in casu nostro verba illa ⁊ heredibus sint exponenda idest filijs ⁊ sic pro heredibus sanguinis cum dicatur filius ergo heres videtur ꝙ debeant intelligi tantum de masculis ⁊ consequenter ꝙ femine dicantur excluse.

¶ Sic itaq; in proposito casu domina Joanna nō videtur ꝙ fuerit comprehensa in inuestitura.

¶ Et sic dicatur ab emphyteusi exclusa prout vere per Franciscum fratrem fuit exclusa.

¶ Et videtur ꝙ fuerit perpetuo exclusa tum propter verba statuti non suspensiua vt dixi tum etiam propter c. j. §. quin etiā. in tit. episcopum vel Abbatem in vsib. feud. vulgo enim per illū tex. dici solet semel exclusā personā perpetuo dici exclusam.

¶ Nec videtur posse dici ꝙ licet domina Joanna non posset venire vti comprehensa in inuestitura per predicta poterit tamen istā emphyteusim obtinere vigore fideicommissi vniuersalis facti in testamento Jacobi patris eius quando illam substituit si Frāciscus institutus decesserit sine filijs, qui casus euenit, ⁊ sic illa potest petere sibi hereditatem patris restitui ex causa fideicommissi predicti quasi dicatur, ꝙ talis emphyteusis veniat in restitutione fideicommissi vt inferius dicetur.

¶ Quoniam videtur posse responderi ꝙ tale dictum in casu
4 nostro non videtur habere locum, quia nunquam emphyteusis ecclesiastica venit in restitutione fideicommissi etiā vniuersalis nisi quando constet testatorem ita voluisse puta quia expressit prout signanter determinat Areti. in consi. liij. diligenter discussis in ij. dubio quod ego videor sequutus in consil. lxxij. Gratiadeus de Saluagnis nume. 61. j. volu. Sed in predicto testamento in illo vniuersali fideicommisso nihil dicitur de emphyteusi ecclesiastica igitur ⁊c.

¶ Predictis tamen non obstantibus maturius omnia considerando contrariam opinionem vti de iure veriorē ⁊ equiorem amplector ⁊ concludo dominam Joannam predictā debere consequi predictam emphyteusim ⁊ hoc ex duplici via ⁊ qualibet per se distincta ⁊ separata.

¶ Prima est quia dico ꝙ illa venit ⁊ admittitur vti comprehensa in inuestitura vt sic dici non possit emphyteusim istā lineā finita fuisse reuersam ad ecclesiam.

¶ Dicimus enim ꝙ adhuc durat linea in persona d. domine Joanne veluti comprehense in inuestitura.

¶ Et hoc aperte demonstratur nam in inuestitura dicitur pro se ⁊ suis heredibus ⁊c. que verba exponuntur non pro heredibus iuris ⁊ patrimonij, sed pro heredibus sanguinis ⁊ sic pro liberis

5 liberis & descendentibus. Attento q emphyteusis† ecclesie nõ transit regulariter ad extraneos heredes prout alias dixi in cõ sil. lxxj. nobilis dominus Hieronymus nu. 3. j. vol.
¶Quod etiam voluit Deci. in c. in presentia. col. xvij. de proba tio. & in consi. ccccxj. visis his que accurate nu. 1.
¶Sicuti etiam contingit in feudis, & ita in terminis per illũ tex. tradit Paul. de Cast. in l. ex facto. §. si. ff. ad trebel. quẽ alij sequuntur, qui etiam subdit q in hoc differt emphyteusis ec
6 clesiastica a feudis. Naz licet in feudis† verba illa & heredibus restringatur ad liberos masculos regulariter, si aliud non appareat, tamen in emphyteusi restringuntur generaliter ad liberos tam masculos quam feminas per text. in §. emphyteusi in auth. de non alien. vt per eum. Et ita se habet magis communis opinio * vt per Alexã. in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius vocan. vbi reprobat Bal. contrarium volentez in loco de quo ibi per eum cum concordantibus vt per Ruyn. in consi. xxiij. super his de quibus queritur nu. 9. & in consil. clx. videndũ est vtrum bona &c. nu. 12. j. volu. & ego dixi in consi. ciiij. viso themate proposito nu. 4. & 5. ij. volu. Et nouissime ita firmat insignis Modernus & mihi vti pater honorandus Augustinus Berous in questione sua xviij. sequens questio fuit, & in c. in presentia nu 401. & seq. de probat. & dixi in d. consil. lxxj. nobilis dominus Hieronymus nu. 25. j. vol.
¶Et ista opinio absq dubio procederet in casu nostro si attẽderemus aliam formaz inuestiture videlicet pro se & eius heredibus vtriusq sexus, que aliquando obseruata fuit vt in themate narratur.
¶Et facile dici potest q per eam vti claram alie declarentur si apud aliquez esset de eis aliqua dubitatio iuxta l. qui filiabus & que ibi tradunt Doct. ff. de leg. j.
¶Tametsi etiam illa pro te & tuis heredibus etiam feminas comprehendat secundum communem & veraz opinionem vt superius est dictum, quam etiam tenet Gozadin. in consil. xx. ex ciuitate Imole nu. 7.
¶Et istud fundamentum sufficit solum vti clarum & reale vt sic per illud concludamus dominaz Joannã fuisse in inuestitura comprehensam secundum ea que iã fuerunt deducta.
¶Quod etiam probatur ex verosimili mente recipientis istaz
7 emphyteusim† credi enim debet q deficientibus masculis voluerit potius ad suas descendentes feminas peruenire quaz q reuertatur ad ecclesiam arg. l. cum acutissimi. C. de fideicom. l. scripto. in fin. ff. vnde liber. & l. nihil. §. j. ff. de bon. libert.
¶Ad quod bene facit l. Paulo Calimaco. iuncta glos. super versi. nota etiam ibi vel dic benignius inter filios. ff. de leg. iij. Nam sicut ibi in illo dubio casu voluntas patris interpretatur in benigniorem partem pro filia vt scilicet ipsa in ea dubitatione preferatur extraneo prout & ita declarãt Angel. Jmol. Alexan. & Jas. in l. qui rome. §. duo fratres in iij. oppo. Bart. vbi etiam ego dixi. ff. de verb. oblig. ita in casu nostro debet voluntas patris recipientis emphyteusim intelligi benignius in fauorem filie vt scilicet ad eam transeat emphyteusis, & non redeat ad ecclesiam.
¶Nec etiam ab hoc aliena presumitur voluntas concedentis inspecta natura verborum quibus ipse vsus fuit que etiam feminas comprehendunt sicut supra demonstratum fuit.
¶Et ex iam dictis virtualiter dicitur esse remotum primum argumentum factum in contrariuz, quia opinio illa q emphyteusis ecclesiastica non possit peruenire ad feminas dicitur falsa & est communiter reprobata vt patet ex iam dictis.
¶Non obstat etiam secundum quod videbatur non parum vigere, quoniam pro responsione aduertendum est. Quia aut & primo querimus vtrum vigore comprehensionis in inuestitura ipsius domine Joanne volumus dicere q ipsa simul vocata fuerit ad emphyteusim cum masculis vna cum ea comprehensis. Et tunc dicendum est hoc dici non posse propter tale statutum cui accipiens emphyteusim dicitur se voluisse conformare. Nam cum stantibus masculis femine excludantur, domina Joanna propter existentiam masculorum fuit exclusa, & ita bene procedit argumentum.
¶Aut & secundo volumus q ipsa non vocetur vna cum masculis, sed eis non extantibus vel eis postea deficientibus & sic dicatur comprehensa & vocata cuz masculis ordine successiuo. Et hoc est omnino admittendũ iuxta tradita per Bar. & alios in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & posthu. Et dicemus dominam Joannam admitti debere ad talẽ embyteusim post mortem Francisci fratris sine filijs vti comprehensam. Quoniam a tali successione fuit exclusa per fratrem propter statutũ de quo supra sed vti succedẽs fratri eius & vti post eũ vocata. Nec istud videtur contrariari aliquo modo statuto predicto,
8 quia† licet excludat filiam feminam a successione propter existentiam masculi, non tamen excluditur postea soror a successione fratris vt est communis * doctrina omnium maxime modernorum in l. j. §. veteres. ff. de acquir. possess.
¶Unde si vis q accipiens emphyteusim pro se & heredibus suis vel etiam pro heredibus vtriusq sexus (in quibus verbis secundum vtranq formam prolatis comprehenduntur etiaz femine descendentis vt supra est dictum & sic etiam dña Joanna) dicatur se voluisse conformare cum statutis predictis dicitur in consequentiã voluisse q in casu qui euenit domina Joãna debeat admitti sicut per statutum ipsa vocatur ad successionez Francisci fratris ab intestato sicut vere dicitur eius heres.
¶Quod ergo supra dictum fuit q femine cum masculis stante predicto statuto vocantur ordine successiuo hoc est masculi prius donec extant postea femine, intelligitur nedum si masculi non essent ab initio, sed etiam si extabant & fuerunt admissi & postea defecerunt. Et hoc satis aperte voluit Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ij. col. ver. item predicta vera nisi esset sta
9 tutum. ff. de oper. libert. inquit enim† q emphyteusis suscepta pro se & filijs masculis & feminis stante statuto de quo supra intelligitur ordine successiuo & sic transit ad filios masculos primo & eis deficientibus postea ad feminas vt per eum.
¶Ita etiaz firmat Sali. in l. ij. q. xvij. ver. sed dubitari potest. C. de iure emphyt. vbi allegat Bart. in d. §. si liberi.
¶Et licet ipse paulopost videat intelligere dictum Bar. quãdo fuisset dictum & heredibus hoc tamen nobis non obstat, quia posito q bene loquatur (quod ego non firmarem) in casu nostro adest illa clausula & heredibus igitur &c. Ita etiaz cõcludit Jo. de Jmol. in c. potuit prope fin. in ver. item aduerte quia si quis de locat. allegans & ipse Bart. in dicto. §. si liberi vt per eum.
¶Et hanc opinionem allegando predictaz doctrinam Bar. firmat Alex. in l. heredes mei. §. cum ita mihi in v. col. ver. bene facit etiam illud. ff. ad trebel.
¶Et ibi idem sequitur Ripa nu. 76. allegando Bart. in d. §. si liberi & alios vt per eum.
¶Et reperio q ita etiam consuluit Bar. in consi. lx. q. ista habet duo dubia nu. 3. j. vol. quod vt credo voluit allegare Alexan. in d. §. cum ita licet numerum consilij non ponat.
¶Hanc eandem decisionem refert & sequitur Jaso. in d. l. ij. col. mihi lxviij. in prin. ver. quã decisionem. C. de iur. emphyt. & est mihi sub nu. 101.
¶Et eam realiter firmat insignis modernus Andreas Alci. in tractat. de presumpt. reg. iij. presumpt. lij. nu. 7. dum se remittit ad Bart. in d. §. si liberi.
¶Qui etiam dicit q opinio Bar. est communiter * recepta.
¶Et illam etiam in effectu sequi voluit Corn. in consil. cxlv. ad euidentiam per totum prout constat in fi. d. consi. j. volu.
¶Et nouissime Augustin. Bero. in c. in presentia, nume. 110. de probat.
¶Cum igitur in casu nostro verba illa & suis heredibus intelligantur pro filijs tam feminis quaz masculis vt supra est dictum, perinde est ac si fuisset dictum & pro filijs suis masculis & feminis in quo casu loquuntur Bart. & alij Doct. supra relati & sic per decisionem illorum dicitur in terminis casus noster determinari.
¶Nec quicquam obstat quod in contrarijs dicebatur de exclusione perpetua quia femine a statuto non excluduntur per verba illa temporalia puta donec quandiu & similia, sed simpliciter vt in arg. dicebatur.
¶Quoniam respondetur q dicta in argumento procederent si domina Joanna iam exclusa a patris hereditate per Franciscum fratrem eius, vellet nunc illo mortuo ad eam reintegrari, quia certe non posset per dicta in argumento quod absq dubio cõtingeret si fuisset temporaliter exclusa vt alias ego plene scripsi in consil. j. factum tale proponitur nu. 1. & fere per totum). volumi.
¶At in casu nostro non vult domina Joanna reintegrari ad portionem paterne hereditatis vel emphyteusis sibi iam ablatam per fratrem.
¶Sed dicit se nunc vocari ad totam emphyteusiz deficientibus

bus masculis eo quod in talem casum vsqꝫ ab initio dicitur vocata vt supra dictum fuit.
¶ Et hoc admittendum est quia iste casus longe differt a casu precedenti vt alias plene declaraui in suprallegato cõsi. ciiij. nu. 11. ij. vol. ⁊ ad ibi dicta me refero gratia breuitatis que videantur quia volo hic ea haberi pro relatis.
10 ¶ Nec predictis obstat c. j. §. † quin etiam. in titu. episcopum
vel abbatem. allegatus in contrarium.
¶ Quoniam tribus modis responderi potest.
¶ Et primo ꝙ §. ille intelligi debet donec masculi supersunt prout loquitur text. in c. j. de eo qui sibi ⁊ here. su.
¶ Potest enim dici ꝙ per illum tex. declaretur d. §. quin etiã prout signanter voluit Fulgo. in consi. viij. dominus Petrus Longus ij. col. ⁊ in consi. xij. ad id de quo queritur. Sed in casu nostro iam defecerunt masculi ergo domina Joanna debet posse admitti.
¶ Vel secundo respondetur ꝙ §. ille intelligitur respectu successionis veluti in feudo paterno faciende tunc etenim femina semel exclusa ad eam non reuertitur verum ex eo non impeditur alteri succedere puta fratri vltimo decedenti per communem doctrinam Doctorum in l. j. §. veteres. ff. de acquir. poss.
¶ Et hanc secundam declarationem ad d. §. quin etiam. ponit etiam idem Fulgos. in preallegatis consilijs dicens altero de duobus modis omnino esse intelligendum d. §. quin etiam.
¶ Et ita proprie hoc secundo modo intelligẽdo domina Joãna vult fratri suo veluti vltimo masculo in predictam emphyteusi succedere ⁊ audiri debet secundum ꝙ supra deductũ fuit.
¶ Tertio etiam responderi potest ꝙ nihil obstat quia loqui-
11 tur in feudo † in quo femina velut incapax non succedit regula-
riter. c. j. §. filia. de success. feud. cum similibus. Et ideo quando illa excluditur a successione feudi ad suum ius regulare redit, ⁊ propterea si aliud non appareat amplius non admittitur, sed dicitur perpetuo exclusa.
12 ¶ Nos autem loquimur in emphyteusi † ad quaz etiam eccle-
siasticam femina dicitur capax ⁊ admitti potest per §. emphyteusim in auth. de non alienan. ⁊c. prout declarat Caccialup. in tract. de feud. cogn. circa fin. ⁊ supra etiam dictum fuit.
¶ Quare si quo casu contra regulam excluditur puta propter
masculuz, eo postea deficiente, debet admitti redeundo ad suã
13 regularem naturam, quod † semper fauorabiliter dicitur fieri
ad tradita per illum tex. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. versi. quod etiam in specie dotis. ff. de pact. ⁊ in c. statutuz. de priuil. lib. vj. per Corn. in consi. clxxxviij. in presenti consultatione. v. col. post prin. est mihi sub litera R. ⁊ L. ij. vol. ⁊ plene per Jas. in d. §. pactus ne peteret. ⁊ per Parisi. in consi. xix. non potuit Hyppothecare nu. 32. j. vol.
¶ Et licet iste tres responsiones ponantur, per me in d. consi. ciiij. nu. 12. ⁊ ibi videri possint. Ac etiam eas posuerim in consil. lxxvj. cum diebus elapsis nu. 112. ⁊ 113. j. vol.
¶ Placuit tamen eas hic expressiz referre gratia clarioris intelligentie tametsi potuissem de eis ad loca predicta me referre. Et hec sufficiant quo ad primam viam per quam concluditur dominam Joannam ad hanc emphyteusim admittendaz esse vti comprehensam in inuestitura in casum qui euenit, non obstantibus allegatis in contrarium, que hanc primam viam respicere videbantur, quibus abunde ⁊ iuridice ex predictis responsum fuit.
¶ Secunda autem via per quaz ipsa domina Joanna emphyteusim de qua agitur consequi potest, est quia illa post mortez Francisci fratris eius sine filijs ⁊ sic in casum qui euenit in testamento patris eius vocata fuit per fideicommissum vniuersale ad bona ⁊ hereditatẽ testatoris vt patet ex verbis d. testamẽti.
¶ Quo stante dico ꝙ in casu nostro ista emphyteusis venit in restitutionem fideicommissi predicti vniuersalis.
¶ Et hoc primo loco probari videtur. Nam non est dubium ꝙ in institutione facta per Jacobum patrem de Frãcisco filio continentur etiam ista bona emphyteutica quia generaliter ⁊ vniuersaliter fuit facta institutio de omnibus bonis testatoris mobilibus ⁊ immobilibus ⁊ de iuribus ⁊ actionibus quibuscunqꝫ ⁊ vbicunqꝫ sint ⁊ hoc bene probatur in l. bonorum. ff. de verb. sign. siue naturaliter capiamus bona eo ꝙ beent quoniam etiam bona ista emphyteutica beant vt notum est, siue ẽt ciuiliter, quia eo modo sub nomine bonorum nedum que dominij nostri sunt veniunt, sed etiam superficiaria ⁊ alia quedaz vt ibi dicitur.

¶ Immo venit etiam sub nomine bonorum quod quis ex cõducto habet vt ibi per nouissimos in versic. superficiaria. propter quod facile sequitur ⁊ fortiori ratione venire etiaz emphyteusim de qua agitur.
14 ¶ Et † ꝙ sub nomine bonorũ veniat emphyteusis dixit Spec.
in titu. de locat. §. nunc aliqua. versi. clvj. in fin. ⁊ Ruyn. in cõsi. cxvj. visis his nu. 5. ij. vol.
¶ Unde sicut ista emphyteusis fuit in institutione comprehẽsa, ita videtur pari modo comprehensa in fideicõmissaria substitutione, cum de eis bonis ⁊ hereditate facta dicatur, de qui-
15 bus facta fuit institutio, quia † substitutio ab institutione decla
rari solet l. qui liberis. §. fin. ⁊ l. qui plures. ff. de vulg. ⁊ pupill. cum simi. vt per Parisi. in consi. xviij. cõsideratis ⁊ circunspectis nu. 35. ij. vol. ⁊ ego dixi in cõsi. cxxx. Proponitur in facto ꝙ inter cetera nu. 14. j. vol. ⁊ ibi dixi ꝙ in eisdez bonis dicitur facta substitutio fideicommissaria in quibus erat facta institutio vt ibi videri potest,
¶ Sicut ergo in casu nostro in institutione fuit comprehensa emphyteusis predicta, ita debet venire in fideicommissi restitutionem vniuersaliter faciendam predicte domine Joanne.
¶ Secundo (si quis hanc generalem probationem in qualibet emphyteusi non acceptet) conclusio nostra probatur seu procedit saltem quando ecclesiastica emphyteusis potest dici heredi
16 taria. Tunc † enim si est hereditaria ipsam hereditatem sequi-
* tur, ⁊ ideo cum hereditate venit restituenda ita communiter *
determinãt Doctores in l. si patroni. in princ. vt ibi per Alex. iiij. col. cum tribus seq. ff. ad trebel.
¶ Et non solum talis emphyteusis venit in restitutionẽ fidei-
17 commissi vniuersalis, sed etiam feudum † si sit hereditarium
* veniret vt traditur, in d. l. si patroni ⁊ ita se habet communis *
opinio vt ego dixi in consil. lxxij. Gratiadeus de Galuagnis nu. 22. j. volu.
¶ Sed sic est ꝙ ista emphyteusis dicitur hereditaria, ergo ⁊c.
¶ Et ꝙ sit hereditaria probatur ex pluribus.
¶ Et primo dici potest ꝙ ex eo ista emphyteusis potest dici hereditaria quia in inuestitura dicit pro se ⁊ heredibus prout voluit Andr. de Isern. loquens in feudo in c. j. in tit. an agnati vel filij in prin. concludens ꝙ feudum eo modo acceptuz vti hereditarium venit in petitione hereditatis. Et ibid. in iij. col. idem voluit Prepos. idem firmat Alex. consi. xix. super eo de quo queritur nu. 10. 11. ⁊ 12. lib. v. vbi alios plures allegat ⁊ in consi. lv. perspectis his nu. 9. lib. iiij. Patruus ⁊ dominus meus Socin. inter consilia Brun. consi. x. visa questio. col. iiij. versi. predicta probant.
¶ Et idem quasi pro regula declarat Curt. Jun. in tract. de feud. car. 8. in j. colũ. ver. quarto sub hac specie prima. Inquit
18 enim ꝙ feudum † hereditarium dicitur quando susceptum est
pro se ⁊ heredibus vt per eum.
¶ Et idem dixit Joan. Campeg. aliquando preceptor meus inter consilia Brun. consi. ij. viso themate transmisso in fin. dũ inquit ꝙ in casu illo feuda erant hereditaria. i. concessa pro se ⁊ heredibus.
¶ Idem voluit Matth. de Afflict. in prelud. feudorum colũ. mihi xxix. versi. secundo quilibet videtur ⁊c. dum inquit ꝙ in
19 dubio † feudum antiquum presumitur hereditarium quia pre-
sumitur receptum pro se ⁊ heredibus vt per eum qui idez post And. de Iser. voluit in c. j. §. preterea ducatus nu. 46. de prohib. alien. feud. per Feder.
¶ Quinimmo in fortioribus terminis videlicet si sit dictũ pro heredibus ex suo corpore descendẽtibus Afflictus tenet ꝙ sit quid hereditarium vt per eum in sua decisio. cxl. tene menti ⁊ ccxl. in causa Cubelli.
20 ¶ Et ꝙ † emphyteusis pro se ⁊ heredibus concessa dicatur he
reditaria presupponit Ruyn. post Alex. quez allegat in consi. xxviij. in causa dominorum Comitum nu. 4. v. vol.
¶ Possent ⁊ alij plures pro ista opinione allegari, sed gratia breuitatis dimitto.
¶ Et quod predicti Doctores dicũt de feudo idem ⁊ fortius dici debet de emphyteusi vt scilicet suscepta pro se ⁊ heredibus dicatur hereditaria, ⁊ vbi velis predictorum opinionem sequi cum multorum sit ⁊ forte cõis, res transit sine difficultate.
¶ Uerum quia de tali opinione dubitari potest de iure communi propter ea que dixi in preallegato consi. lxxij. nu. 26.
¶ Conclusio nostra videlicet ꝙ ista emphyteusis sit hereditaria secundo loco probatur, quia vt mihi asseritur ex communi

vsu

21 vsu & consuetudine† in ciuitate Mantue accipitur & reputatur hereditaria emphyteusis recepta ab ecclesia pro se & heredibus & semper de ea tanquam de hereditaria fuit iudicatum vt sic cõmunis ille vsus dicatur sequutus opinionem item & aliorum de quibus supra & ita inuestitura illa pro se & heredibus a cõi vsu & consuetudine interpretationem susceperit vt dicatur inducere hereditariam emphyteusim.

¶ Unde non est a tali cõsuetudine & eius interpretatione recedendũ l.minime.ff.de legi.& tradũt Bart.& alij in l.de quibus eo.tit.Et id est quia vt inquit Paul.Juriscon.in l. si de interpretatione eo.tit.optima est legum interpres consuetudo.

¶ Et vbi etiã talis consuetudo non probaretur tertio eadẽ cõclusio probatur quia in facto presupponitur quod ista emphyteusis ab istis de Ramo dicitur valde & immense meliorata ita quidẽ vt pro quolibet aureo quẽ tũc reddebat nũc reddat 50. & etiam vltra vt in facto probabitur si opus fuerit & colligitur ex breui quodam apostolico de quo fit mentio in themate.

22 ¶ Quo stante sequitur, quod † talis emphyteusis ẽt si fuisset tẽporalis effecta fuisset perpetua & transitoria in quoscũq; heredes extraneos, & sic dõ effecta hereditaria iuxta doctrinam Bart.in l.quicunq; la ij.in princ.C.de omni agro deser. lib.xj. Et hoc satis clare dixit Ludoui. de Roma. in suo tract. de arb. colũ. mihi xix.ver. xj.quia emphyteusis, ibi nisi in emphyteusim data sit res sterilis.

¶ Et ad hoc bene facit c.ad aures. & qđ ibi traditur per Doctores extra de reb.eccle.non alien.dum ibi dicitur quod terre extirpate & arabiles & sic fertiles facte extirpantibus & eorum heredibus hereditario iure permitti debent.

¶ Quarto hoc idem probatur & hodie dũ indubitatũ attento illo breui apostolico in quo dõ quod ex voluntate Pape dicta inuestitura declaratur vt dicatur facta pro vobis & vestris heredibus & successoribus in perpetuum loquendo de Odoardo & Jacobo fratribus & filijs quondam Fulgentij de Rama vlti-

23 mo loco inuestitis. Dico enim quod illa verba & successoribus† in perpetuũ latiora sunt vt sic dicantur cõprehendere, vel oẽs successores quicunq; sint. Uel saltẽ omnes descendentes tam feminas quã masculos qui quoquo modo succedant iuxta tradita per Alex.in d.l.si patroni.ff.ad trebel.& sic ẽt dominam Joannã que saltem largo modo dicitur heres & successor Jacobi patris eius cũ ab eo per fideicõmissum vniuersale vocata fuerit l. postulante.§.j.& ibi Bart.ff.ad trebel.& l.si filius.§.j.ff. quod cũ eo.& tradunt Doct.in preallegata.l.si patroni, maxime Alexan.mihi col.vj.ver.quantũ vero ad articulũ principalẽ, Dec. in consi.cccccxxvij.accurate & diligenter nu.15. vbi allegat cõcordantia, & Parisi.in consi.xix.ad resolutionem prime propositionis nu.117.ij.vol.Ex his igitur quatuor fundamentis sal-

24 tem simul iunctis (iuxta illud† singula que non prosunt plura connexa iuuant de quo per glo.& Doct.in l.instrumẽta. C. de probat.cum concordantibus vt dixi in consi.viij.in presenti cõsultatione nu.36.ij.volu.) satis clare constat emphyteusim de qua agitur posse dici hereditariam merito ergo dicitur venire in fideicommissi vniuersalis restitutionem.

¶ Tertio principaliter idẽ probatur quia ista dña Joanna fideicõmissaria dicitur de cõprehensis in inuestitura ita quidem vt donec ipsa viuit nõ possit dici linea finita quanquã illa solũ dicatur vocata quãdocũq; defecerint masculi vt supra fuit dictũ circa primam viam.

¶ Quo stante sequitur quod in fideicommissi restitutionem ipsi faciendam venire debet ista emphyteusis licet sit ecclesiastica.

25 Nam id quod dici solet, emphyteusim† ab ecclesia concessam non venire in restitutionem fideicommissi, habet plerasq; limitationes & inter alias vna est vt non procedat quando fideicommissum relinquitur alicui qui erat inclusus in inuestitura & sic ex vi eius capax, ita recte intuenti voluit Joan. Andre. in additio. Specu.in titu. de locat.§.nunc aliqua super versic. clvij. in additione incipien. queritur quando non esset dubia prope fin. inquit enim quod quando substituitur scilicet per fideicommissum, venit emphyteusis in substitutionem sicut veniret in diuisionem & in petitionem hereditatis vt per eum & ita clare & explicite dixit Bald.in l.cum virum ad finem commenti.C.de fideicommis.qui idem paulo ante dixerat de feudis vt per eum prout refert & sequitur Paul.de Cast.in dicta l.si patroni vbi etiam Alexan.& alij tradunt cum concordantibus multis vt ego dixi in preallegato consi.lxxij. nu.6.

¶ Ubi etiam dixi quod de hoc erat communis opinio.

¶ Et vltra ibi allegatos ita voluit Ruyn.in consil.xlviij. ponderatis diligenter omnibus nu.3.j.vol.

¶ Que opin. in casu isto absq; dubio procedit, cum nulli ex hoc preiudicium inferatur qui ad talem emphyteusim possit ius aliquod habere cum ex omnibus in inuestitura comprehẽsis solum ista domina Joanna reperiatur superstes.

¶ Nam si alicui preiudicium inferretur predicta opinio & limitatio Bald. et aliorum supra posita non procederet vt per Ruyn.in dicto consi.xlviij.nume. 10.& dixi etiam in d. consi. lxxij.nu.37.38.& 39.

¶ Concluditur itaq; ex predictis dominam Joannã per vniuersalem fideicommissi restitutionem etiam emphyteusim de qua agitur consequi debere.

¶ Nec predicte conclusioni obstant que supra in contrarium allegata fuerũt quia potest primo dici quod, immo in casu nostro apparet testatorem ita voluisse vt constat ex dictis supra in primo fundamento pro conclusione predicta.

¶ Et licet testator illud non expresserit scilicet specialiter tamẽ satis est quod expressit generaliter vt constat in ipso fundamento

26 & alias† videntur parificari expressio specialis et generalis vt per Bart.& alios in l.j.in ij.quest.& in l. Centurio.in iiij. opp. ff.de vulga.& pupil.

¶ Secundo etiam respondetur quod allegata in contrarium procederent in emphyteusi non hereditaria vt ipsemet Aret.dicit in d. consil. liij.allegato in contrarium. Sed emphyteusis de qua agitur dicitur hereditaria vt dictum est & probatum fuit supra in secundo fundamento, ergo &c.

¶ Et istud ni fallor tollit omnem difficultatem.

¶ Sed & tertio responderi potest quod dicta in contrarium procederent quando fideicommissum fuisset relictum in preiudicium eius qui comprehensus in inuestitura erat in tali emphyteusi successurus vti filius prout in illo casu, & propterea requiritur quod de voluntate testatoris appareat vt scilicet ei voluerit preiudicare alias in dubio non presumitur cum illum fecerit vniuersalem heredem & sic vere illum predilexit substitutis vt ibi videtur velle Areti.

¶ Sed quando fideicommissum relinquitur persone incluse in inuestitura, & nullus ex alijs comprehẽsis superest, cui per tale fideicommissum preiudicetur, tunc sine dubio in fideicõmissi restitutionem veniet etiam emphyteusis etiam quod testator illud non exprimat quia talis expressio videtur solum requiri vt appareat testatorem voluisse preiudicare his quibus per fideicommissum preiudicaretur vt per Areti.in d.consi.liij.& supra fuit dictum in tertio fundamento.

¶ Sed sic est quod in casu nostro per fideicommissum domine Joanne relictum nulli preiudicari potest ex comprehensis in inuestitura cum nullus supersit.

¶ Et plus etiam domina Joanna dicitur de comprehensis in inuestitura vt supra fuit dictum ergo sequitur quod ipsa mediate tali fideicõmisso debet ad emphyteusim de qua agitur admitti.

¶ Non obmittam quod vltra duas vias de quibus supra adest & tertia via per quam ipsa deberet talem emphyteusim consequi posito etiam quod aliqua ex predictis duabus non seruiret.

27 ¶ Nam† quãdo aliquid solitum est concedi per ecclesiam si finita linea reuertitur ad ecclesiã illa tenetur inuestire proximiorem & heredẽ eius qui vltimo loco decessit vt est doctrina Bar.trita & magis cõmuniter * recepta in l.j.§.permittit. ff. de aqua quotti.& esti.tradunt canoniste maxime Abb. in c. bone il ij. de postula.prelat.quã opin.firmat plures alios allegando patruus & d.meus Soci.in consil.xcix.in causa eximij Doct. iiij. col.j.vol.cũ concordantibus vt per Jas.in l.ij.col.vij. versi. ex hac decisione.C. de iur.emphy. Sed ista domina Joanna est proximior & heres Frãcisco fratri suo vltimo decedẽti, ergo &c.

¶ Et licet audierim dici quod ista doctrina nõ seruatur in ciuitate Mantue & propterea non curaui vlterius super ea instare. Tamẽ puto aduertendũ quod si sic est cõsuetudo predicta cum sit cõtra ius & in facto cõsistat, probari debet, & quidẽ quod fuerit obseruata in terminis nostris vel similibus & in cõtradictorio iudicio alioquin non obesset talis consuetudo domine Joanne ad tradita per Bar.& alios in l.de quibus.ff.de legi.

¶ Sed quicquid sit de tali cõsuetudine dicendum, satis est domina Joãna quod ex qualibet ex duabus vijs primis illa admitti debet ad emphyteusim de qua agitur & non dicitur reuersa ad ecclesiam. Laus Deo Optimo Maximo.

¶ Socinus Nepos Bononie.

Consi.d.Marian.Socin.iiij.vol. Y Casus

CASVS CONSILII LXXX.

Thema sic proponitur.


OBILIS vir Simon de Fregua ciuis Fauẽtinus intestatus decessit superstite sibi dño Cesare Gandulpho eius nepote ex sorore predefuncte qui & ipse ciuis est Fauẽtinus, superstitibus ẽt dñis Lãcelotto & Stephano de Fregua patruelibus. d. Simonis, q sunt de Brisighella & sic in ciuitate Fauẽtie vti forẽses munera aliqua nõ subeunt.

¶ Inter quos & predictũ dominum Cesarez disputatur quis eorum debeat ab intestato succedere predicto Simoni.

¶ Et presupponitur in ciuitate Fauentie extare statutum sub rub. xxx. de successionibus ascendentium & transuersalium ab intestato quo in effectu cauetur, q agnati masculi vsq; ad quartum gradum & in specie patrueles defuncti excludant sorores & quasdam alias feminas & descendentes ex illis. Cuius statuti copia transmittitur.

¶ Presupponitur etiam aliud statutum in eadez ciuitate sub rub. xj. de forensibus qui ad habitanduz in ciuitate vel territorio venerint in quo disponitur q forenses venientes ad habitandum in ciuitate Fauentie non possint vllo ciuiũ priuilegio, immunitate exemptione & gratia potiri nisi per cõsilium generale ciues effecti & ciuium numero solemniter aggregati fuerint cuius statuti similiter copia transmittitur.

¶ Quibus sic stantibus queritur quid iuris?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De statuto excludẽte feminas & ex eis descendẽtes propter agnatos vsq; ad certum graduz, an propter agnatos clericos, item an propter agnatos forenses & onera non subeuntes.

¶ Et generaliter an forenses gaudeant beneficio statuti contra ius commune concesso.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Nepos ex sorore de iure cõi in successionibus pferẽ patruellibus.*
2 *Dignitas familiæ propter paupertatem sordescet & decrescit.*
3 *Lex municipalis nõ porrigitur ad non subditos in iuribus quæ arctant non in hijs quæ consulunt aut prouident, quia illa bene porrigitur ad non subditos.*
4 *Transuersales inter se ij præferuntur alijs qui sunt defuncto proximiores in gradu.*
5 *Onera non subiens non debet sentire commodum alicuius statuti concessi contra regulas iuris communis.*
6 *Forensis non potest gaudere beneficio statuti concesso contra ius commune, quod creditor possit capi facere suum debitorem in casu de iure communi non permisso.*
7 *Statutum alicuius ciuitatis dicitur ius proprium illius quasi quod non sit alterius.*
8 *Forensis non gaudet beneficio statuti alicuius loci cõcedẽtis cuilibet accusare aliquẽ sine inscriptione contra ius commune, & sub nu. 11.*
9 *Statuta siue iura municipalia fiũt in fauorẽ subditorũ & nõ forensiũ.*
10 *Statutum unius ciuitatis non potest sibi non subditũ legitimare ad aliquid contra ius commune.*
11 *Statuta solent æquiparari pactis.*
12 *Forensis non gaudet beneficio statuti contra ius commune.*
13 *Statutum uolens communitatem teneri ad resarciendum subtracta nõ procedit in fauorem forensis cui fuit aliquid subtractum.*
14 *Statutum loquens in personam illam excludendo uel uocando contra ius commune non comprehendit non subditum & sic forensem.*
15 *Clerici sunt ciues suæ ciuitatis & subeunt onera spiritualia.*
16 *Illatio non bene fit ex diuersis.*
17 *Alexandri opinio in consilio cxi. lib. 7. refellitur, et late examinatur.*

CONSILIVM LXXX.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie.
¶ Resolutio presentis cõsultationis primo
aspectu videtur facienda in fauorẽ predicto-
rũ patruelium & sic q illi sint admittendi ex-
1 cluso domino Cesare predicto. Nam † licet
alias de iure cõi dñs Cesar nepos ex sorore vti proximior esset
admittendus iuxta auth. post fratres. la prima & la secũda. C.
de legit. hered. & quod plus est vocaretur, ẽt ad exclusionez pa
trui si viueret licet essent pares in gradu vt d. authen. post fra-
tres la j. & in corpore vnde sumitur. Tamen isto casu viden-
tur preferẽdi predicti patrueles & hoc vigore statuti primo lo-
co in themate propositi, nã cuz in eo fratres patrueles vti agna
ti masculi infra quartũ gradũ preponantur inter ceteras per-
sonas sorori & descendentibus ex ea vz q absq; dubio dñs Ce-
sar filius sororis dicatur exclusus quicquid de iure cõi esset di-
cendũ; cui per tale statutũ dicitur derogatuz iuxta l. oẽs popu-
li cũ traditis ibi per Doct. ff. de iust. & iur. cuz simi. Et tale vel
simile statutũ reperitur fere per totã Italiã, & illa ratione funda
tur vt. s. faueatur cõseruationi agnationis que per diuitias con
2 seruaẽ cũ alias † sordescat & decrescat familie dignitas ob pau-
pertatẽ. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. cũ similibus vt dixi in
consi. j. factũ tale proponitur nu. 38. j. vol. & ibi cũ nu. seq. ostẽ
ditur, hanc esse verã & vnicam rationem similium statutorum.
Et cum isto casu videatur vigere, cum d. patrueles sint agnati
videtur q omnino illi sint preferendi.
¶ Nec illis videtur obstare q nõ sint ciues fauentini sed Bre
xighellenses & sic nõ possint dici subditi statutis Fauẽtinis, sed
in illa ciuitate dicantur forẽses propter qd vz q sicut nõ ligan-
tur statutis d. ciuitatis ita per contrariũ non possint in eorũ fa
uorẽ vti eiusdez ciuitatis statutis & beneficio prout infra plene
3 dicetur. Qm̃ responderi põt q auctoritas dicentiũ q lex † mu-
nicipalis nõ porrigiẽ ad non subditos procedit in iuribus que
arctant nõ in his que cõsulũt aut prouidẽt qr illa bene porrigũ
tur ad non subditos ita in terminis dixit Lap. in allegatione
sua cj. in ciuitate Florẽtie. vj. col. ver. nec ob. sexta ratio, ex quo
ipse ibi cũ alijs ẽt rationibus cõcludit q clerici nõ excluduntur
a beneficio statuti, & loquitur de beneficio quo agnati excludũt
feminas per statutũ ciuitatis vt per eũ. Unde idem vz in casu
nostro dicendum de istis patruelibus licet forenses sint & non
subditi. Et inuenio q hãc opinionẽ quasi in terminis nostris
videtur firmare Alex. in consi. suo cxj. videretur prima cõside
ratione dicendũ nu. 8. cum pluribus seq. vsq; in fin. lib. vij.
¶ Istis tñ nõ obstantibus contrariã partẽ vti veriorẽ ample-
ctor & sic cõcludo predictũ dñm Cesarẽ admittendũ esse exclu-
sis prorsus dictis patruelibus. Et habet do. Cesar fundatã in-
4 tentionẽ suam in iure cõi. Nã inter † trãsuersales ij preferuntur
alijs qui sunt defuncto proximiores in gradu authẽ. cessante &
auth. post fratres la ij. & in corpore vnde sumiẽ. C. de legi. her.
¶ Sed dominus Cesar sororis filius dicitur in tertio gradu l.
iuriscõsultus. §. tertio gradu. ff. de gradib. & instit. eo. §. tertio
gradu, patrueles vero sunt in quarto gradu, vt in §. iiij. gradu
in locis predictis &c. Stante itaq; dispositione iuris commu-
nis resolutio clara est in fauorem domini Cesaris.
¶ Solum remanet difficultas qr per ius municipale ciuitatis
Fauentie vz iuri cõi derogatũ secundũ q supra in cõtrarijs di-
ctũ fuit. Ueruntamẽ respõdetur, & de plano q tale ius munici
pale siue statutũ in cõtrariũ allegatum non procedit in casu no
stro in fauorem d. patruelium licet vere sint agnati D. Simo-
nis defuncti ex eo qr nõ sunt ciues Fauentini nec subditi illi ci-
uitati, sed in ea dicũtur forenses quasi de foris venientes seu fo
ris existentes. Et hoc esse verum probatur ex pluribus.
5 ¶ Et primo facit trita illa regula q † non debet quis commo
dũ alicuius statuti concessum contra regulaz iuris cõis sentire
qui ẽt onera nõ subit l. secundũ naturam. ff. de reg. iur. facit l. si
ex toto. in princ. ff de leg. j. & §. sed & si post venditionẽ insti. de
emp. & vend. cum simi. sed isti patrueles vti forenses nõ subeũt
onera Fauentine ciuitatis ergo non debent beneficio eiusdem
ciuitatis gaudere concesso scilicet cõtra ius cõe alioquin nõ di
cereẽ beneficium ciuitatis si iure cõi cõcedereẽ, qd proprie veri-
ficaẽ in eo q agnati masculi excludãt cognatos ẽt primiores.
¶ Et per hanc rationem ita voluit Bar. in tract. represal. in j.
q. quinte questionis principalis prout eum refert et sequitur
Paul. de Cast. in l. omnes populi in fin. ff. de iusti. & iur.
¶ Similiter hac consideratione ita voluerunt Iac. de Are. &
Marti. de Fano prout refert & sequitur Alber. de Rosa. que-
stionibus statutarijs in ix. q. ij. partis.
¶ Sic ẽt per eandẽ rationem firmauit Guid. de Suza. in sua
quest. incip pene questionẽ statutum &c. prout eũ referũt & se-
quuntur Alexã. in cõsi. xliiij. videretur prima facie nu. 7. lib. v.
& Carol. Ruyn. in consi. cxij. circa primum. nu. 11. v. vol.
¶ Et per eãdẽ rationẽ reperio q in simili firmat Rom. in cõs.
6 cccxiiij. ista captura nu. 5. volẽs q † forẽsis non possit gaudere
bene-

beneficio statuti cōcesso contra ius commune q creditor pos-
sit facere capi suum debitorem in casu de iure non permisso.
¶ Que ratio etiam ab alijs pluribus ita tenentibus & qui in-
fra allegabuntur fuit considerata.
7 Secūdo facit q† statutū alicuius ciuitatis dicitur ius propriū
illius quasi q nō sit alterius l. omnes populi ibi ipse sibi ius cō
stituit propriū ipsius ciuitatis &c. ff. de iust. & iur. & ita not. ibi
* cōiter * Doct. merito ergo beneficiū talis statuti cōtra ius cōe
concessum alteri ciuitati seu eius ciuibus nō debet dici conces-
sum. Et ita inter alios Doct. specialiter dixit And. de Pis. in
8 d. l. oēs populi inferēs ex hoc† q si statutū Senēse cōcedat cui-
libet accusare aliquē sine inscriptione ꝯ ius cōe tali beneficio nō
vteī ibi Florētinus aut alius forēsis, ita refert & sequit Alb. de
Rosa. in j. parte suarū quest. statutorum in xxxj. q. vt per eum.
¶ Tertio ex predicta ratione colligit alia multū cōcludēs. Nā
cū statuta excludentia feminas & descendentes ex eis propter
agnatos dicātur facta gratia conseruande agnationis vt supra
fuit dictū in prin. dū ista ratio cōsiderata respectu agnationis in
sua ciuitate existētis publico quodā fauore vt. s. onera sue ciui-
tatis facilius per eos substineri valeant. Unde cū isti patrueles
licet sint agnati non existant in ciuitate Fauentie nec ibi subeāt
munera non pōt dici q beneficio talis statuti cōtra ius cōe vti
9 possint. Solet enim dici q† statuta siue iura municipalia fiunt
in fauorem subditorū non forensiū l. j. & in epistola liquet. C.
de summa Trin. & fid. cat. cū simi. ad hoc allegatis per Albert.
Brun. in tract. de statut. excludenti. feminas propter masc. in
vj. art. princip. in j. mēbro. in ij. col. ver. fiunt enī municipalia
iura, vbi ipse tenet hanc nostram opin. Presertim absq du-
bio qñ cū agnatis forensibus concurrit cognatus non forensis
prout proprie est in casu nostro. Qui Brun. hanc eandē opin.
firmat in eo primo mēbro col. v. in princi. versi. & per hoc dicit
Guido, allegās rationē que primo loco superius allegata fuit,
& hanc tertiam rationem ponit & longe prosequitur Jo. Crot.
in l. omnes populi col. 50. sub nu. 158. ver. adducebam etiam
hanc rationem. ff. de iust. & iure.
¶ Quarto facit q si per tale statutū isti patrueles vocarentur
nil aliud esset nisi q persona eorū esset p statutū legitimata atq
facta habilis ad succedendū predicto Simoni cōtra regulā iu-
10 ris cōis sed† statutū vnius ciuitatis nō pōt sibi nō subditū legi-
timare ad aliquid contra ius cōe vt docet Bart. in d. l. j. C. de
summa trin. in iij. q. princ. versi. circa hoc dubitat, vbi propter
hoc determinat q stāte statuto q filiusfamilias testari possit in
certis casibus cōtra regulā iuris cōis de qua in l. qui in potesta
te. ff. de testam. filiusfamilias forēsis testari nō poterit q ad id
eius persona inhabilis nō pōt per statutū dici legitimata quia
non subditus sed forensis dicitur. Prout ēt hoc idem refert &
sequit Corn. in ꝯs. xciiij. circa primū dubiū in scōa dubitatione
Sic igit & in proposito dici debet de istis patruelibus forēsib*.
11 ¶ Quinto moueor quia† statuta solent equiparari pactis l. j.
cum ibi not. C. de decret. decur. lib. x. vnde sicut quis alteri pa
cisci non potest l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. cum simili-
bus ita nec ciuitas pōt per statutū alteri idest forensi ius istud
succedendi acquirere contra ius cōe, & ita per hanc rationē &
alias quasdā cōcludit Bal. in consi. cccclx. Jo. de Altingliana
j. vol. in ij. col. in prin. Et q forensis non gaudeat beneficio sta
tuti voluit Ang. in consi. lxxiij. in statuto Florentino vbi deter-
minat q beneficio statuti Florētini vt in casu illo queratur ius
sine cessione non gaudebit Perusinus vt per eū. Et ita hanc
12 opin. in genere q† forēsis nō gaudet beneficio statuti cōtra ius
cōe firmat Paul. de Cast. in consi. ccxxiiij. circa primū quesitū
notandum est in antiquis in nouis est in consi. xxxij. in ij. parte
prout illū refert & sequitur And. Barbat. in consi. lj. Scripsit
glo. in c. sedes, sub nu. 3. in ver. & adduco qd voluit &c. ij. vol. li
cet ibi per errorem impressorum alleget Paul. de Cast. in cō-
sil. ccxxiij. Sed idem voluit idem Paul. in consi. ccclv. statu-
tū supra relatū in antiquis in nouis est in consil. clvj. in j. parte
13 dū ibi concludit q† statutū volens cōitatem teneri ad resarciē
dū subtracta nō procedit in fauorē forēsis cui fuit aliquid sub-
tractū vt per eū quod consiliū ēt refert & sequitur idem Barb.
in d. consi. lj. Eandē opin. firmauit Joā. de Imol. consulendo
apud ciuitatē Lucensem vt ipse refert in c. quod clericis. extra
de foro compet. prout etiam refert & sequitur Alex. in cōsi. xlj.
Ex multis que in themate nu. 6. lib. iij. Qui etiam idem facit
14 in d. consi. xliij. nu. 10. lib. v. & in vtroq loco concludit q† qñ
statutum loquitur in personam, illam excludendo vel vocādo
(intelligo contra ius cōe) non comprehendit non subditū & sic
forensem & sic videtur decidere casum nostrū, nam statutū de
quo agit loquitur in personā vocādo agnatos vsq ad certum
gradū merito ergo nō pōt includere istos patrueles veluti fo-
renses & non subditos. Eandē opin. plures alios allegādo fir-
mauit patruus & do. meus Socin. in consi. ccxxxj. cū in presen-
ti cōsultatione col. vij. ver. iij. q forensis ij. vol. & in cōsi. cxxviij.
circa presentem nu. 4. iiij. volu. vbi plures ita tenentes allegat.
Idem etiam tenuit Corn. in preallegato cōsi. xciiij. dicens hāc
* doctrinā esse cōiter * receptā vt. s. habilitatio ad succedendū cō
tra ius cōe non procedat in fauorē forensiū vt per eū. Quod ēt
firmauit Deci. in cōsi. cxiiij. & pro tenui facultate post princ. vbi
plures allegat vt p eū. Ita ēt voluit D. Jo. de Lecirier in suo
tract. de primogenitura in x. q. secūdi libri nu. 7. vbi inquit q si
cut statuta nō cōprehēdūt forenses vt illis noceāt, ita nec ēt vt
illis prosint vt per eum. Sic ēt firmauit Carol. Ruy. in prealle
gato consi. cxij. nu. 11. v. volu. Qui ēt idē dixit si talis forensis
onera non substinet in consi. 100. visis statutis ad rem de qua
agitur nu. 7. eod. vol. v. & plenius & clarius in cōsi. cc. viso the-
mate proposito nu. 12. ij. volu. vbi multos allegat. Hoc idem
egregie per multas rationes voluit Jo. Crot. in d. l. oēs popu
li. nume. 158. ibi in ver. Primo statutum concedēs quasi per
vnā col. Quā conclusionē ēt generalem tenet ēt Parisi. olim
in Patauino gymnasio honorandus collega meus in consil.
xij. in presenti informatione nu. 24. 25. 26. & 27. vbi plures ra
tiones & auctoritates allegat & in consil. liij. do. Hieronymus
nu. 99. iij. vol. Et reperio q hāc opin. tenuit ēt Hieronymus
Gratus Bonon. in cōsi. xxx. visis cōpromissis nu. 48. j. vol. &
virtualiter tenere vr Hieron. Cagn. in l. scdm naturā. nu. 7. ff.
de reg. iur. dū de hoc se remittit inter alios ad Alexā. in d. cōsi.
xlj. lib. vij. ad Deci. in d. consi. cxij. & ēt ad alia duo & ad Alber.
Brun. in preallegato tract. de statut. excludēti. femi. pp masc.
in vj. art. in j. mēbro in ij. col. qui oēs vt supra dictū fuit predi-
ctā opin. secuti sunt. Et hāc eandē tanquā cōem ego solitus sū
tenere vt pluries poteris inuenire & presertim in consi. clxxxj. de
duobus in psenti nu. 76. ij. vol. & plenius & in terminis nostris
in ꝯs. xlix. multū magnificus & strenuus armorū ductor in pri-
ma difficultate in iiij. vol. si qñ imprimetur. Sic itaq ex predi-
* ctis omnibus stat firma cōclusio, que est verissima in puncto iu
ris & cōis * fere omniū scribētiū q beneficio statuti contra ius
cōe forēses nō gaudēt. Et propterea sequitur q isti patrueles
vti forenses nō possunt excludere cognatos proximiores, cum
illud solū concedat agnatis per statutū Fauentinū cōtra regu-
lam iuris cōis vt ex predictis. ¶ Demū ad exclusionē istorū
patruelium forensium & ad corroborationē predictorum consi
dero statutū sub rub. de forensibus qui ad habitandū &c. quod
secundo loco presupponitur in themate. Si enim per tale sta-
tutum forenses excluduntur a priuilegijs, gratijs & prerogati-
uis vt in eo dicitur iam clarum est istos patrueles vti forenses
non posse vti beneficio & gratia statuti primo loco presuppositi
vt scilicet tanquam agnati excludant cognatos proximiores.
¶ Et plus dico quod predictum statutum probat opin. no-
stram a fortiori. Nā si habitantes Fauentie forenses non sunt
admittēdi nisi per consilium generale fauentie fuerint ciues ef-
fecti & ciuium numero solemniter aggregati vt in eo dicitur,
minus possunt vti patrueles admitti qui nedum non fuerunt
ciues effecti, sed nec etiam habitant, nec vnquam habitaue-
runt Fauentie argumento authen. multo magis. C. de episc.
& cleri. cum similibus. Nec predictis & conclusioni firmate in
fauorem domini Cesaris ad exclusionem istorum Bresighel-
lensium obstant que supra in contrarium allegata fuerunt.
¶ Nam dum fiebat fundamentū in statuto supra in themate
primo loco relato respōsio patet ex supradictis, dicimus enim
q statutū pdictū dū cōtra regulā iuris cōis admittit agnatos
ad exclusionē cognatorū ēt proximiorū nō pcedit in fauorē isto
rū patrueliū eo q sint forēses, q forēses nō gaudēt bñficio sta
tutorū cōtra ius cōe cōcesso vt supra plenissime fuit ostensum.
Nec obstant decisiones Lapi & Alex. in contrarium allegate.
Nam ad illam Lapi respondet principaliter duobus modis.
Primo enī dici forte pōt q illa sua opinio vt. s. statutū de quo
agit, dū vocat agnatos ad exclusionē cognatorū ēt proximiorū
pcedat ēt in fauorē clerici agnati, nō transit sine dubio. Nam
cōtrariū tenuerūt plures Doc. nō leuis auctoritatis vt Alber.
de Rosa. in ij. parte suorū statutorū in ix. q. Mathesil. in not.
cxiij. not. vnam lucrosam &c. Petr. de Anch. in c. j. de consti.

colum. circa xxxvij. ver. hic etiam quero Imol. in c. que in ec-
clesiarum. de constitutio. ⁊ alij pleriqꝫ vt refert Brun. in preal-
legato tract. de stat. excluden. femi. propter masc. in xij. articu.
in quest. xj. ij. col.

¶ Et pro ista opinione cõtra Lapum plurimuꝫ videtur vrge-
re prima ratio supra allegata. Nam cum clerici onera non su-
beant, non conuenit vt beneficijs statutorum gaudeant.

¶ Facit etiam quia in eis videtur cessare ratio conseruande
agnationis, cum per sacerdotium vxoreꝫ ⁊ filios legitimos ha-
bere non possint, que tamen ratio videtur fuisse que mouit sta-
tuentes vt supra dictum fuit in princ.

¶ Et ita propter hanc rationeꝫ inter ceteras firmauit Angel.
in consi. cclxxxiij. inaduertentia statuentium ij. col. ver. in con-
trarium ꝙ mater non excludatur vsqꝫ in fin.

¶ Et si hanc opinionẽ tenere velis argu. dꝫ penitus sublatuꝫ.

¶ Uerum quia multi tenuerunt opinionem Lapi, immo ali-
qui dicunt ꝙ est communis.

¶ Secundo modo respõderi potest ⁊ tollitur omnis difficul-
tas dico enim ꝙ ex magna diuersitate rationis non est arguẽ-
15 dum de clericis ad penitus forenses. Clerici† enim sunt ciues
sue ciuitatis ⁊ aliqua subeunt onera scilicet spiritualia quod vi-
detur sufficere vt dixit Paul. de Cast. in consi. ccc. Ad primuꝫ
quesitum dicendum est in princ. in antiquis in nouis est in con-
sil. clvij. in ij. parte que omnia cessant in forensibus ⁊ sic in casu
nostro in istis patruelibus de fregna.

¶ Et reperio ꝙ ita post Paul. de Cast. firmat Fely. in c. eccle-
sia sancte Marie in viij. q. sub nu. 81. secundum nouam im-
pressionem de consti.

¶ Ubi secundũ Paul. subdit ꝙ ex hoc sequitur ꝙ clerici non
sunt omnino similes forensibus a quibus nullũ habetur subsi-
diũ. Sic itaqꝫ propter diuersitatẽ rationis sequitur vt dixi non
16 procedere arg. de clericis ad forenses cum ex† diuersis non be-
ne inferatur l. fi. ff. de calumnia. l. inter stipulantem. §. sacram.
versi. sed hec dissimilia. ff. de verb. oblig. cum similibus.

¶ Non obstat modo decisio Alex. secũdo loco allegata in d.
consi. iij. quia ẽt ad illam ijsdẽ duobus modis respõderi põt.
17 Primo enim dici põt decis. Alex. non esse† verã maxime qua-
tenus vꝫ velle generaliter ꝙ forensis gaudeat beneficio statuti
vt sic tanꝗ agnatus excludat proximiores in gradu, nam con-
* trarium est verum ⁊ communiter* tenetur vt ex predictis con-
stat, contra que staret ipsa decisio Alex. merito in eo non vide-
tur attendenda attento maxime ꝙ ipsemet Alex. contrarium
firmauit in d. consi. xliiij. lib. v. ⁊ in d. consi. xlj. lib. vij.

¶ Uel secũdo posito ꝙ decisio Alex. sit vera in casu tũc illi pro-
posito. Respondetur ꝙ ex ea ad casum nostruꝫ nõ debet posse
argui propter rationem diuersitatis per iura modo allegata.

¶ Diuersitas autem ostendi posset ex pluribus.

¶ Sed ex duobus ostendisse sufficiat.

¶ Et prima est qꝛ in casu Alex. Bartholomeus patruus q ex-
cludebat matrẽ in oppido Lenegi de quo ibi agit̃ subibat one-
ra quedã nedũ mere realia, sed ẽt que participãt de personali-
bus vt sunt ea que imponebantur persone propter res a perso-
na possessas propter quod ille Bartholomeus non poterit di-
ci omnino nõ subditus vt ibi per Alex. nu. 10. ver. cõfirmant
predicta q in eo facit nõ leue fundamentũ vt per eũ. Quod nõ
est in casu nostro qꝛ isti patrueles nulla onera ciuitatis Fauen-
tie subeunt vt sic dicantur omnino forenses ⁊ non subditi.

¶ Secũda diuersitas est (que ni fallor tollit omnẽ difficultatẽ)
qm̃ in illo oppido Leuegi vigebat statutũ per qꝺ forẽses fiebãt
habiles ad succedẽdũ ab intestato ẽt ad res mobiles, licet alias
preter successionẽ ab intestato oppidani d. loci ꝓhiberent̃ res
immobiles in quempiã forensem trãsferre, ⁊ in hoc precipue se
fundat Alex. in d. consi. dicens posito ꝙ tenere vellemus ꝙ fo-
renses essent omnino alieni a beneficijs statutoꝝ, tm̃ in casu suo
cõcludit predictũ patruũ licet forensem esse admittendũ ad ex-
clusionẽ matris ꝑꝑ illud statutũ, cũ abꝫeo habilitent̃ forẽses ad
quãlibet successionẽ ab intestato vt ibi per eũ col. pen. in prin.

¶ Sed in casu nostro extat statutũ repellens omnino forenses
ab omni beneficio statutorum Fauentine ciuitatis nisi fuerint
per generale consilium d. ciuitatis ciues effecti.

¶ Et vt supra dicebam si illud disponit statutuꝫ in illo forense
qui remãsisset ad habitandum in ciuitate Fauentie fortius cen-
setur id velle respectu istorum patruelium qui nunquam habi-
tauerunt neqꝫ de presenti habitant in d. ciuitate.

¶ Sic igitur data diuersitate casus Alexandri a casu nostro
sequitur de sua decisione ad casum nostrũ non valere argu.

¶ Reiectis igitur adductis in contrarium remanet firma con-
clusio in fauorem D. Cesaris nepotis ex sorore vt scilicet ad-
mittatur ad hereditatem auunculi sui simonis nuper defuncti,
exclusis prorsus predictis patruelibus.

¶ Et ista conclusio apud me est indubitata, ⁊ ita ẽt puto fore
apud quemlibet recte iudicaturum. Laus Deo.

Sozinus Nepos Bononie.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LXXXI.

¶ De custode carceris an ⁊ quando teneatur de fuga carcera-
ti his quibus fugiens tenebatur. Et propterea erat carcera-
tus?

¶ Sequestratio seu recommendatio carcerati facienda an sit
⁊ quando vt custos illi propter fugam carcerati teneatur?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Custodes carcerum uocantur in iure commentarienses.*
2 *Negligentia magna uenit sub nomine culpæ.*
3 *Carcerati fuga imputatur commentariensi, licet casu contigerit, quando culpa ipsius commentariensis præceßit casum.*
4 *Custos carcerum tenetur (quãdo ciuiliter agitur) ad omne id ad quod tenebatur carceratus qui fugit non solũ propter magnam negligentiam siue culpam leuem, sed etiam propter leuißimam culpam.*
5 *Fuga carcerati in dubio semper præsumitur uenisse culpa custodis.*
6 *Custos carcerum (fugiente carcerato) tenetur ad omne debitum fugientis tam fiscale quam priuatorum, & illud tãtum inspicitur, an ille deberet, & illud doceatur.*
7 *Lex quoties. C. de exactor. tribut. lib. x. loquens de eximente carceratum procedit etiam in custode carceris cuius culpa carceratus fugit.*
8 *Recommendatio carcerati quando sit necessaria.*
9 *Delictum unum una tantum pœna uenit plectendum.*

CONSILIVM LXXXI.

IRIGAT Dominus verba mea in viam
veritatis, ⁊ iustitie.

¶ Uisis scripturis mihi exhibitis in causa
Claudij Galli quã habet cõtra custodes car-
1 cerũ ciuitatis Parme† qui cõmentariẽses in
iure vocant̃ l. ad cõmentariensem. C. de cust.
reo. in quibus ad instantiã dicti Claudij detinebat̃ quidã No-
tolonus ꝑpea qꝺ eũ vulnerãdo amputauit eius manũ dextrã,
⁊ qui postea e carceribus custodũ negligẽtia aufugit. Uiso in-
de super hoc respõso excellentis. dñi Scarlattini Consulẽtis di-
ctos custodes teneri ipsi Claudio ad omne suum interesse siue
ad damnũ qꝺ ꝑꝑ talẽ fugã passus est. Requisitus vt si iustitia
patiat̃ velim tale responsuꝫ cõprobãdo subscribere oĩbus dili-
gẽter ⁊ mature cõsideratis, tandẽ placuit ẽt mihi in fauorẽ di-
cti Claudij respõdere cõprobãdo scripta in ꝑdicto respõso si-
ue ꝯsilio paucula quedã subijciẽdo prout dñs subministrabit,
⁊ imprimis mihi vꝫ probata negligẽtia custodũ ex eo qꝺ cũ lo-
cus carceris haberet duo hostia quibus claudebat̃ facta, vt no-
tũ est pro securitate ipsius caceris quorũ vnũ erat satis forte al-
terũ vero debile ⁊ quasi macidũ vt ex testiũ depositione cõstat
ipsi custodes claudebãt vesperi ⁊ nocturno tpe hostium illud
quasi macidũ ⁊ debilissimũ, hostio forti aperto derelicto prout
ꝑ testes Claudij deponit̃ quo fit vt defendi nõ possint a magna
2 negligẽtia, que† culpa dꝫ esse l. magna negligẽtia. ff. de ver. sig.
3 ꝑꝑ quam merito teneri debent custodes ⁊ si casu fortuito †illa
cõtigisset cũ talẽ casuꝫ precesserit culpa l. si creditor. ⁊ l. si nulla.
⁊ ibi tradũt Doct. C. de pign. act. ⁊ l. cũ duobus. §. damna. ff.
pro soc. cũ simi. allegatis ꝑ Corn. in consi. cviij. vꝫ prima facie
4 litera L. j. vol. ⁊ in specie qꝺ custos† carcerũ teneatur qñ ciuili-
ter agit̃ ad omne id ad qꝺ tenebatur carceratus qui fugit non
solũ propter magnã negligentiã siue culpaꝫ leuẽ sed ẽt propter
leuissimã culpam videtur satis probari per tradita per Cyn. ⁊
alios in l. si quis nõ dicã rapere. C. de epis. ⁊ cler. ⁊ tradit Pa-
ris de put. in tract. de syndicatu in tit. de barattaria in versi. an
si plures ij. ⁊ iij. col. ⁊ ita etiaꝫ dixit dñs Consulẽs, nõ est ergo
dubiũ custodẽ fuisse in culpa fuge Notoloni cũ ex duobus ho-
stijs debile ⁊ macidum solum clauserit, forte vero apertum re-
liquerit vt omnibus recte considerantibus patebit. Nec dica-
tur, qꝺ ita erat solituꝫ fieri per alios custodes qm̃ respõdet̃ qꝺ
hoc

hoc in indiuiduo non videtur probatū. Et preterea hoc forte
contingebat quando vtrunqȝ hostiuȝ erat forte ⁊ sufficiēs pro
securitate carceris. Sed postquā vetustate ⁊ aquarū vi alteruȝ
fuit debile ⁊ macidū illud sine culpa fieri nō potuit nisi ab alijs
5 factū probet̃. Demū vera est in iure cōclusio† qȝ vbi datur fu-
ga carcerati in dubio semper presumit̃ id euenisse culpa custo-
dis vt post Bal. ⁊ Ang. firmat Paris de Put. in alleg. versi.
an si plures ij. col. ⁊ plene tradit Jas. in ɔs. xxvij. custodes carce
rū in princ. ⁊ per totū iij. vol. Nec quicq̃ obstat qȝ nō fuit No
tolonus per Claudiū sequestratus in carceribus pro suo dam-
no ⁊ interesse abscise manus. Qm̄ respōderi pōt primo qȝ isto
casu post capturā nō fuit necessariū facere sequestrationeȝ, qm̄
satis vȝ fuisse qȝ Claudius iaȝ vulneratus ⁊ manu sibi abscisa
procurauit ⁊ fecit ipsuȝ Notolonū capi ⁊ carcerari. Ex eo eniȝ
satis cōstat qȝ ipse Claudius ius suū prosequi intendebat. Et
Notolonuȝ carceribus retineri voluit pro omni suo interesse.
Cū ergo ad instantiā Claudij captus fuerit ⁊ carceribus deti-
neret̃ Notolonus nō fuit opus alia sequestratione seu recōmē
datione per Claudiū faciēda cū ipse fecerit eū capi ⁊ sic carceri-
bus cōmendauerit qȝ certe debet intelligi pro omni suo inte-
resse. Secūdo ēt vȝ respōderi posse qȝ immo aliqua sequestra
6 tione nō fuit opus. Nā† cū quis carceribus detinet̃ si fugiat cu
stos eius tenet̃ ad omne debitū fugiētis tā fiscale q̃ priuatorū.
Et illud tm̄ inspicitur an. s. ille deberet, ⁊ ita doceatur, prout
probat̃ in d. l. ad cōmentarienseȝ. Et ibi not. Bal. ponderādo
illū tex. ibi obnoxius docebit̃ fuisse qui fugerit, ⁊ dicit No. qȝ
non inspicitur recōmendatio carcerati sed an re vera teneatur.
Nec eadē cōclusio probatur p l. quotiēs. C. de exactor. tribut.
lib. x. Vult eniȝ ibi tex. qȝ vbi aliquis tenebat̃ ⁊ priuato ⁊ fisco
si quis eū exemerit tenetur taȝ priuato quā fisco. Idē ergo dici
debet de custode carcerati cuius culpa ille fugit cū sit eadeȝ ra-
tio. Et pro hoc facit qȝ in d. l. quotiens per illū tex. dicit Gu-
liel. de Cun. dū vult qȝ custos teneat̃ ad debitū fugiētis prout
eū referebat Mathesil. scōm qȝ refert ⁊ sequitur Alex. in addi
tionibus ad Bart. in l. in eos. in fin. ff. de custo. ⁊ exhib. re. Et
7 qȝ in proposito lex illa† quotiēs, loquēs de eximēte carceratuȝ
pcedat ēt in custode carceris cuius culpa carceribus fugit ple-
ne deducit vnus ex excellētissimis aduocatis predicti Claudij
ad quē me refero. Preterea ⁊ tertio ⁊ satis clare respondetur
qȝ dicta in contrariū possent forte procedere qn̄ debitū fiscale ⁊
debitū priuati prouenirent ex diuersis puta carceratus pro de-
bito alicui debebat certā pecuniaȝ ex causa mutui venditionis
8 vel alia. Nā† tunc forte esset necessaria sequestratio seu recōmē-
datio. Et tunc esset dicendū secunduȝ doctrinā Bart. in l. ij. §.
qui exhibendo. ij. col. ff. de cust. re. Sed isto casu debitū fiscale
idest pena ipsi Notolono imponēda ⁊ debitum ipsi Claudio
idest interesse ⁊ damni sui resarctio pueniūt ex eodē facto siue
debito videlicet ex incisione manus dextere dicti Claudij. Et
sic vident̃ quodāmodo saltē respectu ipsius carcerati, Vnuȝ ⁊
idē debitū cū habeāt eandē causam, ⁊ ab eodē esset (vt ita dixe-
9 rim) soluēdū, ⁊ cū vnū† factū fuerit ⁊ sic videat̃ vnū delictū tm̄
vȝ quod vna tm̄ pena ɔsideretur iuxta plura tradita p Marsi.
in l. si in rixa que est l. fi. nu. 13. vsqȝ ad nu. 23. ff. ad l. Cornel.
de sica. quicquid ergo passurus erat Notolonus pp illud vni-
cum factū ⁊ delictū hoc est propter abscisionē illius manus vȝ
qȝ vna pena dicat̃, ⁊ cōsequēter qȝ sufficiat eū esse pp tale deli-
ctū carceratū vt sic ēt propter resarctionē damni ⁊ interesse d.
Claudij ⁊ ideo nō est ea de causa necessaria alia sequestratio si-
ne recōmendatio, ⁊ arbitror qȝ ēt particulariter statuto ciuita
tis caueat̃ qȝ pena vulnerātis sit puta talis ⁊ cū vulnere ampu
tātis manū aliquā sit talis puta manus sue amputatio iuxta pe
naȝ talionis vel quid simile ⁊ simul resarctio damni ⁊ interesse
offensi, ⁊ vbi hoc nō sit statuto expressuȝ satis est ita esse de iure
cōi, si igit̃ vna est pena vt supra qualificata pro ea tota debet suf-
ficere vna cōmendatio ⁊ carceratio pp vnū delictū ⁊ penā inde
prouenientē facta absqȝ aliqua alia re cōmendatione aut seque
stratione. Et per hāc viā proculdubio tollit̃ omnis dubitatio
de noua requisita sequestratione. Et sic sequitur quod cum cu
stos in magna fuerit negligentia ⁊ sic in culpa vt supra dedu-
ctum fuit ⁊ per alia etiam deductum per excellentissimuȝ Con
sulentem. Et alios qui ante eum scripserunt quod tenetur etiā
ipsi Claudio ad damni sui resarctionem prout tenebatur No
tolonus qui de carcere aufugit propter quod etiam carceri-
bus tenebatur. Laus Deo Optimo Maximo.

Socinus Nepos Bononie. 1555.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LXXXII.

De emphyteusi ecclesiastica quod prescribat̃ aduersus ecclesiam saltem xxx. vel xl. annis per tenentes eam maxime mediantibus inuestituris ⁊ soluentes solitum.

Declaratur quod dici solet feminam simpliciter exclusam propter fratrem dici perpetuo exclusam.

Declaratur etiā doctrina Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi de oper. libert.

Emphyteusis accepta pro se ⁊ heredibus vtriusque sexus. Transit ad descendentes ⁊ non heredes.

Constitutio si filius natus ⁊ alij nascerentur decedant sine filijs, alijs non natis nō dicitur facta post morteȝ plurium sine filijs sed tantum filij nati.

Pluralitas quando resoluatur in singularitates, dispositio tēporis debet intelligi secundum quod interrogatus verosimiliter respondisset ipse testator.

Cōditio sine filijs an ⁊ qn̄ deficiat pp existentiā filij nō succedētis etiam quod nō sit penitus inhabilis ad succedendum.

De donatione s. libraȝ auri qȝ requirat tres testes, ⁊ supra 500. solidos requirit insinuationē ēt qȝ sit principis curator.

Et de singularitate testiū qn̄ sit obstatiua vl' adminiculatiua.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Inuestitura de re ecclesiæ facta post caducitatem primæ inuestituræ non interuenientibus requisitis solemnitatibus ad rem ecclesiæ alienandam, non ualet.*

2 *Inuestiturā cōcedēti, si asserat se id facere pp benemerita inuestiti, & suorū antecessorū, nō creditur nisi aliter talia benemerita probētur.*

3 *Ius emphyteoticum aduersus ecclesiam quo modo et quanto tempore præscribatur. & nu. 4.*

5 *Feudum per longam possessionem xxx. uel xl. annorum, exhibendo debitum seruitum, præscribitur contra dominum directum.*

6 *Argumentum de feudo ad emphyteusim ualet.*

7 *Fœmina exclusa per statutū tēporaliter uidelicet (donec & quousque masculi extarēt, deficientibus masculis uenit reintegranda ad portionem suam à qua per masculos fuisset exclusa.*

8 *Statutū excludēs sororē à successiona (stātibus fratribus) non impedit quin soror possit succedere fratri si ex alio esset successura.*

9 *Emphyteusis cōcessa pro filijs utriusq; sexus (stāte statuto quod stātibus masculis fœmine non suceedant) non deuenit in fœminas simul cum masculis, sed ordine successiuo, & sic deficientibus masculis.*

10 *Fœmina semel exclusa dicitur perpetuo exclusa respectu reintegrationis ad paternam successionem, a qua fuerat per fratrem exclusa, non autem ut non possit postea fratri succedere.*

11 *Dispositio conditionalis (conditione deficiente) euanescit perindeque habetur ac si facta non fuisset.*

12 *Pluralitas an & quando resoluatur in singularitates pendet à uoluntate testatoris.*

13 *Conditionem sufficit impleri per æquipollens, quando in ipsa conditione fuit consideratus effectus.*

14 *Testatoris mens ita interpretanda est prout uerisimiliter respondisset si fuisset interrogatus.*

15 *Filius legitimatus facit deficere conditionem fideicommißi, si sine filijs &c. in bonis allodialibus.*

16 *Filius naturalis non est penitus inhabilis ad succedendum, sed certo modo dicitur capax.*

17 *Filij non legitime procreati, etiam quod eßent legitimati per rescriptū & sic essent habiles ad succedendū patri tam ab intestato quam ex testamento, non faciunt deficere conditionem (sine filijs de legitimo matrimonio procreatis) & sic non excludūt substitutū, quia de eis testator non sensit loqui, nec fuerunt in dicta conditione comprehensi.*

18 *Filij grauati non legitime nati non dicuntur comprehensi in illa conditione si sine filijs &c.*

19 *Legitimatio non preiudicat interessatis non citatis.*

20 *Donatio facta à muliere ad hoc ut dicatur publice & non priuate facta quæ requirantur.*

21 *Glosæ opinio in dubio sequēda est, tam in iudicādo quā in consulendo.*

22 *Bartolus in eius ore solet habere substantiam ueritatis, & dicitur lucerna iuris ciuilis.*

23 *Testis singularis, ueluti unus, non probat.*

24 *Testes plures singulares in dictis suis nō magis probāt quā unus solus.*

25 *Testis unius dictum sæpe debilitat fidem alterius.*

26 *Testes, licet singulares, si tendunt ad eiusdem rei finem, & inuicem patrocinentur sibi, sunt coniungendi ut probent, & faciant locum iuramento suppletorio.*

27 *Iuramentum in supplementum probationis non defertur nisi sit fa-*

Ita semiplena probatio, & ibi quid sit singularitas adminiculatiua & quid obstatiua.

28 Singularitas obstatiua in testibus dicitur, quando dictum unius testis discordat cum dictis ab alio, etiam quod ageretur de probando aliquo reiterabili, uel in genere.

29 Iuramentum suppletorium non defertur in causis magnis, quæ an magnæ sint, declaratur arbitrio boni uiri.

30 Donatio facta de re magnæ æstimationis supra quingentos aureos non ualet nisi fuerit insinuata.

31 Donatio facta ecclesiæ uel Episcopatui non indiget insinuatione.

32 Donatio facta clerico ut particulari, non autem nomine ecclesiæ, non ualet si non fuerit insinuata.

33 Donatio facta principi ualet absque insinuatione.

34 Authen. item à priuatis, seu §. illud quoque. in authen. ut pignorat. non fiant non procedit in principibus inferioribus, sed tantũ in principe superiori.

35 Lex bene à Zenone. C. de quadrien. præscrip. loquens in Imperatore non procedit in principe inferiori.

36 Donatio licet facta homini probo & carenti omni suspitione fraudis indiget insinuatione.

37 Senatores & consiliarij æquiparantur principi, & gaudent eius priuilegio.

38 Renuntiatio de iure delato & quasi acquisito dicitur donatio.

CONSILIVM LXXXII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie.

¶ Consului elapsis mensibus in fauorẽ magnifice domine Joanne de Ramo, vt si ipsa post mortem magnifici equitis dñi Frãcisci fratris eius omnino sit admittẽda ad quandã emphyteusim ecclesiasticã quam frater eius tenebat exclusa ecclesia que vti dña directa pretendebat admitti. Tum q2 ipsa dña Joanna sola superuiuit ex comprehensis in inuestitura de d. emphyteusi. Tum ẽt vigore fideicõmissi vniuersalis eidez relicti per Magnificũ quondam do. Jacobũ de Ramo ipsius patrẽ sub cõditione si dñs Frãciscus eius filius & heres institutus decesserit sine filijs prout latius in ipso consilio scriptuz est ad quod me refero. Nunc vero contra d. consiliũ & contra ipsam dominã Joannã plures excitantur dubitationes & quidẽ subtiles & prima fronte vigẽtes per magnificos & excellentissimos Judicaturos in hac causa. Verũ ego prehabita diligenti cõsideratione nõ puto recedendũ a firmatis in d. cõsilio nõ obstãtibus predictis excitatis dubitationibus eis enim respõdere conabor & (ni fallor) iuridice defendẽdo conclusiones iam in exhibito cõsilio firmatas. Et breuitati consulẽdo nõ referã dubitationes predictas & excitata motiua nisi quatenus opus fuerit pro respõsionibus accõmodatis. Non obstat igitur prima dubitatio que in effectu cõsistit in eo quod asseritur inuestiturã

1 †vltimo loco factã de Fulgentio anno 1480. post caducitatez dicte emphyteusis non valuisse nec ipsi Fulgẽtio & successoribus ius aliquid prebuisse. Eo qđ nõ interuenerũt requisite solẽnitates ad rẽ ecclesie alienandã, iuxta c. de exceptione xij. q. ij.

2 Nec† ẽt inuestiẽti asserenti se id facere ꝓpter benemerita Fulgẽtij & suorũ antecessorũ credi debet nisi aliter talia merita probentur iuxta notabilẽ doctrinã Bar. in l. si forte. ff. de castren. pecul. cũ concordantibus de quibus in ipsa prima dubitatione & prout plenius ꝑdicta dubitatio deducatur. Nã dicimus qđ vere nihil obstat dñe Joanne aut his que in consilio firmata sunt. Et licet pluribus modis respõderi posset dicendo presertim benemerita asserta probata esse & ẽt inuestiturã de qua supra, cũ eã que postea facta fuit sortiri effectũ suũ saltem propter breue apostolicũ quod illas secutũ fuit. Tamen quia ista & alia quedam que dici possent nimis in longum nos traherent omnibus alijs ꝑtermissis gratia breuitatis vt infra breuiter respõdetur. Et de plano tollitur omnis difficultas in prima ista dubitatione consistens. Etenim posito absq3 preiudicio veritatis quod vera sint omnia contenta in dubitatione inspecto tẽpore predictarum inuestiturarũ, & ẽt breuis apostolici. Dico tamen quod nihil obstant domine Joanne quin hodie ipsa sit ad predictaz emphyteusim admittenda exclusa ecclesia, vti cõprehensa in inuestituris presertim quia concesse fuerunt pro se & heredibus vtriusq3 sexus vt in consilio ostensum fuit. Dico eniz qđ predictus dominus Fulgentius bona fide inuestituram accepit & similiter filij eius eo iam mortuo vt sic dicantur habuisse rectam, & bonam fidem presertim accedente postea confirmatione apostolica. Et cum pariter fuerint facte postea plures inuestiture de pluribus successoribus eorum bona fide recipientibus vsq3 ad illam quam accepit Magnificus eques dominus Franciscus de anno 1544. Qui duz vixit & omnes eo antiquiores post inuestiturã predicti Fulgentij cuz titulo & bona fide tenuerũt & possederũt predictas terras vti emphyteuticas cum debitum canonem semper soluerunt per annos lxx. et vl-

3 tra. Quo fit vt† dicantur prescripsisse ius emphyteuticum aduersus ipsam ecclesiam iuxta text. in c. j. §. si quis per xxx. annos cum ibi traditis per glo. & Doctores si de feud. fuer. controuersia inter dominum & agna. in vsibus feudorum, & traditur in l. comparet. C. de prescrip. xxx. vel xl. ann. & in l. ij. C. de iur. emphyt.

4 ¶ Et licet inter Doctores sit disputatio quanto† tempore prescribatur & plerĩq3 dicant per lõgius tempus x. vel xx. annorũ, vt Ant. de But. in c. peruenit. de censi. prout refert & sequitur Alexan. in consi. cxiij. viso & diligenter considerato nume. 10. lib. iiij. qui dicit quod etiam Bald. ita tenuit vt per eum, quod etiam firmat Felyn. in c. cum Bertoldus nu. 28. de re iudic. alij vero tenent quod requiritur spacium xxx. vel saltem xl. annorum contra ecclesiam vt per Bart. & alios post glo. ibi in d. l. ij. de iur. emphy. & in d. l. comperit. Et ista opinio videtur cõmuniter * recepta vt per Jas. in d. l. ij. in col. lvij. sub nu. 85. secundum meã impressionem & ita communiter teneri asserit ẽt & sequi videtur Joan. Franc. Bald. in tract. prescrip. in prima parte tertie partis principalis. in x. quest. nu. 42. & cum in locis predictis concludatur ex longa possessione & prestatione canonis presumi titulum vbi nullus probatur & queritur illi plenum ius fortius debet dici ius quesitum & prescriptum ius de quo agimus cum titulus clarus & multiplicatus appareat. Et si illud procedit per cursum xxx. vel saltem xl. annorum fortius in casu nostro debet dici cum lapsi fuerint anni lxx. & vltra quibus isti de ramo possederunt terram predictaz vti emphyteusim ecclesiasticam cum titulo & bona fide continuo soluentes debitum canonem. Ad predicta facit quod alias dicitur de

5 feudo vt† scilicet per longam possessionem xxx. vel xl. annoruz exhibendo debitum seruitium prescribatur contra dominum directum per dictum. §. si quis per triginta cuz his que ibi tradunt Doctores cum concordãtibus vt alias scripsi ita firmando in consi. lxxvj. cum diebus elapsis nume. 58. cum tribus sequentibus j. vol. Sicut igitur hoc est in feudo idem dici debet

6 im emphyteusi cũ† de vno ad aliud valere soleat argumentuz vt not. Spec. in tit. de feud. §. quoniã. ver. iiij. in fi. tradit Jaso. in l. j. col. mihi xij. versi. in contrariam partem. C. de iure emphyt. & Curt. Junior in. tract. feudorum in prima parte in iij. princip. q. ij. col. & seq. in versi. in contrariam tamen opin. cum concordantibus vt alias scripsi in cõsi. lxxj. nobilis D. Hieronymus nu. 7. j. volu. & presertim si emphyteusis sit ecclesiastica vt tradit insignis modernus August. Bero. in c. in presentia. nu. 333. de probat. Cuius sine lachrymis meminisse non possum cũ decesserit die xiij. Septembris anno iam elapso 1554. Erat enim mihi vti pater honorandus & magna familiaritate cõiunctus. Et hec sufficiũt ꝓ resolutione prime dubitationis. Venio nunc ad secundã que in effectu consistit in ostendendo quod pro dña Joanna non potest fieri fundamentum in decisione Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. quicquid ego alias dixerim in alio consilio pro eadez domina Joãna reddito vbi ostendi in tali decisione Bart. cõiter * recepta nedum esse optimum fundamentum in fauorez dñe Joanne. Sed quod immo per eã deciditur in terminis casus noster ad ipsius fauorem. Dicitur ergo in dubitatione qđ decisio Bart. debet intelligi quando per statutum femina specialiter excluderetur propter masculos puta per dictiones temporales & suspẽsiuas. Puta donec vel quandiu vel similes. Et asseritur qđ ita nolunt intelligere Ang. Aretin. in tract. de testam. in iiij. glo. & Bal. in l. liberti liberteq3. vij. col. nu. 24. C. de oper. libert. & alij plerĩq3 & sic remanet fundamentum contra dominã Joannam quod cum illa per statutum fuerit simpliciter propter fratrem exclusa dicatur perpetuo exclusa. Et inter alia ad hoc allegantur duo consilia mea videlicet cx. & cxiiij. in ij. volu.

¶ Verũ his nõ obstãtibus vna cũ omnibus in hac secũda dubitatione deductis arbitror verissimã esse conclusionẽ per me alias firmatã in fauorẽ Magnifice Joãne per ea que in primo cõsilio deduxi in prima via ad que me refero. Et ex illis si recte aduertantur, colligitur responsio ad hanc secundam dubitationem

tionem. Et in primis fateor quod statutum de quo agitur excludit feminas stantibus masculis a paterna hereditate simpliciter & non temporaliter seu suspensiue, et propterea etiam fateor quod domina Joanna vti femina sic per fratrem exclusa a patris hereditate debet dici perpetuo exclusa et nunquam erit ad talem successionem reintegranda etiam quod frater
7 eius decesserit sine liberis. sed † si per statutum fuisset exclusa donec vt quandiu masculi extarent & sic temporaliter. deficientibus masculis veniret c reintergranda, scilicet ad portionem suam a qua per fratrem fuisset exclusa iuxta doctrinam Bar. magis communiter *receptam in l. fi. §. j. ff. ad Tertull. & ego plene dixi in cons. j. factum tale proponitur in prin. & quasi per totum j. vol. & his sic prepositis dico quod sic debet interpretari inuestitura in casu nostro facta vt scilicet do. Joanna non dicatur vocata ad emphiteusim paternam vna cum fratre sed per eum fuit exclusa a successione paterna pro sua portione etiam respectu bonorum emphiteuticorum, nec vsquam ad dictam portionem vti patri succedens venit reintegranda, sed dicitur exclusa perpetuo. & ita intelligendo recte procedunt que in secunda ista dubitatione dicuntur, sed per predicta nec etiam per statutum Mantuanum de quo agitur dicitur impedita domina Joanna † quin
8 possit succedere postea domino Francisco fratri eius si ex alio esset successura iuxta doctrinam communem omnium scribentium maxime modernorum in l. j. §. veteres. ff. de acqui. pos. vt ibi per Jas. x. & xj. col. in versi. expedita theorica qui etiam idem dicit in consi. clix. super facto ad me transmisso. ij. vol. & tradit etiam Deci. in consi. cccccxxxiij. visa copia consilij. nu. 4. & quinto & in consi. cccccxxvij. in ciuitate Micene. nu. 10. & sic etiam non impeditur eidem fratri succedere in emphiteusi de qua agitur cum in casum mortis eius sine filijs & sic finita linea
9 masculina dicatur in inuestitura vocata, nam † licet alias concessa emphiteusis pro filijs vtriusque sexus, seu pro masculis & feminis pariter competat & simul tam feminis quam masculis. tamen si in loco sit statutum quod extantibus masculis femine non succedant non solum admittuntur, sed ordine successiuo videlicet prius masculi & eis postea deficientibus femine, vt est doctrina Bar. communiter *recepta in d. §. si liberi cum concordantib. quos in d. consi. allegaui per quam in indiuiduo deciditur casus noster. Et dicere quod intentio Bar. videtur esse vt loquatur in statuto excludente temporaliter puta donec vel quandiu &c. nihil aliud est quam corrumpere verba sua cum presupponit in statuto excludi feminas extantibus masculis, & sic simpliciter non temporaliter, nec iudicio meo dici potest quod eo modo voluerint intelligere Bar. Ang. Aret. & Bal. in locis supra allegatis, quoniam de hoc apud eos nullum verbum & cum verba Bar. sint clara quando statutum non temporaliter sed simpliciter excludit feminas extantibus masculis imaginatio non admittenda esset dicere quod voluit loqui quando statutum temporaliter excluderet, sciuisset enim Bar. id exprimere si ita loqui voluisset sicut expressit in d. l. fi. §. j. ad tertul. non dixit ergo voluit argumento. l. j. §. si autem ad deficientis C. de caduc. tol. & c. ad audientiam de decim. nec me monet ad credendum Angelum Areti. ita sensisse vt in motiuis dicitur quod ipse dicat quod stante dicto statuto &c. cum supra immediate fecerit mentionem de statuto excludente temporaliter. quoniam dico quod ipse superius fecerat primo loco mentionem de statuto excludente simpliciter & ad illud se refert dum dicit stante dicto statuto. & hoc suadetur ne alias videatur allegando Bar. in d. §. si liberi velle verba & mentem eius subuertere & dixi de Ang. Areti. scilicet quod ita intellexit Bar. vt dicebatur in motiuis. idem dico de Bal. & alijs in contrarium allegatis, & quia vt puto hoc facile percipietur non curo vlterius prosequi. & si dicatur si Bar. loquitur de statuto simpliciter excludente feminas stantibus masculis quomodo
10 vult feminam eo casu admitti defunctis masculis: cum † alias eo casu dici soleat feminam semel exclusam perpetuo esse exclusam vt in motiuis dicitur, responsio iam supra posita est quia scilicet illud procedit respectu reintegrationis ad paternam successionem a qua fuerat per fratrem exclusa non autem vt non possit postea fratri succedere vt supra dictum fuit. & dixi alias in cons. ciiij. viso themate, nu. 11. ij. vol. & per similem considerationem potest etiam responderi ad cap. j. §. quinetiam in titu. episcopum vel abbatem vti etiam in alio consilio in presenti causa reddito dixi, & vbi quis talem declarationem ad dictum §. quinetiam non admittat. potest dici quod ille tex. loquitur specialiter in feudis. & ita etiam loquor ego in consi. cx. & cxiiij. que in motiuis adducunt. nec isto casu valeret argumentum de feudo ad emphiteusim propter rationem diuersitatis prout dixi & plene declaraui in alio consi. car. xj. versic. iij. etiam responderi potest, sic itaque constat casum nostrum in terminis decidi in fauorem domine Joanne per doctrinam Bar. communiter receptam in d. §. si liberi. vt etiam dixi in alio consilio. nec predictis obstat quod ista emphiteusis videatur hereditaria & propterea videatur requiri quod volens in ea succedere sit heres aliquo modo iuxta tradita per Curt. Junior. in tract. de feudis car. viij. ij. col. versi. & per predicta superiori anno. &c. cum his que antea dixerat. quoniam responderi potest primo quod immo dici potest quod domina Joanna succedere potest licet non sit heres. nam illa verba pro se & heredibus vtriusque sexus intelligunt tantum de descendentibus & sic important heredes sanguinis sicut alias loquitur. l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel. & ibi declarant Paul. de Cast. & alij. & ideo transibit ad descendentes etiam non heredes. & ita se habet communis opinio* vt plene tradit August. Bero. in q. sua. xvij. in emphit. ecclesie per totum. Secundo etiam respondetur si cui ista prima responsio non placeat propter aliqua posita in dicto consilio etiam dico quod immo domina Joanna dicitur heres fratris ab intestato, quoniam licet frater testatus fuerit causa testati euanuit propter incapacitatem institute filie, quia cum sit instituta vti filia legitimata & legitimatio non valuerit propter decretum Ducale non seruatum argumento l. si pater. C. de heredi. insti. res redacta est ad causam intestati iuxta l. j. ff. de iniust. rup. test. sic itaque ex predictis omnibus constat sublata esse omnia in hac secunda dubitatione adducta, & sic esse defensatam primam viam qua Magnifica domina Joanna venit ad emphiteusim predictam admittenda. Sed & secunda via pariter defenditur videlicet quod domina Joanna ex causa fideicommissi vniuersalis vocata debeat consequi etiam dictam emphiteusim vt plene in consilio ostensum fuit. & licet contra eam in motiuis excitentur due subtiles & prima facie vrgentes dubitationes videlicet tertia & quarta. tamen recte considerando de facili ostenditur eas nihil obstare & primo circa tertiam que in effectu est quod non venit dies fideicommissi quia domina Joanna cum sorore fuit substituta sub conditione si Franciscus, & alij filij testatoris nasciturі decesserunt sine liberis, & sic copulatiue post mortem plurium sine liberis, qui casus non euenit, cum solus dominus Franciscus ita decesserit, & non alius quia nullus natus fuit. & ad hoc inter alias auctoritates allegatur Old. in cons. cxliij. factum tale est testator. Pau. de Castro in consi. xiiij. visis & consideratis in princ. in antiquis in nouis est nu. 219. lib. j. & Ruyn. in consi. ciiij. postquam Robertus Junior nu. 2. cum pluribus seq. & in cons. clxxij. questio que proponitur. nu. 4. cum seq. ij. vol. qui omnes quasi in terminis videntur considerando determinare, vt dictum est, dico enim quod ista, vt dixi nihil obstant. & pro resolutione aduertendum est quia substitutio de sororibus facta fuit si Franciscus & alij masculi si nascerentur decederent sine filijs &c. & sic pro conditione substitutionis fuit posita mors Francisci sine filijs simpliciter, item & mors aliorum masculorum similiter sine filijs non tamen simpliciter sed sub conditione si nascentur vt verba clare sonant. quo fit † quod cum nati non fuerint dicatur defecisse conditio illa, & consequenter dispositio facta dicitur euanuisse perindeque habetur ac si facta non fuisset l. j. §. si autem sub conditione & ibi tradunt Doctores. C. de cadu. tol. l. cedere diem. ff. de verb. signif. facit. l. qui heredi. §. Plautius cum his que ibi tradunt Bart. patruus & dominus meus Sozi. & alij. ff. de condit. & demonstr. facit. l. iubemus. §. si autem. C. ad Trebel. cum concordantibus vt dixi in cons. cij. Mattheus quidam. nu. 6. j. vol. & in consi. clxxx. nobilis dominus Joannes nu. 39. & 40. ij. vol. & tradunt nouissimi Bononienses in c. super literis. nu. 15. de rescript. sequitur ergo quod mors aliorum masculorum sine liberis non potest dici posita in conditione substitutionis facte de sororibus, sed solum & duntaxat mors Francisci sine liberis. & ideo ea eueniente & sic impleta conditione dicitur esse locus dicte substitutoni. & ideo domina Joanna debet admitti, & ista ni fallor est realis & verissima declaratio ad predictam substitutionem per quam tolluntur omnia in hac tertia dubitatione deducta quia negatur quod effectualiter substitutio fuerit facta post mortem plurium, sed solum post mortem Francisci sine filijs que vere contingit, mors autem

11 (margin, beside "re sonant. quo fit †")

tem non natorum non potest dici posita in conditione substi/tutionis cum nati non fuerint ex quo sub conditione si nascerē tur posite erant in tali conditione vt supra dictum fuit. & his bene consideratis tolli videntur auctoritates in contrariuz al/legate etiā si ex alio essent vere, nā in illis talis conditio si nasce/rentur non fuit considerata. hoc addito quod si in aliquo ex casibus consiliorum allegatorum in contrarium considerare/tur talis conditio etiam tacite putarem eo casus eius decisio/nem eo solo non esse bonam per predicta. & licet ista responsio ad hanc tertiam dubitationem sit (ni fallor) clarissima, & tollat prorsus omnem difficultatem & sola pro se sufficiat, tamen ex abundanti vlterius procedēdo dico quod opin. nostra vt scili cet sit locus substitutioni in fauorem domine Joanne ostendi tur considerando intentionem testatoris in hac substitutione fuit enim ni fallor quod illa non habeat locum nisi deficiente totaliter linea Francisci & aliorum filiorum si qui nascerentur & hoc considerans habensqz hunc effectum in mente vt supra filie substitute vocentur cum nullus reperiatur ex filiis suis ma sculis vel ex eis descēdentibus, & propterea dixit si Frāciscus & alij masculi si nascerentur decesserint sine filijs &c. tunc enim sequitur ille effectus quod nec filij masculi nec aliquis descen/dens ex illis superessent & ita filiorū lineā deficiet. hoc ita posito pro domina Joanna facit triplex ratio. prima est quia esto q substitutio facta fuerit sub pluribus conditionibus illa plura/litas resolui dicitur in sua singularitate ita vt sufficiat Franci/scum qui solus reperiebatur decedere sine filijs, argumento. l. falsa. §. fina. ff. de condit. & demonstration. & l. ij. in fin. ff. de in/stit. & substit. & licet apud Doctores magna sit dubitatio an &
12 quando pluralitas resoluatur in singularitates, tamen † solet dici quod totum pendet a voluntate testatoris, vt egregie de/clarat Felyn. in cap. omnes. prima distinctio. refert, & sequitur Curt. Jun. in l. penul. in premissis. C. de impuber. & aliis sub/stitution. & hoc idem in effectu voluit Jas. in l. Gallus. §. quod si is. iij. col. de liber. & posthum. cum dicat regulariter talez re/solutionem non fieri, nisi idemtitas effectus, vel rationis eam induceret, & ita alias ego declaraui in l. heredes mei. §. cuz ita. in secundo premisso. ff. ad Trebell. Sed sic est in proposito, quod voluntas, & mens testatoris eadem est aliis non natis mortuo Francisco sine filiis, idemqz effectus datur, quia scili/cet non reperitur aliquis filius masculus testatoris, nec aliqui descendentes ex aliquo tali filio, ergo fiet resolutio in singulari tates, vt sic mortuo Francisco sine filiis sit factus locus substitu tioni. ¶ Secunda ratio est, q licet illa conditio si Franciscus, & alij masculi decedant sine filiis &c. videatur conditio volunta ria, & propterea videretur implenda in forma specifica, tamen
13 † cum in tali conditione fuerit consideratus effectus, vt supra dictum fuit, sufficit talem conditionem, & eius effectum imple/ri per equipollens, vt voluit patruus, & dominus meus Soci. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. in vlt. not. & ego ibi dixi in iij. opposit. Bart. in viij. & vlt. conclusione. sed alios masculos non fuisse natos, & si nati fuissent decessisse sine filiis equipollen tia sunt quo ad illum effectum, vt nullus supersit ex descenden tibus filiorum testatoris, ergo &c. ¶ Tertia ratio est, quia si te stator fuisset interrogatus, an filiis aliis non natis, & deceden/te Francisco sine filiis vellet habere locum substitutionem de suis filiabus. & sic in casu qui euenit dominam Joannam debe re admitti, vtiqz respondisset quod ita vellet, & quod ita etiaz intellexit cum euenerit casus quod nec filius masculus, nec ex
14 eo descendens supersit vti ex predictis constat, quo fit † quod ita & nos interpretari debemus iuxta glos. per Bartol. & alios
* communiter * approbatam in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. facit l. Titius. §. Lucius. vbi Bar. & alij maxime Jas. qui plu/ra ad hoc congerit. ff. de liber. & posthum. tradit Ruyn. in con sil. clxxvij. proponitur quod testator nu. 2. ij. volu. & ego dixi in consil. xc. dominus Marianus. num. 14. j. volum. & alibi sepe & per predictas rationes, & alias etiaz ego semper dubitaui de decisione Oldr. in j. cons. in contrarium allegata, & etiam de aliis similiter allegatis in contrarium, videntur enim non ve/re vt facile teneri posset. Sed pro nunc non instabo, quia nō est necessarium, nam esto quod in se vere sint ex eis non debet ar/gui ad casum nostruz, propterea que supra primo loco dixi ad hanc tertiam dubitationem admitam per predictas tres ratio nes. Hec sufficiant ad remotionem tertie dubitationis.

¶ Quarta dubitatio est similiter contra secundam viam, quo niam videtur, quod defecerit conditio fideicommissi propter superexistentiam domine Hieronyme filie predicti Francisci, licet non legitime nate, quia fuit legitimata, & quamuis legiti matio non valuerit propter decretū Ducis Mantue, de quo facit mentionem Curt. Senior in consil. xix. viso priuilegio. in vltimis verbis additionis, tamē dicitur quod est capax acqui/
15 sitionis saltem bonorum allodialium, quo † posito eius existē tia facit deficere conditionez fideicommissi, si sine filiis &c. & ad hoc allegatur l. filiusfamilias. §. cum quis. de legat. j. & tradita ibi per Cuman. & alios, & patruus, & dominus meus Socin. in l. cum auus. col. ix. versic. tertio non est dubium. & in vij. quest. de conditio. & demonstrat. in l. heredes mei. §. cum ita. colum. penult. versic. secundo quia si conditio habetur &c. ff. ad Trebell. & in consil. clxxxij. licet filia femina. ij. col. versi. con firmatur & secundo. ij. vol. cum aliis in dubitatione adductis. ¶ Sed his non obstantibus dico, q immo predicta domina Hieronyma non facit deficere conditionem illam fideicōmissi sine filiis &c. & pro resolutione predicte dubitationis, conside/randum est, quod illi filij faciunt deficere conditionem predi/ctam, de quibus sensit testator, qui conditionem apposuit, vt est tex. clarus in l. ex facto. §. si quis rogatus il primo. & ibi not. Doctores ff. ad Trebell. Et vbi de aliquo filio grauati testa/tor sensit, & sic dicetur ex voluntate testatoris in conditione cō prehensus, fateor quod ille talis faciet deficere conditionem fi/deicommissi etiā quod non succedat, modo reperiatur aliquo modo capax, & habilis ad succedendum. & ita procedit d. §. cū quis. & que ibi tradunt Cuma. & alij, & similiter que tradit So cin. meus in locis in contrarium allegatis. Sed si filij aliqui re periuntur qui conditione non sint comprehensi, quia de eis te stator non sensit, certe isti tales non faciunt deficere conditio/nem fideicommissi etiam quod aliquo modo succedere pos/sent, & sic non essent penitus incapaces, exemplum, nam in cer tis casibus filius naturalis non facit talem conditionem defice re si sic ostenditur fuisse de mente testatoris, vt d. §. si quis ro
16 gatus. & ibi tradunt Doctores, & † tamen ille non est penitus inhabilis ad succedendū, sed certo modo dicitur capax iuxta text. in authen. licet, & in corpore vnde sumitur. & ibi declarant scribentes C. de natural. liber. & hec omnia voluit si recte con/sideretur Deci. in c. in presentia. num. 37. col. mihi xij. in vers. non obstat vltima ratio. extra de probat. Ecce aliud exemplū, si testator dicat sine filiis de legitimo matrimonio procreatis.
17 certe † filii non legitime procreati etiam quod essent legitimati per rescriptum, & sic essent habiles ad succedendum patri tam ab intestato, quam ex testamento non facient deficere condi/tionem predictam, & sic non excludent substitutum, quia de eis
* testator nō sensit loqui secundū cōem opinionem, * vt alias di xi in consilio lxv. in causa occurrenti. ij. vol. & plenius in consi lio cx. Magnificus dominus Joannes. in iiij. coniectura. iij. vol. quod iam sub prelo est. & ibi allegaui pro ista opin. Dec. in consil. ccccxxv. in cau. iiij. colum. Paris. in cons. xij. transa/ctio ista. num. 147. ij. volu. & Beltrand. in consil. cxlix. multa sunt. num. 3. j. vol. ex vltimis qui dicit, q ita tenent omnes do ctores. ¶ His sic stantibus dico, quod ista domina Hierony ma cum non sit legitime nata, & non secundum ducale decretū legitimata, esto mihi ee (sine tamē veritatis preiudicio) quod sit capax acquisitionis bonorum allodialium, & sic non reperia/tur penitus inhabilis ad succedendum, tamen non facit defice re conditionem fideicommissi ad exclusionem domine Joan/ne substitute, quia Magnificus dominus Jacobus testator dicebatur nobilis, & digna persona, ita quod dicebatur abhor rere sobolez non legitime natam, vti est plenissime probatuz.
18 quo fit † vt de filiis grauati non legitime natis non dicatur sen sisse, neqz illos comprehendisse in illa conditione si sine filiis, vt per illum text. tradunt Doctores in d. §. si quis rogatus. & maxime Alexan. ij. & iij. colum. & declarat Deci. post alios per eum allegatos in d. c. in presentia. nu. 39. de probation. quin immo dico, quod idem esset dicendum, etiam si legitimatio fuisset iuridice, & secundum Ducale decretum facta, quia nec etiam tunc excluderetur substituta, quia propter eam non de/ficeret conditio fideicommissi propter eandem consideratio/nem, scilicet propter nobilitatem, & dignitatem testatoris pre/dicti, qui presumitur abhorruisse talem generationem. & con/sequenter potest dici, quod nec ad bona allodialia ipsius testa/toris posset admitti. Sed etiam illa transirent ad substitutaz dominam Joannam, prout voluit Angel. in sua disputatione nobilis quidaz genere in ij. dub. quem refert, & sequitur Alex. in consi.

in consi.lxvij.consideratis his nu.11.& 12.lib.j.qui etiam idē
voluit post antiquos quos allegat in l.generaliter.§.cuz autē.
C.de insti.& substit.& idem voluit in consilio.xciiij. considera-
tis his nu.2.vers.quinto quinetiam dico lib. j.eundem Ang.
in dicta disputatione refert & sequitur Andr.Barba.in consi.
xxvij.scripsit doctissimus apud Grecos nu.54.est in colū.xix.
versi.& si quispiam opponat de eo quod voluit dominus An-
to.ibi & maxime non videtur j.vol. vbi etiam allegat Anto.de
Butr. & Abb.in c.per venerabilem qui filii sint legi.& alios vt
per eum hoc etiam sequitur Deci. in consi.cclxxxiiij. viso pun
cto v. col.versi. secundo communis opin. supra allegata. & in
consi.cccccxxv.in casu proposito iiij.col.versi. tertio in casu isto
concurrit.idem tenet Ruy.in cons.clviij.primo videndum est
num.6.& 7. j. vol. & Parisi.olim collega meus in Patauino
gymnasio in consi. xij.transactio ista nu. 149.ij.vol.& hec con
clusio probatur etiam ex alio,quia scilicet cuz legitimatio facta
fuerit post mortem testatoris & sic postquam domine Joanne
substitute erat ius quesitum in spe probabili nec poterat per
Franciscum grauatum sine liberis decedentem tali iure priua
ri & sic non habebat Franciscus liberam bonorum fideicom-
19 missorum subiectorum dispositionem.non †potuit dicta legitima
tio domine Joāne nō citate preiudicare iuxta doctrinā Bar.
* magis communiter * receptam in l. Gallus.§.& quid si tantū
de liber.& posthu.cum concordantibus vt per Deci. in dicto
consi.cclxxxiiij.v.col.vers.iij.communis opin. & in dicto con
sil.cccccxxv. nu. 10. & dixi in consi. xiiij. viso tenore priuilegij.
num.iij.& iiij.ij.volu.& ex predictis sublata est penitus iiij. du-
bitatio , & remanet conclusio quod domina Hieronima po-
sito quod fuisset capax bonorum allodialium non impedit cō
ditionem substitutionis & ita dominam Joannam substitutā
nō excludit. ¶Quinta dubitatio nihil penitus obstat & ex pre-
dictis dicitur aperte resoluta naz cum illa habeat pendentiam
a iij.& iiij.dubitatione & ille fuerunt resolute sequitur etiā quin
tam esse resolutam dum in ea dicitur quod domina Joanna
agit sine actione pro parte Antonie sororis eo quod cessio per
eam facta dicitur habere relationem ad testamentum cuz suis
qualitatibus per iura vulgaria & sic videtur quod non sit im-
pleta cōditio fideicommissi vt in iij. dubitatione & quod domi
na Hieronyma filia Francisci nō legitime nata faciat deficere
fideicommissum vt in iiij.dubitatione respondetur hec omnia
negando & ponendo quod immo impleta fuit conditio sub-
stitutionis nec ei est impedimento existentia domine Hiero-
nyme vti supra plene ostensuz fuit quo fit vt cessio per dominā
Antoniam facta fuerit sortita effectum, & generaliter quod ēt
pro parte eius soror illius domina Joanna non agat sine actio
ne cuz etiaz ipsi domine Antonie cedenti ius competeret štāti
bus veris his q̄ dicta sunt in resolutione iij.& iiij.dubitationis.
Superest sexta & vltima dubitatio , in qua vt audio fit per par
tem aduersam magnum fundamentuz dum dicitur quod do-
mina Joanna omni suo iure se ipsam priuauit circa emphiteu
sim de qua agitur eam & iura ad illā sibi competentia cedendo
& donando Reuerendissimo Cardinali, vt dicitur in dubita-
tione,verum nec ipsa dicitur obstare & ad allegata in ipsa dubi
tatione ni fallor iuridice rūdetur , & qdē multipliciter & primo
dicatur quod de asserta donatione , seu renūciatione iuridice
non constat,& sic negatur seu dicitur q fidem non habet.nam
20 cum illa excedat libram auri, & † asseratur facta a matre , & sic
ab iperita literarū & sine scriptis requirebant tres testes ido-
nei in quorum presentia facta fuisset ex quo asseritur ista dona
tio facta priuatim non publice prout voluit glo. super ver.san
citum,post medium ibi.si priuate tres testes sunt necessarij in
§.penul.in auct.de instru. caut. & fi. & ibi illam gloss. sequitur
Jac.de Belui. in ij. opposito. & Bar. ac etiam Ang. dicens
requiri tres testes.& vbi notarius interuenit sufficiunt duo & il
le habetur pro vno teste, hoc idem quod tres testes requiran-
tur supra libram auri voluit glo. in auctē.sed nouo iure in sua
longa distinct.ibi si vero imperitus contrahit sine scriptis.C.
de ser.fug.& idez voluit ibi Azo. in sua summa col. pe.§.itez &
in mutui obligatione ibi si vero iperitus sine scriptis &c. & illaz
Glo.sequitur ibi Odofred.vt ibidem refert Ang.quam etiam
approbat ibi Bar.& licet Ang.dicat aliquos tenere cōtrariū,
inquit tamen cautius tres esse adhibendos , & nos in iudicā
21 do † & consulendo non debemus recedere ab opinione glose
sed eam sequi debemus in dubio vt inquit Bal.in consi. cccli.
in bonis feudalibus.j. col.j.vol.immo esset temerarium ab il-
la recedere cum magna sit glose auctoritas , vt inquit Paul.
de Cast.in l. precibus ij.colū. C. de impub. & ali.subst.& dicit
Abb. in c. constitutus extra de rescript.quod ita solet seruari
in curia Romana prout refert & acceptat & alios allegat Cur.
Senior in consi.lxiij.antiquissima, & nobilissima colū.v. non
enim possumus adherere securiori testi.quam glosarum opi
nioni vt idem Curt.dicit & cōcordantes allegat in consi.lxxxij.
deus pius j.col.ad fin.& eo magis quia cum dictis glo.est etiā
auctoritas Azo. Jac.de Belui.& aliorum supra allegatorum
22 inter quos est Bar.† in cuius ore solet esset veritatis substan-
tia secundum Roma.in consi.cccclxix.quoad primum propo
situ col.fi.& dicit Fulgos.in l.iij.§.in hac.in fi. ff. cōmo. quod
vbi Bar.aliquid cepit suo stilo declarare. Ceteri possunt con
quiescere. nec immerito quia ipse dicitur lucerna iuris ciuilis
& iuris illuminatio,vt post alios quos allegat inquit Beltr.in
cons.cl.circa testamentum.ij.colum.iij.vol. ex nouis . & tanto
magis in proposito nostro debemus hanc opinionem gl.am-
plecti,quia pro ea videtur text.quem glos.allegat in §.sed si in
strumenta.in authen.de instrumen. caut. & fi. ibi sicut dictum
est testium presentia,videtur enim ille text.se referre ad prece-
dentia,vbi de tribus testibus locutus fuit . quo posito cum in
casu nostro in asserta donatione,que excedit longissimo inter-
uallo vnam librā auri non interuenerint tres testes , immo nec
duo simul,sequitur quod non potest dici legitime probata .
¶Secundo etiam respondetur, posito quod tres testes de il-
la deponant,vel quod sufficiant duo,prout duo tantū de actu
ipsius donationis,seu de mandato ad eam faciendam viden-
tur deponere , videlicet domina Leonora , & dominus Cleo-
philus dicentes quod domina Joanna mandauit referre Re
uerendissimo Cardinali,quod ipsa sibi donabat iura sua,seqz
habebat in terris,de quibus agitur, quia dicimus, quod vere
nihil probant,quia sunt in dictis suis singulares, & non conte-
stes cum de tempore,& loco non concordent, & alias pro regu-
23 la dicitur † testem singularem,veluti vnum non probare.l.iu-
risiurandi.C.de testib.& ibi declarant Docto. & in c. licet cau-
24 sam.extra de probatio.cum similibus. & † si plures sunt testes
singulares in dictis suis non magis probant quaz vnus solus,
vt tradit Bald.in d.l.iurisiurandi. ij.colum. quinimmo sepe
25 minus probant quā vnus solus,quoniam sepe † dictum vnius
debilitat fidem alterius secundum Baldum in l. de quibus .
colum.antepenult.versi.sed nunquid testes.ff.de legi.& tradit
plene Felyn.in c.licet ex quadam.iiij.col.versicu. vltimo scien
dum.de testi.& Deci.in consil.cccx.visis diligenter.ad fin.cum
concordantibus.vt alias dixi in consil.xc.abunde,& subtiliter.
num.8.ij.vol.& licet in dubitatione dicatur quod singularitas
testium in casu isto non videtur obstatiua , sed potius admini
culatiua,quia videtur tendere ad eiusdem rei finem,& inuicem
patrocinantur, hoc est, quod domina Joanna donauit &c. &
26 ideo testes † predicti videntur coniungendi ,vt probent , & fa-
ciant locum iuramento suppletorio probationis iuxta doctri-
nam Bartoli in rubrica de controuers.inuestitu.de qua plene
per Felyn.in c.licet ex quadam.iiij.colum.cuz sequen.de testi.
tamen hec in proposito vera nō videntur , & dico quod immo
singularitas horum testiuz debet dici obstatiua, naz qui testes
produxit intendit probare quod domina Joanna donauit ,
quod certe requirit tempus,quādo talis donatio fuerit facta,
& similiter etiam locū quo dicatur facta , vnde cū testes in casu
isto de diuersis locis,& temporibus deponant inuicem sibi ob-
stant,nam quod vno loco,vel tempore factum est , non potest
dici alio loco,vel tempore factum, & ideo ista singularitas inui
cem sibi obstat,non autē patrocinatur.& ɔsequēter non potest
27 deferri iuramentum in defectum probationis,quia † vere nul
la,nec semiplena probatio dicit facta,ita signanter voluit Bal.
in dicta rubrica , dicēs quod tunc singularitas dicitur admini
culatiua quando testes nō sunt adeo singulares , quod propte
rea non concordarent in vnum rei finem , sed ad eum venirent
per diuersa media, seu diuersas coniecturas,& ponit exempluz
si vnus testis deponat de veritate , alius de confessione scilicet
dicte veritatis,vel de fine.& tunc bene illud procedit,quia con-
fessio,vel etiam fama stant simul cum dicto testis de veritate,
28 & illud adiuuant, & ad eundem finem tendunt. Sed † quando
dictum vnius testis discordat cuz dictis ab alio debet illo casu
dici singularitas obstatiua,vt ibi per Baldum. hoc idem refe-
rens Bald.dixit Felyn.in d.c.licet ex quadam. v. colum.ver.
modo aduerte quod ista limitantur de testi . & procederet hoc
etiam

etiam si ageretur de probando aliquo reiterabili, vel in genere puta Titius esse vsurarium nam si vnus testis dicat quod certo tempore dedit centum Gaio ad vsurā, ⁊ alius dicat alio tēpore quod dedit centum Sempronio, non probatur illum esse vsurarium quia singularitas dicitur obstatiua eo quod quilibet testis deposuit de vno actu, ⁊ in eo est solus ⁊ ideo ei credi non debet per supra dicta. ita in terminis voluit Abb. in cōsi. xlij. ex multis agitatis. j. vol. ita etiā firmat Fely. post Paul. de Leaza. in d. cap. licet ex quadam vij. colū. licet de Abb. non faciat mentionem. sic etiam si quis velit probare aliquem fecisse miracula, ⁊ per vnum testem probet quod cecū illuminauit ⁊ per alium ꝙ sanauit claudum non dicitur probasse intentionem suam item si quis vellet probare aliquē blasphemasse, ⁊ vnus testis dicat illum negasse Christum natum de Virgine alius quod negauit equalitatē personarum Trinitatis erūt singulares prout dixit Ant. de But. in cap. cum oporteat. de accusa. licet in hoc vltimo pleriqꝫ tenuerint contrarium, vt ipse ibi dicit ⁊ tradit Fely. in d. c. licet ex quadā. vj. colū. vt ego alias sic dixi consulendo iam annis viginti vel circa sed nunc forte nō ita dicerē. ⁊ ita has tres decisiones seu ista tria exempla ⁊ Doct. predictos refert et sequitur Alex. in consi. lxxij. inspecto diligenter processu. nu. 6. versi. secundo presuppono cū sequentib. lib. j. his sic stantibus fortius dici, debet in casu nostro non esse probatam donationem cum non sit actus reiterabilis nec in genere sed actus quidam particularis videlicet ꝙ domina Joanna donauit Reuerendissimo Cardinali que donatio quando esset facta non esset iterabilis merito ergo singularitas testium in ea probanda respectu loci, ⁊ temporis dicitur obstatiua, igitur non potest dici donatio probata. ⁊ hoc stante non potest deferri iuramentum suppletorium quia vere nullam habet actor semiplenam probationem iuxta tradita ꝑ Fely. in d. c. licet ex quadam de testi. ⁊ dixit Deci. in d. consil. cccx. ad finē. tam ⁊ si ex alio tale iuramentum isto casu non esset deferendum quia scilicet causa est magna ⁊ maximi valoris videlicet scutorū 6000. vel circa, est enim communis * doctrina Bar. ⁊ aliorum in l. admonendi. ff. de iureiur. quod † in causis magnis non defertur tale iuramentum. ⁊ cū causa magna sit declaranda arbitrio boni viri vt ibi per doctor. non est dubium quod ista reputaretur causa magna inspecta persona domine Joanne iuxta tradita per Jas. in d. l. admonendi col. mihi xcvi. ⁊ xcvij. dum inter alia dicit quod causa breuis ⁊ sic non magna dicitur a centum aureis infra, dicens hoc diligenter esse notandum quia seruit ad multa vt per eū, magna ergo causa dicitur talis donatio. Tertio principaliter respōdetur tunc

30 vj. dubitationi quia † cum sit facta de re magne extimationis supra quingentos aureos non valuit quia non fuit insinuata iuxta l. sancimus in prin. iuncta l. pen. §. fin. C. de donat. nec obst. quod primo allegatur quod talis donatio videtur facta ecclesie id est episcopatui Mantue ⁊ propterea secundum magis communem * opinionem non indiget † insinuatione, vt

31 scribit Fely. in c. ecclesia sancte Marie nu. 82. in lib. meo de cōstitut. de quibus in motiuis. quoniā rūdetur negando quod pretēsa donatio fuerit facta predicte ecclesie. sed si facta fuit dē

32 facta Reuerēdissimo Cardinali ⁊ sic vni clerico † particulari in quo casu non est qui dubitet quod indigeat insinuatione vt clare ponit Fely. in loco predicto ponens rationem differentie inter clericum ⁊ ecclesiam vt per eum. ⁊ licet iste clericus ⁊ sic Reuerendissimus Cardinalis dicatur talis ecclesie perpetuus administrator tamen per dominā Joannā non fuit consideratus vt talis neqꝫ habitus aliquis respectus ad ecclesiam sed solum fuit consideratus Cardinalis vt ipse. ⁊ ad eum fuit habitus respectus vti ad personā magne auctoritatis in ciuitate Mantue, quod vel ex eo constat quia ipsa ab illo per suū nuntium, qui de donatione retulit petiit, seu rogauit, vt operaretur lites, ⁊ causā ipsius celeriter expediri. Nec etiā ob. quod

33 secundo dicitur quod † debet talis donatio sine insinuatione valere, veluti facta principi, iuxta authen. item a priuatis, ⁊ in corpore vnde sumitur. C. de donatio. quoniam clara est responsio, quod iste Reuerendissimus Cardinalis non est princeps in illa ciuitate, cuius do. est Illustrissimus Dux eius. Nec quicquam facit quod Reuerendissimus Cardinalis, vt asseritur dicitur princeps in suo episcopatu, primo quia illud, vt audio nondum est probatum. Secundo etiam dici potest, si sufficit esse principem particularem, debet tamen considerari princeps, ⁊ superior illius, qui donat quod non esset in proposito nostro, quoniam licet ille Reuerendissimus Cardinalis esset princeps in suo episcopatu, non tamen posset dici princeps respectu domine Joanne donantis, nec eius dominus, vel superior dici potest cum illa pro tali habeat Illustrissimū Ducem vti est notissimum. Tertio etiam potest dici quod dicta

34 authen. † item a priuatis, seu §. illud quoque. in authen. vt pignorationes non fi. Unde illa sumitur, non procedit in principibus inferioribus, sed tantum in principe superiori, vti est Imperator ponderando ad hoc quod semper in illo text. fit mentio de ipso Imperatore, vel de Imperatoria Maiestate, secundū nouam literam Haloandri. ad quod facit quod l. be

35 ne a Zenone. † cum socia. C. de quadrien. prescr. cū loquatur de Imperatore non procedit in principe inferiori, vt multi dixerunt, quos refert, ⁊ sequitur Cur. Jun. in cons. clxxxv. quod est facile post redditum consilium. nume. 6. 7. ⁊ 8. ⁊ ego alias dixi, ⁊ concordantes adduxi in consil. lxix. castrum quoddam Biscine. num. 55. ⁊ 56. j. vol. ⁊ hoc posito in casu nostro tollitur omnis difficultas respectu eius quod dicitur de donatione facta principi. Et licet pleriqꝫ in certis casibus contrarium tenuerint, puta in Duce Mediolani, ⁊ alias ego dixi in cōsil. lx. viso themate preposito circa medium. iij. vol. Et propterea de predicta responsione posset quis dubitare, tamen posset talis responsio in casu isto defendi cum ille §. illud quoqꝫ, multum precise semper loquatur secundum bonam literam de Imperatoria Maiestate, ⁊ presertim cum non agatur de Illustrissimo Duce Mantue, sed de eo qui asseritur princeps predicti episcopatus. Nec quicquam moueat quod de Illustrissimo, ⁊ Reuerendissimo domino non cadat aliqua suspitio fraudis propter generis nobilitatem, dignitatem, ⁊ eminentissimas virtutes eius. ⁊ sic videatur cessare potissima ratio inducte insinuationis, iuxta tradita per Bartolum in l. modestissimus.

36 ff. de donatio. vt in motiuis dicitur. quia † non valet argumētum in homine aliquo cessat omnis fraudis suspitio, ergo in donatione maxima sibi facta non requiritur insinuatio. alioquin probis viris quibuscunqꝫ, ⁊ clericis multis, ⁊ omnibus aliis, quorum fides, ⁊ sinceritas notissima est, posset sine insinuatione donari. quod falsum est cum solum excipiatur Imperatoria maiestas, vt in d. §. illud quoqꝫ. ⁊ forte ratio est, qꝛ secundum aliquos etiā alia ratione requiritur solemnitas insinuationis circa scutos quingētos aureos. Ne scilicet qs vno impetu iactet totum patrimonium, aut magnā partem eius, que ratio videtur cessare si donatio fiat Imperatori, qꝛ apud eum cessat omnium malorum sinistra suspitio. Sed quid de hac ratione, ⁊ aliis sit dicendum satis est quod omnes donationes cuicunqꝫ fiant sunt sub lege insinuationis exceptis Imperatoriis, vel Imperatori factis, vt d. §. illud quoqꝫ.

¶ Nec demū obstat quod Reuerendissimus Cardinalis sit curator, ⁊ gubernator Illustrissimi Ducis, ⁊ sit supra Senatores, ⁊ Consiliarios, propter quod videtur, quod insinuatio non requiratur quasi gaudeat, ⁊ ipse priuilegio principis, seu

37 illi equipparetur, sicut † Senatores, ⁊ Consiliarij equiparantur iuxta l. quisquis. in princ. ⁊ ibi not. Salyc. ⁊ alij C. ad leg. Jul. maiest. tradit Afflict. in constitution. Regni in constit. vt participa. num. 6. iiij. quest. ⁊ Cassan. in Cathalogo glorie mundi. in vij. parte. xiij. consideratione, vt in motiuis, quoniam respondetur hoc nihil esse nec tale argumentum valet quia consiliarij, ⁊ similes, de quibus in d. l. quisquis. dicuntur pars corporis ipsius principis, vt ibi dicitur quod non legitur de curatore, seu administratore, ergo ⁊c. Preterea licet ibi fiat equiparatio in eo, vt etiam qui illos offendit dicatur crimen lese maiestatis committere, non tamen hoc dicendum videtur de priuilegio non requisite insinuationis, vnde videtur quod etiam donatio facta consiliariis, ⁊ Senatoribus subiiciatur legi insinuationem requirenti cum contrarium iure non caueatur, ⁊ ordinarie standū sit regule per iura vulgaria. Nouissime quo ad totam hanc obiectionem de principe aliter respondetur, ⁊ tollitur in proposito casu prorsus omnis difficultas. Esto ꝙ Cardinalis Reuerendissimus esset ipse dominus Mantue. ⁊ quod propterea donatio ei facta non indigeret insinuatione per dictum §. illud quoqꝫ. non obstantibus predictis. Dico enim quod licet talis donatio esset immunis a solemnitate insinuationis, non tamen valeret nisi in publico facta esset, ⁊ a tabellione conscripta coram testibus cum subscriptione donatoris, ⁊ ipsorum testium, vt clare, ⁊ aperte dicitur in d. §. illud quoqꝫ. ⁊ clarius in litera Haloandri vbi sic legitur si modo re

vera

vera, & serio fiant absolut. in foro a tabellione, & subscriptiones habentis donatoris ac testium &c. Et ita not. ibi Jac. de Beluiso & alij sequuntur. sed donatio asserta de qua agitur, nõ fuit talis vt est notissimum, ergo &c. & istud apud me nullaz habet difficultatem: nam omitto etiam attestari quod nos sumus in donatione vel in renuntiatione facta per viam donationis.
38 & de iure delato & quasi acquisito propter quod † absq; dubio renunciatio dicitur donatio. l. hoc iure. §. j. ff. de donat. cũ concordantibus vt per Ripam in l. si vnquam. xj. q. in prin. C. de reuocan. donat. facit. l. spem. C. de donat. nam si vis de futuro puta considerante transfertur potest dici donatio vt ibi gloss. & Doct. declarant. fortius in casu nostro dicetur donatio cum sit ius de presenti & renunciatio sit facta per viam donationis vt dixi. & hoc stante sequitur quod in ea requirebatur solennitas insinuationis, & sic nõ ob. quod de renũciatione dicebatur in motiuis. Ad id autez quod vltimo loco dicitur de re dubia & quod propterea non vera extimatio sed dubius euentus venit considerandus respondetur quod immo iudicio meo res clara videtur, vt scilicet domina Joanna sit admittenda per supra deducta & alia etiam que dixi in consilio, preterea dubius euentus non reduceret rem sex milium scutorum ad minorem summam quingentorum ita vt non indiguisset insinuatione. Illud enim arbitrio boni viri esset declarandum qui forte declaret diminui propter dubium euentum vel sextam partem argu. eorum que dicit Bart. in l. societatem. §. arbitrorum v. col. ff. pro socio, vel ad plus dimidiam argumento natatoruz in l. sed an vltro. ff. de neg. gest. veritas tamẽ est vt puto quod nõ sumus in dubio per predicta. ex quibus omnibus manifeste constat responsum esse omnibus que in motiuis tam Magnifici domini Caroli Malateste quaz etiam Magnifici domini Hieronymi de Medicis maiorum & dominorum meorum continentur. Laus Deo Clementissimo.

Socinus Nepos Bonie. 1555.

CASVS.

CONSILII LXXXIII.

MAGNIFICVS dominus Alexãder de brotio nobilis Mantuanus emit quedam predia inter que reperiebãtur circa 700. vel 800. bubulce terre feudales de feudo Illustrissimi Ducis Mantue sed antequam emeret a Duce prefato vel eius prefatoribus fuit illi cõcessa facultas & licentia de ipsis bonis feudalibus disponere & testari per quãcunq; vltimam voluntatem etiam legando prout ipsi placuerit in quamcunq; personam tam coniunctaz quã extraneã ita vt eius dispositio si facta fuerit valeat non secus ac sic dicte terre libere & allodiales essent vt latius in dicta licentia legitur cuius copia transmittitur, & cum filijs careret & filium premortui fratris haberet prout in ipsa licentia fuit narratuz tandem subitanea & improuisa morte decessit intestatus nulla facta expressa dispositione de dictis bonis feudalibus superstite sibi & herede vniuersali ab intestato predicto filio fratris. Queritur vtrum ad illum vti vniuersalẽ heredem dicti Alexandri debeant peruenire predicta bona feudalia & an vero sint deuoluta ad cameram Ducalem propter lineam finitam.

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De feudo cõcesso cũ licentia disponendi, & testandi in quascunq; personaz voluerit an transeat in filium fratris ab intestato succedentem.
¶ Et an & quando feudum emptum de communi pecunia sit communicandum.
¶ Et susceptum cum clausula, & quibus dederit transit ad venientes ab intestato etiam non descendentes.
¶ De dictione perinde ac si, an & quando importet similitudinem vel fictionem.
¶ Dispositio quelibet debet sic interpretari vti disponens respondisset, si de aliquo occurrenti casu fuisset interrogatus.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ¶ *Feudum nouum non transit nisi ad descendentes feudatarij, & non ad hæredes extraneos etiam de agnatione, sed reuertitur ad concedentem decedente feudatario sine liberis.*
2 *Frater existens in cõmunione, licet aliquid proprio nomine emat, tamen cum alijs fratribus communicare tenetur.*
3 *Argumentum ab eo quod est verisimile valet.*
4 *Casus improuisus meretur vt æquitate suggerente succurratur patienti propter illum.*
5 *Moriens intestatus creditur disponere & uelle quod bona eius perueniant ad venientes etiam ab intestato.*
6 *Verba per quancunque vltimam voluntatem, posita in concessione feudi, vti generalia & vniuersalia, important etiam impropriam volũtatem seu large sumptam.*
7 *Feudum concessum cum licentia disponendi de eo etiam in extraneos hæredes, & quomodo voluerit feudatarius, potest transire etiam in successores ab intestato, licet non sint descendentes.*
8 *Dispositio simpliciter loquens procedit nedum in casu vero & expresso, sed etiam in tacito & præsumpto.*
9 *Verba (non secus ac si, & perinde ac si) solent similitudinem importare, quando sunt posita respectu certi facti extrinseci quod dispositioni non repugnat, sed cum repugnant non similitudinem sed fictionem important. & nu. 10.*
11 *Commodum sequi debet eum apud quem sunt incommoda.*

CONSILIVM LXXXIII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.

¶ Valde dubia visa fuit presentis consultationis resolutio, etenim prima fronte videbatur dicendum terras feudales predictas ad came-
1 ram Ducalem deuolutas. nam cum † feudum predictum in persona Alex. esset nouum non erat transituruz nisi ad descendentes eius & non ad heredes extraneos etiaz de agnatione sua, sed ad dominum concedentem redire debet cum ille decesserit sine liberis tex. est in c. j. §. cum vero in titul. de his qui feud. dar. pos. & c. ad finem de succes. feu. & vtrobiq; tradunt Doctores & declarat. Curt. Junior in tract. de feudis in prima parte in viij. q. ij. col. & Jasi. in simili tract. in pagina xlvj. versi. xxj. & dixi ego plene alia plura iura allegando, & Doctores in consi. lxxiij. Illustrissimum dominium Venetorum. nu. 20. j. volũ. nec videtur obstare quod domino Alexandro fuerit concessa facultas & licẽtia disponendi & testandi &c. quia ipse tali licentia non fuit vsus. nullam enim dispositionem fecit de dictis bonis feudalibus in fauorem illius fratris filij, nec etiam alterius neq; inter viuos neq; in vltima voluntate sed penitus intestatus decessit & morte vt aiunt subitanea & improuisa, merito ergo videtur quod predictus fratris filius qui dicitur Hieronymus nullum ius habeat ad predicta bona feudalia. verum tamen predictis non obstantibus diligentius, & maturius omnia considerando contrarium in hac facti contingentia verius esse arbitror, concludendo quod immo dicta bona feudalia iuridice pertineant ad dictum Hieronymuz. & in primis presuppono in facto quod dominus Alexander emit predia illa casatici, & sic etiam terras feudales de quibus agitur inter ipsa predia inclusas de pecunia communi inter eum & predictum Hieronymum filium sui fratris & hoc bene nouerit qui de feudo inuestituram fecit, nam illam pecuniã Alexãder perceperat de venditione predij bozuli vti in instrumento predicte licentie asseritur, quod predium erat inter illos commune & cum ipsi simul habitarent & bona communia
2 haberent sequitur, quod † licet Alex. proprio nomine emerit tamen quod emptum est veniebat inter eos communicanduz vt est singularis doctrina. Bar. in l. cum oportet ij. col. in fin. cum sequenti. C. de bon. que liber. & videtur tex. in c. j. in fi. de fratrib. de nouo benefi. inuestit. in vsibus feudorum, & tanto magis quia Hieronimus erat pupillus iuxta l. curator. cum ibi traditis per Doct. C. arbit. tutel. & declarat Bal. in l. j. C. si quis alter. vel sibi, & huius voluntatis credi potest fuisse ipse Alexander, quia cum ita de iure sit & ille id scire presumitur l. leges sacratissime. C. de legibus. presumitur se voluisse conformare cuz talis iuris dispositione iuxta. l. si duo. & ibi tradũt
* Doct. ff. de acquir. hered. & est communis doctrina Bart. patrui mei Sozin. & aliorum. & ibi aliquando dixi in l. heredes mei. §. cuz ita. ff. ad Trebell. Jstis immo sic presuppositis ex

eis

vis sumitur satis clara coniectura quod ipse Alexander in im petratione predicte licentie habuerit semper animum fauore predicto Hieronymo & ad eius vtilitatem talem licentiam im petrauerit & pariter etiam credi debet quod concedens dicta3 licentiam eandem mente3 habuerit, attento maxime quod de illo in concessione dicte licentie fit expressa mentio.

¶ Et licet in ea etiam dicatur de alijs personis tam femi nis, quam masculis, & tam extraneis, quam coniunctis, il lud tamen verosimile est Alexandrum ita voluisse in defectu3 domini Hieronymi in vita sua sed eo sibi superstite creden dum & verosimile est pro illo tantum esse obtentam licentiam,
3 & ita nos opinari debemus per argumentum † ab eo quod est verosimile, iuxta. l. sed & si susceperit. §. j. ff. de iud. c. sollicite de restit. spoli. cum vulgaribus facit glo. communiter * approba ta in l. tale pactu. §. fin. ff. de pact. & sicut talem mentem presu mitur habuisse Alexa der in impetratione pred. licentie, ita et & fortius creditur habuisse tempore sue mortis vltra regula. l. conficiuntur post. prin. ff. de iure codicil. de qua statim dice mus & quia hanc suam uoluntatem improuisa morte preuen tus no potuit exprimere huius repetini casus iniquitas conie ctura pietatis emendanda est sicut in simili dicitur in l. iij. C. de milit. test. & ita perinde haberi debet ac si talis voluntas in
4 fauorem Hieronymi fuisset expressa casus † enim improuisus meretur vt equitate suggerete succurratur patienti propter il lu vt d. l. iij. & l. militis codicillis. §. miles in suppremis. ff. de milita. test. & in predictis fit primum fundamentum in fauore dicti Hieronymi quod apud me plurimum potest prout que libet recti sensus mouere debet presertim coniunctis his que inferius dicent. Secundo ad fauore dicti Hieronymi facit qr imo predictus Alexander dr virtualiter & iuris interpretatio ne vsus licentia predicta ad commodum dicti Hieronymi nam in licentia fuit ipsi Alexandro concessum vt de feudalibus bonis de quibus agitur disponeret & testaretur in quamcunq3 persona3 ipse voluerit, sed ipse dicitur de eis disposuisse in per sonam dicti Hieronymi & in eius commodum ergo &c. hoc
5 autem probatur quia moriens † intestatus creditur dispone re & velle quod bona eius perueniant ad venientes etiam ab intestato l. conficiuntur in princ. & l. si quis cum testamentum nullum in princ. ff. de iure codicil. & dixit Bart. etiam in l. vel maxima. ff. de colla. bon. cum similibus. sed Hieronymus di citur ipsi Alexandro ab intestato succedere & ipsius legitimus heres ergo dicitur habere etia voluntate3 ex dispositione dicti Alexandri patrui sui. & licet predicta voluntas & dispositio no sit expressa, sed presumptiua potius &c. legali prouisione, ita vt non videatur habere titulu a defuncto sed a lege ad tradita per Alex. in cons. xliiij. videretur prima facie in vltimis verbis lib. v. tamen negari non potest quin sit quedam vltima volun tas & morientis dispositio salte3 largo modo, & impropria cu sic iura dicant de quibus supra vt sic veniat sub nomine dispo sitionis presertim in casu nostro, cum data sit facultas dispo
6 nere de istis bonis feudalibus, per † quamcunq3 vltima3 vo luntatem, na3 verba ista vti consequentia & vniuersalia impor tant etiam impropriam voluntatem seu large sumptam, vt in simili tradunt Doct. maxime Jas. in l. quedam. §. nihil j. colu. ff. de eden. vbi in vers. primo quando est adiecta &c. concludit quod sub verbis illis successoribus quibuscunq3 comprehen ditur etia3 legatarius licet improprie & largo modo sit succes sor qr singularis & nomine vniuersalis dicitur vt per eum. fa ciut tradita per Dec. in cons. 113. viso tenore priuilegij. ij. col. vers. & sicut Papa. & per Cur. Jun. in consi. xxxij. presupponi tur in facto. nu. 8. du3 dicit quod propter verbum quoscunq3 poterit legitimari etia infans. & per Parisi. in consi. xcij. com municat. bonorum j. col. vbi num. 7. loquitur de ista dictione quecunq3 vt per eu. Tertio strictius procedendo facit quia vi demus quod licet alias feuda alienari non possint regulariter nec transeant in extraneos heredes per iura notissima tamen si quis fuerit inuestitus pro se, & quibus ipse dederit dicitur per illa verba habere licentiam & facultatem alienandi & trans ferendi etiam in extraneos heredes, & quomodo voluerit di
7 sponendi. & † per talem licentiam poterit feudum transire et in successores ab intestato licet non sint descendentes, ita post plures quos allegat plene, & egregie firmat Curt. Jun. in cos. iiij. super contrauersia vertente, per totum qui vltra auctorita tes quas allegat facit pro sua opin. ix. vel x. pulchra & vrgen tia fundamenta vt per eum de quorum aliquibus infra facia3 mentionem, sicut igitur licentia sumpta ex illis verbis, & qui bus dederit verificatur in illa datione quam quis dicitur face re successoribus ab intestato, ita etiam in casu nostro licentia di sponendi vti voluerit debet verificare in illa voluntate & dispo sitione quam Alexan. dicitur habuisse & fecisse in personam d. Hieronymi sibi ab intestato succedentis de qua in d. l. confi ciuntur cum socia superius allegatis. Quarto facit quia non est dubium quod vigore licentie de qua agitur Alexand. po tuisset d. bona feudalia relinquere ab intestato extraneo heredi cu in ea illud exprimat quo posito dico quod fortius debet tra sire in d. Hieronymum licet extraneum succedentem ab inte stato vt egregie probat Curt. in d. consil. iiij. in primo suo fun
8 damento ad quem me refero. Quinto arguitur sic † dispositio simpliciter loquens procedit nedum in casu vero & expresso.

¶ Sed etia3 in tacito, & presumpto. Doctrina est Raph. Co men. in consi. cxxiiij. domina Joanna in primo dubio vbi bene probat, sed ista licentia dat facultatem disponendi & relinquen di etiam extraneis heredibus ergo debet intelligi in dispositio ne, & relicto nedum expresso & vero. Sed etiam in presumpto. Sed iste Hieronymus ab intestato succedens dicitur habere dispositionem patrui sui Alexandri presumptam seu illi dici tur presumptiue relictum per d. l. conficiuntur. cum socia. ff. de iure codicil. ergo dicitur habere ista bona feudalia vigore pre dicte licentie. Et istud argumentum inter cetera ponit Curt. in d. consi. iiij. in d. loco, vbi plura ad id congerit ad quem me remitto. Remitto etiam me ad illum in alijs pluribus argu mentis que ipse facit, & ibi recte considerentur qr plura ex eis in casu nostro seruirent. Sexto comprobantur predicta, quonia in predicta licentia coceditur D. Alexandro de istis rebus feu dalib' disponere no secus ac si essent libere & allodiales vt ver ba ejus sonat. Sed si dicte terre libere & allodiales essent absq3 dubio transirent ad predictum Hieronymu3 ab intestato suc cedentem. Et ad id sufficeret illa presumpta voluntas Alexan dri intestati decedentis per d. l. conficiuntur. cu3 similibus, er go idem dicendum est de istis bonis feudalibus sumpto argu mento ab equiparatis seu a similibus per iura vulgaria. Illa
9 † enim verba (non secus ac si) videntur equipollere illis (perin de ac si) que solent similitudinem importare l. si deferente. ff. quibus mod. pign. vel hyp. sol. l. eum qui. §. j. ff. de iniur. & l. iij. §. item sciendum. ff. si cui plus quam per l. falcid. idem pro batur in §. item vobis instit. per quas personas nob. acquir. & in §. interdum. insti. de rer. diuis. per que iura ita inquit Hie rony. Cagnol. in l. j. in prin. ff. de ver. oblig. & presertim hoc ve rum erit in casu nostro, vbi illa verba (non secus ac si) sunt posi ta respectu certi facti extrinseci quod dispositioni que ibi indu
10 citur non repugnat, si enim † repugnaret non similitudine3 sed fictionem importarent l. lege Cornelia. ff. de testa. & l. postlimi nij ius in prin. ff. de capti. & postli. reuer. prout ego alias vltra Doct. declaraui in d. l. j. de verbo. oblig. in j. nor. circa mediu in ver. Sed adhuc animus non quiescit, vbi est videndu. Nec enim videatur mirum in predicta licentia bona feudalia equi parari & facta esse similia bonis liberis & allodialibus. Nam & alibi id factum legimus, vt constat ex dictis Ancha. in consil. cxxv. visis & diligenter ruminatis col. pen. ver. & ex istis infero, & per Alex. in cosil. xxvij. viso themate & his in ij. dubio. lib. vj. Demum accedat predictis, & ad corroborationem premisse co clusionis quod si princeps vel qui pro eo inuestituram fecit cu licentia supradicta, ac etiam ipse Alexander fuissent interroga ti quid voluissent in casu qui euenit proculdubio respodissent quod bona feudalia de quibus agitur omnino perueniant ad predictum Hieronymum succedentem ab intestato & filiu fra tris d. Alexandri de quo fuit in predicta concessione licentie fa cta mentio, ac etiam qui illum D. Alex. pre omnibus vero si militer diligebat propter agnationis conseruationem, vt facile colligi potest ex his que supra deducta fuerunt. Unde & nos ita tenere debemus iuxta glo. illam singulare & communiter * receptam in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. cum cocordantibus vt dixi in consi. clxxxij. sic inter cetera legitur nume. 19. ij. vol. Et dicunt Bal. & Paul. de Cast. in d. §. fin. quod glo. illa cum sua regula procedit in qualibet dispositione vt per eos.

¶ Nouissime predicta opinio maxima equitate iustificatur, quonia3 vt in facto narratur predictus Hieronymus dicitur debitor plurium & in notabile quantitate propter precium di cte possessionis cassatici, & sit etiam bonoru feudalium de qui bus agitur, vnde etiam ob hanc causa3 concurrit vt ipsa bona feudalia

11 feudalia ad eum pertineant vt sic† cōmodum eorum sequatur eum apud quem sunt incommoda & onera eorundem bonorum. ita enim naturalis equitas dictat. l. secundum naturam. ff. de regul. iur. cum similibus allegatis ibi per glo. Deci. & moderniores. Sic itaq; ex predictis omnibus saltez simul iunctis & consideratis remaneat firma cōclusio in fauorē predicti Hieronimi quam ego puto iuridicam & equissimā, & secundū quā ego semper iudicarez tam & si ab initio aliquantisper hesitauerim. Et ex iam dictis manifesta colligitur responsio ad ea que supra in contrarium deducta fuerūt. Fatemur enim quod feuda noua sui natura non trāseunt in collaterales sed isto casu illud tollerandum est propter facultatem & licentiam ipsi domino Alexandro concessam qua in effectu ille dicitur vsus etiam quod intestatus decesserit vt plene ex supra deductis ostensum fuit. Laus Deo Clementissimo.

¶ Sozinus Nepos Bononie. 1555.

CASVS.

CONSILII LXXXIIII.

LLVSTRIS, & Magnifica Comitissa domina Beatrix de Stanghis in suo vltimo testamento post plurima, & amplissima legata que solui debere expressit per prescriptum eius heredem suum heredem vniuersalem instituit Magnificum dominum Camillum de Stanghis filium Magnifici domini Iulij fratris ipsius testatricis, aggrauans tamen ipsum dominū Camillum eius heredem ad dandum & soluendum anno singulo prefato domino Iulio eius patri toto tempore vite sue ducatos ducentos in subsidium dotandi eius filias &c.

¶ Mortua testatrice & adita eius hereditate do. Iulius prefatus pretendit se fore in vita sua vsufructuarium omniuz bonorum hereditatis predicte, quod negat dominus Camillus heres institutus dicens predicto eius patri solum prestandos esse per eum aureos ducentos annuos. queritur quid iuris &c.

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De vsufructu aduentitiorum bonorum filiofam. relictoruz quando dicatur prohibitus acquiri patre, & an sufficiat tacite colligi talem prohibitionem.

¶ Trebellianica potest dici probibita etiam quod id non exprimatur.

¶ De regula. l. nemo potest. de lega. primo. quomodo sit intelligenda.

¶ Acquisitio vsusfructus que fit patri in aduentitijs dicitur irregularis & facile impeditur.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Vsusfructus bonorum aduentitiorum delatorum filiofamilias acquiritur patri qui illum habet in potestate.*
2 *Testator potest prohibere falcidiam & trebellianicam, dummodo id faciat expresse, non enim sufficit tacita quæ ex verbis colligi possit.*
3 *Trebellianicæ prohibitio non arguitur ex eo quod hæres sit grauatus restituere totam hæreditatem.*
4 *Leges quin in suo testamento locum habeant nemo facere potest.*
5 *Testatoris mens & voluntas ante omnia perquirenda est.*
6 *Vnum qui vult vult & id sine quo illud esse non potest.*
7 *Legata annua præstanda sunt ab vsufructuario de fructibus ex hæreditate perceptis, non autem ab hærede.*
8 *Leges quilibet scire præsumitur.*
9 *Locus a uerosimili valet.*
10 *Inclusio vnius est exclusio & negatio alterius.*
11 *Auth. excipitur. C. de bonis quæ liber. quando locum habeat. & numer. 16.*
12 *Exhæredatus nominatim quis dicitur, quando ad eum solum potest exhæredatio referri.*
13 *Regula. l. nemo potest. de lega. i. quo casu & quomodo procedat.*
14 *Prouisio hominis tollit prouisionem legis.*
15 *Pactū de non alienando non impedit translationem dominij si alienatio fiat. & num. seq.*

CONSILIVM LXXXIIII.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie.

¶ Videtur in presenti consultatione primo aspectu dicendum quod vsusfructus hereditatis prefate pertineat ad pred. Magnificuz dominum Iulium vti patrem dicti Magnifici domini Camilli & ipsum habentē in potestate, presupposito (prout verum videtur) quod predicta hereditas sit ipsi domino Camillo aduentitia. nam pro regula constitutum est,
1 quod † bonorum aduentitiorum que filiofamilias acquiruntur patri qui illum habet in potestate queratur vsusfructus dominio apud filium permanente. l. cum oportet. C. de bon. que liber. & §. primo. institut. per quas person. nob. acquir. & utrobiq; tradunt Docto. Et licet qui talia bona filiofamilias relinquit possit probibere ne patri illius queratur vsusfructus authen. excipitur. C. de bon. qne liber. & in corpore vnde sumitur scilicet in authē. vt liceat matri & auie. in prin. tamen videtur requiri quod hoc exprimatur vt sonant verba d. auth. excipitur, ibi, hac conditione adiecta &c. sed in casu nostro (quicquid tacite videatur posse colligi ex illo onere soluēdi annuos aureos ducentos) non fuit facta per testatricē expressio quod patri instituti non queritur vsusfructus ergo. &c. Facit quod
2 in simili dicitur, quod licet † testator possit probibere falcidiā & trebellianicam. §. si vero expressim. in auth. de heredi. & falci. collatione prima. & auth. sed cū testator (que inde sumitur) C. ad l. Falcid. tamen videtur cum his que vtrobiq; tradunt Doct. quod debeat expresse fieri talis probibitio, & tacita que ex verbis colligi possit nō sufficiat, put voluit Ang. in d. auth. sed cum testator. & in d. §. si vero expressim, & hanc opin. videtur tenere Paul. de Cast. in consi. cl. in causa que vertitur inter Petrum. in antiquis, in nouis est in consi. xxviij. lib. ij. vbi
3 in simili concludit, quod † si heres grauatur restituere totam hereditatem, non sequitur quod voluerit probibere trebellianicam, quod etiam voluit Marianus Sozin. auus meus in consi. xiij. sequendo ordinem predictarum q. col. fin. sic igitur sit vt in casu predicto requiratur expressa probibitio falcidie vel trebellianice. & non sufficit tacita que ex verbis colligi posset secundum predictos Doctores, ita & in casu nostro videtur quod requiratur expressa probibitio quod patri non queratur vsusfructus & non sufficiat tacita que videtur summi ex illo legato de aureis ducentis annuis dandis ipsi patri, vt infra dicetur, vltra etiam pro d. opinione facit quia esto quod illa Beatrix ita voluerit videtur quod non potuerit impedire acquisitionem. d. vsusfructus cū illa fiat ex lege, vt d. l. cum opor
4 tet. Nemo † eniz potest facere quin leges habeant locuz in suo testamento. l. nemo potest. & ibi tradunt Doctores. de lega. j. istis tamen non obstantibus contrariuz de iure & quidez aperto in pñti casu verius esse arbitror, & concludo pred. Magnificum dominum Iulium patrem instituti etiam quod illū habeat in potestate aliud petere aut consequi non posse quā ducentos aureos annuos, & sic ad eum non pertinere vsumfructum bonorum in predicta hereditate contentorum. & pro declaratione predicte conclussionis & resolutione contrariorum presuppono quod cum hic agatur de interpretatione testamenti Magnifice domine Comitisse ante omnia inspiciendū
5 est quod ipsa senserit in predicta difficultate, mens † enim, & voluntas testatoris ante omnia perquirenda est que totū facit l. ex facto la grande. post medium. ff. de heredibus instituendis. & inuenta, & cognita etiam per coniecturas omnino seruari debet. l. iij. C. de liber. preter. & l. in conditionibus primum locum in prin. ff. de condit. & demonst. cum multis que ad hoc allegari possent, vt alias scripsi in consil. xcviij. dominus Petrus. nume. 6. cum tribus seq. primo volumi. & in consi. cxlv. viso consil. num. 1. 2. & 3. secundo vol. hoc ita posito dico dominam Comitissam omnino voluisse probibere ne patri sui heredis acquiratur vsusfructus, sed voluisse quod apud ipsum heredem cum proprietate remaneat, vt sic dicamur esse virtualiter in terminis authentic. excipitur. C. de bonis que liberis. superius allegate. ¶ Et hoc ostenditur primo quia si testatrix voluit ipsi domino Iulio dari per suum heredem annuos aureos ducentos certe uoluit eum esse fructuariū sue hereditatis, & sic dicitur talis vsusfructus ac-

quisitionem prohibuisse in necessarium antecedens, naz absq; tali prohibitione tale annuum legatum non valuisset, quia si totum vsumfructuz dominus Julius haberet frustra ei annui aurei 200. relinquerentur cum nedum eos sed omne commodum hereditatis haberet vt est notuz vnde cũ voluerit ducentos aureos annuos sibi dari per filiũ eius institutum heredem dicitur necessario voluisse apud heredem vna cum proprietate esse etiam vsumfructum causalez ex quo possit illos annuos aureos patri suo soluere ⁊ ita virtualiter dicitur prohibuisse ac
6 quiri vsumfructum patri instituti quia † qui vult vnum vult ⁊ id sine quo illud esse non potest. l. si iter legatum. ff. de seruitut. l. nec is. §. j. ⁊ l. illud. ff. de acquir. hered. cum vulgaribus alias per me allegatis in consi. xxxviij. Magnifici ac Illustrissimi iudices. num. 2. j. vol. Secundo idem probatur nam cuz
7 queritur an † legata sint prestanda per heredez vel vsufructuarium omnium bonorum inter cetera solet cõmuniter concludi quod regulariter fructuarius prestare debet annua legata de fructibus ex hereditate perceptis per l. fin. §. sinautem. C. de bon. que lib. prout ibi declarat Saly. cum concordantibus vt alias dixi in consil. cix. nobilis vir Petrus Pannotenus. nu. 27. ⁊ 28. ⁊ in consil. cxv. in testamento Andree. nu. 10. j. vol. quod cum sit legalis dispositio creditur testatricem nouis-
8 se, cum † quilibet presumatur scire leges l. leges sacratissime. C. de legi. cum similibus vnde cum domina Comitissa voluerit annuos illos ducentos aureos prestari per suũ heredez dz voluisse quod apud eum sit vsufructus scilicet causalis, vt sic ex annuis redditibus annua legata prestaret, merito ergo dicitur virtualiter prohibuisse patri instituti acquiri vsumfructum prout ei iure permittitur iuxta dictã auth. excipitur, ⁊ in corpore vnde sumitur. Tertio idem ostenditur quia nisi vsusfructus causalis remaneret penes heredem. ⁊ sic non sumeret annuos redditus bonorũ testatricis certe p eũ nõ possent solui magna ⁊ amplissima legata in pecunia facta per ipsam testatricẽ vt est manifestũ cum redditus perciperentur per patrem eius si esset vsufructuarius omniũ bonoruz, ⁊ tamen ipsa testatrix expresse disposuit predicta omnia legata solui ⁊ prestari p ipsum heredem vt ex lectura testamenti constat, igitur grauãdo ita heredem dicitur velle quod talia legata prestare possit ⁊ generaliter quod habeat heres annuos redditus, vnde pecunia relicta percipi possit, ⁊ sic videatur prohibitus vsufructus patri instituti ⁊ grauati vt supra acquiri. Quinto suadetur idẽ
9 per † locum a verosimili iuxta l. non est verosimile. ff. quod met. causa. cum concordantibus vt scripsi in consil. cxlij. viso puncto cum alijs scripturis. nu. 29. j. vol. ⁊ in consi. v. eleganter ⁊ multum subtiliter. nu. 7. vol. ij. dico enim quod si testatrix voluisset patri instituti queri vsumfructum (prout regulariter contingit in aduentitijs per d. l. cum oportet C. de bon. que lib.) verosimiliter cuz in aliquibus legatis grauasset maxime in annuis, ⁊ non in omnibus heredem institutum qui viuẽte patre nullum fuisset habiturus commodum ex sua hereditate. sic enim facere solent prudentes testatores vti experientia docet que dicitur efficax rerum magistra. c. quam sit, de elect. lib. vj. vnde cum non sic fecerit sed in omnibus ipsum heredem grauauerit verosimile est ⁊ presumitur ꝙ voluerit heredem suum habere hereditatem pleno iure ⁊ sic cum vsufructu. ⁊ generaliter quod voluerit vsumfructum patri ipsius instituti acquiri vt sic dicamus esse in terminis predicte autben. excipitur. ¶ Demum idem suaderi potest ex eo quod domina testatrix vltra predictos aureos annuos ducentos predicto fratri eius domino Julio reliquit dimidiam partem duorum milium scutorum que ipsi simul ⁊ domino Joanni Baptiste alteri fratri eius reliquit vt in testamẽto legitur, ex hoc enim clara volũtas testatricis ostenditur quod voluerit quicquam aliud de sua hereditate ed eum pertinere propter regu-
10 lam qua dicitur quod † qui vnum ponit alia excludit ⁊ videtur negare. l. cuz pretor in princ. ff. de iudi. ⁊ cap. nonne. extra de presumpt. si igitur voluit testatrix domino Julio fratri eius dari scuta mille pro dimidia parte duorum milium ac etiam ducentos aureos annuos dicitur voluisse ad eum quicquam aliud de sua hereditate peruenire, ⁊ sic virtualiter dicitur prohibuisse acquiri illi vsumfructum. ¶ Superest nunc respondere ad allegata in contrarium in quo stat omnis difficultas presentis consultationis. quare vt omnis tollatur difficultas vt infra ⁊ de plano puto respõderi posse. Et quo ad primum dico non esse necessarium vt expressis verbis fiat prohibitio acqui-

sitionis vsusfructus faciende patri sed sufficit testatorem vel quemlibet donatorem aduentitiorum voluisse patri acquiri vsumfructum etiã quod illud tacite colligatur prout clare voluit Bar. per illuz tex. in l. si vsusfructus §. si ita quis. ff. quãdo di. legat. ced. dum vult quod si quis relinquit vel donat filiofam. ita vt ipsi filio soluatur dicitur facta prohibitio acquisitio-
11 nis vsusfructus patri ⁊ habebit locum autben. † excipitur preal legata, ⁊ tamen illud non fuit expressum sed solum colligitur tacite ex eo quod relinquens vel donator voluit ipsi filiofam.
* solui vt per eum cum quo transeunt communiter * Docto. sic igitur ⁊ in casu nostro idem dicendum est cum talis voluntas testatricis ex pluribus tacite colligatur vt ex predictis constat, quod ergo in contrarijs dicebatur non sufficere tacite colligi prohibitionem predictam falsum est quia immo sufficit vt ibi per Bar. ⁊ communez opinionẽ quod etiã voluerunt Raph. Comens. ⁊ Paul. de Cast. in l. cum filiofamilias. circa secundam questionem Bar. ibi. ff. de lega. j. quod esse valde equuz ⁊ multum placere sibi asserit ibi Aret. prout ibi refert ⁊ sequitur Jas. num. 151. cum pluribus sequentibus. vbi etiam ego post alios secutus sum in d. secunda q. Bar. in v. cõclusione. nam ibi per predictos ⁊ per me fit conclusio quod si filiusfam. instituitur in hereditate aduentitia ⁊ pater eius grauetur illi restituere dicetur in effectu facta prohibitio acquirẽdi vsufructus patri, ⁊ tamen non fuit illud expressum sed solum tacite colligitur ex eo quod pater filio iam instituto rogatur restituere vt ibi per predictos. Ad secundum quod allegatur in simili de prohibitione falcidie vel trebellianice respondetur quod illa opinio Ang. ⁊ sequaciuz non est simpliciter vera, ⁊ multi tenent contrariuz, ⁊ veritas est quod si verba testatoris aliter stare possunt, ⁊ verificari absq; eo quod importent prohibitionẽ falcidie vel trebellianice puta si dicat volo quod restituas totã hereditatẽ, nã põt intelligi totã. i. nõ partẽ aliquã. ⁊ tũc ꝓcedat opinio Ang. ⁊ sequaciũ. si vero alr̃ stare nõ possunt, neq; aliud operari possent si nõ diceret facta talis prohibitio, ⁊ tunc illaz operantur, puta si dicatur volo quod hereditatẽ totam ⁊ integraliter restituas sine aliqua diminutione, tunc enim clarum est quod id fieri non posset nisi intelligeretur prohibita trebellianica, ⁊ ob eam causam dicitur prohibitus licet talis prohibitio expressim facta non fuerit argumento. l. ij. ff. de liber. ⁊
12 posthu. nam sicut ibi nominatim † dicitur quis exheredatus quando ad eum solum potest exheredatio referri, ita etiam dicitur facta expressa prohibitio trebellianice quando verba prolata aliud importare non possunt vt in exemplo supra posito, ista est pulchra doctrina Paul. de Cast. in d. auth. sed cum testator, quod etiam in simili est de mente Ang. in consil. cxxv. hoc est testamentuz Petri. col. fin. versi. quid igitur concludemus, ⁊ mihi ista doctrina semper placuit, ⁊ tenenda videtur cum distinguat, ⁊ mediam viam eligat argumento. §. cum ex aliena materia versi. ⁊ post multam insti. de rer. diuis. ⁊ eoruz que dicit Dec. in cons. ccxxviij. in casu ꝓposito nu. 5. vnde cuz in casu nostro relictum annuũ aureorum ducentorum prestãdum singulo anno patri instituti per filium eius institutuz nõ posset sortiri effectuz, nisi patri diceretur prohibita acquisitio vsusfructus, vt superius fuit ostensum, sequitur quod dicta prohibitio debet dici facta secundum quod supra dictuz fuit. Demum ⁊ tertio non ob. quod dicebatur testatricem nõ potuisse impedire acquisitionem vsusfructus patris instituti cuz fiat ex lege, per regulam l. nemo potest de lega. j. quoniam respondetur quod vere nihil penitus obstat quia si ita esset, nec etiam expresse illud dicendo id facere non potuisset, nam regu-
13 la † d. l. nemo potest procedit si testator id exprimat puta volo testamentum meum valere sine testibus prout ibi hoc est clarũ hoc autem in proposito nostro esset falsum, ⁊ contra. d. authẽ. excipitur. dico igitur quod regula. d. l. nemo potest procedit respectu legum inducentium solennitatem testamenti vel quia simile quod nõ pendeat a voluntate testãtis, at in pendẽtibus ab eius voluntate non sic est, quia tunc dicimus aliam regulaz
14 scilicet quod † prouisio hominis tollit prouisionem legis. l. fi. cũ sua materia. C. de pact. conuen. Jtẽ aliã regulã quod volũtas testatoris seruatur pro lege. §. disponat. in auth. de nupt. col. la. iiij. exemplũ. dicat l. decedẽti succedere proximores ⁊ tñ testator contra talẽ legẽ põt instituere quecunq; vult ẽt extraneũ penitus ignotũ ⁊ seruabitur voluntas eius l. extraneũ. j. ⁊ ij. C. de hered. inst. sed in proposito nostro hoc pendet a volũtate testatricis cũ potuerit expresse prohibere predictã acquisitionem

tionem vt dicta authen. excipitur, ⁊ in corpore vnde sumitur, ergo. ⁊c. ⁊ sicut id expresse facere potuisset, ita etiam sufficit quod tacite facere voluerit, cum taciti, ⁊ expressi idem sit iudicium l. cum qd. ff. si cert. pet. que regula fortius procedit in testamētis vt ibi per Ias. ⁊ moderniores. tam ⁊ si ille tex. loquatur in contractu mutui. Sed circa predicta aduertendum est quia dicet aliquis in contrarium quod ex voluntate testantis vel donantis non debet impediri acquisitio vsufructus patri
15 sicut etiam ex pacto † de non alienando non impeditur translatio dnij si alienatio fiat. iuxta tradita per glo. ⁊ Doctores in l. ea lege. C. de condit. ab causam. verum ad hoc ex intentione glose ibi responderi potest quod nos sumus in prohibitione testatoris. nā cū illa fiat ne quid alienetur bene impedit trāslationē dominij si ꝯtrahat licet secus sit in prohibitionē in terminis ex pacto de non alienando. ⁊ plene traditur in d. l. ea lege. ⁊ in l. filiusfam. §. Diui, vbi aliquando plene de hoc scripsi, de lega. j. ⁊ certe ista responsio nobis sufficeret cum agatur in casu nostro de prohibitione acquisitionis vsufructus facta in testamento domine Comitisse. Uerum predicta responsio videtur dubia quia talis acquisitio vsufructus potest fieri ⁊ seruabitur etiam in terminis si quis donaret filiofam. ita vt pa
16 tris eius non queratur vsufructus, nam † tex. in authen. vt lice. matri ⁊ auie vnde sumitur. d. authen. excipitur, procedit ēt
* in donatione vt ibi clare dicitur. ⁊ tenent communiter * Docto. ibi ⁊ in d. authen. excipitur. Et ita predictam responsionē reprobat Cyn. in d. l. ea lege, col. fin. ver. ad tertium argumentuʒ. vnde ipse post Pet. ij. modo respondet, quod argumentum procedit in acquisitione regulari vt que fit per traditionē ex contractu venditionis vel simili, nam tunc verum est quod talis acquisitio, ⁊ sic translatio dominij per pactuʒ de non alienando non impeditur, vt d. l. ea lege, cum his que tradunt ibi Doct. Sed acquisitio vsufructus que fit patri in tali donatione dicitur irregularis, ⁊ propterea facilius impeditur etiam per pactum in terminis, vt ibi per Cyn. cū quo ceteri pertranseunt quod vere est notabile dictū, ⁊ menti tenenduʒ ad declarationeʒ d. auth. excipitur, ⁊ auth. vt lic. matri ⁊ auie. in princ. ⁊ ex predictis omnibus remanet firma ⁊ defensata conclusio quod in casu nostro predicto domino Iulio patri Magnifici domini Camilli heredis instituti non debetur vsufructus predicte hereditatis. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1555.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LXXXV.

¶ De viribus testamenti quod illas princeps tollere non potest, ⁊ minus Comes Palatinus.

¶ De re iudicata seu exceptione quādo opponi potest ⁊ que ad illam requirantur.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Exceptio rei iudicatæ solet impedire litis ingressum, & dicitur exceptio litis finitæ.*
2 *Princeps non potest tollere uirtutem testamenti.*
3 *Res iudicata pro ueritate habetur.*
4 *Verba enuntiatiua cum proferuntur propter aliud non potest in eis fundamentum fieri.*
5 *Iudicis assertio non potest mutare ueritatem.*
6 *Exceptio rei iudicatæ non potest opponi nisi quando concurrit eadem res, identitas personarum, idem ius, & eadem causa petendi.*

CONSILIVM LXXXV.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis ⁊ iustitie.

¶ In causa Magnifice domine Iunipere de Felicinis. duʒ ex testamento sui patris petit legatum librarum mille monete Bononiensis impleta iam conditione predicti legati prout in processu constat ⁊ in iure defendetur si ⁊ cū opus
1 fuerit audio opponi tali petitioni exceptionem † rei iudicate per quaʒ solet impediri litis ingressus. ⁊ dicitur exceptio litis finite iuxta l. ij. ⁊ tradita ibi per Bar. ⁊ alios. ff. de re iudi. cum similibus. Et ponderantur ad talem exceptioneʒ verba cuiusdam sententie inter easdem personas late vj. Octobris 1543. dum in ea condemnatur reus conuentus ad certa alimenta vt ibi, ⁊ dicitur sententiamus Magnificū dominum Ludouicū filium legitimatum ⁊ heredem domini Ludouici Senioris de Felicinis ac substitutuʒ ⁊ nepoteʒ domini Bartolomei de Felicinis aui teneri ⁊c. si ergo do. Ludouicus reus conuentus dicitur nepos ⁊ substitutus ⁊c. constat non euenisse conditionem d. legati quod nunc petitur quia deficit illa conditio si decesserint sine filijs legitimis ⁊ naturalibus ⁊c. cuʒ supersit dictus dominus Ludouicus nepos testatoris ex filio eius domino Ludouico Seniore, ⁊ cuʒ hoc dicatur in dicta sententia videtur quod ex illa ius oriatur ⁊ ita induci possit exceptio rei iudicate. Uerum hoc non obstante ⁊ nihil ad propositum faciente arbitror exceptionē predictam opponi non posse immo ridiculum esse de ea loqui in casu nostro ⁊ ideo concludenduʒ puto procendum esse ad vlteriora reiecta totaliter exceptione predicta, dicendo quod immo fuit impleta conditio legati cuʒ filij omnes testatoris decesserint sine filijs legitimis, ⁊ naturalibus, ⁊ ex legitimo matrimonio procreatis, nec per legitimationeʒ que asseritur facta de isto Ludouico vt dicitur filio spurio domini Ludouici Senioris dici potest quod ille sit factus talis, quia semper verum erit eum non fuisse de legitimo matrimonio natum. prout requirebat testamentum prefatum.
2 Nec princeps † aliquis potuisset tollere virtutem testamenti iuxta. l. si testamentum cum sua materia. C. de testa. minus ergo potuit illam tollere comes Palatinus in sua asserta legiti-
* matione, prout verissimum esse ⁊ magis communiter * teneri plenissime me ostensurum polliceor si quando erit opus. Nec petitioni legati quicquam obstat asserta sententia seu rei iudicate exceptio ex pluribus. Et primo quia talis exceptio nō pōt proponi nisi de eo quod iudicatur, et transit in rē iudicatam.
3 Et tunc illud ex eo est quia res † iudicata pro ueritate habetur l. ingenuum. ff. de stat. homi. cum similibus. sed in illa sentētia nō fuit de isto legato iudicatū sed super alimentis tm̄, ergo ⁊c. Et vltra etiam illa sententia non transiuit in rem iudicatam cū in appellatione fuerit postea reuocata. Et si dicatur considerari illa uerba nepotem et substitutuʒ ⁊c. vt in argumento dicitur. Respondetur quod in illis uerbis non dicitur consistere aliqua sententia siue res iudicata, quia non inducatur ipsum esse nepotem, et substitutum ⁊c. sed solum quod alimenta debeantur, ergo ⁊c. Et preterea cum illa sint uerba enuntiatiua
4 emissa † pp aliud in eis non potest fieri aliquod fundamentuʒ iuxta tradita per Bar. ⁊ alios in l. ex hac scriptura. vbi aliquādo dixi. ff. de donat. Preterea in eo quod in tali sententia Ludouicus iste Iunior vocatur nepos D. Bar. potest esse uerū posito quod sit natus ex Ludouico Seniore. Sed in eo quod vocat illum substitutuʒ non est uerum quia non fuit natus de
5 legitimo matrimonio. Nec iudicis † assertio potuit mutare veritatem. l. cum falsa. C. de iuris ⁊ fa. igno. Et l. cum propria ⁊ ibi not. Bal. C. si quis alteri uel sibi. cum concordantibus vt dixi alias in consil. 65. Illustrissimus Hermannus nu. 15. primo vol. Et in consil. 57. Dominus Bernardinus Perusinus. nu. 17. secundo vol.

¶ Demum quod in proposito nostro ridiculum sit proponere exceptionem rei iudicate aut de ea loqui manifeste ostē-
6 ditur. naʒ † talis exceptio nunꝙ̄ potest opponi nisi quando cōcurrit eadem res, item indentitas personarū, idem ius ⁊ eadē causa petendi. l. cum queritur cum l. sequenti ⁊ seq. ff. de exceptione rei iudicate. ⁊ ibi plene declarant Doctores. sed hic licet adsint eedeʒ persone tamen non est idē ius neqꝫ eadē causa petendi, ⁊ minus rei identitas, ergo ⁊c. Et istud euidentissime constat naʒ in illo primo iudicio petebat Magnifica domina Iunipera alimenta sibi decerni extra domuʒ dicti domini Ludouici idque vigore relicti ipsorum alimentoruʒ at in casu nostro ipsa do. Iunipera petit libras mille vigore legati de eis facti sub certa conditione quam asserit impletā. Stante igitur diuersitate rei petite iuris ⁊ cause petendi, sequitur exceptionē rei iudicate considerari non posse etiam quod talis sententia ex alio fecisset rem iudicatam, quod tamen falsum est vt ex predictis constat, ex quibus clarissime sequitur in casu nostro ad vlteriora procedenduʒ esse vt iam dixi predicta exceptione omnimodo reiecta. Laus Deo.

Sozinus Nepos Bononie. 1555.

CASVS.

CONSILII LXXXVI.

OMES Hortensius de Bentiuolis cepit in vxorem dominam Bernardinam de Joacchinis, & dotem recepit ducatorum ducentorum aureorum in auro cum expressa obligatione omnium bonorum suorum presentium, & futurorum in ampla forma, qui postea emit quandam possessionem pro pretio librarum 1350. soluendarum infra certum tempus, cum pacto quod dominium, & possessio rei vendite non transeat in emptorem, donec per eum solutum fuerit pretium predictum venditori, & ex predicto pretio ante tempus prefinitũ fuerunt solute libre 395. & solidi quindecim.

¶ Deinde ante quam reliquũ pretij solueretur venditori Comes Hortensius vendidit dictam possessionem, & qui tunc emit alteri vendidit, & ille fecit similiter, ita quod possessio venit ad manus plurium, & ab vltimo emptore fuerunt solute primo venditori libre quadringente quatuordecim, & solidi quinque pro reliquo pretij dicte possessionis, & tunc dictus venditor absoluit Comitem Hortensium primum venditorem.

¶ Decessit postea Comes Hortensius, domina Bernardina vxor eius querit recuperare dotes suas, & cum aliam viam non habeat, proposuit hypothecariam contra illum vltimum emptorem possessorem predicte possessionis, & reportauit sententiam in eius fauorem, a qua fuit per partem aduersam appellatum, & dicitur quod talis hypothecaria per dominã Bernardinam proponi, aut exerceri non potest. Unde queritur quid iuris?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De pacto reseruationis dominij in contractu emptionis, donec pretium solutum non fuerit an, quando, & quo respectu valeat?

¶ Et an soluto precio pro parte pro illa parte extinguatur?

¶ Item an valeat in preiudicium tertij extra contrahentis?

¶ Et quod pro dote in dubio iudicandum est, & pro sententia presumitur.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Res aliena obligari non potest.*

2 *Agens hypothecaria, vel seruiana actione probare debet rem fuisse in bonis debitoris.*

3 *Pactum contra naturã venditionis debet inquantum potest restringi, & solum valet, quando stante tali pacto actus ille transit in aliam speciem contractus.*

4 *Dominium dicitur translatum mediante traditione.*

5 *Argumentum de toto ad partem valet.*

6 *Causa limitata effectum limitatum producere debet.*

7 *Precarium extinguitur soluto pretio conuento.*

8 *Pactum reseruationis dominij valet solum inter cõtrahentes, non autẽ operatur in præiudicium tertij.*

9 *Traditio ex causa uenditionis facta solet operari translationem dominij.*

10 *Causa dotis semper & vbique præcipua esse debet.*

11 *Lex in dubio præsumit pro sententia.*

CONSILIVM LXXXVI.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie.

¶ Uidetur in presenti consulatione primo aspectu dicendum dominam Bernardinã non posse vti hypothecaria circa possessionem, de qua agitur. Quoniam licet olim vir eius Comes Hortensius illam emisset, tamen videtur quod nunquam fuerit dominus eius cum venditor expresse fecerit pactum quod dominium in emptorẽ non transeat, donec precium solutum fuerit, vnde cum non fuerit precium solutũ donec possessio ista erat penes Comitẽ Hortensium, sed postea per vltimum emptorem solutum fuit, & in eum venditor primus transtulit dominium, sequitur quod Comes Hortensius non fuit factus dominus dicte possessionis. Si igitur Comes Hortensius nunquam fuit dominus dicte possessionis,

1 non potest talis possessio dici obligata, quia † res aliena obligari non potest. l. rem alienam. & ibi tradunt Doctores cum

2 similibus. ff. de pignorat. actio. Hinc dicimus, † quod agens hypothecaria, vel seruiana actione probare debet rem fuisse in bonis debitoris. l. & que nondum. §. quod dicitur. & ibi tradũt Doctores ff. de pignoribus. & tradunt etiam Doctores in §. item seruiana. Institut. de action. post glossam ibi super verb. quasi. Et in hac ratione, vt audio, fit per reum conuentum magnum fundamentum ad exclusionem domine Bernardine ab hypothecaria. Sed tamen predictis non obstantibus omnibus bene consideratis contrariam sententiam equiorem, & de iure veriorem arbitror, & concludo hypothecariam bene propositam per dominam Bernardinam, eiq; possessionem, de qua agitur esse loco pignoris assignandam, donec ei de sua dote satisfiat. & consequenter sententiam iam probatam iuridicã fuisse, & ab ea male appellatum, & hoc ex pluribus rationibus, & maxime infrascriptis, ex quibus apparebit allegata in contrariũ nihil obstare, quinimmo nihil aliud erunt infrascripta fundamenta, quam varie responsiones ad contrarium fundamentum, de quo supra. Et in primis dici potest, quod pactum predictum in casu nostro non valet, neque operatur pro parte precij soluti antequam possessio, de qua agitur exiret de manu Comitis Hortensij. & sic respectu librarũ 935. & solidorũ 15. quia eo respectu vere non potest dici reseruatum dominium,

3 nam tale pactum † cum sit contra naturam venditionis debet inquantum potest restringi, & solum valet quando stante tali pacto actus ille transit in aliam speciem contractus, vt videtur tex. in l. cum manu sata. §. nemo potest. ff. de contrahen. emp. & possum fateri quod ab initio valuit in totum, quia in totum transiuit in aliam speciem contractus, puta locationis. Sed postquam soluta fuit magna pars precij eo respectu pactũ illud desinit valere, quia amplius non potest esse contractus locationis, neq; etiam pignoris, vt de se patet. Et quod pactum tale solum valeat vbi potest in aliam speciem contractus tran-

4 sire, & alias reiecto tali pacto venditio simpliciter valeat, & † dicatur translatum dominium mediante traditione, iuxta l. traditionibus cũ materia. C. de pact. videtur firmare decis. Neapolitana cccxxxviij. nobilis Petrus. num. 5. 6. & 7. vbi in simili in donatione causa mortis allegatur. decis. Paul. de Castro in consi. cj. notandum est quod prefatum statutũ in antiquis, & in nouis est in consil. lxxv. in ij. part. vt plenius declarat Afflict. in d. decis. cccxxxviij. & sicut hoc dictum procederet respectu totius rei vendite si totum precium esset solutum, vt ibi, ita etiam debet in casu nostro procedere respectu partis precij so-

5 luti, sumpto argumento de † toto ad partem iuxta l. que de tota. ff. de rei vendi. vbi glo. & Bart. not. & c. pastoralis. §. item cum totum, vbi post glo. not. canoniste, vt ibi per Fely. de offic. delega. & tradit Jas. in l. iurisgentium. §. adeo. ff. de pactis.

¶ Secundo facit pro predicta opinione, quia videtur, quod pactum illud sic intelligi, & interpretari debeat, seu declarari, vt dicamus, donec precium per emptorem fuerit solutum. i. quatenus precium solutum non fuerit eatenus dominium nõ trãsfeat. argumento l. Stichum qui meus erit. ff. de legat. i. cũ his que ibi tradunt Docto. nam sicut ibi illa verba, qui meus erit, intelliguntur. i. quatenus meus erit, ita in casu nostro illa verba, donec precium non fuerit solutum, intelligantur, id est, quatenus non fuerit solutum, vt sic respectu precij soluti reseruatio illa dominij non operetur. Pro quo bene facit, q2 absq; dubio reseruatio facta fuit ob causam non soluti precij, vnde sequitur quod solum debet operari respectu pretij non soluti, qđ

6 † limitata causa limitatũ debet producere effectũ. l. in agris. ff. de acq. rer. do. l. ij. vbi Bal. ff. de seru. exportand. & c. ea noscit. de sent. excõic. cum aliis alleg. per Alex. in l. in ratione, la j. §. si. ff. ad l. Falc. & dixi alias in cõs. clxx. excellẽtissimus J. U. D.

7 nu. 49. ij. vol. facit etiam q2 sicut † quando fit pactum quod res empta apud emptorem sit precario donec soluatur preciũ. precio soluto extinguitur precarium. l. ea que distracta. iuncta gl. ff. de precar. & dixit Fabian. de Mont. in trac. de empt. & vẽd. in vij. q. princ. nu. 15. quod ego intelligo quatenus preciũ soluatur, argumen. d. l. Stichum qui meus erit. ita etiam & reseruatio dominij donec soluatur precium precio soluto debet extingui in totum vel pro parte soluti precij, & sic sequitur quod in casu nostro fuit translatum dominium in ipsum Comitẽ Hortensiũ

Hortensium respectu precij soluti, & ita pro ea parte incidit in obligationem pro dote domine Bernardine vxoris eius igitur ipsa eo respectu bene proposuit hypothecariam & in ea debet obtinere per predicta.

¶ Nec predictis quicquam ob. l. Julianus. §. offerri in prin. ff. de act. empt. quia loquitur ille tex. ante traditionem rei vendite sed in casu nostro sumus post traditionem ex qua solet dominium transferri d. l. traditionibus. C. de pact. immo ille tex. in versi. vnde queritur, videtur retorqueri posse, nam cum loquitur re tradita & euicta dat actionem ex empto solum pro parte soluti precij quasi eo respectu fuerit perfecta venditio & sic translatum dominium & hoc videtur sentire Fabian. de Monte in loco preallegato, in verb. hoc enim pactum ante non reprobatur dum loquendo quando fit reseruatio dominij vt supra dicit valere pactum quod quis habeat partem quam non emit titulo conductionis &c. quasi dicat quod res pro parte precij soluti dicatur vere empta, & quod ex tali causa sit apud emptorem quatenus precium non sit solutum proprie non dici rem emptam & apud emptorem esse ex causa conductionis vt per eum. Et ista secunda ratio seu responsio ad contraria videtur bene concludere per predicta in quibus sit solutum & principale fundamentum in fauorem domine Bernardine. Secundo pro ea facit, & sic iij. respondetur ad argumentum contrarium
8 quia videtur quod pactum illud reseruationis † dominij solum valeat inter contrahentes non autem operatur in preiuditium tertij vt videtur velle Alex. in consi. clxv. visis duobus elegantissimis consilijs. nu. 2. lib. 2. & ad hoc illud allegat Afflic. in preallegata decis. cccxxxviij. licet erret in numero, non ergo debet pactum valere, aut quicquam in preiudicium do. Bernardine quando possit vti sua hypothecaria contra res per maritum suum emptas & acquisitas, comprobatur ista ratio per illam decisionem Afflict. num. 8. & 9. nam sicut ibi tale pactum licet valeat inter contrahentes non preiudicat alicui ne possit vti iure congrui, vt in ea firmatur, item non debet preiudicare domine Bernardine, ne scilicet possit hypothecariam exercere.

¶ Demum potest considerari in fauorem domine Bernardine quia cum postea fuerit solutum reliquum precij venditori & per eum fuerit propterea liberatus comes Hortensius primus emptor, videtur quod translatio dominij legati interpretatio ne videatur facta tempore traditionis, quasi ad illud tempus
9 retrotrahatur, illa enim † traditio ex causa venditionis facta solet operari translationem dominij vt d. l. traditionibus, & §. per traditionem insti. de rer. diuis. & hoc ostenditur quia post solutionem integri precij non fuit opus noua aliqua traditione sed ea que a principio facta fuit sufficit, vt signanter concludit Bal. in rubrica. C. de contrahenda empt. in quest. xiij. in fin. nouissime cum in ista hypothecaria agatur de recuperatione & conseruatione dotis in dubio debet pro dote iudicari l. in am
10 biguis. ff. de iure dotium. & de regulis iuris, & hoc quia † publico fauore dotis causa semper & vbique precipua esse debet. l. j. cum sua materia. ff. solu. matri. & l. assiduis. C. qui pot. in pigno. hab. Sic igitur concludo iuridicum ac valde equum esse vt domina Bernardina in sua proposita hypothecaria obtineat put et prima iam lata sententia continet, aqua in dubio rece
11 dendum non videtur, cum pro sententia † in dubio lex presumat l. Herennius. §. Gaia. ff. de euict. & tradunt pleriqe Doctores in l. qui Rome. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. & de hoc per Alci. in tract. de presumptionibus in tertia regula, in ix. presumpt. Laus Deo Clementissimo.

Socinus Nepos Bonie. 1555.

CASVS.

CONSILII LXXXVII.

HRISTOPHORVS de Accarisijs nobilis Senensis in suo vltimo testamento factis quibusdam particularibus relictis diuersis personis, & inter cetera cuidam sue sorori religiose in monasterio castri veteris ciuitatis Senarum relicta certa summa iure institutionis cum prohibitione ne plus de bonis suis petere possit vniuersalem heredem instituit dominam Catherinam Bacci de S. ncto Angelo in amplissima forma. & casu quo ipsa esset in iu dicio molestata & dicta institutio de se non valeret vel inualida iudicaretur in dicto casu instituit & substituit vulgariter & per fideicommissum & omni meliori modo Hospitale sancte Marie de Scala de Senis cum quibusdam clausulis & oneribus vt latius in testamento legi potest cuius copia transmittitur, & in eo tandem est apposita clausula codicillaris si non valeret, vel valere non posset aut non valuerit vt valere non potuerit &c.

¶ Mortuo testatore superstitibus dicta sorore & quibusdam filijs fratris eius Germani predefuncti soror eius licet religiosa intentauit querelam contra testamentum predictum dicens quod domina Catherina heres instituta dicitur turpis persona & ideo testamentum fratris eius petijt rescindi iuxta. l. fratres cum materia. C. de inoffic. test. propter quod de prescriptis dubitari contingit.

¶ Primo quia predicta soror dicitur per statutum exclusa a successione fratris. dubitatur vtrum ei competat querela predicta posito quod domina Catherina sit turpis persona absque tamen preiudicio veritatis?

¶ Secundo vtrum solum possit obtinere supplementum legitime, an vero possit in totum expugnare testamentum fratris?

¶ Tertio posito sine veri preiudicio quod soror predicta in totum expugnare possit testamentum. dubitatur, an vigore clausule codicillaris de qua in testamento teneatur ex causa fideicommissi restituere hereditatem heredi institute?

¶ Quarto & vltimo dubitatur vtrum si annulletur testamentum, & institutio heredis Hospitale substitutum preferratur predicte sorori testatoris?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De querela inoffi. testamenti concessa fratribus vel sororibus instituta turpi persona an scilicet competat sorori excluse a successione fratris ab intestato?

¶ Item an detur ei cui quid relinquitur?

¶ An vero agat solum ad supplementum legitime?

¶ Et an clausula codicillaris in tali testamento posita operetur fideicommissum in fauorem turpis persone institute?

¶ An substitutus exclusa turpi illa persona preferatur querelanti.

¶ Et demum an talis detur contra turpem personam olim nunc tempore testamenti emendatam & reductam ad bonam frugem?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Iura sanguinis nullo iure ciuili tolli possunt.*
2 *Ius rumpendi, aut querelandi testamentum datur solum iis, qui ab intestato possunt succedere.*
3 *Legitima non debetur ei, qui excluditur à successione ab intestato, nam talis non habet ius ueniendi contra testamentum, quod solet dari ratione legitimæ.*
4 *Femina exclusa per statutum, si prætereatur, uel exhæredetur, non potest uenire contra testamentum, nec ipsum querelare, quia iis tantum datur querela qui ab intestato possunt succedere.*
5 *Filia cui ab intestato nihil debetur potest à patre præteriri, et eius præteritio non redit testamentum nullum.*
6 *Querela inofficiosi testamenti non competit iis qui per statutum excluduntur ab intestato.*
7 *Legitima dicitur à causa intestati initium sumere, & ab ea regulari.*
8 *Ratio eadem ubi est, idem ius esse debet.*
9 *Querela inofficiosi testamenti non conceditur filiis fratris.*
10 *Soror potest querelare testamentum fratris, in quo sibi non sit relicta integra legitima, & instituta sit turpis persona.*
11 *Testamenta adeo fauorabilia sunt, vt si quid ei qui potest aliquo modo vti quærella relinquatur in testamento siue sit filius, siue alia persona, & etiam frater (instituta turpi persona fauore conseruandi testamenti) non utetur quærella, sed agat ad supplementum legitimæ.*
12 *Opinioni vltimo loco relatæ quis stare censetur.*
13 *Dictio (immo) dicitur esse correctiua eorum quæ præcedunt.*
14 *Prohibitum vna via non censetur alia permissum.*
15 *Clausula codicillaris non operatur fideicommissum in fauorem turpis personæ institutæ.*
16 *Clausula codicillaris operatur, quod quando testamentum reditur inualidum succedentes ab intestato mediante dicta clausula, censentur rogati restituere hæreditatem scripto hæredi in testamento.*

17 *Frater potest sua bona relinquere turpi personæ etiam via institutio-nis, excluso etiam fratre vel sorore, modo habeant vel habituri sint de bonis fratris legitimam, id est quartam successionis ab intestato.*

18 *Substitutio non admittitur quandiu est locus institutioni.*

19 *Causa intestati cessat quandiu est locus causæ testati.*

20 *Hæredem ex testamento habere publice interest.*

21 *Persona reputata turpis tempore quo fuit instituta in aliquo testamento, si reducatur ad frugem melioris vite viuente testatore, non potest in eius præiudicium proponi quærela contra testamentum, eo quia in eo esset instituta turpis persona.*

CONSILIVM LXXXVII.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis ⁊ iustitie.
¶ Presentis cõsultationis resolutio in qualibet fere dubitatione visa est primo aspectu valde dubia prout infra in qualibet earũ apparebit, ⁊ capiendo primam dubitationem, videbatur primo aspectu dicendum sororez predictam admittendam ad querelam, dato quod per statutum dicatur exclusa. nam ex eo quod statuto excluditur non tollitur quin sit so-
1 ror ⁊ consanguinea, quia iura † sanguinis nullo iure ciuili tolli possunt l. iura sanguinis cum similibus. ff. de regul. iur. vnde cum querela videatur dari propter iniuram illatam sanguini ex institutione turpis persone, que etiam isto casu videtur considerabilis, merito videtur illi sorori querelam competere etiam quod per statutum dicatur exclusa. ⁊ istam opin. licet in diuersis terminis videtur tenere Bal. in d. l. fratres. in viij. q. C. de in offi. testa. vbi etiam Saly. x. q. idem videtur firmare. Sed istis non obstantibus in casu nostro contrarium vide-
2 tur verius quia regula est. quod † ius rumpendi aut querelandi testamentum datur solum his qui ab intestato possunt succedere. vt est casus in l. posthumus. §. si quid ex his. ff. de inoffi. test. ⁊ ibi not. Doct. maxime Bald. in fin. qui dicit propter hoc consuluisse quod si filia sit per statutum exclusa a successione ab intestato dicitur etiam in consequentiam exclusa a iure rumpendi testamentum vt per eum. idem satis clare dixit ibi Ang. nu. 3. qui idem voluit in consil. cv. statuto cauetur quod
3 si aliquis in fi. dum inquit, quod † excluse a successione ab intestato nulla debetur legitima, nam ex eo sequitur quod non habet ius veniendi contra testamentum quod solet dari ratione legitime. Hanc eandẽ opin. sequitur Fulgos. in d. §. si quis ex
4 his. in j. not. qñ cõcluditur, quod femina † exclusa per statutuz si pretereatur vel exheredetur nõ potest venire ꝯtra testamentum nec ipsum querelare quia his tantuz datur querela qui ab intestato possunt succedere idez voluit Jo. de Imo. in l. si qui soluendo ij. col. vers. circa primum. ff. de heredi. instit. quod etiam tenet Roma. referendo ⁊ sequendo Bal. in d. §. si quis ex his in consi. xiij. idem videtur mihi in prin. ⁊ istam opinionem virtualiter sentit Pau. de Cast. in consi. cviij. super eo de quo queritur in prin. in antiquis. in nouis est cons. vj. in ij. par-
5 te, dum dicit † quod filia cui ab intestato nihil debetur potest a patre preteriri, ⁊ eius preteritio non reddit testamentũ nullũ vt per eum, etenim idez vellet si fuisset exheredata, vt scilicet ei non competat querela inofficiosi testamenti, ⁊ hoc idez voluit idem Paul de Castr. in l. j. circa medium sui cõmenti, in vers. patet etiam per istam glos. ff. de inoffici. testament. ⁊ fuit hoc ante predictos de intentione Bal. in l. fin. §. quando in ij. col. versic. quero quid si ista filia. ff. ad Tertullianum. prout illum refert ⁊ sequitur Alexand. in consil. xix. circa primum dubiuz nu. 5. lib. vj. idem facit Areti. in consi. clx. longa est ista consultatio, col. xv. versi. venio ad vndecimuz in quo ⁊ c. qui asserit
* hanc esse opinionem communem * vt per eum, prout vere est, ex predictis patet, ⁊ quam ipsemet Areti. sequitur in l. fratres in primo notabil. C. de inofficios. testament. similiter Bartolum in loco predicto refert ⁊ sequitur Jas. in d. l. fratres in viij. limitatione, vbi etiam alios concordantes allegat. ⁊ idem firmat Curt. Juni. in d. l. j. nu. 8. ff. de inoffic. testamen. vbi idẽ voluit Hierony. Cagnol. num. 2. ⁊ 3. ⁊ ab ista opinione communi, ⁊ tot, tantorumqꝫ patrum auctoritate munita non est aliquo modo recedendum iudicando ⁊ consulendo per iura notissima quicquid in contrarium dixerint Bald. ⁊ Saly. in dicta l. fratres, in contrarium allegati, tam ⁊ si vbi recte consi derẽtur eorũ auctoritates facile euitari possent, sed gratia breuitatis non insisto, quia non est necessarium, cum nobis sufficiat habere communem opinionem concludentem, querelam
6 † inofficiosi testamenti non competere his qui per statutum excluduntur ab intestato. Sed sic est quod ista soror Clara religiosa ex forma statuti excluditur a successione fratris ab intestato stantibus his que in facto presupponũtur. i. quia supersunt filij fratris dicti Christophori, vt ex lectura statutorũ mihi exhibitoruz constat, ergo ⁊ c. nec ob. quod isti filij fratris nõ sint instituti ⁊ sic nõ succedant quia satis est eos extare, ⁊ aliud nõ curatur. l. filiusfamilias. §. cuz quis, vbi Doct. de testamento. ⁊ si quis dixerit quod fere omnes Doctores supra allegati loquũtur in filia per statutum exclusa non autem in fratre vel sorore instituta turpi persona, prout est casus noster, quasi dicat quod in odium talis instituti possit proponi querela etiam a non successuris, respondetur primo quod etiam Bal. ⁊ Saly. allegati in contrarium videntur loqui in filiabus per statutuz exclusis, ⁊ sicut in contrarium in effectu fit argumentum de filiabus ad fratres vel sorores, ita debet posse fieri in casu nostro vt supra, vt scilicet dicamus sicut filia que alias voluisset vti querela inofficiosi testamenti paterni eaz non potest proponere si ab intestato successura nõ sit, ita nec soror in casu isto quia excluditur ab intestato non debet posse proponere querelam fraterni testamenti licet alias potuisset propter institutionem turpis persone iuxta dictã l. fratres cum similibus. ¶ Secundo etiam respondetur quod licet casus videantur diuersi propter diuersitatem personaruz, tamen in proposito nõ est faciẽda differentia cum vigeat eadẽ ratio, ideo eniz querela denegatur filie excluse quia solet dari ratione defectus legitime ei non derelicte, que legitima dicitur tertia pars eius quod quis ab in-
7 testato consequi debet, vt sic † legitima dicatur a causa intestati initium sumere ⁊ ab illa dicatur regulari vt est glo. materialis in l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. de inoffici. testamen. cũ concordantibus, vt dixi in consi. xxv. in testamento nobilis viri num. 10. j. vol. ⁊ in cons. lxiij. domina Cornelia de Lari. nu. 61. ij. vol. ⁊ alibi sepe. ac etiã qꝛ sua non interest. quia expugnato testamento ⁊ re reducta ad causam intestati illa non posset succedere, quia ab intestato dicitur exclusa, que omnia reperiũtur ⁊ vigent etiam in sorore in casu nostro, vt recte intuenti pa-
8 tebit, vnde cum † sit eadem ratio idem ius esse debet. l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. a Titio. ff. de ver. obl. ⁊ l. fin. C. ad. l. Falci. nec verum est in casu dicte. l. fratres, dari querelam simpliciter in odium turpis persone institute, quia si id esset daretur simpliciter instituta turpi persona etiam alijs vltra fratres, quod tamẽ est falsum, vnde dico quod datur talis querela mixta cõsideratione fraterne coniunctionis, ⁊ turpitudinis institute personae, ⁊ quatenus consideratur fraterna coniunctio id est eo quia ipse ab intestato erat successurus, nec ob. quod in contrarium dicebatur iniuriam fieri sanguini, nam tollitur consanguinitas per statutum sororis exclusiuum quoniam respondetur quod satis est tolli causaz concesse querele, etenim vt dixi querela datur ratione legitime successionis ab intestato denegate per institutionem turpis persone, que denegatio in casu nostro consideratur, cum soror ista ab intestato non esset successura, ita vt dici possit ei nullam iniuriam factam, cum in ve-
9 ritate illi nihil aufertur, sed † filijs fratris quibus iura querelã talem nõ concedunt, vt per Doct in d. l. fratres. hec de prima questione sufficiant.
10 ¶ Circa secundam videtur etiaz magna difficultas nam † cuz sorori clare in testamento fratris solum fuerunt relicti floreni x. ⁊ non integra legitima, videtur quod illa possit in totũ querelare tale testamentum propter institutionem turpis persone, ⁊ ita concludit Gulielm. de Cun. in dicta l. fratres, prout eum ibi refert, ⁊ sequitur Salycet. in tertia questione quod etiam videtur velle Paul. de Cast. in l. fratris, in tertia quest. C. de inofficio. testam. ⁊ hoc sequitur Deci. in consil. cccccxxx. viso puncto ⁊ septem dubijs in tertia dubitatione, sub nu. 13. asserens inter cetera quod ita voluit Bartol. in d. l. fratres, ⁊ quod ibi Jas. idem tenet ⁊ dicit quod ita se habet communis
* opinio. *
¶ Et licet in filio secus sit si ei aliquid iure institutionis relinquitur, quia agit tantum ad supplementum legitime. l. omnimo. C. de inoffi. testam. ⁊ §. ceterum. in auth. vt cum de appel. cognosc. Tamen in casu nostro contrarium videtur cum rumpatur testamentum solum in odium turpis persone institute, quod semper est, etiã quod in aliquo sit instituta soror, filio vero datur querela in odium patris qui viuẽte filio reliquit, vnde si

de si quid reliquit fauore conseruandi testamenti agitur tantū
ad supplementum legitime, et vltra etiam dici potest quod in
fratre non videtur iure cautum deberi legitimam ad cuius sup
plementū agi possit, secus est in filijs ⁊ descendentibus, de qui
bus loquitur d. §. ceterum. Et hanc opinionem videtur tene
re Angel. Aret. instit. de inoffi. testam. in princ. iiij. col. duz de
hoc articulo videtur se remittere ad Saly. in d. l. fratres. Pre
dictis tamen non obstantibus contrarium verius puto, vt sci
licet in casu nostro ista soror non possit in totum querelare te
stamentum fratris, sed solum potest petere supplementum le
gitime idest quarte partis eius quod ab intestato fuisset habi
tura si non fuisset per statutum exclusa, ⁊ ita considerari legiti
mam fratri vel sorori debitam instituta turpi persona, declarat
Matth. de Afflict. in decisio. Neapol. cciiij. quidam Archie
piscopus, sub nume. 3. ⁊ 4. in ver. secūdo dubitatur, ⁊ pro ista
opin. videtur casus in l. omnino. in sui generalitate. C. de inof
11 fic. testam. disponitur enim ibi† quod si quid ei qui potest ali
quo modo vti querela relinquatur in testamento siue sit filius
siue alia persona. (Et sic etiam frater instituta turpi persona vt
ibi glo. declarat) fauore conseruandi testamēti non vtetur que
rela sed aget ad supplementum legitime, ⁊ ita videtur tex. in sui
generalitate, iuncta declaratione glose, terminare casuz nostrū,
⁊ ita illum tex. ponderauit Angel. in l. j. ff. de inoffic. testam. ⁊
post eum Jas. in d. l. fratres. in iij. extensione in fin. ad idem se
cundo facit, quia si aliud diceremus filij essent deterioris condi
tionis quam frater aut soror, cum ipsi solum agant ad supple
mentum, quod valde esset absurdum, cum illis magis debea
tur hereditas patris quaz fratri vel sorori vt est notum ⁊ ita ēt
arguit Ang. in d. l. j. ⁊ Jas. in d. l. fratres. ⁊ ita etiam ponderāt
Curt. Jun. ⁊ Hieron. Cagnol. in d. l. j. ⁊ ista opinio quicquid
* dixerit Deci. in d. consi. cccccxxx. videtur hodie,* communis ⁊
consequenter tenenda. Jllam enim imprimis tenet glos. super
verbo personis in d. l. omnino. C. de inoffic. testa. ita etiam fir
mat Bald. reprobando Guliel. de Cun. in l. j. in ij. quest. ff. de
inoffi. testam. Sic etiam concludit contra Guliel. Ang. in d. l.
j. ij. col. versi. quod si frater habebit minus legitima, ⁊ ibi alle
gat duo fundamēta per me supra posita, vbi de vno ego supra
dixi, hanc eandem opinionem contra Guliel. firmat idē Ang.
in d. l. fratres. in iij. q. dicens opin. Gulielmi esse contra casum
dicte legis omnino, nam ibi aperte dicitur quod si illi qui pote
rant venire ad querelam sint aliquo relicto honorati nunquaz
querelam intentabunt, sed soluz agent ad supplementum legi
time, vt per eum. Et hanc opin. voluit amplecti Jas. in d. l. fra
tres. ij. col. est in iij. extensione ad finem. Et licet pleriq; allegēt
eum tenere cum Guliel. de Cun. vt Deci. in d. consil. cccccxxx.
12 tamen contraria est mens eius, quia† cum vltimo loco referat
Ange. ⁊ oīa fundamenta predicta. Et cuz eis quiescit censetur
stare cum vltima opin. per eum posita, argumento glo. fin. ad
fin. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad trebel. ⁊ dixit Bart. in l.
bona fides. in j. not. ff. deposi. cū cōcordantibus, vt per Curt.
Senior in consi. xliiij. statuto seu consuetudine. col. viij. versi. ⁊
ideo huic decisio. vltime. Et dixi alias in consil. cix. nobilis vir
Petrus Pannonius nu. 5. j. vol. ⁊ hanc puto fuisse opinionē
Jas. quicquid ipse dicat quasi dubitans ⁊ se non firmans in d.
l. fratres, in vj. limit. ⁊ hanc opinionem reprobando contrariā
amplexum fuit sacrum consilium Neapolitanuz, vt refert ⁊ se
quitur Matth. de Afflict. in decis. cciiij. preallegata, num. 2. ⁊
eam aperte firmat Cardina. Parisi. aliquando collega meus
in consi. lxiiij. Julius ⁊ Vincentius actores, nu. 26. iij. volumi.
⁊ istam opinionē nouissime secuti sunt duo insignes Moder.
in d. l. j. ff. de inoffi. test. videlicet Curt. Jun. in iiij. colum. sub
nu. 3. versi. circa cuius dicta, dicens quod requisitus consulere
in casu in quo Deci. consuluit noluit id facere, sentiens contra
rium, vt per euz qui in effectu mouetur illis duobus fundamē
tis de quibus supra. itez Hierony. Cagnol. col. iij. sub nu. 11.
in fin. ver. immo quando esset ⁊c. Nam licet superius id videa
tur vagare ⁊ quasi in contrarium inclinare, tamen in d. versi. se
resoluit pro ista opin. sequendo decisionem consilij Neapolita
ni, ⁊ ita credendum est, tum quia illa est vltima opin. per eum
ibi posita, per ea que supra dicta fuerunt tuz quia vtitur dictio
13 ne immo † que dicitur esse correctiua eorum que precedunt l.
Stichus immo Pamphilus. ff. de manu. testam. ⁊ l. si ita scri
ptū. in princ. ⁊ ibi tradunt Bart. ⁊ Jmol. ff. de heredi. instit. ⁊
videtur de hoc glos. in verbo immo. in c. predicator. xvj. q. xj.
⁊ tradit Dec. in l. cognitio. nu. 3. ff. de offic. eius cui mand. est

iuris. ⁊ demum hanc opin. sentit Beltrand. in consil. ccclxxij.
nume. 3. j. volu. dum consulit illi testatrici quod aliquid relin
quat fratri, sentit enim quod ex eo excluderetur a querela testa
menti qua scilicet aget, solum ad supplementuz legitime, quod
supra dictum est, ⁊ cum ista opin. sit tot ⁊ tantorum iurisconsul
torum auctoritate munita constat quod hodie est magis com
* munis * quicquid olim esset ⁊ quicquid dixerit Deci. in d. con
sil. cccccxxx. qui imprimis erat dum pro sua opin. allegat Bar.
in d. l. fratres. nam Bart. ibi loquitur solum quando nihil sit
relictum fratri vel sorori, non autem quando ei aliquid sit reli
ctum, sic ⁊ minus legitima. Secundo erat dum allegat pro sua
opinione Jas. in d. l. fratres, quia vt ex predictis patet Jas. vi
detur potius adherere opinioni nostre quam contrarie. Nec
Jas. dixit vnquam communez opin. esse pro opinione Guliel.
de Cun. licet Deci. illud dixerit ⁊ male. Nec predicte nostre
opinioni obst. quod dicebatur hanc querelam dari fratri vel
sorori solum in odium turpis persone institute, quia idem fal
sum, quia immo datur mixta cōsideratione fratris vel sororis
exclusi vt supra dictum est, vnde cum isto casu soror ista non sit
omnino exclusa, sed iure institutionis et sic titulo honorabili
ad aliquid vocata fuerit, cessat ratio concesse querele, ⁊ ex ad
uerso viget ratio ⁊ fauor conseruandi testamenti, iuxta d. l. om
nino, igitur attento tali fauore nō debet dari querela, nec quic
quam obst. quod vltimo loco dicebatur iure cautum nō repe
riri de legitima fratris vel sororis, quoniam facilis est respon
sio, quia illud in effectu negatur, quoniam satis est quod ratio
nibus id ostendi possit prout Doct. dicunt in d. l. j. ⁊ in d. l. fra
tres. ⁊ declarat Afflict. in d. decis. cciiij. ad fin. ⁊ supra dictum
fuit, ⁊ ex his sit expedita. ij. q. Circa tertiam nō esset instandū
quia si querela non competit d. sorori, ⁊ hoc testamentum non
venit expugnandum, vt in precedentibus dictum fuit, non est
querenduz an clausula codicillaris operetur fideicommissum
in fauorem institute heredis, verum vt consulenti, etiaz in hoc
morem geram, de eo etiam subijciemus, licet ad victoriam di
cti heredis non sit necessarium. Et prima facie videtur dicen
dum talem clausulam tale fideicōmissum in casu nostro opera
14 ri non posse. Nam regula cum† quid vna via, de regu. iur. lib.
vj. videtur repugnare, nam si text. prohibet turpi persone exclu
so fratre vel sorore relinqui hereditatem iure directo vel via in
stitutionis non debet posse eidem via obliqua ⁊ sic per fideicō
missum relinqui, ⁊ ita per hanc rationem, ⁊ alia plura hāc opi
nionem firmat Deci. in consil. v. ⁊ vij. reuocatur. nu 4. ⁊ illud
consilium debet coniungi preallegato consil. cccccxxx. est enim
finis eius vt recte consideranti patebit. Et istam opinio. quod
15 †clausula codicillaris in casu nostro non operetur fideicōmis
sum in fauorem turpis persone institute. Tenuerunt Fulgos.
Paul. de Cast. ⁊ alij pleriq; allegati per Deci. in d. consi. dixj.
¶ Jstis tamen nō obstantibus licet punctus sit valde dubius
potest satis probabiliter dici contrarium, ⁊ sic quod talis clau
sula operetur eiusmodi fideicommissum, hec enim est regula,
16 quod quando† testamentum redditur inualidum succedentes
ab intestato mediante clausula predicta censeantur rogati here
ditatem restituere scripto heredi in testamento l. posthumus.
§. fi. ff. de ininst. rupt. test. ⁊ tradit Bart. in l. j. ff. de iur. codicil.
post num. 2. ⁊ per Ruyn. in consi. lvij. Primo queritur vtruz
statutum nu. 8. iij. vol. ⁊ dixi alias in consi. xxvij. habebat nobi
lis do. Ziliota. nu. 26. j. vol. vnde si hic presupponeret testamē
tum posse expugnari per querelam, quod tamen omnino fal
sum puto per dicta supra in duabus primis qōnibus sequitur
quod qui testamento expugnato succederet dicatur per dictā
clausulam ex causa fideicommissi rogatus restituere his qui in
testamento sunt honorati, ⁊ hanc opinionem in terminis no
stris maxime quando clausula codicillaris est plena ⁊ omnes
casus etiam futuros respicit, prout accidit in casu isto, videtur
firmare Angel. in authen. ex causa nu. 11. C. de liber. preter. ⁊
ita ibi Angelum allegat ⁊ hanc opin. sequitur Curt. Jun. sub
nu. 75. qui etiam idem voluit in d. l. j. nu. 5. ff. de inoffic. testa.
eandem opinio. firmat Alex. in l. si patroni. §. fi. col. fin. versi.
aliud est videndum. ff. ad Trebel. prout eum refert ⁊ sequitur
Afflict. in decis. cxxv. soror dixit testamentum fratris. num. 4.
⁊ recte intuenti ita videtur voluisse Paul. de Cast. in l. Titia
filia, in fin. ff. de inofficio. tastamen. quando dicit posse peti ⁊
per auct. ex causa preallegata ⁊ per repetitionez scilicet vigore
clausule codicillaris vt per eum, ⁊ licet ipse dicat magis sibi
placere primum modum. tamen loquitur respectu legato
rum

rum particularium, sed respectu vniuersalis fideicōmissi aliud
sentit, ⁊ ita puto eum intelligendum, vt ex precedentibus ibi
per eum dictis constare potest. Et hanc opin. sentit Beltran.
in consil. preallegato cclxxij. viso casu mihi exhibito nume. 3.
versi. consulo tamen j. volu. Nam dum consulit quod illa testa
trix apponat clausulam codicillarem in bona forma ⁊c. Sentit
quod per eā conseruaretur aliquo modo institutio, quod erit
solum per viam fideicommissi importati per illam clausulam
codicillarem, ⁊ demum hanc opinionē subtiliter disputādo fir
mat Cagnol. in d. l. j. in iij. difficultate, sub nu. 13. in fi. ⁊ ex his
* videt quod ista opin. sit magis cōmunis.* Nec predicte opin.
obst. regula d. c. cum quid vna via, de reg. iur. lib. vj. in qua vi
17 detur potissimum fundamentum contrarie opinionis q; † ne
gatur quod frater non possit sua bona relinquere turpi perso
ne etiam via institutionis excluso etiam fratre vel sorore modo
habeāt vel habitari sint de bonis fratris legitimā, idest quar
tā successionis ab intestato prout in casu nostro ista soror habi
tura est vt ex predictis manifeste constat, ⁊ ita in specie respon
det Cagnol. in d. l. j. loco preallegato, ⁊ licet plures Doctores
non leuis auctoritatis tenuerint contrarium in varijs locis, vt
ex lectura supra allegatorū facile cognoscetur, ⁊ ego fateor ar
ticulum esse valde dubium. Placuit tamen etiam per predi
ctam opinionem vna cum alijs supra positis iura institute he
redis isto casu tueri. Nec vlterius super eo puncto instabo, q;
eius discussio ad victoriam institute non est necessaria, sufficit
enim quod soror illa vti per statutum exclusa non sit audienda
contra testamētū fratris vt in j. quest. conclusum fuit, vel saltē
solum possit petere supplementum legitime vti fuit conclusū
in ij. quest. Nunc capio quartā ⁊ vltimam quest. que omnino
superuacua est, nec propterea super ea esset insistendū, illa enī
presupponit dominam Catherinam institutam heredem esse
excludendā a iure hereditario, atq; etiam in tribus preceden
tibus questionibus eam fouere iniustitiam, quod tamen om
nino falsum dicimus, cum in qualibet ex tribus questionibus
precedentibus ipsa maximam iustitiam foueat prout in eis su
pra fuit conclusum, ⁊ sic cum vigeat institutio prima de illa fa
cta sitq; optimo iure cōseruanda, vt ex supradictis apertissime
constat, ⁊ ipsam hereditatem adierit (frustra queritur de effe
18 ctu substitutionis de hospitali facte secundo loco, quia † quan
diu est locus institutioni nō admittitur substitutio. l. quādiu.
la j. ⁊ la ij. ff. de acquir. here. ⁊ l. si mater. §. fi. ff. de vulga. ⁊ pu
pil. cum similibus. Facit l. post aditam. C. de impube. ⁊ alijs
substi. non esset ergo de ista iiij. q. aliquo modo tractandum,
cum inutiliter de ea fieret disputatio. Verum vt consultanti ēt
in hoc morem geram subijciam (breuibus tamen) quid in ea
de iure sentiam. posito ergo quod do. Caterina instituta tota
liter excluderetur, ⁊ ita heres esse nō posset, quod iniustissimū
esset, ⁊ propterea reputo quodāmodo impossibile, dico quod
absq; dubio sacrum hospitale iure substitutionis venit admit
19 tendū cū illud vocetur ex testamento, etenim † quandiu est lo
cus cause testati, cessat causa intestati. l. quandiu. la. ij. ff. de ac
quir. here. ⁊ l. antequā. C. cōmunia de succes. cum similibus.
Soror ergo testatoris aut ēt filij fratris eius cū expugnata insti
tutione heredis nitantur ex causa intestati. Debent omnino ce
dere sacro hospitali, quod venit ex testamento, ⁊ hoc a iure pu
20 blico quodā fauore cōstitutū est, q; † publice interest quē habe
re heredē ex testamento l. vel negare. ff. quē adm. test. aperian.
prout ego dixi ⁊ probaui in cōsi. xciiij. proponitur in facto nu.
54. j. vol. ⁊ in cōsi. clxij. Reuerendus D. Philippus. nu. 17. ⁊
seq. ij. vol. ⁊ hoc idē ostenditur, q; cū hospitale sit per substitu
tionē vocatum sub cōditione si domina Catherina molestata
fuerit ita qd non possit heres esse vt in testamēto legitur, ⁊ nos
velimus in hac iiij. q. presupponere cōditionē predictā esse im
pletā, sequitur qd substitutio hospitalis dr̄ purificata, iuxta l. fi.
§. j. ff. de vulg. ⁊ pup. merito ipsū hospitale debet admitti vt
* ibi probatur ⁊ tradūt cōiter* Doct. ⁊ hec ni fallor non habet
aliquā dubitationē, ⁊ hec sufficiāt pro resolutione istius iiij. q.
vt in pūcto pposito. Demū nō obmitto, qd si D. Catherina q̄
21 fuit reputata turpis psona fuisset reducta ad frugē melioris vi
te, viuēte d. Christoforo testatore, vti mihi in facto asserit, non
posset aliquo mō ꝯ eā proponi querela ꝯ testm̄, eo qd in eo esset
instituta turpis persona, scdm̄ Bal. in d. l. fratres. ij. col. C. de
inoff. test. ⁊ Jo. Fab. in §. soror insti. eo. tit. ⁊ declarat Jas. in d.
l. fratres. in ij. limitatione ad quem me refero. Laus Deo.

Sozinus Nepos Bononie. 1556

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII LXXXVIII.

¶ De trebellianica vtrum scilicet sit prohibita, si testator dicit vt hereditas pro toto iure restituatur.

¶ Et latius quando dicatur prohibita, ⁊ an per non confectionem inuentarij amittatur.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Legitima in bonis aui paterni dicitur dimidia pars eius quod nepos erat habiturus in bonis dicti aui.*

2 *Trebellianica dicitur quarta pars alterius dimidiæ quæ remanet à dimidia detracta pro legitima.*

3 *Trebellianicæ detractio potest prohiberi omnibus ijs qui non sunt de liberis primi gradus.*

4 *Hæres adeundo hæreditatem dicitur perdidisse trebellianicam, & falcidiam.*

5 *Prohibitio detractionis trebellianicæ non potest dici facta nisi fiat per expressa uerba testamenti.*

6 *Verba quando capi possunt duplici modo uel sensu, debent capi & intelligi eo modo qui facit contra se fundantem in illis uerbis.*

7 *Prohibitio trebellianicæ in dubio non censetur facta.*

8 *Trebellianica ex communi obseruantia non perditur ob non confectionem inuentarij.*

CONSILIVM LXXXVIII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam
veritatis, ⁊ iustitie.
¶ Viso themate mihi exhibito ac responso
super dubitatione eius reddito per prestantis
simos Jurisconsultos. Foro semproniensess,
omnibusq; mature ac diligenter cōsideratis,
placet mihi ⁊ verissima videtur conclusio quam predicti con
sultores firmare voluerunt, videlicet quod dominus Ottauia
nus frater vterinus ⁊ heres testamentarius domini Petrian
tonij qui reperiebatur fideicommisso grauatus si decesserit si
ue liberis, vt in testamēto magistri Giannini latius cōtinetur
possit ⁊ debeat in restitutione dicti fideicōmissi detrahere ne
dum legitimam ex persona dicti domini Petri Antonij que
1 † dicitur dimidia pars eius quod ipse ab intestato erat habitu
rus in bonis dicti magistri Giānini eius aui paterni cū ei su
perfuerint filij numero quinq; aut predecedentiū filij, iuxta au
then. nouissima ⁊ in corpore vnde sumitur. C. de inoffic. testa.
2 sed etiam trebellianica que dicitur † quarta pars alterius dimi
die que dimidia consideratur separata a legitima pro vno asse
hereditario cuius quadrans pro trebellianica retineri debet,
vt plene declarant Doct. in l. iubemus. C. ad trebel. ⁊ Canoni
ste maxime Hosti. ⁊ Jo. And. in c. Raynaldus extra de testa.
⁊ alias ego dixi in consil. cxxxj. nobilis vir Nicola. nu. 60. 61.
⁊ 62. j. volu. Nec predicte detractioni trebellianice obstāt duo
que per aduersarios opponuntur. Primum est quia cū Pe
trus Antonius esset dicti testatoris nepos, ⁊ sic non de liberis
3 primi gradus † potuit ei prohiberi detractio trebellianice sicut
alijs quibuscunq; extraneis heredibus secundum magis com
* munem * opinionem de qua per Doctores in d. l. iubemus, ⁊
in l. Marcellus. in princ. ff. ad trebel. ⁊ videtur quod sit facta
talis prohibitio in casu nostro, ex quo testator in substitutio
ne dixit quod volebat partem morientis sine filijs pleno iure
peruenire ad superstites, sic enī videntur importare illa verba
pleno iure, quasi quod pleno iure non perueniret si fieri posset
detractio trebellianice. Secundum est quia posito quod tre
bellianica non dicatur ipsi Petro Antonio prohibita eam ta
4 men ipse aut heres eius detrahere non pōt, quia † ex quo adeū
do hereditatem predicti magistri Giannini testatoris non cō
fecit inuentarium videtur perdidisse detractionem trebelliani
ce sicut perdidisset detractionem falcidie vt voluerunt Bald.
Saly. ⁊ Fulgos. in authen. sed cū testator. C. ad leg. falcid. cū
cōcordan. multis. quos seriose refert Jas. in d. l. Marcellus.
in prin. col. xij. ff. ad treb. quoniam ad ea plenissime ⁊ iuridice
respondent excellentissimi domini Consulentes. Et ita vt eo
rū dictis nihil fere addi posse videatur, ⁊ vis est quo ad primū
vt negetur factam fuisse aliquam prohibitionem detractionis
5 trebellianice etenim † prohibitio non potest dici facta nisi ex
pressim

pressim illa appareat per verba testamēti.§. si vero expressim, ꝛ ibi tradunt Doctores, in authen. de heredi. ꝛ falc. collat. j. puta quod in testamento expresse dicatur ꝙ testator prohibet in restitutione fideicommissi fieri detractionem trebellianice. Et idem etiam esset dicendum si non fiat talis expressio, proferantur tamen verba ad idem tendentia ꝛ idem necessario importantia ita ꝙ in alium sensum trahi non possunt, puta si dicatur, ꝛ voluit testator quod tota ꝛ integra hereditas absq; aliqua diminutione restituatur. Nam etiam tunc quia verba illa alium sensum habere non possunt necessario important prohibitionem detractionis trebellianice ꝛ habetur perinde ac si talis prohibitio expresse ꝛ nominatim facta fuisset argumento l.ij.ff.de liber. ꝛ posthu. cum similibus, ꝛ vt alias ego volui in consi.cxiij. nobilis vir ꝛ ciuis Ferrariensis, nu.63.j.volu. ꝛ dixi in consi.cxl.in casu de quo queritur nu.17.ij.vol. Uerum si verba probata possunt habere alium sensum nunquam importabunt talem prohibitionem, exemplum sit. si vt in casu nostro sit dictum ꝙ pleno iure restituatur vel quid simile, tunc enim illa verba necessario talem prohibitionem non important, cuz possint habere alium sensum, videlicet respectu proprietatis ꝛ vsusfructus, vt plene per excellentissimos Consulentes ostensum fuerit, prout de hac distinctione est materialis ꝛ solennis doctrina Paul. de Cast. in d. authen. sed cum testator cuz concordantibus vt supra per dominos Consulentes allegatos et vltra eos ita voluit Carol. Ruyn. in consil. lix. quia mater filie nu.10. in consi. lxxvij. in facto proponitur nu.1. ꝛ 9. ꝛ in consi. clxiij. de duobus principaliter queritur nume. 21.ij. volumi. Sic etiam firmauit Beltran. in consi. cxxx. viso consultationis themate nu.6. ꝛ 7.iij.vol. ex vltimis. ꝛ ego alias dixi ꝛ probaui in consi. clxx. excellentissimus iur. vtr. doct. nu.24. cum aliqui-
6 bus seq. ij. volu. comprobatur ista opin. quia† quando verba de quibus agitur duplici modo vel sensu capi possunt capi debent ꝛ intelligi eo modo qui facit contra se fundantes in illis verbis, vt voluit Bart. post glo. ibi in l. veteribus. ff. de pact. Abb. ꝛ alij in c. ex literis, de sponsali. cum concordantibus, vt per Thomam Gramma. in consi. clxvij. in causa honorabilis, nu.9. Unde cum verba illa pleno iure possint intelligi respectu proprietatis ꝛ vsusfructus vt dictum est supra ꝛ plene scribunt domini Consulentes item ꝛ respectu prohibitionis trebellianice vt in contrarium asseritur debent intelligi eo modo qui facit contra petentes fideicommissum ꝛ sic ꝙ non impor-
7 tent prohibitionē trebellianice eo presertim, quia in dubio† talis prohibitio nō censetur facta secūdū Paul. de Cast. in dicta auth. Sed cum testator cum concordantibus, vt per Ruyn. in supra allegato consi. cxlvj. nu.4. iij. volu. Quantum vero ad secundū optima est respōsio excellentissimorū Consulentiuz negantium per non confectionem inuentarij perdi trebellianicā vt per eos ꝛ licet multi Doct. tenuerint contrariam opin. ꝛ ex ista tenentibus nōnulli asserant contrariā opin. esse magis cōmunem. Tamen veritas mihi videtur in contrarium vt scilicet trebellianica non perdatur, vt viuis rationibus ad contrariā tradendo firmat Ias. in d. l. Marcellus ad finem principij. ff. ad treb. ꝛ ita etiam firmat Alex. consi. xix. perspectis consideratisq; his nu.5. lib.v. dicens quod ista est verior ꝛ magis
* communis opinio * ꝛ ita etiā dicunt ꝛ concludunt plures Doctores allegati supra per dominos Consulētes ꝛ inter ceteros multum egregie firmat hanc opin. eam ab obiectis defendendo, ꝛ contraria fundamenta retorquendo Crauet. in cōsi. xvij. queritur an nobilis Antonius, per totum, cuius considerationes semper mihi placuerunt ꝛ memini me alias maiorem partem illarum fecisse antequam tale consiliuz imprimeretur, eas tamen nunc non scribam cuz ibi seriose videri possint, ꝛ absq; dubio credam hodie hanc opin. esse magis communiter receptam multi enim ex modernis ꝛ recentioribus eam secuti sunt prout plurimi per dominos Cōsulentes relati fuerunt, ꝛ vltra eos ita firmat Laurent. Calca. in cōsi. xxxvj. tota ista q. vj. col. in prin. eandem opin. vti communez sequitur Ludo. Bolog. in additionibus ad consilia Jo. de Anan. in consi. lxj. in ij. col. sue additionis. Quam etiam vti communem ꝛ veriorem amplexus est Carol. Ruyn. in consi. cxij. super primo de quo queritur nu.16. lib. ij. ꝛ in cōsi. cxxxv. viso themate ac dubijs nu.9. lib. iij. eandem opin. firmauit Beltrand. in consil. ccl. ponitur in facto nu.7. iij. volu. dicens eam esse veriorem ꝛ magis cōem ꝛ eam esse magis communem equiorem ꝛ benigniorem dicit insignis moder. Hieron. Cagnol. in l. Papinianus. §. meminisse. nu.15. ff. de inoffi. test. dicens eam esse tenendam ꝛ ꝙ ab ea non recederet in consulendo ꝛ iudicando vt per eum. Et licet ipse ibi considerationi nostre remittat an temperari possit talis opin. vt scilicet solum procedat in liberis primi gradus ꝛ sic in filijs non autem in nepotibus, prout videtur casus noster cum Petrus Antonius esset nepos testatoris vt iam dictum fuit, ꝛ hoc fuit dictum Guid. pap. in q. sed obseruatur in iudicando ij. col. ex hoc tamē realiter Cagnol. nō recedit ab opin. quam firmauit ꝛ dicit esse tenendam consulendo ꝛ iudicando preterea rationes pro ista opin. allegate, ꝛ responsiones ad contraria procedūt in quolibet herede vt cōstat ex dictis Crauet. in d. consi. xvij. ꝛ vltra etiam dico ꝙ ratio quaz allegat Guid. Pap. in loco predicto quam ꝛ sentit Cagnol. vbi supra quia scilicet filijs magis debita dicitur hereditas quaz extraneis viget etiam in nepotibus, nam etiam illis patre de medio sublato dicitur debita hereditas, iuribus vulgaribus, ꝛ opin. hanc Bart. propter eius auctoritatem seruari debere in practica asserit qui fecit additiones ad decisiones capelle tolosane, in quest.
8 cccxiij. in fin. ꝛ vere seruatur ſm eaz. Et sic ꝙ trebellianica† nō perdatur propter non confectionez inuentarij communis obseruantia approbauit, vt multi ex preallegatis attestantur, ꝛ seruari in prouincia sua de consuetudine attestatur Beltrand. in consi. ccix. presupposito tenore nu.10. iij. vol. ex vltimis, ꝛ ego alias ita dixi in consil. cxxxvij. ser Dulcibonus de archo nu.9. j. volumi. Laus Deo Optimo Maximo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1556.

CASVS CONSILII LXXXIX.

OMINVS Orlandinus de Salis nobilis Brixiensis in suo vltimo testamento suos heredes vniuersales instituit dominos Hieronymum ꝛ Joannem Mariam eius filios ꝛ per prius cuilibet eorum iure legati reliquit seu prelegauit quedam bona immobilia.

¶ In institutione autem dicebatur. In omnibus autem alijs suis bonis ꝛc. Saluis semper predictis legatis ꝛc.

¶ Et subdebatur qui eos instituebat hac lege ꝛ conditione quod si vnus ipsorum decederet sine heredibus masculis. Alter succedat in dicta hereditate.

¶ Decessit postea d. Hieronymus solum superstitibus filiabus feminis ꝛ eius heredibus vniuersalibus, ac etiam D. Joāne Maria fratre.

¶ In cuius fauorem dicitur venisse dies fideicommissi.

¶ De quo non fit disputatio.

¶ Sed oritur difficultas vtrum bona predicto do. Hieronymo prelegata veniant in fideicommissi restitutionem?

¶ Et queritur quid iuris?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De prelegatis factis coheredi grauato si sine filijs decesserit an ꝛ quando comprehendantur in fideicommissaria substitutione ꝛ plene de materia.

¶ Distinctio illa an prelegata precedant vel sequantur fideicommissum reprobatur.

¶ Mens prelegantis vni ex heredibus qualis sit.

¶ L. Titia. ff. ad l. falcid. ꝛ l. in fideicōmissarium. §. fi. ad Trebel. declarantur.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ¶ *Prælegatum uenit in restitutionem fideicommissi.*

2 *Prælegatum licet non ueniat nec includatur in fideicommisso uniuersali, quando fideicommissaria substitutio præcedit, tamen quādo prælegatum præcedit, & postea onus fideicommissi imponitur, prelegata in tali fideicommisso includuntur.*

3 *Prælegata in fideicommisso uniuersali continentur quando ex aliquibus coniecturis, aut ex uerbis testamenti continentia suaderi posset. & numero 8.*

4 *Legatum nemini a se ipso relinqui potest.*

5 *Ordo scripturæ in materia ultimarum uoluntatum non debet attendi sed uoluntas testatoris & ipsum ius.*

Legata

6 *Legata & fideicommissa non continentur appellatione hæreditatis.*
7 *Communis opinio etiam in iudicando non est attendenda, quando iuribus & bonis rationibus conuincitur, nam iustitia & ueritas debet (uti quid melius) prævalere communi opinioni.*
9 *Dispositio expressa de re particulari præcedens non includitur in dispositione generali concepta sub uerbis (in omnibus alijs bonis &c.)*
10 *Verba (saluis legatis) uti exceptiua important in alijs ualere institutionem & substitutionem.*
11 *Voluntas testatoris etiam coniecturaliter consideranda est, & illa omnino seruanda.*
12 *Prælegata in uniuersali fideicommisso non ueniunt nisi de contraria uoluntate testantis appareat.*
13 *Substitutio fideicommissaria est onus, & debet inquantum potest restringi, ut sic hæres minus grauetur.*
14 *Textus habens plures intellectus non potest allegari ad decisionem causarum.*

CONSILIVM LXXXIX.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis ⁊ iustitie.

¶ Magna profecto est questio in presenti cõsultatione proposita, per nostros maiores plurimum in diuersis locis disputata, ⁊ in ea varij varia dixerunt.

¶ Nec mirum cũ iura nostra in hac questioñe videantur plurimum contradicere.

1 ¶ Unde primo aspectu videtur dicenduʒ bona† prelegata seu
ipsum prelegatum venire in fideicommissi restitutionem.

¶ Per l. cum virum. C. de fideicom. Nam ibi in vniuersali fideicommisso preceptionis compendium ⁊ sic prelegatum continetur. Et sic videtur ibi casus pro ista opin.

¶ Pro qua etiam secundo facit l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad trebel. nam etiam ibi dicitur preceptiones ⁊ sic prelegata fideicommisso contineri, nisi testator in grauando dixerit quod portio hereditaria restituatur. Sed in casu isto nõ fuit dictum fuit, sed simpliciter dicitur in testamento quod alter succedat in d. hereditate, ergo ⁊c.

¶ Facit ⁊ tertio l. cum pater. §. fidei tue. ff. de leg. ij. dum ibi dicitur quod in vniuersali fideicommisso veniunt que in codicillis grauato fuerunt prelegata. Fortius ergo videtur quod veniant in casu nostro cum prelegata sint facta in eodem testamẽto arg. l. non est ferendus. ff. de transact.

¶ Et absq; dubio videtur vera ista opin. in presenti casu attento quod in testamento de quo agitur prelegata fuerunt prius facta quam d. Hieronymus onere fideicommissi grauaretur.

2 ¶ Quoniam licet† aliquando in vniuersali fideicommisso pre
legata non includãtur. Quando fideicommissaria substitutio
precedit, ⁊ ita vidẽtur intelligẽda iura que pro negatiua opin.
allegantur tamen quando prelegatum precedit ⁊ postea impo
* nitur onus fideicommissi, videtur communiter * teneri prele
gata in tali fideicommisso includi ita voluit glo. magna in fi. in d. l. cum virũ. C. de fideicom. quã ibi videntur sequi doctores.

¶ Et idem voluit glo. ij. cũ qua etiam videntur trãsire Doct. in d. §. quidam liberis, ad trebel.

¶ Et istam opin. quasi in terminis videtur firmare Alexã. in consi. xxxiij. videtur super d. quesito. nu. 2. lib. iiij. ⁊ Ias. in consil. fin. egregius artium ⁊ medicine Doctor. Et Parisi. olim honorandus collega meus in Patauino gymnasio in consil. xviij. Esto quod dominus Ioannes num. 15. cum aliquibus seq. iij. volu. cum concordantibus vt per Ruyn. in consil. clij. stantibus verbis testamenti. nu. 6. iij. vol.

¶ Et conclusio predicta videtur vera saltem ratione dimidie partis prelegatorum ipsi domino Hieronymo relictorum, attento quod illam dimidiam ipse dominus Hieronymus habuit iure hereditario ⁊ a semetipso ei relicta fuit, prout de hoc videtur tex. in l. in fideicommissariam. §. fi. ff. ad trebel.

¶ Predictis tamen non obstantibus verius esse censeo prelegata predicta in presenti specie non esse fideicommissario restituenda nec etiam pro dimidia parte.

¶ Et pro ista parte nonnulla iura ponderari possunt.

¶ Et primo l. Sextiliam. ff. de leg. iij. vbi sextilia iure substitutionis succedens Martio, non vocaĩ ad prelegata ipsi Martio relicta. Et licet pleriq;, vt ibi glos. ⁊ sequaces dicant qđ ille text. loquitur in substitutione vulgari ⁊ quod non procedit in fideicommissaria, tamen non videtur facienda differentia cuʒ non detur cõcludens ratio diuersitatis vt ibi per Cuman. qui idem voluit si bene aduertatur in l. miles. §. pro parte. de leg. ij.

¶ Sed quicquid de d. l. Sextiliam sit dicendum, secundo allegatur l. si Titius ex parte, eo. tit. de legat. iij. vbi rogatus restituere hereditatem non restituit que habuit ex causa prelegati vel fideicommissi. Et ratio est, inquit ibi text. quia appellatione hereditatis nec legata nec fideicommissa veniunt, sic ergo ⁊ in casu nostro dicendum videtur, cum dicatur quod alter succedat in hereditate, ꝙ sub nomine hereditatis prelegata non debent contineri. Et in isto text. est bonum fundamentum pro ista opinione.

¶ Tertio etiam facit l. Lucius. §. pluribus. ff. ad Trebel. vbi in vniuersali fideicommisso etiam generalibus verbis facto nõ veniunt prelegata, licet in testamento essent prius facta quam grauaretur ille Lucius, ⁊ ita videtur dicẽdum in casu nostro.

¶ Et fortius cum non interuenerint illa generalia verba seu vniuersalia quicquid ex hereditate bonisve meis ⁊c. de quibus in d. §. pluribus.

¶ Et licet ibi decisio illa fundetur in eo quod testator legata voluit excipere, vt ibi clare dicitur, quod non videtur esse in casu isto, propter quod videtur ꝙ ille tex. retorqueri possit.

¶ Tamen dico quod immo etiam in casu nostro dicitur facta virtualiter talis exceptio vt infra dicam.

¶ Quarto pro ista opin. est optimus tex. in l. Titia. ff. ad leg. falcid. Nam ibi cuʒ dubitetur an integra prelegata debeãt per grauatum retineri, clare presupponitur ea non venire in restitutionem fideicommissi sed retinenda esse.

¶ De hoc eniʒ ibi nulla fit dubitatio sed eo presupposito queriĩ, an integra sint retinenda, an vero aliquo modo diminuta.

¶ Et concluditur in ea specie integra retinenda esse.

¶ Et videtur ex illo loco bene intellecto colligi regula ꝙ prele
3 gata† in fideicommisso vniuersali non continentur.

¶ Que tamen fallit quando ex aliquibus coniecturis aut ex verbis testamenti contrarium suaderi posset prout contingit in legibus supra in contrariuʒ allegatis vt infra ad illas respondendo declarabitur.

¶ Et predicte regule videtur ratio quoniam quando testator
prelegat vni ex heredibus quamuis pro parte in iuris subtilita
4 te non valeat tale prelegatum, eo quod† nemini a seipso legari
potest l. legatum est delibatio. §. j. de leg. j. cum similibus. Tamen recte mentem testantis lex intuendo, que fuit quod ille cui prelegat totum habeat etiam si contingeret illum non habere hereditatem illud disponit vt videtur bene probari in l. ⁊ quidem iuncto fine l. precedentis. eo. tit.

¶ Ad quod bene facit l. post emancipationem. §. fi. de leg. iij. ⁊ l. eum qui. §. fi. ff. de his quibus vt indign.

¶ Ex quo sequitur quod si testator illum cui prelegauit grauat de restituenda hereditate creditur velle quod non obstante tali grauamine totum prelegatum retineat ⁊c.

¶ Et ita ni fallor declaranda est d. l. Titia vt alias ego feci in l. in quartam circa sextam oppositionem Bar. ff. ad l. falcid.

¶ Et istis bene consideratis ex d. l. Titia sumitur in proposito nostro optimum fundamentum quia scilicet prelegata in dubio non veniunt in restitutionem fideicommissi.

¶ Nec iudicio meo vera est distinctio illa nec iure probari potest, an scilicet prelegata fideicommissum subsequãtur vel precedant que supra in contrarium allegabatur (quicquid in contrarium dixerint doctores multi in varijs locis.

¶ Quoniam contra talem distinctionem ante omnia facit qꝛ
5 ordo scripture † in ista materia non debet attendi sed volũtas
testatoris, ⁊ ius ipsum, vt aperte dixit Papin. iurisconsultus maximus in preallegata. l. cum pater. §. fidei tue.

¶ Et bene facit l. talis scriptura. in fin. de leg. j.

¶ Et contra talem distinctionem saltem in vno membro loquitur Io. de Imol. in d. l. in fideicommissariã. §. fi. ad trebel.

¶ Et eam totaliter reprobat Saly. in preallegata l. cum viruʒ. C. de fideicom.

¶ Et ibi etiam si bene aduertãtur voluerunt Fulgos. ⁊ Corn.

¶ Quod etiam placuit Comensi in d. l. Titia. dum asserit se reprobasse illaʒ differentiã quid precedat vel sequaĩ, vt per eũ.

¶ Et vltra predicta contra talem distinctionem considero qđ iura in quibus dicitur prelegatum venire nunquaʒ se fundans in tali precedentia sed in alia particulari consideratione.

¶ Nam primo in d. l. cum virum primo loco allegata in contrarium fundatur illa decisio in voluntate testatoris sumpta ex

illis

filiis generalibus verbis quicquid ex hereditate peruenerit cū sit q etiam prelegata ad grauatuz peruenerint ex illa hereditate, ⁊ de predicta precedentia ibi non fit verbum.

¶ In dicto autem §. quidam liberis secundo loco allegato similiter non fit verbum de tali precedentia. Sed allegatur pulchra ratio quia, si testator grauando non dixit portionem hereditatis sed portionem simpliciter, cuz alias portionis nomine etiam preceptiones veniant, vt ibi dicitur.

¶ Et in d. §. fidei tue. iij. loco allegato constat talem precedentiam non attendi quia ibi fideicommissum precessit sed fundatur decisio illa in generalibus verbis grauaminis sicut dixi de d. l. cum virum.

¶ Quoniam immo ibi erant verba ampliora, dixit enim testator quicqd ad te quoquo nomine de bonis meis peruenerit. In quibus verbis absq dubio continetur etiam quod postea codicillis persone grauate relinquitur.

¶ Nimirum ergo si venit in fideicommisso licet prius facto, quia vt ibi dicitur ⁊ supra dixi ordo scripture non attenditur.

¶ Et sic per illum tex. videtur aperte reprobari distinctio in contrarium quarto loco allegata.

¶ Et sicut iura dicentia prelegatum venire in fideicommisso non fundant se in aliqua prelegati precedentia, vt dictum est.

¶ Sic etiam ⁊ illa in quibus denegantur venire prelegata nō fundant se in eo quod prelegata subsequantur fideicommissuz

6 sed ex alio puta, quia† hereditatis appellatione cuius mentio facta erat in grauamine neq legata neq fideicommissa continentur prout dicitur in d. l. si Titius ex parte de leg. iij.

¶ Et in d. l. Lucius. §. pluribus. ad Trebel. nedum non allegatur quod prelegatum fuerit subsecutū sed nec illud in se erat verum cum prelegata precesserint vt ibi continetur.

¶ Nec etiam in d. l. Titia ad l. falcid. fit fundamentum quod prelegatum fuerit secutum.

¶ Ultra quod illud posset negari.

¶ Sed allegatur ratio quod dictum fuerat hereditatē restitui cuius appellatione prelegata non veniunt vt dicta l. si Titius ex parte.

¶ His ergo bene consideratis aperte constat distinctionē predictam non esse attendendam. Que vere de iure non procedit prout ēt a pluribus doctoribus reprobatur vt iam dictū fuit.

¶ Nec predictis ob. si dicatur quod a tali distinctione veluti cōmuni non sit in iudicando recedendum vt vulgo dici solet.

¶ Quoniam primo pro respōsione negari potest quod hodie sit talis distinctio communiter recepta quia cum multi eaz reprobauerint forte hodie non est communis.

¶ Et qui dixerunt eam communem locuti sunt tempore suo, ⁊ alias (vt est notum) communis opinio tempore mutari pōt.

¶ Sed posito quod etiaz hodie sit communis, secundo respō-

7 detur quod† immo etiam contra communem opin. Judicari potest immo debet. Quando scilicet illa communis iuribus ⁊ bonis rationibus conuincitur, debet eniz iustitia ⁊ veritas ipsa vti quid melius preualere communi opin. l. j. §. sed neq. C. de vete. iur. enucl. Fuit dictum Jo. Andr. quez Abb. ⁊ alij sequūtur in c. j. de constit. ⁊ ita firmat, ⁊ declarat Mathesila. in suo tract. de elect. verioris opinionis in prin. cum concordantibus vt alias dixi in consil. clvj. Illustris dominus Andreas nume. 72. ij. volumi.

¶ Et vltra citatos ibi ita etiam concludit Jas. plura ad hoc cōgerens in consi. cxxx. institutio nu. 5. iiij. volu. ⁊ Deci. in consi. cclxxxiiij. viso puncto in fin. vbi ⁊ ipse plura allegat.

¶ Sic itaq in predictis, fit vnum ⁊ concludens fundamentuz pro opinione ⁊ conclusione supra posita. Ac etiam vna responsio ⁊ quidem concludentissima ad allegata iura in contrariū ⁊ ad illam distinctionē quam pleriq communem appellant.

¶ Secundo etiam fundatur predicta opinio, ⁊ ita secundo lo-

8 co respondetur ad contraria. naz esto† quod alias prelegata venirēt in fideicōmisso, ⁊ quod illa distinctio alias esset attēdēda. Hec tamen non procederent quando constaret de cōtraria voluntate testatoris saltem per coniecturas ⁊ verisimiliter secundum Bar. quem alij sequuntur in d. §. quidaz liberis, ⁊ tradit Areti. in consi. cliij. breuiter videndum est. prima col. versic. Secundo est premittendū cum concordātibus vt per Paris. qui ita firmat in consi. lxxix. videtur prima facie num. 10. ⁊ 11. ij. vol. sed in casu isto constat de contraria voluntate testatoris saltem per coniecturas ergo ⁊c.

¶ Coniectura autem contrarie voluntatis ⁊ sic q prelegata non includantur in fideicommisso sumitur ex verbis dicti testamenti seu testatoris illud condentis multipliciter verba ipsa considerando.

¶ Et primo considero quod testator faciendo substitutionem fideicommissariam dixit quod altero ex filijs decendente sine filijs masculis alter succedat in dicta hereditate vt sic substitutus dicatur vocari ad hereditatem, cuius appellatione prelegata non veniunt, vt dicta l. si Titius ex parte. de leg. iij. vt supra etiam dictum fuit.

¶ Secundo ponderanda sunt illa verba institutionis videli-

9 cet in omnibus autem alijs suis bonis ⁊c. Naz† in verbis illis in omnibus alijs bonis non includuntur ea de quibus supra particulariter ⁊ expresse erat dispositum.

Jmmo propter aliud non videtur dictum in alijs bonis nisi ad exclusionem predictorum. Sed sic est quod certa bona expresse fuerant per prius prelegata predicto Hieronymo, ergo illa non includuntur in institutione.

¶ Nec similiter in substitutione que solū dr̄ facta ī hereditate.

¶ Et quod ita importent illa verba (in alijs) quasi dicat q̄ sunt vltra bona de quibus iam supra est dispositum, voluit in simili Bar. in l. si quis seruum. §. fi. in vltimis verbis de legat. ij. dū declarat verba ista aliorum vero bonorum ⁊c. vt scilicet intelligant̄ exceptis his de qbus supra erat particulariter dispositū.

¶ Et hoc in proposito satis manifeste sumitur ex vi ⁊ importantia verborum. Quoniam si in alijs bonis, ergo non in illis de quibus iam erat dispositum, ita in simili arguit ⁊ concludit Deci. in consi. dcliij. casus de quo queritur. j. col. prope fin. reprobando Paul. de Cast. qui contrariū dixit in cōsi. ccclxvij. viso suprascripto puncto, in antiquis, in nouis est nume. 177. in prima parte.

¶ Et in terminis nostris reperio quod ita firmat Fulgosi. in consi. 100. quidam A. veniens ad mortem ij. col. vbi etiaz ad contraria subtiliter respondet.

¶ Remanet itaq conclusio quod per illa verba in alijs suis bonis excluduntur omnino bona superius prelegata, ⁊ ita firmat Jas. in cōsi. clxxv. Egregius artium ⁊ medicine Doctor. circa fin. in verbo, tertio principaliter iiij. vol. volens quod per illa verba in alijs bonis manifesta mens testatoris demonstretur quod in institutione ⁊ substitutione non comprehendātur prelegata antecedentia, quod etiam consulendo firmauit Parisi. in consi. lxxix. preallegato nu. 21. ij. vol. vbi Bart. ⁊ alios plures allegat vt per eum.

¶ Et idem aperte voluit in consil. lxiij. dominus Cornelius nume. 22. iij. volu.

¶ Et ego dicta ista Parisij considerans valde sum admiratus quod ipse in preallegato consi. xviij. de quo in contrarijs, consuluerit contrarium, attento quod etiam in casu illo super quo ipse consuluit aderant illa verba, in omnibus autem alijs bonis ⁊c. Et sic Parisi. fit sibi ipsi contrarius in hoc articulo. Et mihi videtur quo ad eius authoritatem debere attendi opinionez negatiuā pro qua pluries cōsuluit quā pro affirmatiua.

¶ Et ita alias ego reprobaui consulendo illam opinionem affirmatiuam firmando quod prelegata grauato etiaz per prius non includantur in fideicommisso vt constat in consi. cvij. consului alias iam elapso anno iij. vol. quod iam sub prelo est.

¶ Tertio considero ad eundem finez illa verba, saluis semper predictis legatis. Dico enim quod ex illis verbis indubitata apparet voluntas testatoris, quod dum facit institutionez non intendit includere prelegata iam facta, sed voluit ea salua esse ⁊ exceptuata ab institutione ⁊ substitutione predictis, ⁊ consequenter necessario sequitur quod dicta prelegata non debent comprehendi in predicta vniuersali ⁊ fideicōmissaria substitutione. Et hoc in proposito nostro videtur inconuincibile fundamentum ēt posito quod alias prelegata venirent in restitu-

10 tionem fideicommissi. Nam† licet verba ista, saluis legatis, vti exceptiua importent in alijs valere institutionem ⁊ substitutionem l. nam quod liquide. §. fi. ff. de pen. lega. Tamen omnino indicant legata seu prelegata esse remota ⁊ exceptuata a tali institutione ⁊ substitutione, vt per Parisi. post alios quos allegat in consi. ix. serenissimum ⁊ illustrissimum nu. 11. j. vol.

¶ Attento maxime quod testator adiecit verbum, semper, ex quo demonstratur quod prelegata debent esse salua ei cui relicta sunt omni casu ⁊ omni tempore prout in simili intelligitur. Dictio (semper) in l. j. iuncta gl. super verbo semper ⁊ traditis ibi per Bar. ⁊ alios. ff. solu. mat.

CS

Si igitur omni tempore ⁊ omni casu, ergo salua esse debent ⁊ in causa fideicōmissarie substitutionis ⁊ quādocunq₃ eueniat.

¶ Et ex hac consideratione constat quod etiā in casu isto per testatorem fuit facta exceptio de legatis, ā fideicommisso.

¶ Propter quod constat non obstare quod supra fuit dictū q̄ d.l. Lucius. §. pluribus tertio loco allegata poterat retorqueri prout ibi etiam dixi.

¶ Et ex prędictis recte cōsideratis manifesta apparet veritas in casu nostro, quod bona prelegata do. Hieronymo non sunt fideicommissario restituenda.

¶ Et similiter constat allegatis in contrarium fere omnibus fuisse responsum.

¶ Nec quenquā moueat quod in casu nostro testator nō dixit in grauamine quod restituatur portio hereditaria vt dicebatur supra in ij. argumento facto in contrarium.

¶ Quoniam respondetur hoc nil obstare quia licet verum sit prelegata non cōtineri, quando fit grauamen de portione hereditaria per d.§. quidam liberis in contrarium allegatum.

¶ Non tamen sequitur quod si mentio portionis hereditaris

11 non fiat semper prelegata contineantur, quia † considerandum est quid testator voluerit etiam coniecturaliter, ⁊ illud omnino seruandum est, iuxta l. iij. C. de liber. preteri. l. in cōditionibus primum locum in prin. ff. de condi. ⁊ demonstra. ⁊ l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. cum simi.

¶ Sed in proposito casu iam constat testatorem noluisse prelegata in fideicōmisso contineri, vt supra fuit ostensū, ergo etc.

¶ Preterea videtur satis esse quod coheres grauetur in hereditate simpliciter, cum eius appellatione prelegata non veniāt d.l. si Titius ex parte. de leg. iij. ⁊ in proposito substituere in hereditate simpliciter ⁊ in portione hereditatis equiparantur vt voluit Ripa in l. in fideicōmissariā. §. si. nu. 2. ff. ad Trebel.

¶ Plus etiam videtur posse dici videlicet q̄ pro regula prele-

12 gata † in vniuersali fideicommisso non veniunt nisi de contraria voluntate testantis appareat iuxta ea quę supra dixi circa inductionem et declarationem l. Titia ad legem Falcid. Quarto loco pro nostra conclusione allegate. A qua regula non puto aliquo modo recedendum etiam quod alicui vide-

13 retur casus dubius, quia † cum fideicommissaria substitutio sit onus l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. ⁊ pupil. debet merito in quantum potest restringi vt sic heres minus grauetur argumento l. vnum ex familia. §. si rem de leg. ij. ⁊ ita in terminis nostris arguit ⁊ concludit Jas. in d. consi. si. in si. lib. iiij.

¶ Superest tantum tollere quod vltimo loco dicebatur in cōtrarium de dimidia parte istorum prelegatorum, vt scilicet saltem illa sit fideicommissario restituenda vt in contrarium vltimo loco arguebatur.

¶ Licet hoc vigere videatur quia pro eo videtur casus in d. §. si. in contrarium allegato. ⁊ propterea non videtur disputandum l. ancille. ⁊ ibi tradunt Doct. C. de furt. ⁊ ita in terminis. d. §. si. dixit Corn. in consi. cv. licet in hac, litera C. iiij. vol.

¶ Tamen recte mentem testatoris ⁊ iuris decisiones considerando puto quod iuridice ⁊ concludenter responderi possit. Et quod argumentum non faciat ad casum nostrum.

¶ Et pro fundamento considerandum est quod quando testator vni ex heredibus prelegat dicitur velle q̄ habeat prelegatū ⁊ quidem totum separatum a sua parte hereditatis.

¶ Ob quam causam lex vult ordinarie quod ipse totū habeat etiam si aliquo casu vel tempore non sit habiturus hereditatē vt d.l. ⁊ quidem. de leg. j. cum alijs supra ad hoc allegatis.

¶ Nec distinctio illa subtilis in subtilitate iuris fundata, quod partem habeat vel possideat iure prelegati ⁊ partem iure hereditario debet inducere diuisionē voluntatis vt d.l. eum quē. §. si. ff. de his quib. vt indig. vbi de hoc est tex. clarus.

¶ Unde cum in casu isto dominus Hieronymus seu heres eius sit redditurus hereditatem, debet posse retinere integra prelegata ⁊ sic etiam pro parte quā habebat iure hereditario quia ita testator creditur voluisse vt ex predictis constat.

¶ Nec ob. d.l. in fideicommissarium. §. si. in contrarium allegata, in qua solum stat omnis difficultas.

¶ Quia primo responderi potest quod illam partem quā coheres habet vt heres satis restituit cum illam in quartā imputet vt ibi voluit glo. ⁊ ita illum tex. intellexerunt Dyn. ⁊ Rayn. ibi sic etiam et satis clare intellexit ibi Joan. de Fano. vt ibi refert Alexand.

¶ Et si quis de hoc intellectu dubitet vt ibi per Alex. ⁊ Ripā ⁊ velit intelligere quod immo predicte portionis sit vera restitutio vt predicti dicunt.

¶ Negari tamen non potest quin plures sic intellexerunt ⁊ sic sequitur quod ille tex. dicatur habere plures intellectus.

14 ¶ Ex quo infertur, † quod non debet posse allegari ad decisionem causarum secundū Bar. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub.

¶ Et si cui hec responsio nō placeat, ⁊ velit per illum tex. summi cōclusionē quod portio predicta sit regulariter restituēda.

¶ Secundo loco respondetur ⁊ tollitur omnis difficultas, dicendo quod talis conclusio non procedit quādo de contraria voluntate testatoris apparet vt ibi per Doct. Sed in casu isto de tali voluntate constat vt iam fuit ostensum, ergo ⁊c.

¶ At ⁊ tertio responderi potest specialiter precedentē responsionem declarando, quod predicta conclusio ⁊ regula non procedit quando prelegando voluit prelegata separare ab hereditate, quia tunc ita potest retinere pars quam heres habet iure hereditario sicut eam quam habet iure prelegati, vt signanter declarat Raph. Comen. in d. l. Titia. in versi. aut, ergo per prelegatum. Sed sic est quod in casu isto testator voluit ita separare ergo ⁊c.

¶ Illud autem vel maxime probatur ⁊c. eo quod dixit saluis semper predictis legatis. Nā si instituit ⁊ substituit saluis semper legatis ergo voluit ea separare ab hereditate vt plene supra fuit declaratum.

¶ Sic igitur ex omnibus predictis remanet firma ⁊ defensata conclusio quod prelegata nec etiam pro parte habita per dominum Hieronymū iure hereditario non veniunt fideicommissario restituenda. Laus Deo Optimo Maximo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1556.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XC.

¶ De prelegatis factis filio grauato vtrum ⁊ quando imputentur in legitimam vel trebellianicam. Aut in certam portionem ex forma statuti retinendam.

¶ De subrogato, quando ⁊ quomodo sapiat naturā eius in cuius locum subrogatur.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ¶ *Prælegata debent imputari in legitimam uel trebellianicam.*

2 *Captum ex patrimonio patris & ex testamento eius imputatur in legitimam & in trebellianicam.*

3 *Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*

4 *Clausula (nisi testator &c.) uidetur referenda ad omnia præcedentia in quibus sit eadem ratio.*

5 *Voluntas testatoris regulariter seruari debet.*

6 *Statutum quando non exprimit aliquid dicitur illud noluisse.*

7 *Subrogatio quando fit contra ius commune non sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*

8 *Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur, quando subrogatio fit ad eundem finem, alias secus.*

9 *Subrogatio solum procedit respectu eorum quæ naturaliter & principaliter competebant ei in cuius locum fit subrogatio, seu in ijs quæ ei inerant ex primordiali natura, nō autem respectu eorum quæ extrinsecus & ex casu superueniunt.*

10 *Subrogatio non habet locum, quando id repugnaret uoluntati & intentioni disponentis seu facientis subrogationem.*

11 *Actus nullus operatur ultra aut contra uoluntatem agentis, & omnis dispositio legis communis uel municipalis testamentaria, iudicialis, siue contractus recipit interpretationem seu declarationem a uoluntate disponentium.*

12 *Dispositio qualibet uenit interpretanda ab eodem qui illam fecit, & ubi non adsit disponens, sic debet fieri interpretatio prout uerosimiliter ipse interrogatus respondisset.*

13 *Subrogatum non sapit naturam eius in cuius locum subrogatur quando id ueniret contra uoluntatem subrogantis.*

CONSILIVM XC.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis ⁊ iustitie.

¶ Post redditum his diebus consilium in quo concluditur heredem domini Hieronymi de Salis posse integra prelegata illi facta retinere ⁊ in nulla parte talia prelegata venire in

re in restitutionem fideicommissi. Excitatur nova dubitatio ⁊
dicitur esto quod ita sit uti in consilio predicto dicitur, debent
1 †tamen d. prelegata imputari in legitimam vel ẽt Trebelliani-
caz, iuxta tradita per Bar. ⁊ alios in l. in quartã. ff. ad l. falcid.
2 ¶ Nam† quicquid capitur ex patrimonio patris ⁊ ex testamẽ
to eius imputatur in legitimam ac etiam in trebellianicam ut
ibi per Doctores concluditur ⁊ etiam in l. filium quem haben
tem. C. famil. hercis.
¶ Sed talia prelegata capiuntur ex testamento ⁊ ex patrimo-
nio patris. ergo ⁊c.
¶ Nec videtur obstare quod isti heredes dñi Hieronymi nõ
videntur detrahere legitimã nec ẽt trebellianicam. Sed soluz
tertiã partem hereditatis illis ex forma statuti Brixiensis con-
cessam. Quũ videtur posse responderi quod cum illa tertia per
statutũ subrogetur in locum legitime ⁊ trebellianice debet sape
3 re illarum naturam, q: † subrogatum sapit naturam eius in cu-
ius locum subrogatur. l. si tũ. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut.
⁊ §. fuerat. instit. de act. cum concordantibus de quibus in d.
§. qui iniuriarum, ⁊ ut alias dixi in consi. clij. Petrus Luce de
nellis nu. 6. ij. volu.
¶ Unde cum prelegata predicta imputarentur in legitimam
vel in trebellianicam debent pariter imputari in istam tertiam
ex forma statuti detrahendam.
¶ Illis tamen non obstantibus arbitror in proposita specie
prelegata que non veniunt in fideicommissi restitutionem pro
aliqua parte non esse imputanda non dico in legitimam sed in
tertiã partem bonorum hereditatis quam gravatus filius vel
hodie eius heres ex forma statuti detrahere potest.
¶ Et sic concludo heredem do. Hieronymi posse integre pre-
legata retinere, ut in alio consilio dictum fuit.
¶ Ac etiam ex hereditate restituenda tertiam partem ad sui
utilitatem detrahere sicuti in predicto statuto cavetur per qua-
tuor pulchras ⁊ subtiles considerationes quas fecit excellentis-
simus do. Laurentius Coradellus mihi uti frater honorãdus
⁊ olim acutissimus discipulus meus in Patavino gymnasio
in suis doctissimis allegationibus. Et presertim per tertiam ⁊
quartam considerationem que ni fallor, si recte considerentur
concludere videntur.
¶ Et ultra eas moveor primo. Nam ex forma dicti statuti de-
bet detrahi, tertia pars hereditatis, ex quo sequitur quod prele-
gata predicta non veniunt circa istam tertiam partem aliquo
modo consideranda cum ipsa non veniant sub nomine heredi-
tatis l. si Titius ex parte. ff. de leg. iij.
¶ Et ex hoc infero tertiã istã detrahendam nõ recipere impu-
tationem extra hereditatem, q: alioquin non esset simpliciter
pars hereditatis contra verba ⁊ mentez statuti, ⁊ hoc forte vo-
luit excellentissimus D. Laurentius predictus in sua secunda
consideratione, dum dicit tertiam istam detrahendam de bo-
nis restituendis, ⁊ sic de hereditate inter que non sunt prelega-
ta cum restituenda pro aliqua sui parte non veniant ut in pri-
mo consilio plene demonstravi.
¶ Secundo ẽt considero quod statutũ de quo agitur dum re-
stringit portionẽ detrahendam ad certam quotaz hereditatis
restituende permittit etiam plus gravatum ut eius heredem
detrahere si ita voluerit testator, ut constat in ipso statuto in
versicu. nisi testator in ipso testamento plus concesserit de-
trahendum.
¶ Sed in casu isto testator ita concessisse videtur ergo ⁊c.
¶ Hoc autem constat ex ipso prelegato, nam cum illud fece-
rit ut omnino filius gravatus bona prelegata precipua habe-
ret. Et propterea nullo modo veniunt in fideicommissi resti-
tutionem, ut plene in alio consilio fuit ostensuz, sequitur quod
voluerit eum talia bona precipua habere ⁊ separata ab illa ter-
tia portione que per statutum detrahenda est, quod certe non
contingeret si talia bona in illam tertiam imputarentur, ut
de se patet.
¶ Et licet statutum in dicto versi. videatur loqui in casu quo
filie: femine gravantur, tamen ni fallor intendit loqui in quoli-
bet casu, ⁊ sic etiam quando filij masculi gravantur, de quo su-
pra locutum fuit.
4 ¶ Tamen quia clausula illa, †nisi testator ⁊c. videtur referen-
da ad omnia precedentia in quibus sit eadem ratio l. talis scri-
ptura in fi. de legat. primo, cum concordantibus ut per Ruyn.
in consil. clviij. viso testamento nobilis Jacopini nume. 11.
ij. volumi. et per me in consil. clviij. Illustrissimus dominus
Andreas nume. 68. ij. vol. ⁊ alibi sepe.
¶ Tamen etiam quia maior videtur ratio quod id conceda-
tur masculis quam feminis, ex eo quia illis per statutum conce
ditur maior pars, ex quo ostenditur maior dilectio statuentiũ.
¶ Et propterea si statutum vult tale quid in feminis grava-
tis, ut scilicet ultra partem statutariam habeant etiam quod
pater in testamento voluerit. Fortius dicitur id voluisse quan-
do filij masculi gravantur, authen. multo magis. C. de epis. ⁊
cleri. cum similibus.
5 ¶ Attento maxime quod† regulariter volũtas testatoris pro
lege servari debet. §. disponat in authen. de nupt. ⁊ l. j. C. de sa-
crosan. eccle. cum similibus.
¶ Quod etiam probatur ex fine d. statuti. in versicu. alij vero
rogati, ibi, nisi in hoc ultimo casu adituri provisum fuerit ⁊c.
Nam cum ibi ponatur similis exceptio ⁊ exprimatur illam ha
bere solum locum in illo ultimo casu arguitur quod similis ex-
ceptio supra posita in illo versic. nisi testator ⁊c. non debet re-
stringi ad casum illum in quo femine gravantur, cum illud ibi
6 non exprimatur. Quoniam † quando voluit statutum talem
exceptionem restringi illud expressit. Hic vero non expressit
cum potuisset ergo dicitur noluisse talem restrictionez fieri ar-
gumento l. j. §. sin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. facit
c. ad audientiaz. in fi. de decim. ⁊ c. inter corporalia. §. sed neq.
versi. videtur. si circa translationem. de translat. episcopi.
¶ Tertio ⁊ ultimo considero probari non fieri imputationez
prelegatorum in illam tertiam ex forma statuti detrahendam,
quoniaz si secus diceremus certe dominus Hieronymus gra
vatus aut heres eius non diceretur retinere tertiam illam de
bonis hereditarijs per fideicommissum restituendis cum ve
re illam aut maiorem partem eius haberet ex bonis prelega-
tis nullo modo restituendis ex causa fideicommissi, quod pro-
fecto non est dicendum, quia esset contra statutum predictum
in ultimis verbis, quatenus dicitur quod possessio rerum he-
reditariarum intelligatur translata ipso iure in fideicommissa
rium substitutum, retenta debita portione per gravatum seu
eius heredes. Hoc enim intelligi debet scilicet de bonis here-
ditarijs per fideicommissum restituendis, ut cuilibet recte con
sideranti notissimum erit, quod ut dixi non contingeret si fie-
ret predicta imputatio.
¶ Nec predictis obstant allegata supra in cõtrarium quoniaz
respondetur ad primum negando quod in casu isto agatur de
legitima vel trebellianica. Sed de tertia concessa filijs gravatis
per statutum ut supra dixi.
¶ Vel etiam secundo potest dici quod in casu nostro non po
test agi de imputatione aut suppletione legitime cum illam et
ultra habuerit do. Hieronymus gravatus prout est ex inten-
tione Corn. in consi. cc. consuluerunt iandiu, col. fina. iij. volu.
⁊ dixit prefatus dominus Laurentius in sua tertia considera-
tione, ad quem me refero.
¶ Ad secundum vero dum dicebatur quod subrogatum sa-
pit naturaz eius ⁊c. Responderi potest primo negando quod
statutum faciat talem subrogationem, nullibi enim hoc in sta
tuto dicitur, sed dicemus quod ex sua propria voluntate volue
runt statuentes in casu nostro posse detrahi tertiam partem,
ut in statuto dicitur, nullo tamen habito respectu ad legitimaz
vel trebellianicam ut scilicet ista tertia subrogetur in locum illa-
rum, vel alicuius earum, sed simpliciter disponit ut in eo.
¶ Secundo posito quod in effectu dicatur facta predicta sub-
rogatio. Respondetur primo quod regula in contrarium alle
7 gata non procedit quando† subrogatio fit contra ius commu
ne ut signanter declarat Bart. in l. j. §. hec actio. circa medium
sui commenti. ff. si quis testa. liber. esse ius. fuerit. Sed ista sub-
rogatio si facta fuit contra ius commune quia illo inspecto de-
traherentur legitima ⁊ trebellianica que ascenderent ad dimi-
diam totius hereditatis, sed per statutum solum tertia reti-
nenda est, ergo ⁊c.
¶ Vel secundo respondetur quod illa regula procedit quan-
8 do† fit subrogatio ad eundem finem alias regula non procedit
ut per Bar. in d. §. hec actio.
Sed isto casu subrogatio nõ fieret ad idẽ sed ad diversum im-
mo ad cõtrariũ q: legitima ⁊ trebellianica erãt inducte in favo
rẽ filij gravati. Sed quod legitima tertia retineat̃ inducitur in
favorẽ fideicommissarij ⁊ sic ad diminuendũ ius filij ergo ⁊c.
9 ¶ Vel ẽt ⁊ tertio respõderi põt quod regula† contraria soluz
p̃cedit respectu eorũ que naturaliter ⁊ principãr cõpetebãt ei in

curijs locum sit subrogatio seu in his que ei inerant ex primordiali natura. Non autem in his vel respectu eorum que extrinsecus & ex casu superueniunt, vt egregie post glos. ibi declarat Bar. in l. certi condictio in prin. mihi iiij. col. versi. querit glo. vtrum hec actio crescat. ff. si cert. pet. quod Bart. dicit esse notandum, cum quo ceteri transeunt. Sed nos nõ sumus in his que insunt ex primordiali natura tunc sed in superuenientibus ex casu et extrinsecus quia scilicet a patre sunt facta prelegata ergo in hoc nõ procedit regula subrogati in contrariũ allegata.

¶ Demum & quarto respondetur & de plano tollitur omnis
10 difficultas, quod† regula predicta non procedit quando id repugnaret voluntati & intentioni disponentis seu facientis ta-
11 lem subrogationem. etenim † nullus actus operatur vltra aut contra voluntatem agentis l. non omnis. & ibi notant Doct. ff. si cert. pet. cum simi.

¶ Hoc enim est vna maxima in iure, quod omnis dispositio legis communis vel municipalis testamentaria iudicialis siue contractus recipiat declarationem seu interpretationem a voluntate disponentium, & nihil operetur contra ipsorum intentionem per iura notissima.

12 ¶ Et hinc est quod† quelibet dispositio ab eodẽ venit interpretanda qui illam fecit. l. fi. C. de legi. cum similibus.

¶ Et vbi non adsit disponẽs sic debet fieri interpretatio prout verisimiliter ipse interrogatus respondisset iuxta tradita per glo. & alios in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. & dixi alias consi. cxxxix. in testamento Magnifici do. Vincentij nu. 11. j. vol. & in consi. viij. in presenti consultatione nu. 12. ij. vol.

13 ¶ Dicam igitur quod† subrogatio non sapit naturaз eius &c. Quando id veniret contra voluntatem subrogantis, sed sic est quod intentio statuti de quo agitur fuit vt prelegata nõ imputentur in tertiam partem per filios grauatos vel eorum heredes detrahendam, vt constat ex cõsiderationibus supra factis pro nostra conclusione, ergo &c. Laus Deo.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1555.

PVNCTVS.

CONSILII XCI.

ILLVSTRES Comites Archi tenuerunt retroactis tẽporibus iure feudi a Cesarea Maiestate terrã Archi Castrum Diene & alia quedam castra cuз eorum pertinentijs &c.

¶ Et ita quod successiuis tẽporibus peruenerunt pro suis ratis ad illustres Hieronymũ Nicolaũ & Paulũ, Comites Archi fratres & filios quondam illustris Comitis Odorici.

¶ Qui fratres simul fuerũt inuestiti ab inuictissimo Imperatore Carolo Quinto de locis predictis pro se heredibus & successoribus suis.

¶ Decessit Comes Nicolaus superstitibus sibi Comite Scipione filio vna cũ alijs quinq; filijs masculis.

¶ Postea decessit Comes Hieronymus sine filijs legitimis & naturalibus. Sed superstite Francisco filio spurio sed (vt asseritur) legitimato. Qui comes Hieronymus ante eius morteз donauit omnia bona sua immobilia feudalia & alia presentia & futura existentia in territorio Archi ac in territorio et diocesi Tridentina reseruato sibi vsufructo ac centũ aureis vt de illis testari possit, cuidam comiti Frãcisco de Archo filio comitis Alexandri qui erat patruelis ipsius donatoris absq; tamen aliquo cõsensu Cesaree Maiestatis neq; proximiorũ agnatorũ.

¶ Fuerũtq; in cõtractu donationis quedã pacta adiecta vti latẽ in instrumento eius videri põt ad quod habeatur relatio.

¶ Nũc predictus Comes Scipio & fratres & alij litis cõsortes vti proximiores agnati intendunt petere & obtinere a predicto comite Francisco bona sibi donata per dictum comitem Hieronymum vti ad eos pertinentia. Queritur modo quid iuris? Et an sint audiendi?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De quadam donatione feudorum & aliorum bonorũз facta per vasallũз absq; consensu directi domini & proximiorũ agnatorum an per agnatos possit reuocari.

¶ Feudum alienari non potest in preiudicium agnatorum etiam cum consensu domini.

¶ Feudum quando quid dicatur vel presumatur.

¶ Feudi alienatio dicitur prohibita per l. non per contractuз licet id proueniat propter contractum.

¶ Donatio facta vt donatarius det spurio donantis dicitur facta in fraudem legis.

¶ Legitimatio spurij a Papa facta de non subdito non operatur circa bona non subiecta.

¶ Subsequens matrimonium non legitimat conceptos ex illa que tunc vxor esse non poterat.

¶ Donator promittens cum iuramento habere ratam donationem non propterea tenetur de euictione.

¶ De sequestratione voluntaria q; reuocari nõ possit per euз qui possidebat etiam oblata satisdatione.

¶ Nemo cogitur regulariter pro alio agere seu litigare.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Rei suæ quilibet dicitur uerus & liber moderator & arbiter.*
2 *Donatio perfecta & inter uiuos reuocari non potest.*
3 *Verba (data & donata) important translationem dominij, & liberam donationem, ut sic apud donatarium uerba donata sint allodialia, & non feudalia.*
4 *Bona in dubio præsumuntur libera, & allodialia.*
5 *Prohibitio alienationis facta in contractibus, & sic per pactum inter uiuos, si quis contrafaciat, non impedit translationem dominij.*
6 *Feuda donari aut alienari non possunt sine consensu domini, nec in præiudicium agnatorum comprehensorum in inuestitura, & qui ad ea essent admittendi post mortem alienantis. & nu. 12.*
7 *Inuestitura inducit feudum, etiam si illud de quo fit inuestitura esset apud inuestitum liberum & allodiale, præsertim si talis inuestitura fiat ad supplicationem inuestiti. & nu. 8.*
9 *Fidelitas licet capi possit multipliciter, tamen per excellentiam & in dubio capitur pro feudali, quam uasallus præstat in feudis.*
10 *Consuetudine longa obseruatum dicitur habere uim priuilegij & specialis concessionis.*
11 *Res præsumitur feudalis si fuerit uti feudũ per xxx. annos possessa.*
13 *Verba, damus, donamus, & similia, debent intelligi et declarari secundum subiectum materiam, etiam quod uiderentur aliqualiter impropriari.*
14 *Prohibitio alienationis feudi licet proueniat propter contractum feudi, tamen prouenit à lege, & non dicitur fieri per homines inter uiuos, sed lex ipsa ordinarie, postquam res est effecta feudalis, prohibet feudi alienationem.*
15 *Res dotalis licet fiat propter contractũ & dationẽ ipsius in dotẽ, tamẽ postquam est facta res dotalis, prohibetur alienari per legem.*
16 *Vtile per inutile in indiuiduis uitiatur.*
17 *Lex prohibet patrem relinquere filijs spurijs.*
18 *Spurius de iure ciuili non est alendus, secus est de iure canonico.*
19 *Actus factus contra mentem legis non ualet.*
20 *Mens exponentis declaratur ex præfatione & protestatione.*
21 *Venditio præsumitur facta in fraudem legis, si pater spurio uendit, & res uendita reperitur penes spurium.*
22 *Filij spurij legitimantur per subsequens matrimonium.*
23 *Papa non potest sibi non subditum legitimare.*
24 *Iurisdictionis prorogatio non potest dici facta nisi quando de tali prorogatione apparet expressus consensus.*
25 *Imperator non potest legitimare non subditos quo ad bona sibi non subiecta.*
26 *Filij ut dicantur legitimati per subsequens matrimonium, requiritur ut mulier illa potuerit esse uxor patris illorum filiorum tempore quo concepti fuerunt.*
27 *Vxores duas quis eodem tempore habere non potest.*
28 *Papa potest legitimare spurium ad feuda ut in eis succedere possit, si legimans id declarasset.*
29 *Hæres adeundo hæreditatem cum beneficio legis & inuentarij non tenetur ad debita defuncti ultra uires hæreditatis.*
30 *Verba (pro se & hæredibus) posita in concessione feudi, intelliguntur pro hæredibus sanguinis.*
31 *Euictioni non est locus in contractu donationis.*
32 *Iuramentum intelligitur secundum naturam rei super qua interponitur, & nihil addit aut ultra operatur nisi uinculum religionis.*
33 *Pactum contrahentes seruare debent.*
34 *Sequestratio uoluntaria semper est licita & potest fieri semper.*
35 *Contractus ab initio sunt uoluntarij, & ex post necessarij.*
36 *Sequestratio uoluntaria ubi fit, possidens in dubio dicitur perdere possessionem.*
37 *Sequestratio uoluntaria non potest tolli per oblationem & dationem fideiussoris.*
38 *Facta plura tenent quæ fieri impediuntur.*
39 *Mandatum ad lites nemo regulariter suscipere cogitur.*

Nego-

40 *Negotiorum gestionem regulariter nemo inuitus suscipere cogitur.*
41 *Actionis nomen non est necessarium exprimere in libello, sed satis est quod ex facti narratione appareat agentibus ius competere.*

CONSILIVM XCI.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis ⁊ iustitie.

¶ Visis puncto proposito ⁊ scripturis omnibus cum eo exhibitis necnon viso etiã doctissimo ac longissimo respõso seu cõsilio excellentissimi Doctoris do. Martini Bõdenarij mihi vti fratris honorandi super predicto pũcto reddito qui in multis questionibus dimisit presentẽ cõsultationẽ quas postea de vna in aliã procedendo doctissime elegãtissime ac copiose discussit, ita vt merito summe ⁊ fere vndiq; veniat laudãdus. In vno tamẽ mihi displicuit scilicet quod voluerit allegationes suorũ dictorũ in margine describi cum id augeat laborem lectori lõgiusq; tẽpus in eius lectura requirat, etenim post dictum aliquid necesse est amouere oculos a loco quo dictum illud ponitur ⁊ in marginẽ cõuertere, in qua pro eo iura ⁊ auctoritates deducuntur, ⁊ iterum postea ad locum illum reuerti, quod mihi sepe nauseam peperit.

¶ Sed postquam illi placuit sic a cõi stilo consulentiũ deuiare ipse videat. Utcunq; tamẽ sit verũ est predictum excellẽtissimum Consulentem subtiliter et copiose omnia discussisse ita quidẽ vt mihi de subscriptione requisito locus aliquis addendi quodammodo relictus non videatur.

¶ Et ob eam causam non tangam omnes suas q. Sed eas tãtum prosequar in quibus consistit neruus presentis cõsultationis, nec illas tangã ordine cõsulentis sed prout mihi videbitur conuenire ad bonam resolutionem presentis consultationis.

¶ Cum igitur in ea queratur vtrum Comes Scipio frater ⁊ alij litis consortes in eorum petitione sint audiendi.

1 ¶ Uidetur prima fronte dicendũ quod non. Nam† quilibet rei sue dicitur verus ⁊ liber moderator ⁊ arbiter. l. in re mandata. C. mãda. ⁊ iam Comes Hieronymus videtur quod potuerit ex arbitrio donare cũ esset dñs rerum donatarũ. Dona-

2 tio† autem illa cum fuerit perfecta ⁊ inter viuos reuocari non potest sed conseruanda est. §. alie insti. de donat.

¶ Nec videtur obstare si dicatur quod bona donata sunt feudalia que nõ possunt sine consensu directi dominij ⁊ agnatorũ in inuestitura comprehensorum alienari in eorum preiudiciũ per iura vulgaria vt infra dicetur.

¶ Quia videtur responderi posse hoc negãdo quia immo videtur qd concessio Archi ⁊ aliorum bonorũ de quibus agitur facta olim per Fredericũ Imperatorẽ antecessoribus dicti comitis Hieronymi anno 1221. fuerit libera ⁊ mera donatio ⁊ nõ feudalis. Nã in ea dicitur q bona predicta fuerũt data ⁊ dona

3 ta ⁊ nulla sit mentio feudi que verba† important translationẽ dominij. l. vbi aũt. §. fi. ff. de ver. oblig. ⁊ l. senatus. §. donatio. ff. de don. causa. mort. cũ concordantibus allegatis supra per dictum Consulentem.

¶ Et vltra eũ in proposito qd verba damus donamus largimur ⁊ similia importent liberam donationem cum translatione pleni dominij, vt sic apud donatarium bona donata sint allodialia. Et non feudum, firmauit egregie Oldr. in consi. clix. ex presenti themate in primo dubio. Idem voluit Alber. de Ros. in rub. C. de donat. Paul. de Cast. in cõsi. clxj. in presenti causa col. fi. in antiquis, in nouis est in consi. clxiiij. lib. ij. cũ concordantibus, vt alias scripsi in consi. lxxvj. cum diebus elapsis. nu. 35. ⁊ 42. j. vol.

¶ Et vltra ibi allegatos idem dixit Andr. Isern. in c. j. in fin. vbi etiam Preposi. in tit. in quibus cau. feud. amit. Angel. in consi. ccxlij. punctus talis est in fin. ⁊ plene de hoc tradit Jas. in preludijs feudorum colum. v. vj. vij. incipiendo in versicu. iuxta supra tradita ex quibus satis ostensum fuit quid sit proprie feudum.

4 ¶ Et pro ista opinione facit, quia † in dubio bona presumuntur libera ⁊ allodialia vt etiam dixit consulens.

¶ Et vltra eum ita dicunt Jo. And. ⁊ alij in c. nimis de iureiur. Bal. post eum in c. ceterum. in fi. de iudi. Alexan. in consi. cxxix. ponderatis his. in princ. lib. j. ⁊ Dec. in consi. lxxv. Magnificus dominus Bonifacius nu. 25. j. volu. ⁊ in consil. cxv. in facto presupponitur. nu. 31. ij. vol. ⁊ tradit Alciat. in tract. de presumpt. in ij. regula in iij. presumptione.

¶ Demum idem videtur dicendum etiam posito quod bona de quibus agitur possent dici feudalia et ita prohibita sint alienari.

¶ Tamen videtur quod donatio de illis facta per Comitem Hieronymum sit conseruanda eo quod per illã videtur translatum dominium in donatarium, nam si prohibitio aliqua dicatur facta dicitur facta in inuestitura ⁊ sic in contractu feudi.

* ¶ Et alias pro regula dicitur secundum communem * ⁊ ve-
5 ram opinionem, quod prohibitio † alienationis facta in contractibus ⁊ sic per pactũ inter viuos (si quis contrafaciat) non impedit translationẽ dominij l. si ita quis. §. ea lege. ⁊ ibi per Doct. ff. de verb. oblig. ⁊ l. ea lege. C. de condict. ob causam. vbi glo. ⁊ alij, ⁊ traditur in l. filiusfamil. §. diui. vbi ego plene dixi. ff. de leg. j.

¶ Uidetur igitur in casu isto quod donatio valuerit ⁊ dominium rerum donatarum sit translatum.

¶ Sed Comes Hieronymus ⁊ hodie heres eius dicitur obligatus ad interesse illorum quorum intererat non alienari sicuti contingit quando prohibitio dicitur facta in alio contractu vt in preallegata l. ⁊ §. ea lege, cũ his que ibi tradunt Doct.

¶ Non videtur itaq; donationem predictam posse reuocari, ⁊ sic videtur quod Comes Scipio ⁊ fratres ac alij litis consortes non sint in eorum petione audiendi.

¶ Predictis tamen non obstantibus maturius omnia considerando contrarium de iure verius ⁊ equius esse arbitror.

¶ Et sic concludo predictos comites audiendos esse ⁊ posse bona donata obtinere ⁊ donationem predictam in effectu rescindere veluti non iure factam.

6 ¶ Et in primis non est dubium, quod† feuda donari aut aliter alienari non possunt sine consensu domini.

¶ Nec etiã tunc in preiudicium agnatorũ comprehensorũ in inuestitura, ⁊ qui ad ea essent admittendi post mortẽ alienantis, vt in tit. de prohibit. alien. feudi per Lothar. Et de prohibit. alien. feu. per Federicum, per totos.

¶ Et quod nõ valeat alienatio feudi in preiudiciũ agnatorum de quibus supra, ẽt si fieret cũ cõsensu dñi directi, probari videtur in c. j. vbi Bal. ⁊ alij not. de alienatione. feu. praxi. ⁊ est etiã
* doctrina Bal. magis communiter * recepta in c. j. §. hoc quoque. in v. col. ver. sexta conclusio in tit. de successione feud.

¶ Et ita firmat ⁊ pro regula tradit Curt. Jun. in tract. feudorum char. mihi 47. ij. col. ver. tertia igitur est regula cum concordantibus vt dixi in consil. cj. Alexander Finega nu. 5. ⁊ in consi. ciij. in causa istorum nobilium nu. 16. ij. vol.

¶ Hoc tamẽ in casu isto nõ indigemus cũ donatio caruerit cõsensu domini directi scilicet Serenissimi Imperatoris Caroli Quinti vt ex predictis constat. Et stante hoc expeditissimũ est istos illustres Comites agentes debere obtinere bona per Comitem Hieronymũ donata veluti feudalia ⁊ que post mortẽ d. Comitis Hieronymi ad eos peruenire debebant.

¶ Quod autẽ terra Archi, ⁊ alia castra de quibus agitur sint feudalia constat ex communi illo fundamento quia scilicet de eis facta fuit inuestitura a Serenissimis Imperatoribus, ⁊ demũ a Carolo Quinto Imperatore moderno ⁊ inuictissimo illis trib' fratribus. s. comitibus Hieronymo Nic. ⁊ Paulo.

7 ¶ Nam† cũ inuestitura feudũ inducat c. j. in fi. de feud. cogni. ⁊ precedat fidelitatẽ c. j. quid precedere debet in nupt. ex illa probatur, ⁊ declaratur feudũ, vt inquit Bal. in l. j. §. Sed ⁊ si quis homini. C. de lati. libert. tol. ⁊ dixi alias in consi. lxv. Illustris. Hermannus nu. 3. j. volu. Ad quod bene facit c. j. quid sit inuestit. ⁊ c. per tuas. extra de dona. ⁊ dixit Inno. in c. veritatis. de iureiur. prout refert ⁊ sequitur Afflict. in c. j. nu. 255. ⁊ seq. in quibus caus. feud. amittatur.

¶ Et hoc adeo verũ est vt dicatur feudũ id de quo fit inuestitura tanquam de feudo, q procedit etiã si fortasse illud tale apud
8 inuestitum fuisset liberum ⁊ allodium. Nam† ex tali inuestitura efficitur feudum, presertim si talis inuestitura facta fuerit ad supplicationem inuestiti, tunc enim ipse diceretur ius ⁊ dominiũ illius rei in Imperatorẽ inuestientem transtulisse ⁊ ab eo postea in feudum recepisse iuxta doctrinam Bar. cũ qua transeunt Doctores in l. si aliquam rem ij. col. ver. habui in hac ciuitate. ff. de acquir. poss. cum concordantibus, vt dixi in preallegato consi. lxv. Et vltra ibi dicta ita etiam tenet Curt. Jun. in consi. cxl. superioribus diebus nu. 6.

¶ Probatur preterea bona predicta esse feudalia quia pro eis pre-

9 prestitũ est iuramentuʒ fidelitatis, nã† licet fidelitatis capi possit multipliciter tñ per excellẽtiã ⁊ in dubio capitur pro feudali idest quã vasallus prestat in feudis, ⁊ ea de causa feudũ dicitur a fide. Ut inquit Bal. in prelud. feudorũ col. iij. ver. Secundo quero, cum concordantibus, vt alias dixi in consil. lxxvj. cum diebus elapsis, nume. 36. j. volu.

¶ Ad quod ẽt facit quia (vt audio) ab annis x. xx. xl. lx. ⁊ centũ ⁊ vltra bona predicta semper habita, tenta ⁊ reputata fuerunt feudalia ⁊ vt talia fuerunt apud istos illustres Comites Archi ⁊ eorũ antecessores. Propter qõ ita iudicari debent arg. l. mi-

10 nime. ff. de legib. Solet† enim dici quod id dʒ habere vim primi legij ⁊ specialis cõcessionis quod longa cõsuetudine fuit obseruatũ l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quotid. ⁊ esti. cũ concordantibus. Ut dixi in consi. lxv. preallegato nu. 41. j. volu. ⁊ in cõsi. clxxxj. de duobus in presenti. nu. 54. ij. vol. Immo suffi-

11 cit† quod per xxx. annos res aliqua vti feudũ sit possessa, arg. c. j. §. si quis per xxx. si de feud. fuer. controuer. ⁊ voluit Iseru. in c. j. de cõtrouer. feud. apud pares curie, prout refert ⁊ sequitur Afflict. in loco preallegato nu. 287. vbi ponit etiaʒ plures alios modos probandi aut presumendi feudum, quorum aliqui etiam casus nostro seruirent, ⁊ ideo omnino videatur.

¶ Concluditur itaqʒ ex predictis bona de quibus agitur esse

12 feudalia ⁊ quidẽ feuda antiqua, ⁊ cõseqũẽter qõ alienatio † seu donatio de eis facta per Comitẽ Hieronymũ nõ valuit, maxime in preiudiciũ comitis Scipionis ⁊ aliorũ litis consortiuʒ, ⁊ ideo propter ipsos potest retardari vt ex predictis constat.

¶ Non obst. allegata supra in contrariũ, nã ad primũ respõdetur quod procederet qñ bona de quibus agit ⁊ que donata fuerunt fuissent libera d. Comitis Hieronymi donãtis, ⁊ sic fuissent allodialia, sed isto casu bona sunt feudalia ⁊ prohibita alienari, vt dictũ est ergo ⁊c. Nec ad hoc obst. quod secũdo loco dicebat quod immo videbatur allodialia, pp illa verba, damus donamus ⁊ similia. Qm̃ respõsio est in prõptu, vt. s. dicamus

13 †verba illa debere intelligi ⁊ declarari scdm̃ subiectã materiaʒ etiã quod viderentur aliqualiter impropriari, argu. l. si vno. in prin. ff. loca. ⁊ l. insulã. ff. de prescrip. cũ simi. vt per Alex. in cõsil. liij. in causa ⁊ lite vertente nu. 5. lib. vij. ⁊ dixi alias in cõsi. j. factum tale proponitur, nu. 120. j. vol. Sed subiecta materia est feudalis concessio ⁊ inuestitura, merito illa verba sunt intelligenda, damus ⁊ donamus ⁊c. scdm̃. s. respectu vtilis dominij saluo semper directo dñio cõcedenti, seu velimus dicere respectu vsusfructus qui transit in vasallũ, ꝓprietate apud concedẽtem reseruata, prout loquitur tex. in c. j. §. huius autẽ generis. in quibus caus. ammittatur feudũ, sed vsusfructus ibi ponitur pro vtili dominio ⁊ ita post alios not. ibi Afflict. prope fin. sub nu. 311. Et ex his cõstat decisionẽ illã Old. in consi. cix. ⁊ alia in cõtrariũ allegata nõ obstare, qꝛ procedere possent vbi nulla probaretur inuestitura aut alio modo non probaret feudum.

¶ Similiter cõstat ẽt non obstare ꝙ alias ẽt sine dubio bona presumunt allodialia qꝛ non sumus in casu isto in dubio, cum constet talia bona esse feudalia, vt ex predictis cõstat. Demum non obst. quod vltimo loco dicebatur de prohibitione alienationis facta inter viuos. Quoniã de plano respondetur qõ in

14 argumento adest quedã fallacia. Nam † licet prohibitio alienationis proueniat propter contractuʒ feudi tñ prouenit a lege ⁊ nõ dicitur fieri per homines inter viuos, sed lex ipsa ordinarie, postquã res est effecta feudalis, prohibet feudi alienationẽ, vt de prohibita alien. feu. per Lothar. ⁊ per Federic. vt sic dicat alienatio feudi prohibita per legem ⁊ non per pactum inter cõtrahentes licet id contingat propter contractum ⁊ inuestituraʒ

15 feudalem. Sicut in simili videmus, quod licet † res dotalis fiat propter contractum ⁊ dationem ipsius in dotem tamen postquam est facta res dotalis prohibetur alienari per legem vt insti. quibus alien. licet vel non. in princ. ⁊ ff. de fundo dota l. lex Julia ⁊ per totum.

¶ Si igitur in casu nostro alienatio prohibetur per legem sequitur quod impedita fuit translatio dominij per not. in d. l. ea lege. C. de condit. ob causam, cum simi. allegatis supra in cõtrarium ⁊ sic argumentum in contrarium factuʒ retorquetur.

¶ Sed superest difficultas qꝛ predicta omnia procedunt respectu bonorum feudalium in donatione comprehensoruʒ prout ea ipse donans se donare exprimit.

¶ Uerum si que allodialia ⁊ nõ feudalia fuerint donata prout generalia verba donationis importare videntur, videtur quod in eis valuerit donatio per ea que supra in prin. dicta fuerunt, non obstantibus eis que supra deducta fuerunt quia specialiter procedunt in bonis feudalibus.

¶ Sed tamen consequenter in omnibus bonis donatis dico procedere predicta vt scilicet non valuerit donatio saltẽ in preiudicium Comitis Scipionis, ⁊ fratrum ⁊ aliorũ litis consortium. Arbitramur enim vniuersam donationem reuocare ⁊ petere posse omnia bona donata.

¶ Et in primis negari potest aliqua ex bonis donatis esse allodialia quia immo videntur omnia feudalia. Nam donata fuerunt solum bona existentia in territorio Archi. ⁊ in diocesi ⁊ territorio Tridẽtino prout sunt omnes terre ⁊ omnia castra de quibus facta fuit inuestitura per modernum Imperatoreʒ Carolum quintũ predictis Hieronymo Nic. ⁊ Paulo fratribus cum omnibus iurisdictionibus, ⁊ pertinẽtijs predictorũ.

¶ Unde sicut ipsa castra dicuntur feudalia ita etiam ⁊ eorum pertinentia debent dici feudalia, ⁊ ita in dubio presumendum est, nisi contrarium probetur.

¶ Uerum si aliqua ex bonis donatis probentur Allodia. adhuc dicendum videtur quod etiam in eis donatio non valeat.

¶ Et id quidem probari videtur primo ex eo quia talium bonoruʒ simul cũ feudalibus facta fuit donatio ita vt videatur to

16 ta simul quid indiuiduuʒ. Et† propterea in ea vtile per inutile vitiari debet iuxta tradita per Bar. in l. grece. §. illud. ff. de fideiuss. cum concordantibus vt alias dixi in consi. cxlvij. dominus Baptista de Seraffe. nu. 29. ij. vol. Illud autẽ ex multis subtiliter ⁊ copiose deducit excellentissimus Cõsulẽs in sua ij. q. vbi etiam contraria resoluit. Ad quem in hoc me refero.

¶ Secundo etiaʒ probatur inualiditas donationis in allodia

17 libus, qꝛ facta sunt in fraudẽ legis, que † prohibet relinqui per patrem filijs spurijs iuxta auth. ex complexu, ⁊ tradita ibi per Doct. C. de incest. nupt. ⁊ c. per venerabileʒ vbi Doct. tradũt extra qui filij sint legitimi, cum simi. allegatis supra per do. Cõsulentem, ⁊ alias dixi in consi. lxix. Castrum quoddam biscine nume. 4. vbi ad hoc induco authen. licet patri. C. de nat. liber. j. volu. ⁊ in consi. viij. audio in presenti causa dubitari iij. volu.

18 Ubi etiam dico, spurium† de iure ciuili nec esse alendum, licet aliud sit de equitate canonica, iuxta c. cum haberet, de eo qui dux. in matrimo. quam pol. per adult.

¶ Dico enim quod iste Comes Hieronymus donator habebat filium spurium quendam nomine Franciscum cui voluit per donatarium dari maximam pecunie quantitatem.

¶ Et sic voluit per interpositam personã donatarij vt ipse spurius de bonis suis illam summam haberet in fraudem legis prohibentis spurio relinqui, ⁊ sic videtur verba legis amplecti

19 quia spurio non donat, sed venit † contra mentem legis ordinando quod in effectu ad spuriũ perueniat, merito talis actus valere non debet per text. singularem licet notissimuʒ in l. non dubium. C. de legi.

¶ Et bene etiam probatur hoc in l. contra legem. cum l. seq. ff. de legib.

¶ Facit optime. l. j. §. siue itaqʒ. C. de nat. libe. ibi siue per interpositam personam. Et mens donatoris in talem fraudẽ ordinata probatur quia alias donaturus non erat nisi illa summa daretur spurio, ⁊ alia implerentur que in pactis continebãtur, vt ipse in prefationibus dixit, ⁊ protestatus fuisse videtur,

20 ex ipsis eniʒ † prefationibus ⁊ protestationibus talis mens eius declaratur, vulgata l. si. ff. de here. instit. ⁊ ibi not. Doctores, ⁊ est pulchra doctrina Bar. in l. ambitiosa. col. mihi viij. ver. visis examinatis. ff. de decret. ab ord. faci. ⁊ dixi alias in cõsi. xxj. in nouissimo statuto Pisano, nu. 2. j. volu. ⁊ in consil. viij. in presenti consultatione late scriptum fuit, nu. 14. ij. vol.

Et quod talis donatio presumatur fraudulenta ex eo quod dã

21 da sit illa magna summa spurio facit, qꝛ † si pater spurij vendit ⁊ res vendita reperitur penes spuriũ presumitur talis vẽditio in fraudẽ legis facta, ⁊ tñ nihil apparet quod pater ita ordinauerit, vt est pulchra doctrina Bar. communiter * recepta post Jac. de Belui. in l. fin. ff. de probat. ⁊ in l. si is qui ex bonis, in ij. q. ff. de vulg. ⁊ pup. fortius ergo ad id dici debet in casu nostro vbi donator pater ita ordinauit.

¶ Et ad hec plura congerit dominus Consulens ad quẽ gratia breuitatis me refero.

¶ Nec pdictis obst. qõ asserit pdictũ Frãciscũ spuriũ legitima

22 tuʒ fuisse tũc a summo Põtifice, tũc† etiã per subsequens matrimoniũ quod Comes Hieronymus pr̃ eius cõtraxit cũ dña Cecilia ⁊c. Quia illuʒ susceperat iuxta. §. fin. institu. de nupt. ⁊ l. nuper.

l.nuper.C.de naturali.liberis ꝛc. tanta qui filij sint legit. cum simi.allegatis per D.Consulentem.

¶ Quoniã respondetur legitimationes assertas non valuisse, nec quicquam operari potuisse in fauorem dicti spurij ad preiudicium predictorum agentium.

¶ Et distincte procedendo.

23 ¶ Quo† ad legitimationẽ que a summo põtifice facta asserit dicimus quod nõ valuit ex defectu potestatis ꝛ iurisdictionis Pape in nõ subditos, vt ex pluribus ostẽdit d. Consulẽs qui etiam hanc opinionẽ cõmunẽ * apud nr̃os Doctores ostẽdit. Et ego pluries ita consului plures auctoritates allegãdo, vt in cõsi.cxliij.viso puncto ꝛ alijs scripturis,nu.1.ꝛ 2.j. volu. ꝛ plenius ꝛ firmius in consi. 100.excellentissimus artiũ ꝛ medicine doctor,nu.10.cũ plurib⁹ seq.vsq; ad nu.25.ij.vol.ꝛ alibi sepe. Et vltra ibi allegatos hanc opin. firmauit Paul. de Cast. in consi.cccxvij.super j.dubio.ij.col.in antiquis, in nouis est nu. 32.in ij.parte. Curt.Sen. in cõsi.lxv.super premissa narratione facti,colũ.xij. Jas. in consil. lxx.super vtraq; legitimatione. iij.colum.lib. iij.

¶ Et illud consiliũ cõprobando ꝛ plura addendo subscripsit Carol.Ruyn.in cõsi.lxvj.perlectis ꝛ diligẽter cõsideratis,qui idem ẽt dixit asserens ita cõiter teneri in consi.clxiiij.visa legitimatione.nu.4.lib.j.Hoc idẽ voluit Deci.ꝛ dicit cõiter teneri in l.fi.nu.6.ff.de iurisd.omn.iudi. quod ẽt voluit Parisi.aliquãdo collega meus in Patauino gymnasio in consi.ij. legitimatio de qua in presenti.nu.13.ꝛ 17.ꝛ in cõsi.xiiij. cũ in facto certũ sit nu.33.ꝛ 34.ij.volu.ꝛ in d.nu.34.inter cetera firmat,

24 quod† cũ non põt dici facta prorogatio iurisdictionis in qua se fundant tenentes contrariũ,nisi qñ de tali prorogatione apparet expressus consensus,vt per eũ de quo in casu nostro nullibi constat igitur ꝛc.Et predictã opin.Sequitur Curt.Junior in

25 d.l.fi.cõcludẽs,quod† nõ subditos quo ad bona sibi nõ subiecta Imperator legitimare nõ põt idẽ ergo ꝛ in Papa dici dz.

¶ Quantum vero pertinet ad secundum ꝛ sic ad legitimationem que facta asseritur propter subsecutum matrimoniũ inter parentes eius,clara est responsio quia negantis legitimationẽ facta fuisse,ex pluribus vt per dictum Consulentem.

¶ Et vltra eum istud clarissime probatur,nam talis legitimatio quando fit illud inducitur per fictionẽ retrotractiuã, siquidem matrimoniũ quod sequitur dicitur retrotrahi ad tẽpus conceptionis filiorũ,vt sic filij per talem fictionẽ videãtur cõcepti ex legitimo ꝛ matrimoniali coitu,vt plene per Doct.in pre

26 allegato.c.tanta, qui filij sint legitimi,ꝛ† ob eam causam requiritur vt mulier illa potuerit esse vxor patris filiorũ tẽpore quo fuerunt cõcepti, vt dz in preallegata l.nuper.de natu. liber.ꝛ in §.quibus cõmemorari necesse est,insti.de hered. que ab intest. defer.ꝛ dicunt Doct. maxime Card.in d.c.tanta.

¶ Sed sic est quod dña Cecilia mater Francisci spurij tẽpore quo illũ concepit ex comite Hieronymo non poterat esse eius

27 vxor,cũ ille eo tempore haberet legitimã vxorẽ, qz† quis duas vxores eodẽ tẽpore habere nõ põt.§.affinitatis.in fin.instit.de nupt.ꝛ l.eũ qui duas.C.ad l.Jul.de adult.cum simi. Et ideo predicta legitimatio retrotractiua fieri nõ põt propter inhabilitatẽ extremi ad quod iuxta tradita per Bar.ꝛ alios in l. si is qui pro emptore,in materia fictionis translatiue.ff.de vsucap. cũ concordãtibus,vt alias dixi in consi.xxxj.D.Hieronymus de Scholainis.nu.43.ij.vol.

¶ Et quia hec in iure clarissima sunt ꝛ neminem de eis hesitaturum puto vlterius super eis non insisto.

¶ Sed ex istis ꝛ alijs deductis per d.Consulentem firmatur ꝛ verissima est conclusio donationem de qua agitur tam in feudis quam in allodijs inutilem fuisse, ꝛ per predictos agentes posse annullari ꝛ res donatas petij posse.

¶ Et ex predictis recte considerantibus constabit nõ obstare

28 si quis dixerit,quod predicta† legitimatio a Põtifice facta potest ipsi spurio prodesse quo ad feuda vt scilicet in eis succedere possit si legitimãs id declarasset iuxta tradita per Doct.in c.j. §.naturales.si de feud. controuer. fit inter domin.ꝛ agnat.

¶ Nã posito qd ita dixerit Papa, quod tñ mihi nõ constat cũ legitimationis instrumentũ nõ viderim. Respõdetur illud nihil potuisse operari. Tum qz deerat Põtifici in casu nostro nihil potuisse operari. Tũ qz illud forte talis potestas in non subditos per predicta. Tũ qz illud forte posset procedere in filio naturali suscepto ex coitu concubinali nos autẽ sumus in spurio nato ex damnato adulterino coitu,pũt volũt Bal.ꝛ alij in d. §. naturales.

¶ Hac ẽt qz in tali actu requirebatur citatio agnatorũ quibus probabiliter erat ius quesitũ si comes Hieronymus sine filijs legitimis ꝛ naturalibus decesserit (vbi casus euenit) nec poterat d.comes libere de dictis feudis disponere iuxta tradita p Bar.dominũ meũ Soci.ꝛ alios in lege Gallus.§. ꝛ quid si tãtũ,vbi ẽt ego post alios dixi.ff.de liber.ꝛ posth. ꝛ plene dixi in cõsi.xcv.Magnifici do.Jo.Bap.ꝛ Georgius fratres iij. vol.

¶ Itẽ ẽt ex alijs tolli põt obiectuz vt per d. Consulentẽ in sua v.q.ad quẽ me refero. Et ex predictis ꝛ alijs pluribus de quibus per Consulentẽ firmatur conclusio quod donatio de qua agitur non valuit nec fieri potuit in preiudiciũ predictorũ agnatorũ,ꝛ cõsequenter quod illi possunt bona donata petere scdm quod supra deductũ fuit. Sed tũc queritur qũo isti agnati pro

29 cedere debeant ad d.petitionez, vtrum.s.vt heredes† comitis Hieronymi adeuntes tñ eius hereditatẽ cũ beneficio inuentarij vt.s.ad debita comitis Hieronymi non teneantur vltra vires hereditarias iuxta l.fi.§.ꝛ si prefataz.C. de iure deliber.an vero vti vocati ad bona feudalia illa petere possint repudiata hereditate comitis Hieronymi. Et circa hoc do.Consulẽs in sua vj.q.defendit vtramq; viã ꝛ quidem egregie volẽs primũ agnatos predictos posse repudiare hereditatez d. Comitis, ꝛ feuda omnia retinere seu illa cõsequi velut cõprehẽsos in inuestitura.Et inter cetera per ipsum allegata ad hoc propositum mihi valde placet quod eiusmodi feuda nõ dicanť hereditaria

30 qz† illa verba pro se ꝛ heredibus exponũtur idest liberis, ꝛ sic intelliguntur pro heredibus sanguinis sicut in simili, fit talis interpretatio in l.ex facto.§.fi.vt ibi per Paul.de Cast.ꝛ alios ff.ad trebel.ꝛ ego alias ita firmaui in consil.lxxij. Gratiadeus de Caluagnis.nu.25.ꝛ 26.j. vol.

¶ Maxime qñ nõ constaret ꝙ verba illa pro heredibus sint plata habito respectu ad ius hereditariũ vt ibi declarať. Hoc aũt casu nedũ nõ cõstat qd sit habitus respectus ad ius hereditariuz,sed potius verosimile est qd fuerit habitus respectus ad liberos,ꝛ sic ad heredes sanguinis,prout cõiter faciũt cõcedẽtes ꝛ recipientes feuda. Unde si nõ est feudũ hereditariũ non est necessarium quod isti agnati sint aliquo modo heredes.

¶ Item ẽt defendit D.Consulens aliã viam vt scilicet possint adire hereditatem cum beneficio inuentarij vt supra per plura docte ꝛ copiose per eum deducta ꝛ ita etiã ego alias firmaui in consi.cxij.illustris D.Jo.Galeazius nu.10.11.ꝛ 12.ij. volu. volens quod in simili feudo agnati adeundo hereditatẽ cũ cõfectione inuentarij non tenebuntur vltra vires hereditarias.

¶ Utantur ergo in casu isto agnati via illa ex his duabus que magis illis expediat.

¶ Mihi tamen magis placeret prima via,ea presertim ratione,quia vt puto pauca aut nulla ex bonis donatis probabuntur allodialia.Jn ea autem q. que subsequitur vtrum.s.ob promissionẽ Comitis Hieronymi iuramento firmatã isti agnati de euictione teneantur concludit D. Consulens in vij. q. eos non teneri vt per eum.Et ego arbitror talẽ cõclusionem indubitatam quia vt etiam ipse dicit sumus in contractu donatio

31 nis ꝛ sic in causa lucratiua,in qua† non solet de euictione teneri etiam ipse donator.l.Aristo.§.fi.ꝛ ibi not.Doctores.ff. de donat.ꝛ l.ij.C.de euict.

¶ Nisi tamen expresse per stipulationem de euictione cauerit vt d.l.ij. quod non euenit in casu nostro nam solum promisit Comes Hieronymus donationem firmam ratam ꝛ gratam habere non autem de euictione se obligauit.

32 ¶ Nec iuramentũ põt operari vt de euictione teneatur qz† iuramẽtũ intelligitur scdm naturã rei super qua interponitur, ꝛ nihil addit aut vltra operatur nisi vinculum religionis.l.fi.vbi ita dicunt Bal.ꝛ alij.C.de non nume.pecu.cum concordantibus, vt dixi in consil. cxlv. Baptista de Sanctucijs nobilis Urbinas nu.60.cum duobus seq.j.volumi.ꝛ in consi. xlv. in translatione quadam nu.48. ꝛ in consil. lx. viso elegantissimo consilio, nu. 18.ij.vol.ꝛ quia predicta conclusio de plano procedit,super hoc non insistam vlterius.

¶ Sed circa predicta dubitatur de parte illa castri Diene quã vltimo loco Comes Hieronymus emerat proprio ere suo, nã cum illa iam extitisset de iure feudorũ per alienationem factam per Comitem Gherardum de Archo seu dationem insolutũ quam de tali parte ipse fecit cuidã domino Nicolao extraneo cũ consensu domini directi ꝛ proximiorum agnatorum.

¶ Nã videbať ꝙ Comes Hieronymus illam partem per se emptã haberet liberã a iure feudali,ꝛ sic in ea valuisset donatio

saltem quo ad hoc vt scilicet agnati non possint illa reuocare super quo plurimum insistit D. Consulens in sua x. questio. concludens ex pluribus quod etiam in d. parte donatio non valuit vt per eum.

¶ Et eius conclusio videtur probabilis per plura subtiliter & copiose per eum deductā que gratia breuitatis non refero.

¶ Et vltra eum primo considero quod si apud Comitem Hieronymum fuisset illa libera vti allodialis subijceretur conclusioni supra facte, videlicet quod nec in allodijs talis donatio valuit veluti facta in fraudem legis secundum quod supra deductum fuit, & ad iam dicta me refero.

¶ Secundo etiam considero quod illud dici non potest saltem tempore donationis, quia immo tantum illa pars diene apud eum erat vti feudum imperiale vt per multa hoc ostendit D. Consulens.

¶ Et vltra eū hoc videtur probare quia quando Comes Hieronymus suo & fratrum nomine petijt se de castro Diene inuestiri (posito quod tunc illa pars fuisset propria eius) dicitur eā Imperatori donasse ita quidē vt postea ea a sua Cesarea Maiestate ipsi & fratribus concederetur in feudum & de ea sicut de alijs fieret inuestitura, iuxta doctrinam Bar. in l. si aliquam rē. ij. col. ff. de acquir. poss. & dixi alias in consi. lxv. j. volu. & supra etiam deduxi circa primam dubitationem quam tetigi.

¶ Sed aduertendū est quia forte si comes Scipio suo & aliorum litis consortiū nomine petat rescisionem donationis predicte & velit res donatas obtinere Comes Franciscus donatarius, & reus conuentus posset opponere vt prius de possessione iudicetur & sic quod illi restituatur nō obstante sequestratione bonorum controuersorum.

¶ Unde queritur an esset audiendus antequā super petitione agnatorum iudicetur aut discutiatur.

¶ In qua difficultate dominus Consulens in sua xj. q. plura dixit arguendo ad partes concludendo postea reum non fore audiendum, & sic iam factam sequestrationem debere conseruari vsque ad finem litis prout facta fuit vt per eum, qui varijs & subtilibus argumentis suam conclusionem probat, & ad contraria recte & ingeniose respondet.

¶ Et mihi sua conclusio iuridica videtur ex deductis per eū.

¶ Et ex eo presertim quia d. sequestratio ab ipsis partibus vel de eorum consensu facta fuit.

¶ Unde non conuenit vt aliqua ex ipsis partibus contra eam sequestrationem veniat quasi per talem sequestrationem voluntariam videatur pactum inter partes quod res ita permaneat

33 vsq; ad finem litis. Unde nemo† potest contra tale pactum venire sed illud seruare. l. iurisgentium. §. pretor ait. ff. de pact. & c. j. & ij. extra de pact. cum similibus.

¶ Et quia partes possunt plura ex cōmuni consensu que alias

34 non cōcederentur, dicimus quod volūtaria† sequestratio semper est licita & potest fieri semper, vt declarat Bar. post Iaco. de Are. in l. interesse in ij. q. ff. de acquir. poss. Bal. in l. j. j. col. versi. tu autem istam materiam. C. de probib. sequest. pecun. & Cardin. in clem. j. q. xij. de sequest. pos. & fruct.

¶ Et talis sequestratio cum fiat ex consensu partiū durat nec reuocatur nisi adsit ad id vtriusq; consensus, & sic dicitur ab ini

35 tio voluntaria ex post facto necessaria. Sicut dicimus† de contractibus iuxta l. sicut ab initio. C. de act. & oblig. prout declarat Bald. in d. l. j.

36 ¶ Et vbi fit† talis sequestratio voluntaria in dubio possidens dicitur perdere possessionem vt inquit Bar. in d. l. interesse in iiij. q. de acquir. poss.

¶ Et propterea in casu nostro Comes Franciscus sua possessione quam iam habuit niti non potest cum illam amiserit.

37 ¶ Nec audiri deberet si† fideiussorē offerret petēs reuocari sequestrū iuxta l. si qñ & ibi tradita p Bal. in ij. no. C. d ord. cog.

¶ Nā vt inquit D. Cōsulēs illud non procedit qñ sequestratio facta fuit ad euitāda scādala prout fuit in casu nr̄o. Erat enī suspitio ne venirēt ad arma pp malū animū partiū. Que ratio non cessat per prestationem fideiussoris, argumen. §. nouissime instit. de susp. tut. Preterea vltra cōsulentē illud procedere posset ante factā sequestrationem ad ipsā scilicet impediendā & ita loquitur d. l. si quando & ita loquitur etiam ibi Bald. Sed in casu nostro iā facta fuit ex partiū consensu, merito de-

38 bet seruari vsq; ad finem litis, per predicta, plura† enim impediuntur fieri que tamen facta tenent l. patre furioso. & ibi not. Bart. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. cum similibus.

¶ Et inquantum nouissime queritur vtrum Comes Scipio & fratres possint pro eorū tm̄ interesse litē mouere & ipsam prosequi absq; eo quod simul immisceāt ēt personas filiorū Comitis Pauli eorū patrui, de quo nihil tāgit D. Consulens quia de eo nō fuit cōsultus nō enim de hoc fit verbū aliquod in xij. questionibus principalibus de quibus consultus fuit.

¶ Et ad hoc respōdetur clarissimū esse quod ex arbitrio id facere possunt. Non enim cōpelli possunt vt pro patruelibus litigēt quia pro alio agimus vt eius mādato vt scilicet simus pro-

39 curatores iuxta l. j. ff. de procurat. Sed tale† mādatū nemo cogitur suscipere regulariter loquendo. l. filiusfam. §. inuitus. ff. de procurat. & l. inuitus. C. eo. cū simi. vel etiam sine mandato veluti gestores negotiorū suorum vt ff. & C. de neg. gest. per to

40 tos, & similiter talem† questionē regulariter loquendo nemo inuitus facere cogitur, sed ex propria voluntate facit iuxta l. tutori. & ibi tradita per glo. & Doct. C. de nego. gest.

¶ Nisi ergo Comes Scipio & fratres receperint a patruelibus mādatū de agendo pro eis non cogūtur pro illis litigare.

¶ Et sic in proposito possunt solum pro sua parte & pro eorū proprio interesse agere & litigare si volunt ommisso etiam interesse patrueliū. Quod si etiam pro illis agere velint poterunt si mandatum precessit vel si de rato promiserint.

¶ Superest nunc vltimo loco vt de proponenda actione & petitione per comitem Scipionem & fratres facienda & de quibusdā alijs connexis vel coherentibus tractetur. Et quia D. Consulens in xij. & vlt. art. de his omnibus scite & distincte tractat ita vt eius dictis nihil videatur addi posse ideo gratia breuitatis ad dicta per eum me remitto.

41 ¶ Modo hoc vnum dixero non esse necessariū nomē† actionis exprimere sed satis esse quod ex narratione facti appareat agentibus ius competere, nam illud dicitur intentatū & ius illi reddendum est absq; eo quod fuerit expressum nomē actionis per c. dilecti. de iudi. vbi notant Doctores & tradunt Bart. & alij in l. j. in princ. ff. de eden. & plenius habetur per Cyn. Bal. & alios in l. edita. C. eo. vbi Ias. in j. not. & Moderniores plene attingunt concludentes ita communiter * teneri.

¶ Facient itaq; Comes Scipio & fratres narrationem aliter si volunt fieri heredes Comitis Hieronymi cum beneficio inuentarij, et aliter si volunt repudiata hereditate solum feuda prosequi.

¶ Nam primo casu narrabunt virtualiter inuestituras feudorum, & qualiter pro sua rata peruenerunt ad Comitem Hieronymum & similiter quod pro sua rata peruenerūt etiā allodia si qua fuerant in hereditate patris. Itē quod ipsi Comiti Hieronymo supererat tātū vnus filius spurius nomine Frāciscus quē valde vna cū matre eius d. Cecilia diligebat, & propterea bona sua omnia immobilia existētia in territorio archi & in territorio & diocesi Tridentina donauit Comiti Francisco de Archo qui illi nō erat successurus ab intestato in allodijs, neq; ēt in feudis, sed omnia erant peruentura ad d. Comitem Scipionem & fratres pro rata illorū veluti proximiores agnatos.

¶ Et talem donationem fecit in preiudiciū predicti Comitis Scipionis & fratrū absq; ipsorū ac ēt domini directi cōsensu.

¶ Ac etiam in fraudem legis prohibentis spurio per patrem relinqui, cum fecerit expressum pactum quod illi spurio & matri eius maxima quantitas daretur que maiorem partem dicte donationis importat.

¶ Et ideo ipsi actores vti primiores agnati respectu feudorū, & respectu allodiorū vti heredes cū beneficio tm̄ inuentarij intendūt rescissa predicta donatione bona pdicta ad se spectare.

¶ Et postea sequitur conclusio in illis consuetis verbis quare cum predicta vera fuerint & sint &c.

¶ Secūdo vero casu si solū volunt habere feuda repudiata hereditate d. Comitis Hieronymi, narratio facti erit breuior nihil enim dicetur de allodijs, sed tantum fiet narratio predicta quatenus feuda respiciat & sequitur postea illa cōclusio, quare cum predicta &c. Accōmodata tamen ad feuda tantū que ipsi prosequi intendunt.

¶ Et similiter narratio & conclusio accommodentur vel respectu proprij interesse tantum si de eo tantum litem facere intendunt, vel etiam respectu interesse patruelium, si etiam eorū nomine litigare volūt prout hec omnia peritus causidicus cū excellentissimis aduocatis scient accommodare & libellum ordinare. Laus Deo Opt. Max.

Sozinus Nepos Bononie. 1555. 21. Octobris.

Casus

CASVS

CONSILII XCII.

IACOBVS & Rangonus fratres & filij domini Giberti de Petronzanis de Mutina de anno 1490. fuerunt iure feudi inuestiti a domino Ioanne Hieronimo de Marchesijs Massario ducali in ciuitate Mutine de quibusdam apothecis tentis per Andream de Saxo iure feudi pro se, suisq; filijs masculis legitimis, & descendentibus tantum qui annuatim soluebat certos fasianos.

¶ Decessit postea Rangonus sine filijs masculis.

¶ Et ex post dominus directus portionem illam Rangoni ipsarum apothecarum concessit iure feudi domino Cantuto.

¶ Deinde decessit Iacobus cũ filio masculo videlicet do. Alberto qui partẽ Iacobi patris eius tenens illam vendidit predicto Cantuto.

¶ Et postea decessit superstitibus sibi quibusdam filijs masculis legitimis, & naturalibus.

¶ Qui vti descẽdẽtes d. Iac. inuestiri petũt de dictis apotecis a d. Cantuto asserentes se esse comprehensos in inuestitura & ad eos feudum predictum apotecarum pertinere nec potuisse in alium transferri in eorum preiudicium.

¶ Cantutus dicit se iure dictas apotecas tenere, & sic istos filios Alberti de Petronzanis non esse in eorum petitione audiendos.

¶ Queritur quid iuris?

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De feudo duobus fratribus ꝯcesso a Duce Ferrarie vtrũ vno sine filijs mortuo redeat pars eius ad dominum directũ an fratri accrescat?

¶ De intellectu l. j. C. si liberalitatis imperial. Soci. lib. x. & quomodo procedat?

¶ Feuda ex consuetudine in certis locis alienantur in preiudicium agnatorum.

¶ Consuetudo non valet nisi venerit in notitiam populi vel maioris partis.

¶ Et ad probandam consuetudinem tria probari oportet videlicet vsum populi actuum frequentiam, & diuturnitatem temporis.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Lex. i. C. si liberal. imp. soc. lib. x. procedit nedum in Imperatore, sed etiam in alio quolibet principe qui in suo statu habet iura imperij.*

2 *Dux Ferrariæ in suo ducatu habet iura imperij.*

3 *Liberalitas concedentis datur in feudi concessione.*

4 *Feudi noua concessio inducit feudum nouum.*

5 *Feudum alias antiquum fit nouum ex mutatione pactorum.*

6 *Ius accrescendi non habet locum in feudis.*

7 *Dux Ferrariæ recognoscit in superiorem sedem Apostolicam.*

8 *Rex Franciæ, & Dominium Venetorum non recognoscunt superiorem.*

9 *Lex bene a Zenone, cum socia. C. de quadrien. præscr. procedit solum in Imperatore, aut in alio superiorem non recognoscente.*

10 *Lex sancimus. §. exceptis. C. de donat. loquens in Imperatore non procedit in principibus superiorem aliquo modo recognoscentibus.*

11 *Lex. i. C. si liberal. imp. soc. lib. x. procedit quando princeps donat proprio motu.*

12 *Stipulatio seu acquisitio facta duobus intelligitur cuilibet facta pro dimidia parte.*

13 *Feuda licet non possint alienari in præiudicium agnatorum in inuestitura comprehensorum, etiam cum consensu directi domini, tamen si in loco extet consuetudo quod alienatio feudi conseruetur, alienatio vigore talis consuetudinis facta valet.*

14 *Consuetudo æquiparatur legi scriptæ.*

15 *Consuetudo in feudis potest induci etiam extra iudicium ex frequentia contractuum.*

16 *Consuetudo potest tollere legem.*

17 *Solemnitates instrumentorum spectant ad tabellionem.*

18 *Consuetudo probatur ex vsu populi, actuum frequentia, & diuturnitate temporis.*

CONSILIVM XCII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie.

¶ Duo distincte vidẽdã sunt pro vera resolutione presentis consultationis.

¶ Primum est quid iuris sit respectu portionis illarũ apotecarum que pertinebat ad dictum Rangonum vnum ex predictis fratribus inuestitis, qui primo decessit absq; filijs.

¶ Secundum erit quid respectu portionis que pertinebat ad dictum Iacobum fratrem eius.

¶ Circa primũ videtur prima fronte quod isti de Petronzanis debeant obtinere ex duobus.

¶ Et primo ex eo quia videtur quod pars illa que pertinebat ad dictum Rangonum eo moriente sine filijs masculis acquisita fuerit seu accreuerit domino Iacobo fratri eius per l. j. C. si liberalit. imperi. Soci. lib. x. & ibi tradunt Doctores.

1 ¶ Nec † videtur obstare quod d. l. j. loquitur in libertate Imperatoris, & etiam de rebus allodialibus & non in feudalibus prout pleriq; tenent.

¶ Quoniam videtur posse responderi, quod immo procedit ẽt in alio principe qui in suo statu hʒ iura imperii, prout vide-

2 tur esse Illustrissimus Dux † Ferrarie cum ipse pro se & descẽdentibus habeat perpetuam & non temporalem iurisdictionẽ iuxta pulchrum consiliũ Paul. de Cast. ccxxvij. super primo dubio. iiij. col. in antiquis. in nouis est num. 34. in ij. parte cũ concordantibus, vt alias plene dixi in consil. lxxvj. stantibus pluribus instrumentis. iij. vol.

3 ¶ Ac etiam procedit in feudi concessione cum etiam † in eo detur liberalitas concedentis, vt est de intentione Bartol. in d. l. j. vbi etiam ita voluit Io. de Plat. & clare hoc dixit Bald. in l. j. §. primo. in iij. col. versi. vnum scias. C. de cadu. tol. cum concordantibus vt plene scripsi in consil. lxxiij. Illustrissimũ Dominium Venetorum. nu. 22. 23. & 24. j. vol. & ita commu- * niter* teneri asserit Ias. vbi plures allegat in l. si mihi & Titio. num. 6. ff. de verb. oblig. licet ipse. num. 7. in puncto iuris teneat contrarium, vt per eum.

¶ Preterea ex alio & secũdo vʒ quod isti filij Alberti debeant audiri dicendo quod illi sicut etiam pater eorum dicuntur cõprehensi in inuestitura cum in ea dicatur pro se suisq; filijs masculis legitimis & descendentibus tantum, non enim est dubiũ istos filios Alberti esse legitimos descẽdentes dicti Iacobi inuestiti, ergo &c.

¶ Nõ igitur videtur quod portio Rangoni licet sine filijs decesserit redierit ad cameram ducalem & sic per eam non potuit illa portio concedi Cantuto per ea que iam dicta fuerunt.

¶ Sed tamen predictis non obstantibus que vere nõ obstant contrarium verius esse censeo cõcludendo quod immo Cantutus predictus debeat ipsam portionem apud se retinere & in ea conseruari debet.

¶ Et pro fundamento presuppono quod feudum dictarum apothecarum apud predictum Iacobum, & Rangonum erat nouum non autem paternũ aut alias antiquũ. cum ante eos illud tenuerit ille Andreas Saxo, & sic predictis fratribus fuit nouiter concessum, & ad eos nõ prouenit a progenitorum suc-

4 cessione. hoc † enim est quod inducit feudum nouũ iuxta. c. j. in tit. quot test. sint neces. prout istũ text. allegat ita docendo Iasi. in suo tract. de feud. pagina. vj. versi. xix.

¶ Eo maxime quia in concessione facta predictis fratribus fit mutatio pacti nam ipse Andreas de Saxo soluebat annis singulis certos fasianos, sed predicti fratres Iacobus, & Rangonus promiserũt pro annua recognitione soluere solidos viginti annuos, vt in inuestitura cõstat, & non est dubium feudum

5 † etiam quod alias esset antiquum fieri nouum ex mutatione pactorum vt docet Iser. in cap. j. de vasal. decrep. etat. cũ cõcordantib. allegatis per Iasi. qui ita firmat in predicto tract. pagina viij. versi. xxiij.

* ¶ Quo posito sequitur vera & communis * conclusio, quod

6 † decedẽte Rangono sine filijs portio sua non peruenit ad Iacobum fratrem sed reuersa fuit ad dominum directum, vt est tex. in c. j. de benef. fratris. in c. j. de succes. fratrũ, ibi, quod ita intelligendum est cum concordãtibus vt alias dixi in preallegato consi. lxxiij. num. 20. j. vol. declarat Iasi. in dicto trac. pagin. xlvj. vers. xxj. idẽ vult & pro claro presupponit Curt. Iun. in tra-

in tractatu feudorum, cart. viij. col. ij. versi. primus effectus. ⁊ cart. xxix. iij. col. versi. sic ergo aduertendum est, merito igitur si pars illa Rangoni rediit ad dominum directum potuit illa pars per eum concedi Cantuto.

¶ Nec predicte conclusioni obst. allegata in contrarium, naz ad primum respondendo in forma dico, ⁊ fateor posse teneri quod illa. l. j. possit procedere etiam in concessione feudi que a principe fieret duobus cum etiam tunc possit dici liberalitas Imperatoris in concessione feudi per ea que ego dixi in preallegato consi. lxxij. tam ⁊ si plerique contrariũ tenuerunt prout constat ex dictis per me in d. consilio.

¶ Sed nego audacter ipsam l. vnicam. ⁊ eius decisionẽ posse procedere in liberalitate qua vtitur Illustrissimus Dux Ferra-

7 rie, quia † sua Excellentia aperte recognoscit in superiorez sedem Apostolicam, de quo non fit aliqua dubitatio.

¶ Solum ergo pars liberalitatis decedentis sine heredibus accrescit socio quando talem liberalitatem fecit Imperator.

¶ Et idez puto de alijs principibus qui nullo modo superio-

8 rez recognoscũt vt est † Rex Christianissimus, ⁊ Illustrissimũ Dominiuz Venetorum in quo ego ita firmo in d. consi. lxxij.

¶ In his autem principibus qui aliquo modo superiorem recognoscũt illa lex raica non procedit, ⁊ licet in d. ꝯsil. ego videar idem dicere in ducibus Mediolani ⁊ Mantue, tamen vere ibi hoc non firmo, sed tantum allego Doctores ita tenentes, ⁊ postea vtor tali opin. pro arg. a fortiori.

¶ Sed veritas est vt credo et nunc aperte declaro quod predicta l. cum suo iure accrescendi solum procedit in principibus superiorem aliquo modo non recognoscentibus, non autem in alijs.

9 ¶ Sicut in simili dici potest † de. l. bene a Zenone cum socia. C. de quadri en. prescript. vt scilicet solum procedat in Imperatore, aut in alio nullo modo superiorem recognoscente, vt egregie voluit Bald. in capi. fin. ad fin. extra de re iudi. cum concordantibus, vt alias dixi in consil. lxix. castrum quoddaz Bisine. nu. 58. ⁊ 59.

¶ Immo ibi incipiendo. num. 55. vsque ad numerum 60. probo talem opinionem esse iuridicam quinque fundamentis, ad que quia videri possunt me refero.

¶ Et talem opin. firmat Curt. Iuni. in consil. clv. ⁊ vltimo post reditum consilium. nu. 6. ⁊ 7.

10 ¶ Sic etiam in simili dicimus de l. sancimus † §. exceptis. C. de donat. nam etiaz illa decisio cum loquitur de Imperatore, non procedet in principibus superiorem aliquo modo recognoscentibus, vt est de mente Bar. ⁊ Saly. ibi. ⁊ ego dixi in d. consil. lxix. num. 41. ⁊ ista prima sit responsio ad. d. l. j. C. si liberalit. imperial. Soc. libro. x. que iura etiaz tollunt omnem difficultatem.

¶ Sed ⁊ secundo responderi potest quod ex alio non potest habere locum. d. l. cum sit quod predicti Iacobus, ⁊ Rangonus emerint illas apotecas ab illo Andrea de Saxo, ⁊ postea ꝑ camerã ducalem fuerunt de illis inuestiti pro annua solutione solidorum xx. nec dubiuz est legem illam cum suo priuilegio vt scilicet habeat locum ius accrescendi requirere liberalitatez vt patet ex verbis rubrice ibi liberalitatis, ⁊ etiaz ex tex. ibi, donatum sit, ⁊ ita sentiunt ibi Bart. Bald. ⁊ alij, cum semper loquitur de donatione, ⁊ liberalitate principis, ⁊ clare hoc voluit ibi Luc. de Pen. dum in summario dicit, mera liberalitate donantis.

11 ¶ Tertio etiã responderi potest quod † illa. l. vnica cũ suo priuilegio ꝓcedit quãdo princeps donat proprio motu vt recte intuenti voluit ibi glo. j. dum dicit nullo petente, quam refert ⁊ sequitur ibi Bald. j. col. ⁊ hanc opin. glo. ⁊ Bart. relatis tenet Curt. Senior in consi. xlix. memorie recolende in nono argumento pro sua opin. ad fin.

¶ Quod etiam ponunt nouissimi Patauini, idest Marcus Mantuã mihi vt frater honorandus, ⁊ olim magna familiaritate coniunctus dum ego Patauij legerem, in consil. cclxij. castellum de Illasij scilicet nu. 2.

¶ Nono ob. quod secundo loco dicebatur quod isti de Petronzanis videãtur vocati propter verba inuestiture vti nepotes, ⁊ sic descendentes dicti Iacobi.

¶ Quoniam repondetur fatendo primum quod isti filij Alberti sunt de descendentibus Iacobi, vt est clarum, ⁊ tanquaz tales dicuntur comprehensi in inuestitura pro patre acquisita dicto Iacobo.

¶ Sed tamen dico quod ipsi Iacobo solũ dimidia pars fuit quesita, alia vero dimidia pars fuit quesita Rangono, nam

12 quando † duo stipulantur, vel alias duobus simul acquiritur cuilibet dicitur acquiri solum dimidia pars. l. reos. §. cuz in tabulis. ff. de duobus reis. ⁊ l. j. ⁊ ij. ⁊ ibi tradunt Salycet. ⁊ alij. C. si plures vna senten. cum similibus ⁊ ita debent intelligi verba illa pro se. ita docet Bart. in l. si mihi ⁊ Titio. in antepen. quest. ff. de verbo. oblig. refert, ⁊ sequitur Corn. in cõs. xxv. viso processu litera L. iij. vol. ⁊ dixi alias in consi. cix. consideratis his. num. 10. ij. vol. ⁊ verba illa que sequuntur scilicet suisque filiis ⁊c. pari modo intelliguntur vt scilicet filij ⁊ descendentes Iacobi sint vocati respectu portionis eorum patri que site, filij vero Rangoni respectu portionis illi quesite, ⁊ ita quasi in terminis declarat Corn. in d. consi. cclxxxv.

¶ Cum igitur Rangonus decesserit sine filijs eius portio nõ potuit peruenire ad Iacobum aut ad filios ⁊ descendentes eius per predicta, sed dicitur reuersa ad cameraz ducalem merito ergo Cantutus qui ab illa habuit in dicta portione cõseruari debet.

¶ Hec de primo sufficiant.

¶ Circa secundum conclusiue loquendo, ⁊ obmisso argumẽtorum conflictu dico etiam partez apotecarum que fuerat Iacobi posse per Cantutum iuridice retineri.

¶ Nec audiendos esse filios Alberti illam ab ipso Cantuto petentes.

13 ¶ Et fundamentum est, quia, licet alias † feuda in preiudiciũ agnatorum in inuestitura comprehensorum alienari non possint etiam cum consensu directi domini vt videtur probari in cap. j. ⁊ ibi Bal. ⁊ alij not. de fend. patri, ⁊ tradit idem Bal. in c. j. §. hoc quoque iij. col. de succes. feud. cum concordãtibus vt alias dixi in ꝯsi. ciij. in causa istorum nobilium. num. 10. ij. vol.

¶ Tamen si in loco extat consuetudo quod alienatio feudi cõseruetur, non est dubium quod vigore talis consuetudinis fa-

14 cta alienatio debet valere ⁊ conseruari, nam † talis consuetudo equiparatur legi scripte. l. de quibus ⁊ ibi tradunt Bar. ⁊ alij ff. de legi. §. ex non scripto. insti. de iure natu. l. ij. ⁊ iij. C. que sit longa consuetudo. sicut videmus in Galia vbi ex consuetudo feuda venduntur vt testatur Deci. in consi. ccviij. ad clariorem rei demonstrationem. num. 9. ⁊ alibi sepe.

¶ Sic etiaz in ciuitate Mantue viget talis consuetudo prout ego illã presuppono in cõsi. lxxij. Gratiadeus de Galuagnis. nu. lxxiiii. cum sequentibus j. vol.

¶ Et pro tali ꝯsuetudine ciuitatis Mantue vt. s. valeat ⁊ alienationem cõseruet consuluit Deci. in consi. cccclxxxvj. in causa que Mantue. nu. 6. idem fecit Carol. Ruy. in consil. iiij. primo videndum est, per totum ij. vol. Curt. Iuni. in consil. clxxi. materia presentis consultationis in prin. ⁊ tale consilium fuit subscriptio ad consilium meum. lxxij. supra allegatum.

¶ Et idem, ⁊ plene facit Gozadi. in consil. xc. in causa Mantuana. num. 9.

¶ Sed sic est quod in ciuitate Mutine vbi causa ista agitatur viget ⁊ obseruatur predicta consuetudo, ergo ⁊c.

¶ Hoc autem quod predicta adsit ⁊ seruetur consuetudo presertiz circa apotecas de quibus agitur, ⁊ similes vt scilicet non obstãte quod sint feudales alienari possint ⁊ valeat seu seruet de eis facta alienatio. accedente postea de illis alienatis inuestitura domini directi, ⁊ quod ita fuerit obseruatum ab annis decez, viginti, triginta, quadraginta, ⁊ vltra probatur ex pluribus instrumentis viginti vel circa, que fuerunt exhibita continentia plures ⁊ varias alienationes absque aliquo consensu, vel requisitione agnatorum qui vti comprehensi in inuestitura debuissent alienanti succedere.

15 ¶ Et talis † consuetudo potuit induci etiam extra iudiciũ ex frequentia contractuum in talium alienationũ vt declarat Bar. in d. l. de quibus in repetit. mihi colum. vij. versi. secundo videamus.

¶ Et licet debeat esse longeua. l. diuturna. ff. de legi. tamen sufficit cursus annorum decem, vel viginti, vt ibi per glos. ⁊ declarat Bar. in d. l. de quibus, fortius ergo procedet in casu nostro in quo concurrerunt anni quadraginta, ⁊ vltra.

¶ Sed aduertendum est quia vt audio duo in contrarium allegantur.

¶ Et primo decisio quedaz Abb. in consi. liij. in predicta causa dicti Raynerij. ij. vol. nam sicut ibi negat ipse per plura instrumenta producta carentia nomine Imperatoris fuisse inductam

ductam consuetudinē vt instrumēta fiant absque nomine Imperatoris contra authen. vt preponatur nomen Imperatoris eo quia ad inducendam consuetudinem requiritur tacitus consensus populi, qui illo casu non videtur posse dari, cum talia instrumenta potuerunt non venire in notitiam totius populi vel maioris partis vt per eum.

¶ Quod etiam videtur in simili firmare Roch. de Curt. in c. final. de consuetudine. cart. 38. secundum paruam impressionē secundum quod allegari vidi licet infra libro meo hoc non inuenerim.

¶ Secundo quia non videtur quod per talem consuetudinē possit tolli ius quesitum illis de Petronzanis comprehensis in inuestitura absq; eorū cōsensu vt ibi per Roch. predictū predicto cap. fin. car. 40. versi. quinto. licet mihi in illa car. 40. non sit talis versiculus sed puto id esse propter diuersas impressiones.

¶ Sed ad vtrunq; responderi potest & iuridice.

16 ¶ Et in primis non videtur dubitandum quin † consuetudo possit tollere legem vt d. l. de quibus & ibi communiter* tenetur dummodo consuetudo sit prescripta & rationabilis vt habetur in d. l. de quibus. & Doctores alibi sepe dicunt.

¶ Quo stante sequitur predictam consuetudinem tollere legem illi contrariam.

¶ Et ad argumenta contraria respondetur, vt infra.

¶ Nam ad primum respondetur quod posito quod illud sit in se verum procedit in terminis, in quibus loquitur Abb. in d. consi. liij.

¶ Videlicet quando octo tantū producebātur instrumenta sine prepositione nominis Imperatoris cum nulla alia talem prepositionem haberent propter quod facile dici posset non facile venisse in notitiam populi quod instrumenta fierent sine prepositione predicta.

¶ Tum quia octo pauca dici possunt, tum etiam quia non interuenit longum tempus ad consuetudinem requisitū iuxta predictam l. diuturna.

¶ Ac etiam quia illud quod fuerit pretermissa prepositio nominis Imperatoris non fit palam ita quod in notitiam populi venire possit, sed potius quasi secrete cōsistens quodammo

17 do in sola voluntate tabellionis† ad quem solent spectare solēnitates instrumenti. §. vnde sancimus. in authen. vt preponatur nomen Imperatoris, & tradunt pleriq; in rubrica. ff. de nou. oper. nunc. vbi ego dixi. nu. 40.

¶ At in casu nostro producuntur instrumenta viginti vel circa, & concurit tempus. 40. annorum, & vltra, & alienationes in tam longo tempore facillime & verosimiliter venerunt in notitiam populi vel maioris partis.

¶ Attento maxime quod ille apotece feudales site sunt in locis quasi publicis, & in quibus maior pars populi cōuersatur & videt, & itelligit que in eis fiunt, & ideo verosimiliter viderūt & intellexerunt fere omnes illas apotecas varijs temporibus per varios fuisse pro suis tentas, & possessas, ad quos iure feudali nō pertinebant, & consequenter viderunt seu intellexerūt illas alienatas in preiudicium agnatorum, vt sic dicere possimus tales alienationes venisse in notitiā populi, vel maioris partis eius, & consequenter inductā fuisse, & prescriptam fuisse talem consuetudinem, vt sic aperto ore dicamus non valere argumentum de illa decisione Abb. ad casum nostrum, posito etiam quod esset vera, tam & si ego de ea plurimū dubitē.

¶ Sunt enim inter casum illum & nostrum plures rationes differentie vt ex predictis constat.

¶ Ad secundum respondetur quod nihil est quia vbicunque presupponitur talis consuetudo cum illa vincat legem sibi repugnantem vt iam dictum est, & in terminis declarat Deci. in preallegato consil. cccccclxxxvj. in princ. non est opus quod in alienatione adsit consensus agnatorum, quoniam si interueniret talis alienatio eis preiudicaret etiam quod nulla probaretur consuetudo, vt est notissimum cum quilibet possit iuri suo renunciare per iura vulgaria.

¶ Nec dubitandum est predictam consuetudinem iure pro-

18 batam esse, quia vt dici solet ad† probandam consuetudinem tria sunt probanda videlicet vsus populi, actuū frequentia, & diuturnitas temporis, vt docet Ang. Aret. in §. ex non scripto. col. pen. versi. quero an testes. insti. de iure natura. quem refert, & sequitur Deci. in consi. cccclxxxv. pro resolutione litis & controuersie. num. 27.

¶ Sed ista tria in casu isto sunt probata ergo &c.

¶ Etenim vsus populi constat quia semper fuerunt alienate feudales apothece absq; consensu agnatorum. quando possidenti alienare occurrit. frequentia actuum constat ex instrumentis alienationum viginti vel circa. item & probata est diuturnitas temporis cum ita fuerit obseruatum saltem per annos quadraginta, & vltra, & ex predictis constat.

¶ Ex quibus omnibus remanet firma conclusio, Cantutum esse omnino absoluendū a petitione istorū de Petronzanis.

Laus Deo Opt. Max.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1555.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XCIII.

¶ Inter patrueles patrueli succedentes nō attenditur an patres eorum fuerint vtrinq; coniuncti vel consanguinei tantū.

¶ Doctor fungens officio consultoris in consilio non tenetur allegare motiua sue sententie.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Iudex non debet in sententia allegare rationes & fundamēta sua opinionis.*

2 *Iudex fatuus est qui in sua sententia motiua animi sui exprimit.*

3 *Coniunctus ex utroque uinculo præfertur cōsanguineo tantum quando agitur de transuersalibus solum, si tractatur de succedendo fratribus uel filijs fratrum, ac etiam patruis, amitinis, auunculis, uel materteris, sed in alijs succesio fit secundum gradus prærogatiuam.*

4 *Transuersalium non habetur consideratio quando non agitur de hereditate patrui uel similium personarum.*

CONSILIVM XCIII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie.

¶ Viso puncto cum statuto mihi transmisso de vrbe veteri requisitusq; a Reuerendissimo Episcopo Firmano Vicelegato Bononie domino meo obseruandissimo ex partiū tamen consensu vt in causa, & lite vertente inter Monaldum quondam Hieronymi ex vna, & Vincentium & Ascanium fratres, & filios quondam Francisci, nec non Albertum & Antonium fratres, & filios quondam Bonauenture ex alia velim quid iuris esse sentiam proferre, vtrum scilicet omnes predicti simul, & viriliter vocentur ad hereditatem Anchisis quondam Raphaelis omnium pred. patruelis an vero vocetur solus Monaldus, alijs exclusis, ex eo quod Hieronymus pater eius & Raphael pater Anchisis nuper defuncti fuerūt fratres vtrinq; coniuncti cū Franciscus & Bonauentura patres aliorū fuerint predicto Raphaeli fratres consanguinei. i. tantum ex parte patris coniuncti.

¶ Quare volens Reuerendissimo Vicelegato nostro vt par est obedire et predictis partibus ita requirentibus morem gerere litemq; predictam inter eos iuridice terminare.

¶ Viso primo, ac bene & diligenter considerato statuto vrbis veteris sub rubrica de successionibus ab intestato in omnibus suis. §§.

¶ Visis insuper doctissimis & subtilibus allegationibus hinc inde factis per Excellentissimos Doctores coarbitros in presenti causa.

¶ Matureq; consideratis omnibus que hinc inde per eos deducuntur Deum semper & iustitiā pre oculis habens Christi nomine inuocato a quo cuncta recta iudicia procedunt pro veriori & magis iuridica opin. arbitror predictos Vincentiū, Ascaniū, Albertum, & Antonium simul cum predicto Monaldo viriliter esse admittendos ex iuris communis dispositione cui per statutū predictum circa presentē casum non fuit in aliquo derogatum.

¶ Rationes autem, & fundamenta huius mee decissionis cū

1 † Iudicis fungar officio aliter non deducam sed in pectore retinebo monitus a cōmuni doctrina Jo. And. Ant. de But. Cardi. Imol. & aliorum per illum tex. in c. sicut, de re. iud.

¶ Que

¶ Que etiã fuit Bar. in l. properandum. §. illo proculdubio. C. de iudi. quem alij sequuntur vt ibi per Jas. in j. not.

¶ Et tradit Angel. Aretin. in quodam suo consi. incip. ego Angel. de Castellione Aretino impresso inter consil. Anchar. ran. num. 212.

2 ¶ Quinimo dici solet † fatuum esse iudicem qui in sua sententia motiua animi sui exprimit, vt per Jmo. in l. si is ad quem. ff. de acquir. here. ⁊ Abb. in c. ex parte de concessio. preben. quod, ⁊ dixit Jas. in j. not. Laus Deo.

¶ Placet tamen hic subijcere pro mei satisfactione ⁊ recordatione id propter quod principaliter motus fui ad decisionem predictam.

¶ Dico eniz primo quod attẽto iure communi de plano pro-
3 cedit talis decisio, qr † coniunctus ex vtroqz vinculo prefertur consanguineo tantuz quando agitur de transuersalibus soluz si tractatur de succedendo fratribus vel filijs fratrum ac etiam patruis amitis auunculis vel materteris.

¶ Sed in alijs successio fit secundum gradus prerogatiuam vt est tex. in authen. post fratres la ij. ⁊ ibi tradunt Doctores. C. de legi. here.

¶ Et licet ibi Paul. de Cast. videatur sentire aliter dum reprehendit consilium quorundam famosissimorum Doctoruz vt declarat Corn. dicens illos Doctores optime consuluisse.

¶ Et secundo dico qꝫ per statutũ vrbis veteris sub rubr. de successionibus ab intestato in hoc iuri cõmuni non fuit derogatum, nã in §. si vero quis decesserit nullis descẽdentibus ⁊c. dum vocat simpliciter proximiores ex parte patris in patrimonio, ⁊ ex parte matris in matrimonio. ⁊ quod nõ sit habenda consideratio an quis vtrinqz coniunctus sit vel ne ostenditur ex versiculo ibi sequenti, ⁊ voluerunt nullam ⁊c. nam excipiendo pariter sororez vtrinqz cõiunctam, ⁊ consanguineam tantuz ostenditur inter alias non esse faciendam differentiam.

¶ Et licet in §. item voluerunt, ⁊ §. sequenti si vero decesserit quis. videatur considerari coniunctio ex vtroqz latere. vt scilicet preferatur coniunctus ex vno latere, prout ibi dicitur.

¶ Tamen solum id procedit respectu fratrum ⁊ sororum vel filiorum fratris ⁊ sororis.

¶ Sed post eos talis coniunctio non attenditur sicut etiã fit de iure communi vt in d. auth. post fratres. j. ⁊ ij.

¶ Preterea cum statutũ semper videatur intentũ ad conseruationẽ agnationis dici debet quod omnes predicti patrueles vocentur pariter cum omnes sint pariter agnati ⁊ per quẽlibet eorum pariter conseruetur agnatio.

¶ Nec dici potest illuz Monaldum ⁊ alios, representare eos inter quos erat differentia coniunctionis predicte.

4 ¶ Quia † cum non agatur de hereditate patrui vel similium personarum non admittitur talis representatio inter trãsuersales, vt communiter * tenetur vt plene tradit Deci. in consil.
* ccxvij. in casu proposito circa medium, ⁊ in consil. ccccxliiij. cõcurit patruus ⁊ frater patruelis num. 2. ⁊ 3.

¶ Possent ⁊ alia plura adduci.

¶ Sed his paucis sum contentus pro mei memoria remittens me in ceteris ad allegationes pro ista parte. Laus Deo.

¶ Sozinus Nepos Bononie. 1555.

CASVS

CONSILII XCIIII.



NOBILIS domina Persilia filia quondam domini Hieronymi Cibo intestata decessit superstite domina Nicoletta Lomellina matre, necnon ⁊ dominis Nicolao, ⁊ Frãcisco Maria Cibo fratribus quondam dicti domini Hyeronimi, ⁊ sic patruis dicte domine Persilie, ⁊ in sacris ordinibus constitutis.

¶ Et cum inter eos ⁊ predictam dominam Nicolettam esset questio super hereditate dicte domine Persilie causam hanc partes predicte volentes de iure terminari remiserunt concorditer, ⁊ se compromiserũt in quatuor arbitros per eas electos cum potestate, ⁊ gratia cognoscendi, decidendi, ⁊ declarandi ad quem spectet dicta hereditas dicte Persilie de iure.

¶ Saluo quod in procedendo possunt non seruare formam iuris.

¶ Et cum clausula quod promiserunt partes predicte stare sententie per illos arbitros ferende, ⁊ ei in aliquo non contrafacere dicere vel venire quauis ratione vel causa que dici aut excogitari possit.

¶ Nec ab ea reclamare appellare nec etiam reducere ad arbitrium boni viri nec reduci petere etiam propter enormissimã lesionem, ⁊ ex quauis alia ratione vel causa que dici aut excogitari possit quomodocunqz, ⁊ qualitercumqz.

¶ Ita vt nullo pacto possint dicte partes in ɔ̃rium audiri ⁊c.

¶ Cum clausula iurauerunt ⁊c.

¶ Qui arbitri oĩbus bene ɔ̃sideratis, ⁊ adhibita plena cause cognitione simul, ⁊ concordi voto iudicauerunt hereditatem predicte Persilie spectare, ⁊ pertinere ad predictos patruos, do. Nicoletta matre exclusa, exceptis tamen libris quinque milibus, vt in sententia exprimitur.

¶ Domina Nicoletta mater dicẽs talẽ sententiam iniquam, ⁊ sic se enormissime lesam ab illa sententia reclamauit petens eam reduci ad bonum virum.

¶ Contradicentibus dictis patruis, ⁊ dicentibus matrez predictam non debere in sua petitione audiri nec posse aliquo pacto venire contra dictam sententiam sed ei omnino acquiescere debet prout expresse promisit quibus sic stantibus queritur quid iuris.

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De compromisso quodam cum promissione de stando sententie arbitri, ⁊ promissione de nõ contraueniẽdo cuz amplissimis clausulis, ⁊ cum iuramento an scilicet possit per partem que sententiam contrariam reportauit contrauenire.

¶ Et si compromissum sit vt de iure iudicetur vtrum debeat intelligi de iure etiam municipali in loco seruando, an vero restringi ad ius commune Romanorum.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Sententia arbitralis propter magnã iniquitatem & maximam læsionem semper potest peti quod reducatur ad arbitrium boni uiri.*
2 *Arbitri quando inferunt magnum præiudicium enormissime lædendo presumuntur dolose versati.*
3 *Dolo futuro non potest renuntiari.*
4 *Sententia arbitrorum prolata contra formam & tenorem compromissi est nulla.*
5 *Verbum (de iure) appositum in compromissis, intelligitur de iure communi Romanorum, & non de iure municipali.*
6 *Pacta conuenta seruari debent.*
7 *Contractus ab initio sunt voluntarij, expost facto vero sunt necessarij.*
8 *Renuntiari potest per partes per viam pacti appellationi a futura sententia talis iudicis.*
9 *Arbitria procedunt ad instar iudiciorum.*
10 *Geminatio & multiplicatio verborũ animum loquentis clare ostẽdit.*
11 *Geminatio verborum vniuersalium multum operatur.*
12 *Iuramentum operatur vt a promissis nullo modo recedi posit, nisi obseruantia promissionis vergeret in salutis æternæ detrimentum.*
13 *Litis dubius euentus est considerandus ad cognoscendum qualiter quis læsus sit.*
14 *Conuentio iuramento firmata debet sub grauibus penis obseruari.*
15 *Dolus dicitur machinatio quædam seu fallacia ad circumueniendum & decipiendum aliquem adhibita.*
16 *Suspitio sinistra non debet fieri de bonis, & probis viris.*
17 *Causa quælibet, etiam iniusta, excusat a dolo.*
18 *Sententia arbitri in dubio habet præsumptionem pro se.*
19 *Statuta cuiuslibet ciuitatis in eis ante omnia seruanda sunt.*
20 *Compromissum factum, ut de iure tantum iudicari debeat, debet intelligi de iure municipali vel consuetudinario de quo in loco, non autem solum de iure communi Romanorum.*

CONSILIVM XCIIII.

DIRIGAT Dominus verba mea in viã veritatis ⁊ iustitie.

¶ Quoniaz in hac consultatione discutiendũ est vtrum liceat predicte matri venire contra sententiam arbitrorum predictorum propter enormissimam lesionem quam ipsa mater dicitur pati propter dictam sententiam prout ipsa asserit.

¶ Videretur prima facie dicendum quod mater petendo reductionem dicte sententie siue laudi ad arbitrium boni viri asserens

ferens se enormissime lesam sit audienda non obstante clausu-
la in compromisso posita de qua in puncto.
¶ Et ad hoc sufficiat allegare Pilip. Deciuz in consi. xxxix.
iuridicam esse arbitror col. pen. versi. ij. principaliter laudum
1 impugnatur, vbi post plures quos allegat dicit † quod pro-
pter magnam iniquitatem ⁊ maximam lesionem semper po-
test peti quod sententia arbitralis reducatur ad arbitrium bo
ni viri, ⁊ quod non reperitur aliqua renunciatio que illam
impediat.
¶ Nec etiam potest poni in compromisso aliqua cautela ver-
borum, vt non possit peti talis reductio data magna iniquita-
te vt per eum.
* ¶ Qui etiaz subdit quod ita se habet cõmuni opinio, * ⁊ obser
uãtia, allegando etiam alios Doct. qui ita dicunt, vt per euz.
¶ Et magnã lesionem, ⁊ laudi iniquitatem probat domina
Nicoletta, quia cum ad illam hereditas filie secundum eam
pertineret fuit per arbitrorum sententiam ab ea exclusa, ⁊ sic
non fuit tantum lesa enomiter in magna quantitate sed etiam
vel enormissime ⁊ in totuz respectu eius de quo apud istos ar-
bitros disputabatur.
¶ Quod videtur sufficere vt alias ego deduxi in consil. xlviij.
Antonius Cardini de Piscia. nu. 46. j. vol.
2 ¶ Et ratio predicte decisionis est, quia quando † arbitri in-
ferunt tam magnum preiudicium enormissime ledendo presu
muntur dolose versati, vt voluit Bart. in l. societatez. §. arbi-
trorum. ff. pro soc. ⁊ in l. fin. ff. de pretor. stipul. argumento. l.
creditor. §. Lucius, ⁊ que ibi tradunt Doctores. ff. manda. ⁊
l. omnes. §. Lucius. ff. que in fraud. credit. ⁊ dixit Deci. in d.
consi. xxxix. ⁊ ego dixi in d. consil. xlviij.
¶ Et ob hanc causam non videtur obstare generalis renucia
tio, ⁊ promissio de stando sententie per arbitros ferende, quia
3 dolo futuro non potest renũciari. l. si vnus. §. illud. ff. de pact.
l. conuenire. ff. de pact. dotal. ⁊ l. j. §. illud. ff. deposit. cum si-
milibus.
¶ Et preterea verba generalia in renunciatione, ⁊ promissio-
ne videntur prolata sub confidentia bone discretionis ipsoruz
arbitrorum, ⁊ ad captandam eorum beneuolentiam.
¶ Et ideo si sub hac confidentia domina Nicoletta fuit dece-
pta, videtur quod ei debeat succurri, argumento. l. si libertus
iurauerit. ff. de oper. liber. ⁊ c. quãto. extra de iureiur. ita dixit
Deci. in d. consi. xxxix. post Anto. de Butr. ⁊ Abb. in c. Quin
tauallis. de iureiur. vt per eum.
¶ Demum predicta domina Nicoletta videtur audienda eo
quod vt audio asserit arbitrorum sententiam fuisse ⁊ esse nul-
4 lam, vti prolatam † contra formã, ⁊ tenorez compromissi, iux
ta l. nõ distinguemus. §. de officio, ⁊ tradita ibi per doctores.
ff. de recept. arbitr. ⁊ tradit Corn. in cons. ix. premittendũ est.
litera H. j. vol. ⁊ in cõs. clxxvij. in hac re litera Y. ij. vol. ⁊ consi.
cxlvj. videtur in hac. litera B. iiij. vol. ⁊ dixi ego in cõs. lxxvij.
cum vigeret bellum. nu. 75. j. vol. inquit enim ipsa, quod cõ-
promissum factuz fuit vt arbitri de iure debeãt iudicare prout
partes voluerunt causam hanc de iure terminari prout in di-
cto compromisso clare dicitur.
5 ¶ Quod videtur † intelligendnm de iure communi Roma-
norum, ⁊ non de iure municipali. argumento. §. sed quotiens
insti. de iure nat. gent. ⁊ ciui. prout ita dixit antiquus Doctor
dominus Guido de Suzar. quez refert, ⁊ sequitur Jo. And.
in addit. ad Spec. in tit. de arbitro ⁊ arbitrat. §. excipitur. ver.
item quod est corruptus in addittione super verb. col. 8. ⁊ vi-
detur ita velle Alberi. in j. parte statut. q. cxxvij.
¶ Et in simili ita voluit Bal. in l. quicunq. iij. col. vers. sed po
ne statuto cauetur. C. de seru. fugiti. sed arbitri nostri iudica-
runt non secundum iura Romanorũ per que mater fuisset ad-
mittenda, sed secundum iura municipalia per que mater exclu
ditur a patruis vt clare dicitur in statuto sub rubrica de succes.
ab intesta.
¶ Cum igitur arbitri predicti iudicando egressi fuerint for-
mam compromissi, ⁊ sic causam istam terminauerint de iure
municipali ⁊ non de iure communi, ⁊ sic aliter quam eis fuisset
commissum, videtur quod talis sententia fuerit nulla prout ip
sa domina Nicoletta asserit.
¶ Predictis tamen non obstantibus verius esse censeo domi
nã Nicolettam nullo modo esse audiendam contra sententiã
illorum arbitrorum sed ei debet omnino acquiescere ex pluri-
bus, ⁊ maxime infra scriptis.

¶ Et primo quia sic inter partes conuentum fuit vt ex verbis
compromissi in themate relatis manifeste apparet, etenim
6 pacta conuenta seruari debent. l. iurisgentiũ. §. pretor ait. ff. de
pact. c. j. ⁊ c. iij. extra de pact.
¶ Jmmo nihil est tam conueniens fidei humane quam que
placuerunt inter homines seruare. l. j. in princ. ff. de pact. sicu-
ti per contrarium grauissimum est fidem fallere. l. j. in in prin.
ff. de constit. pecun.
7 Secundo quia † sicut ab initio liberum cuiq est contrahere,
seu aliquid promittere ita ex post facto necessitas promittenti
incumbit promissa seruare. l. sicut ab initio. C. de act. ⁊ oblig.
l. in commodato. §. sicut. ff. commoda. cum similibus.
¶ Unde cum domina Nicoletta ex libertate animi sui promi
serit, ⁊ cum predictis patruis conuenerit stare sententie per ar
bitros ferende, ⁊ nullo modo venire contra eam illa nunc ex
necessitate cogitur predicte sententie obedire, nec contra eam
potest aliquo modo venire.
8 ¶ Tertio non est dubium quod † partes per viam pacti pos-
sunt renunciare appellationi a futura sententia talis iudicis. l.
fin. §. fin. C. de tempo. appellat. ⁊ l. j. §. si quis ante sententiam
ff. a quibus appel. non lic. ⁊ est doctrina Bal. in l. j. in v. oppo
sit. C. de pact.
9 ¶ Unde cum arbitria † procedant ad instar iudiciorum l. j. ⁊
ibi not. Doctores. C. de arbitr. pari modo potest renunciari
per pactum future reclamationi a sñia arbitroruz, seu petitio-
ni reductionis ad arbitrium boni viri que in effectu habet viz
appellationis, ⁊ ita in terminis arguit Corn. in consil. clxxvij.
in hac re. litera R. ⁊ T. ij. vol. sed in proposito domina Nico
letta simul cum dictis patruis renunciauerunt appellationi a
sententia dictorum arbitrorum, ⁊ similiter petitioni reductio-
nis sententie arbitrorum ad arbitrium boni viri ergo domina
Nicoletta talem reductionẽ petere non potest, sed omnino ta
li sententie stare debet. per d. §. fin. ⁊ d. §. si quis ante sententiã.
¶ Quarto ponderanda sunt verba predicte renunciationis
⁊ promissionis que ita generalia sunt ⁊ multiplicata atq ple-
nissima vt in eis amplius quid desiderari non possit. dicitur
enim quod promittunt partes predicte sententie per dictos
arbitros ferende, stare, ⁊ illi non contrafacere vel venire nec il-
lam petere reduci ad arbitrium boni viri etiam propter enor
missimam lesionem aut ex quauis alia ratione vel causa que
dici aut excogitari possit quomodocunq, ⁊ qualitercunq ita
vt nullo pacto possint dicte partes in contrariuz audiri ⁊c. ex
his enim verbis enixa, ⁊ precisa voluntas partium, vt nihil eis
liceat aduersus predictaz sententiam allegare, tum propter eo
rum amplitudinem quantitatẽ, ⁊ vniuersalitatem, nullã enim
patiuntur exceptionẽ argumento. l. Julianus in prin. ff. de le-
ga. iij. l. a procuratore cum glo. C. manda. ⁊ c. si romanorum
xix. disti. cum similibus, cum etiã propter geminationẽ immo
10 multiplicationem ipsorum verborum quoniam ex † gemina-
tione, ⁊ multiplicatione predicta animus partium clarior ostẽ
ditur quod non intendunt sententie ꝯtrauenire iusta l. balista.
⁊ tradita ibi per Doctores. ff. ad trebell. est doctrina Bar. in
l. cum scimus. C. de agricol. ⁊ censit. lib. xi. de geminatione
11 † verborum vniuersalium vt multum operetur, tradit Corn.
in d. consil. clxxvij. in hac re alias. Litera J. ij. vol. cum concor
dantibus vt alias dixi in consi. xxxj. in causa. d. Honorate. nu-
mer. 5. ⁊ in consi. lxxvij. cum vigeret bellum. nu. 107. j. vol. ⁊
in consil. lxvij. domina Cornelia de Lari. nu. 45. ij. vol.
¶ Demũ ꝯsiderandũ est q in predicto cõpromisso vltra clau
sulas amplissimas, ⁊ vniuersales iurarũt stare sñie p arbitros
ferẽde, ⁊ nullo modo cõtra eã venire per clausulas vt supra cõ-
12 sideratas, huius autem iuramenti † virtus est vt a promissis
nullo modo recedi possit nisi obseruantia promissionis verge
ret in salutis eterne detrimentum vt est tex. in cap. cum contin
gat. de iureiur. ⁊ in c. quanuis, de pact. lib. vj. ⁊ vtrobiq tra-
* dunt Doctores, ⁊ est commune * dictum in auth. sacramenta
puberum. C. si aduers. vendi. cum concordantibus vt alias di
xi in consi. cxliij. decessit quondam Ludouicus. nu. 7. j. vol.
⁊ in consi. lxxix. dominus Andreas Gandulphus. num. 25.
ij. vol. ⁊ in terminis de iuramento de non veniendo contra sen
tentiam arbitrorum. tradit Corn. in consi. ij. in hac consulta-
tione. litera N. ⁊ Z. ij. volum. ⁊ in consil. ccxxj. viso processu
agitato. littera B. ⁊ E. eo volu. sed isto casu obseruantia iu-
ramenti per dominam Nicolettam prestiti non verget in di-
spendium salutis eius, ergo ⁊c. ⁊ si dicatur predicta non proce
der

dere vbi adesserit dolus partis vel arbitratoris, responsio pa/
tebit ex infra dicendis, quia absolute negabitur dolum aliqueꝫ
interuenisse prout infra dicetur.
¶ Et stantibus predictis non obstabunt allegata supra in con
trarium si quis recte ea considerabit, & specialiter ad illa respō
dendo pro maiori declaratione, quo ad primum, & sic ad cōsi.
Decij. xxxix. cum his que per eum allegantur & dicuntur respō
detur primo quod non sumus in casu enormissime lesionis,
quoniam arbitri iuste iudicauerunt prout a pluribus prestan
tissimis Doctoribus docte, & sapienter consultum fuit, vnde si
domina Nicoletta mater per patruos excluditur vt per predi
ctos Excellentissimos consultores, non potest dici quod ipsa
fuit enormissime lesa immo nec quidem in obolo per illaꝫ sen
tentiam arbitrorum, & hoc stante vanum est allegare dolum
ipsorum arbitrorum re ipsa quasi quod in totum leserint ipsaꝫ
dominam Nicolettaꝫ, quoniaꝫ veritas videtur quod ipsa per
dictam sententiam in aliquo lesa non fuit.
¶ Et videtur hoc suaderi quia solum disputatio erat vtrum
domina Nicoletta mater excluderetur a successione filie per
patruos, & hoc solum de iure iudicandum fuit commissuꝫ in
13 arbitros, & † dubius euentus istius litis erat cōsiderandus ad
cognoscendum qualiter fuisset quis lesus vt. s. dici posset enor
miter lesus secundum Bart. quem alij sequuntur in l. societa/
tem. §. arbitrorum. ff. pro socio. sed talis euentus non est am/
plius futurus nec dubius, cū iā venerit. & sic quod do. Nicolet
ta nullum ius habeat ad dictā hereditatem, ergo in aliquo dici
lesa non potest, vt alias in simili casu ego dixi, & declaraui in cō
sil. vj. Excellentissimi Jurisconsul. num. 12. j. vol. & de hoc ad
ibi dicta me remitto. & stante hoc cessant omnia adducta per
Dec. in d. consi. xxxix. & consequenter omnia dicuntur sublata
que supra primo loco in contrarium allegata fuerint, & ista
prima responsio si bene consideretur tollit omneꝫ difficultatē.
¶ Secundo etiam responderi potest quod allegata in contra
rium possent forte procedere quando in promissione facta de
non reclamando non fuisset facta expressio particularis casus
seu lesionis propter quam volebāt posse reclamare. at in casu
isto expressum fuit qđ volebat quo pacto venire c̄tra s̄niam arbi/
trorum etiam propter enormissimam lesionem, vnde nec per
eam nec per minorem lesionem debent posse reclamare, cum
specialiter hoc inter partes conuentum fuisset per fundamen
ta facta supra pro conseruatione predicte sententie. & hanc di/
stinctioneꝫ, si recte ponderētur verba eius, approbat Paul.
de Cast. post. Hosti. & alios per eum relatos in consi. lxxij. pri
mo, & ante omnia. in versi. tertia fuit opinio distinguentiuꝫ in
antiquis, in nouis est. num. 255. in ij. parte.
¶ Tertio etiam responderi potest quod omnia in contrariuꝫ
allegata cessant propter vinculum iuramenti secundum quod
dixi supra in vltimo fundamento partis nostre, & vltra etiam
14 facit, quia † conuentio iuramento firmata debet sub grauibus
penis obseruari iuxta. l. si quis maior. cum sua materia. C. de
transact. & ita tenuerunt Feder. de Sen. & Jo. Calde. prout re
fert et realiter intēdit semper Pau. de Cast. in. pred. cōs. lxxij.
col. pe. ver. alij. distingūt etiā eo casu, nec huic respōsioni obst.
quod alias dicitur propter dolum tolli vinculum iuramenti
quia dolo futuro renuntiari non potest vt supra in contrariis
dicebatur, quoniam repondetur, & de plano negando primo
loco posse hic considerari aliquem dolum arbitrorum, cum
nulla fuerit lesio vt iam dictum fuit. & preterea hoc euidenter
15 probatur, nam † dolus dicitur machinatio quedam, seu fal/
lacia ad circūueniendū, & decipiendū aliquē adhibita. l. j. §. do
lum. & ibi tradunt Doctores. ff. de dol. sed certe in illis Reue/
rendis Patribus & Doctoribus Excellentissimis qui vt ar/
bitri iudicauerūt nulla talis fallacia nulla machinatio potest
considerari ergo &c. id autē probatur tum ratione qualitatis
personarum ipsorum arbitrorum, sunt enim viri probi, & om
ni exceptione maiores, & duo ex illis sunt duo excellentissimi
Doctores, quorum vnus per dictam Dominam Nicolettaꝫ
fuit electus. & cum omnes in predictam sententiam concordi
voto venerunt non est aliquo modo presumendum quod do/
16 lose aliquid fecerint, quia † de bonis, & probis viris non debet
fieri sinistra suspitio argumento. l. merito. ff. pro soci. & l. non
omnes. §. a Barbaris. ff. de re milit. c. fi. extra de presumpt.
& c. j. de scrut. in ordi. faci. cum similibus, tum etiam ratione
officij, & oneris illis iniuncti nam cum sola questio esset vtruꝫ
Domina Nicoletta mater esset exclusa ab hereditate filie per pa
truos. & illa sola questio fuisset deducta in compromissum vt
scilicet de iure terminaretur, necesse erat vt predicti arbitri al/
teram tantum partem dicte questionis amplecterentur prout
illis iuridicum visum fuisset, vnde cum elegerit matrem esse
exclusam non video in quo potuerint dolum committere, nec
etiaꝫ presumptiue, quia vt etiam supra dictum fuit non potest
in casu isto considerari aliqua lesio. Et licet excluserint eam in
totum, id fecerunt non aliquo dolo, sed quia non poterant ex/
cludere pro parte, cuꝫ de iure iudicaturi essent, quod absqꝫ du/
bio totum respicit, quia aut in totum mater erat excludenda,
aut in totum admittenda, loquor respectu hereditatis. Et si iu
dicassent matrem in totum admittendam patrui per eandem
considerationem possent dicere arbitros fuisse dolosos. & sic
hinc inde res posset procedere in infinitum, & nunquam con/
stare posset quod ius ipsum expostularet contra intentionem
ipsarum partium que compromissum fecerunt, quod dicen/
dum non est.
¶ Secundo etiam dici potest posito quod aliqua lesio posset
considerari (absqꝫ tamen preiudicio veritatis) quod ex eo non
debet in casu nostro argui aliquis dolus, nam cum predicti ar/
bitri iudicauerint vltra eorum proprium iudicium secundum
consilium quatuor Excellentissimorum Jurisconsultoruꝫ illis
credentes, causam iustam habuerunt ita credendi, & videntur
17 iure optimo a dolo excusandi, quia quelibet † causa etiam in/
iusta excusat a dolo. l. igitur. §. j. ibi & generaliter. & ibi not. Do
cto. ff. de liber. caus. facit l. sed & si lege. §. scire. ff. de petit. here/
dit. cum concordantibus. vt alias scripsi in consil. xlv. quidam
Georgius habens multa bona. nu. 16. j. vol. & in consil. xxxix.
perspectis his. nu. 86. ij. vol. & in terminis, quod quelibet cau
sa faciat cessare dolum in sententia arbitrali dixit Corn. in pre/
allegato consilio ccxxj. litera J. & L. ij. vol. Et eo maxime hoc
18 dicendum est, quia in dubio pro sententia † arbitri presumitur
vt voluerunt Dyn. Joan. And. & Salyc. relati per Corn. in d.
consil. ccxxj. litera H. vbi etiam concludit quod propterea qui
dicit laudum, aut arbitri sententiam iniquam, & propterea nō
seruandaꝫ, debet illud probare veluti fundamentum sue inten/
tionis. Et ideo ex predictis cum per dictam dominam Nico/
lettam non fuerit probata iniquitas predicte sententie debet il/
li omnino acquiescere, maxime quia sic amplissime, & pregnan
tibus verbis ipsa in compromisso promisit, vt supra fuit osten
sum, hoc dico quia etiam si non ita promissum fuisset idem di
ci deberet, & si talis sententia fuisset iniqua, per text. clarum in
l. diem proferre. §. stari. ff. de arbitr. vbi etiam ponitur pul/
chra ratio.
¶ Superest nunc respondere ad ea, que secundo loco allega/
ta fuerunt in contrarium circa nullitatem predicte sententie,
que vt verum fatear nihil obstant, & non parum sum admira/
tus quod in eis fiat, vt audio, magnum fundamentum.
¶ Dico & formaliter ad argumentum respondendo verum
esse, quod sententia arbitrorum contra formam, & tenorem cō/
promissi prolata dicitur nulla. Sed negatur quod in casu no/
stro sententia ista sit talis, immo dico quod est prolata secun/
dum formam, & tenorem compromissi. Et cum de iure esset
causa ista terminācda dico quod de iure fuit terminata, id eniꝫ
iudicauerunt arbitri, quod ius ipsum expostulabat, ius ipsum
dico quod in ciuitate Janue seruari debet, & sic ius munici/
19 pale ipsius ciuitatis. Est enim vna maxima in iure quod † in
qualibet ciuitate ante omnia statuta eius seruanda sunt, iuxta
l. omnes populi. cum sua materia. ff. de iustit. & iure. & tradunt
Doctores in §. ius autem ciuile, vel gentium. instit. de iur. nat.
gent. & ciui. eis autem deficientibus seruari debent iura cōmu
nia, vt in locis predictis habetur. & ad hoc ius referenda sunt
verba compromissi, quia dum dicitur quod arbitri causa istaꝫ
decidere, & declarare debeant ad queꝫ scilicet spectet hereditas
domine Persilie de iure debet intelligi, scilicet de iure in ciuita
te illa seruādo, & consequenter primo loco de iure municipali,
& eo deficiente de iure communi. ita realiter si bene aduertatur
voluit Bal. in l. illa institutio. prope fin. in vers. sed pone quod
fuit compromissum in aliquem. ff. de heredi. institue. Inquit
enim inter cetera quod verba illa, de iure nedum respiciūt ius
constitutionis, sed etiam ius partium intelligo vbicunqꝫ fun/
detur, & ideo in proposito nostro concludendum est quod isti
arbitri debeant iudicare de iure, scilicet quod inuicem habent
partes, & sic de iure tam communi, quaꝫ statutario in loco illo
seruando, prout in terminis concludit Carol. Rui. in cōs. iiij.
quoniam

quoniam proponitur quod testamentum. num. 10. 11. ⁊ 12. ij. vol. vbi allegat Bald. vbi supra, ⁊ vltra etiam allegat Inno. Ant. de Butr. Abb. Roma. ⁊ modernos Perusinos, vt per
20 eum qui apertis verbis firmat, quod † si compromissum sit, ita vt de iure tantum iudicari debeat, debet illud intelligi de iure scilicet municipali, vel consuetudinario, de quo in loco. non autem solum de iure communi Romanorum, ⁊ sic ibi ponitur decisio nostre difficultatis. Et ibi postea Ruyn. vsq; in finem consilij respondet ad auctoritates contrarias dicendo quod opinio illa vt verba de iure restringantur ad ius cõmune Romanorum non est vera, quia debent talia intelligi de iure, scilicet in loco obseruando, ⁊ sic de iure municipali, vt supra dictũ fuit. ⁊ dicit quod ita se habet communis opinio, * vt per euz. Et ego nedum puto hanc opinionem communem, ⁊ veram, sed etiam indubitatam, ⁊ vt verum fatear non parum suz admiratus de his, qui contrarium tenuerunt, quorũ opinio posset saluari in terminis, in quibus verosimiliter verbum de iure erat ad ius commune restringendum, in quibus terminis loqui videtur Bald. in l. quicunq;. C. de seruis fugit. in contrarium allegatus, dum concludit quod institutio de filia facta a patre in ea parte, que eã tangit de iure, intelligitur pro ea parte, que iure communi ad illam spectabat, cum per statutum esset exclusa, nam si pater voluit filiam habere partem sibi de iure contingentem non potuit habere respectum ad statutũ per quod ipsa non vocabatur ad partem, sed excludebatur. Preterea posito quod opinio Guid. de Suza. ⁊ aliorum in contrarium allegata simpliciter posita procedere posset, quod tamen videtur omnino falsum. Tamen in terminis nostris nullo modo potest habere locum ex verosimili, ⁊ necessaria intentione compromittentium. Nam ex narratis in ipso compromisso constat solam fuisse controuersiam inter matrem dicte Versilie, an scilicet illa vocaretur ad successionem filie secundũ dispositionem iuris communis, iuxta authen. defuncto. C. ad Senatusconsul. Tertul. cum similibus, ⁊ inter ipsos patruos, an scilicet ipsi vocentur exclusa matre, iuxta statutum Genuense de successionibus ad intest. Non obstante quod ipsi patrui reperiantur in sacris ordinibus cõstituti, propter quod mater predicta dicebat eos non posse admitti allegando statutum. de priuileg. clericorum. a cuius statuti intellectu pendebat omnis disputatio presentis litis, quo attento necessario sequitur, quod quando compromittentes dixerunt causam istã per arbitros de iure debere terminari habuerunt respectum ad ius quod ex predictis statutis inducebatur, ⁊ non ad ius commune Romanorum, alioquin tantum fuisset ita compromittere quantum dicere compromittimus in vos vt iudicetis pro matre, que absq; dubio de iure communi Romanorum succederet, vt dictum est. quod certe dici non debet, nec cuiquam vnquam verosimile fiet, vt duo litigantes super eorum lite compromittant, ita ⁊ taliter quod pro vno illorum, puta Titio sit necessario iudicandum, ⁊ quia super hoc neminem viruz prudentem puto exitaturum vlterius non insistam. concludendo quod immo arbitratores predicti cum excesserunt formam cõpromissi in eorum iudicio, sed de iure iudicarunt, sicut in eos fuit facta remissio. Et propterea de nullitate dici non potest. nam etiam peti potest, vt predicta sententia reducatur ad arbitrium boni viri per ea que supra deducta fuerunt. Laus Deo.

Socinus Nepos Bononie. 1556.

CASVS CONSILII XCV.

THEMA tale est, spectabilis dominus Vincentius de Facbinis de Foliuio habens ex prima vxore filium nomine Liuium, secundas contraxit nuptias de anno 1539. cum quadam domina Constantia, que pro dote promisit libras 2000. Bononienses. Et pro eis assignauit vnam possessionem tornaturarũ viginti, quarũ tamen quinq; fuerant per prius per eandem dominam Constantiaz assignate, ⁊ tradite quibusdam fratribus supra nor. sed eas promisit dicto domino Vincentio reluere, ⁊ sibi tradere. Postea suborta inter predictos iugales aliqua controuersia facta fuit per eos quedam transactio, ⁊ conuentio cuius copia transmittitur. Et inter cetera quod domina Constantia teneatur reluere ab illis fratribus predictas quinq; tornaturas, ⁊ eas ponere ad computum dicte possessionis. Item quod soluto matrimonio morte domine Constantie possessio predicta remaneret penes dominum Vincentium, ⁊ ipse infra annuz luctus teneatur dare eius precium iuxta estimationem faciendam retenta tamen parte dotis quam ipse lucraturus erat ex forma statuti. Decessit domina Constantia de anno 1550. nondum facta reluitione illaruz quinq; tornaturarum instituto herede quodam Paulo de Feramonte. infra annum offerens dominus Vincentius se paratum soluere omnem pecuniariã summam, ad quam esset obligatus pro precio dicte possessionis. deposuit actualiter scutos ducentos auri offerendo se paratum soluere, ⁊ exbursare si quid plus per eum esset soluenduz, facta prius extimatione dicte possessionis ⁊c. prout latius constat ex ipsa oblatione, ⁊ deposito, quorum copia transmittitur. Et cum inter dominum Vincentium predictum, ⁊ predictum Paulum heredem domine Constantie vigerent quedã controuersie, ⁊ coram iudice acta fuerint quedam, ⁊ non facta reluitione quinq; tornaturarum, de quibus supra etiam per dictum heredem. decessit dominus Vincentius superstite sibi Liuio filio, ⁊ herede vniuersali. Et cum inter eum, ⁊ dictum Paulum adhuc vigerent controuersie, ⁊ plura hinc inde essent agitata. Tandẽ fuit lata certa sententia, cuius copia transmittitur, in qua inter cetera condemnatur predictus Paulus ad reluendum quinq; illas tornaturas a fratribus predictis, ⁊ ad eas dimittendũ predicto Liuio infra tempus vnius mensis alias condemnatur ad interesse dicti Liuij liquidandum infra quindecim dies, vt in ea sententia legitur. Istis sic stantibus de quibusdam dubitari contingit. Primo vtrum Paulus eo quod hucusq; reluitionez non fecit teneatur ad interesse predicti Liuij? ⁊ illud sit liquidandum. Secundo a quanto tempore citra Paulus teneatur ad interesse tam vt ipse quam vt heres domine Constantie? Tertio vtrum dictus Paulus possit precise cõpelli reluere dictas quinq; tornaturas. Quarto vtrum si fiat reluitio, ⁊ consignatio teneatur tamen Paulus ad interesse pro tempore ante factam reluitionem, ⁊ a quo tempore citra?

SVMMARIVM CAPITVM.

De obligatione faciendi quod in ea succedat obligatio ad interesse propter moram. Ita ⁊ a tempore more.

Obligatus rem redimere, ⁊ prestare vbi dñs nolit vẽdere, vel immo dicam preciũ petat tenetur ad iustã rei estimationẽ.

Obligatus ad factum momentaneum in mora dicitur quã primum facere potuit, ⁊ non fecit. ⁊ tenetur ad totale interesse.

Iuramentum facit quem precise cogi factum, ⁊ alia plura in materia.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Obligatio ad interesse committitur quãdo debitor ad factum est in mora faciendi.*

2 *Obligatio ad totale interesse dicitur commissa statim quod debitor est in mora in facto momentaneo, vt in facto reluitionis.*

3 *Reluere obligatus tenetur ad reluendum etiam quod ipsa reluitio esset aliquantulum difficilis propter petitum pretium.*

4 *Interesse non certificatum, seu liquidatum, licet ab initio peti possit, tamen debet in iudicio postea liquidari, & certificari, vt sic iudex certam possit ferre sententiam.*

5 *Obligatio ad interesse in facto momentaneo statim à tempore moræ dicitur commissa.*

6 *Reluere obligatus non faciens quamprimum facere potest dicitur in mora.*

7 *Mora potest purgari ante litis contestationem.*

8 *Obligatus ad factum liberatur soluendo interesse.*

9 *Iuramentum semper seruari debet quando eius obseruatio non uergit in dispendium salutis æternæ, neque in alterius præiudicium.*

10 *Interesse præteritum peti potest per certi condictionem.*

11 *Debitor cum primum est in mora faciendi ad quod faciendum tenebatur obligatione inducta ab homine per legem inducitur obligatio ad interesse.*

12 *Interesse debitum non iure actionis, sed officio iudicis mercenario non potest peti re iam præstita, nisi in receptione fuisset facta protestatio ne recipiendo sibi præiudicet.*

13 *Litigantes, iniuste, solent in expensis condemnari.*

CONSILIVM XCV.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam
veritatis ⁊ iustitie.
¶ Sequendo ordinem propositarum que-
stionum. Et conclusiue super illas loquendo,
quia paruam habent difficultatem. Capio
primam questionem, ⁊ circa primum caput
eius, puto rem claram esse, quod Paulus ad interesse predicti
Liuij teneatur, nam cum ipse Paulus vt heres domine Con
stantie esset obligatus reluere illas quinque tornaturas, ⁊ illas
consignare domino Vincentio de Fachinis, prout ipsa domi
na Constantia per se, ⁊ suos heredes promiserat ipsi domino
Vincentio, ⁊ suis heredibus, ⁊ sic esset obligatus ad factum,
1 sequitur † quod cum ipse nec eius auctrix non fecerit, ⁊ sic fue-
rit in mora faciendi dicatur commissa obligatio ad interesse. l.
si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudic. ⁊ vulgata l. stipulationes nō
diuiduntur. versic. Celsus. ⁊ ibi plene per Barto. ⁊ alios. ff. de
verbor. obligatio. vbi ego etiam post alios notaui. Et cum fa-
2 ctum † illud reluitionis esset momentaneum statim quod fuit
in mora faciendi fuit commissa obligatio ad totale interesse,
iuxta tradita per Bartolum, ⁊ alios in d. l. stipulationes non
diuiduntur. in v. quest. Et si dicatur, quod non videtur com-
missa mora, quia fratres illi nolebant vendere, aut nimis ma-
gno pretio vendere volebant.
¶ Respondetur primo, quod immo non immodicum pretiū
petebant, postquam illi fuerunt requisiti, ⁊ voluntatem suam
declarauerunt, quia pretium per eos petitum videtur quod in
eo loco esset satis honestum, vt audiui.
3 ¶ Secundo † etiam posito, quod ipsa reluitio esset aliquantu
lum difficilis propter petitum pretium tamen illā facere debe
bant. l. apud Julianum. §. fin. cum glo. ff. de legat. j.
¶ Tertio respondetur, quod si erat reluitio valde difficilis, q̄
in modico pretio fratres illi vēdere voluissent. Ipse Paulus,
⁊ ante eum domina Constantia erant obligati ad iustam rei
extimationem. l. non dubium. §. fin. ff. de legat. iij. ⁊ §. non so-
lum. institu. de legat. ⁊ vtrobique tradunt Doctores, quam ipsi
nunquam prestiterunt.
¶ Circa vero secundum caput prime questionis etiam clara
est responsio, nam cum sit commissa obligatio ad interesse, vt
dictum est, non est dubium illud esse liquidandum ad instan-
tiam dicti Liuij, vt sic illud interesse cum effectu consequi pos-
4 sit. Licet † enim ab initio peti posset interesse non certificatum
* seu liquidatum, vt per glos. communiter * receptam in l. certi
condictio. in princ. in glos. iij. ff. si cert. petat. tamen debet po-
stea in iudicio liquidari, ⁊ certificari, vt sic iudex certam possit
ferre sententiam. iuxta §. curare. instit. de act. ⁊ dicitur in glos.
predicta. Et fiet petitio interesse altero de tribus modis, de
quibus per Bart. in predicta l. stipulationes non diuiduntur.
in ix. quest. ¶ Hec de prima questione.
¶ Circa secundam que est a quanto tempore citra Paulus
teneatur ad interesse concludendum est, quod a die more, vel
5 domine Constantie eius auctricis, quia † cum illa reluitio, ⁊ cō
signatio, seu traditio sit factum momentaneum statim a tem-
pore more dicitur cōmissa obligatio ad interesse. l. j. ff. de act.
empt. in princ. l. si fundum certa die. de verb. oblig. ⁊ d. l. stipu-
lationes non diuiduntur. §. Celsus.
¶ Et ita per ista iura dicit ibi Bart. in v. quest. ⁊ cum eo tran-
seunt Doctores.
¶ Cum primum igitur potuit domina Constantia redimere
illas quinque tornaturas, vel saltem requirere fratres illos quod
ei venderent, ⁊ non fecit dicitur fuisse in mora, merito ab illo tē
pore citra inducta fuit obligatio ad interesse predicti domini
Vincentij, ⁊ hodie Liuij eius filij, ⁊ heredis. ⁊ hoc intelligo sal
tem post transactionem, de qua in puncto, in qua fuit reuoca-
ta predicta obligatio reluendi, ⁊ tradēdi predictas quinque tor-
6 naturas, ⁊ † quod quamprimum facere potuerint reluitionem
⁊ non fecerint fuerint in mora, probatur in l. si insulam, ⁊ ibi tra
dunt Doctores, de verborum obligation. facit l. continuus. §.
7 cum ita. eodem tit. Verum est, quod † mora predicta potuis-
set purgari per predictum Paulum, ante quam cum eo fuis-
set facta litis contestatio, vt est text. in d. l. si insulam. Et ibi de
materia plene per Bart. ⁊ alios. Et ideo cōsulerē quod si hucu-
sque non fuerit facta litis contestatio, secundū q̄ loquitur ille
tex. debeat omnino fieri, vt sic facta dicatur purgatio more.

¶ Capio tertiam questionem, in qua licet prima fronte videa
tur predictum Paulum non posse precise compelli facere relui-
8 tionem, ⁊ traditionem predictam, sed quod † liberetur soluen
do interesse per d. l. stipulationes non diuiduntur, ⁊ d. l. si quis
ab alio. in fi. etenim videtur quod nemo possit cogi precise ali-
quid facere cum possit pati prius se verberari, ⁊ interfici. l. cum
proponas. in fin. C. de hered. instituē. cum glo. ⁊ propter hanc
considerationem ego alias tentaui in d. l. stipulationes non di-
uiduntur. in viij. quest. Bart. hanc generalem conclusionem
tueri, vt scilicet ad factum precise quis non compellatur. tamē
* communis opinio * Doctorum est, quod vbi sit prestitum iu-
ramentum de implendo promissionem potest ita iurans ad in-
stantiam creditoris precise compelli ad factum, quoniam quan-
9 do † iuramenti obseruatio non vergit in dispendium salutis
eterne, neque in alterius preiudicium semper seruari debet. c. cū
contingat. de iureiurand. ⁊ c. quanuis. de pact. lib. vj. ⁊ vtro-
bique tradunt Doctores, ⁊ plene etiam per scribentes maxime
moderniores in dicta l. stipulationes non diuiduntur. in predi
cta viij. quest. Bart. quod etiam firmat Alexand. in consi. xcj.
visis actis. num. 6. lib. ij. cum concordantibus, vt per Guliel.
de Benedict. in repetit. cap. Raynutius. in versic. testamentum
kij. num. 26. de testam. ⁊ per Ruyn. in consil. j. visis omnibus.
in fin. iiij. volum.
¶ Sed sic est, quod in casu nostro in predicta transactione, in
qua fuit facta prouisio de reluendis dictis quinque tornaturis, ⁊
consignandi, seu tradendi eas dicto domino Vincentio inter-
uenit iuramentum de implenda predicta transactione, ⁊ con-
tentis in ea, ergo pro dicti iuramenti obseruantia debet dictus
Paulus cogi posse restitutionem predictam facere ad instan-
tiam dicti Liuij. quod tamen semper intelligo dummodo illi
fratres vendere velint, ⁊ non in modico precio, alioquin coa-
ctio predicta fieri non posset, secundum quod fuit dictum supra
in prima questione.
¶ Circa quartam, ⁊ vltimam questionem aduertendum est,
quia posito quod reluitio fiat, ⁊ consignatio illarum quinque
tornaturarum, vel quia Paulus ad id compellatur ad instan-
tiam dicti Liuij, iuxta dicta supra in precedenti questione, vel
quia ipse sponte sua talem reluitionem faciat cum bona con-
cordia illorum fratrum, qui erant illarum domini, ⁊ a quibus
Paulus redimere tenebatur. Hoc inquam ita posito in hac
quarta questione de duobus in effectu queritur, Primo an
interesse pro tempore preterito sit prestandum, secundo a quo
tempore citra.
10 ¶ Quo ad primum † absolute dicendum est interesse preteri-
tum peti posse, ⁊ quidem per certi condictionem, iuxta glos. ⁊
* communem * opinionem Doctorum in l. certi condictio, in
princip. ff. si cert. petat. tametsi plerique antiqui aliter dixerint,
nam opinionem glos. sequitur, ⁊ defendit Bart. in d. l. stipula-
tiones non diuiduntur. in x. quest. vt per eum. ⁊ nimirum si pe-
ti poterit etiam post factam reluitionem, ⁊ consignationem,
quia iure obligationis debetur inducte, scilicet per legem, nam
11 cum † primum debitor est in mora faciendi, ad quod faciendū
tenebatur obligatione inducta ab homine per legem inducitur
obligatio ad interesse, vt d. l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iudic. ⁊
d. l. stipulationes nō diuiduntur. §. Celsus. ⁊ ibi declarat Bar.
12 maxime in ix. ⁊ x. questione. Hoc † certe non esset si tale inte-
resse non iure obligationis, sed officio iudicis mercenario de-
beretur. tunc enim non posset peti re iam prestita, nisi in rece-
ptione fuisset facta protestatio ne recipiendo sibi preiudicet,
iuxta l. centum Capue. in fin. ⁊ l. si post moram. in fin. ⁊ tradita
ibi per Doctores. ff. de eo quod cert. loc. ⁊ consulo predicto
Liuio ad omnem abundantem cautelam quod quando reci-
piet predictas quinque tornaturas faciat predictam protestatio-
nem que sibi proderit respectu illius interesse quod currere po
tuit post litis contestationem pendente iudicio, quia illud iudi-
cis officio deberetur, iuxta l. ediles etiam. §. item sciendum. ff.
de edil. edict. ⁊ declarat Bart. in d. l. stipulationes non diui-
duntur, in x. questione. Fiet autem petitio interesse simplici-
ter sine expressione quantitatis. Et postea in iudicio certifica-
bitur, prout declarat Bart. in predicta decima quest. vel etiam
pro interesse fiet petitio certe quātitatis subdendo, ⁊ illud plus
vel minus, prout liquidabitur, ⁊ per iudicem taxabitur, prout
signanter voluit Jo. de Jmol. circa predictam decimam que-
stionem Bart. ⁊ ibi ego retuli, ⁊ secutus sum.
¶ Quantum vero pertinet ad secundum facilis est rñsio, ⁊ iam
ex predi-

ex predictis colligitur videlicet quod interesse potest peti a tẽpore more. nam cum primum potuit fieri reluitio, & consignatio predicta, & facta non fuit dicitur commissa mora saltẽ post transactionem vti supra dictum, & declaratum fuit per dictam l. si insulam cum similibus supra allegatis. modo illa mora nõ fuerit purgata quod certe per litis contestationem fieri posse impeditur vt d. l. si insulam, cum materia de verb. oblig. & supra dictum fuit. & hec sufficiant pro resolutione quatuor questionum que post thema proponuntur in presenti consultatione. Verum est quod audio de plerisq; alijs dubitari, & inter cetera nunquid stante quadã sentẽtia de qua in themate Paulus teneatur ad interesse nulla facta interpellatione predictis fratribus an velint vendere &c. item vtrum stantibus his que in themate narrantur, & obligatione facta per illos fratres de vendẽdis illis quinq; tornaturis Liuius possit ad aliquas expensas condemnari. & de quibusdam alijs parui momenti. vnde vt etiam in istis consultanti morem geram. Circa primum facillima est responsio. dico enim quod respectu interesse dicti Liuij non est querendum de interpellat. facienda. dictis fratribus an vendere velint sed satis est quod Paulus non reluerit, & minus consignauerit dictas tornaturas quinq;. & sic fuerit in mora faciendi id quod facere tenebatur, etenim propter moram eius, & a tempore more tenetur ipse Paulus ad interesse secundum quod supra est demõstratum. Circa secunduz ego certe nõ video quomodo, & qua ratione Liuius possit in aliquibus expensis condemnari cum ipse in sua petitione iustitiam foueat, & obtinere debeat cum in expensis † soleant succũbentes, & iniuste litigantes condemnari. l. properandũ. §. sin autez alterutra. C. de iudi. Et si dicatur q; quando fratres obtulerunt se vẽdituros Liuius debuit offerre se paratuz preciũ soluere, quod nõ videtur fecisse &c. respondetur pluribus modis, et primo dici potest quod Liuius hoc non nouit, ista eniz predicta oblatio ei notificata non fuit, secundo quia posito q; nouisset nõ tamẽ debebat statui soluere precium ipsi Paulo, quia predicte terre erant prius extimande, vt constat ex tenore transactionis, quod factum non fuit. Preterea ex sola oblatione facta per dictos fratres Liuius nec prius pater eius non tenebatur quia enim Paulus emisset, & potuisset consignare dicto Liuio ipse nõ tenebatur soluere precium illarum quinque tornaturarum, igitur si non soluit nec obtulit non dicitur in aliquo peccasse, merito non potest considerari ob quaz causaz debeat in expensis aliquibus cõdemnari. demum, & quarto dici potest quod legitime Liuius obtulit se paratum predictum precium soluere, cum ipse ob eam causam deposuerit summaz ducentorum aureorum, offerendo se paratum soluere esse, & totum illud plus ad quod ex iam predicta teneretur vt ex suo deposito apertissime constat. alias dubitationes quas audio moueri non prosequar quia vel sunt facillime resolutiones in fauorem dicti Liuij, vel ex iam dictis clarissima colligi posset resolutio. Laus Deo Opt. Max.

Sozinus Nepos Bononie. 1556.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XCVI.

In iudicio reali actor probare debet se dominum, & quidez de presenti.
Et an aliquando sufficiat probare dominium de preterito.
In publiciana actione que sint per agentem probanda.
Remedium c. reintegranda. iij. q. j. non datur contra titulo possidentem, & quando id sit.
Reus in petitorio ex iure proprio venit absoluendus ac etiam potest declarari dominus.
Confessio recepte dotis a tertia persona facta per maritum inducit presumptionem vere numerationis.
Gesta per tutorem non confecto inuentario, an, & quando sint conseruanda.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Petitorio agens, ut obtinere possit, requiritur ut probet se dominum rei petitæ.*
2 *Rei uendicatio præsupponit dominium, uel quasi ex parte agentis.*
3 *Petitorium intentans debet probare dominium de præsenti, quia non sufficit aliquem de præterito fuisse dominum, nisi etiam tempore propositi iudicij actor probet se dominum.*
4 *Relatio uidetur fieri posse ex dominio de præterito ad tempus præsens.*
5 *Vsucapiendi seu præscribendi conditio dicitur translata propter titulum, & bonam fidem sequuta traditione.*
6 *Dominij probatio non requiritur in publiciana, sed sufficit probare tria scilicet titulum, traditionem, & bonam fidem.*
7 *Publiciana non potest exerceri contra titulo, & bona fide possidentẽ, etiam quod possessio agentis fuerit antiquior titulo possidentis.*
8 *Remedium c. reintegranda. iij. q. i. est latius, & utilius remedium.*
9 *Remedium c. reintegranda. licet sit latius cæteris omnibus, non competit ut faciat possessionem restitui effectualiter.*
10 *Actore non probante reus uenit absoluendus etiam quod nihil de iure suo probaret.*
11 *Donatio inter coniuges non ualet.*
12 *Confessio de recepta dote facta a tertia persona, & non ab uxore facit præsumi dotem realiter fuisse numeratam.*
13 *Sententia quæ transiuit in rem iudicatam debet haberi pro ueritate, et de ea non est ulterius disputandum.*
14 *Querela non numeratæ dotis infra quantum tempus debeat proponi à marito.*

CONSILIVM XCVI.

DIRIGAT Dominus verba mea in viã veritatis & iustitie.

In causa, & lite vertente inter do. Hieronymum, & Gabrielẽ de Gabrielibus de Senogalia ex vna agentes, & do. Joseph olim do. Jo. Francisci Bauerie similiter de Senogalia reũ cõuentũ ex alia. cõsuluerunt Excellentissimi Jurisconsulti do. Alex. de Nevusano, & do. Simon pretus mihi vti fratres honorandi concludentes in fauorẽ predicti do. Joseph rei conuẽti, vt. s. ille sit omnino absoluendus a petitione predictorũ agentiuz, ex iuribus, & rationibus multis seriose per eos deductis, qui omnibus que in contrariuz considerari poterant copiose, & multifariam respõderunt. & quidez, ni fallor, iuridice, & adeo docte, & diligenter totum hoc negocium discusserunt nihil intactum relinquentes, vt mihi de subscriptione requisito, addẽdi locus minime sit relictus. aliqua tamen pro more meo subijciam sin addendo, saltem repetendo, ne impremeditatus ad rẽ ipsam videar accessisse, et vt omnibus constet me principales difficultates degustasse.

Itaq; omnibus diligenter, & mature consideratis, & presuppositis in facto veris, que per predictos Excellentissimos consultores presupponuntur, facile, & prompto animo in eorundẽ sententiaz concurro, & vna cum eis concludo predictuz do. Joseph non posse a predictis actoribus molestari. & ab ipsorũ petitione absoluẽdũ esse. & hoc principaliter ex duobus. Primo scilicet ex non iure agentiuz. Secundo ex iure ipsius possidentis. Et primum ostenditur. Nam ipsi agentes proposuerunt rei vendicationem pro tribus ex quatuor partibus predij, de
1 quo agitur, & sic (vt aiunt) intentarunt petitorium, in quo † vt actor obtinere possit requiritur, vt probet se dominum rei petite. l. in rem. in princ. ff. de rei vend. & ibi not. Doct. & quidem concludenter probari debet dominium per ipsos agentes cuz principaliter deducatur. & sit fundamentum intentionis eorũ, ita vt probatio possessionis non sufficeret iuxta doctrinã Bar. in l. quidam in suo. ff. de condit. institut. cum concord. vt per Deci. in consil. cccxj. non patitur angustiam. nu. 7. Hinc dici
2 solet, quod † rei vendicatio, & sic petitorium iudicium presupponit dominium, vel quasi ex parte agentis per dictam l. in rẽ. iuncto titulo. ff. de publici. actio. & dixit glos. quam sequuntur Doctores super verbo possideat. in §. primo. institu. de actio. & dixi ego alias in l. naturaliter. §. nihil commune. in secundo premisso. ff. de acquirend. possession. & in consil. cviij. Jllustris
3 quondam Alfrasus. num. 52. secundo volum. & † debet probari dominium de presenti, quia non sufficit aliquando de preterito fuisse dominum, nisi etiam tempore proposito iudicij actor probet se dominum, ad tradita per Carolum Ruinum in consilio xliij. viso, ac perlecto num. 4. iiij. volumin. & dixit Corn. in consilio xxiij. licet in themate de tribus. litera C. iiij. volumin. cum concordantibus, vt per Paris. olim honorandum collegam meum in Patauino Gymnasio in cons. ciiij. in presenti causa vertente &c. nu. 8. j. vol. sed sic est, q; isti agentes non probauerunt se dominos, ergo non possunt

aliquo modo obtinere in proposito iu. dicio reali. ⁊ si dicas, ꝙ
immo videntur probare se dominos d presenti, attēto ꝙ vīr
4 ꝓbasse dominiū de preterito patris eorū, naz ex † dñio de pre-
terito vz posse referri ad tp̄s presens, iuxta l. siue possidetis. ⁊
ꝙ ibi tradunt Bal. ⁊ alij. C. de proba. cū concord. vt p Paris.
in d. cõs. ciiij. nu. 103. Respondet illud posse ꝓcedere in dubio
⁊ qñ non appareret dominiū illud antiquū fuisse mutatuz, ⁊ in
aliquē iusto titulo animi traditione fuisse translatū, vt ego dixi
⁊ declaraui in d. cons. cviij. circa fin. ij. vol. Sed in casu nostro
constat ex publico instr̄o dominiū predij de quo agitur fuisse
translatum in do. Jacobum fratrē dictorū agentiū, ⁊ auctorez
dicti do. Joseph tuz pro sua portione hereditatis paterne, tuz
ex causa restitutionis dotis matris eius do. Bartholomee, er-
go ⁊c. Jacobus dictū prediz vendere potuit d. Joseph, ⁊ talis
venditio veluti a vero domino facta debet conseruari. ⁊ vbi de
translatione dominij posset nasci aliqua dubitatio quod non
5 admitterē, negari tñ non potest, quin translata † fuerit vsuca-
piendi, seu prescribendi cõditio pp titulū, ⁊ bonaz fidez secuta
traditione, iuxta l. clauibus. in fin. ff. de contrah. emp. cū simil.
Propter quod dico, ꝙ cum dicto Jacobo fuerit datū prediū
predictum ex causis predictis de anno 1527. ⁊ ipse postea ven
diderit de anno 1529. do. Jo. Francisco Bauerio, qui postea
moriens transmisit ipsuz prediū in do. Joseph filiū, ⁊ heredez
suū. ipse Joseph per se, ⁊ suos auctores prediuz illud dz posse-
disse, ⁊ tenuisse pacifice, ⁊ quiete per annos xxv. ⁊ vltra iusto ti
tulo, ⁊ bona fide, vt sic dicatur prescripsisse neduz per cursum
x. annoruz qui sufficit inter presentes, sed etiam xx. qui requirit
inter absentes. ⁊ consequenter iure optimo do. Joseph potest
dici tutus legitima prescriptione, iuxta l. j. ⁊ totum titulū C. de
prescrip. x. vel xx. anno. ⁊ si dicat aliquis pro actoribus quod si
nõ possunt obtinere in rei vendicatione, eo ꝙ nõ probauerint
incumbentia, saltem debent obtinere in publiciana, quā etiam
videntur intētasse quatenus in libello dicitur iure dominij, vel
6 quasi. in ea † enim non debet fieri probatio dominij, sed sufficit
probare tria. s. titulū, traditionem, ⁊ bonā fidē. vt videtur pro
bari in l. eum qui. §. fin. cum l. seq. ff. de public. ⁊ ita tenendum
est iuxta tradita per Ang. Aret. ⁊ Jas. in §. sed iste. insti. de act.
⁊ dixi alias in cõs. cxxviij. vidi, ⁊ perlegi Justissimi, ⁊ Magni-
fici do. Judices. nu. 18. ij. vol. Videtur enim ꝙ in casu nostro
actores ea omnia probauerint titulum. s. qꝛ patri successerunt.
⁊ traditionem, qꝛ bona patris, ⁊ inter cetera prediū, de quo ac-
ceperunt realiter apprehenderunt. ⁊ similiter etiam bonā fidē
quia sic illi asserunt, ⁊ iurant, aut iurare parati sunt, quod videt
sufficere, vt post glo. ibi tradunt Ang. Aret. ⁊ Jas. in d. §. sed
iste. ⁊ dixi in d. consi. cxxviij. nu. 19. Ad ista facilis est respõsio,
⁊ omissis pluribus, que dici possent clara est responsio, ꝙ pu-
7 bliciana † non potest exerceri ↄtra titulo, ⁊ bona fide possiden
tē, etiaz ꝙ possessio agentis fuerit antiquior titulo possidentis,
prout recte intuenti voluit Bart. in l. siue autem. §. si duobus.
ff. de public. prout eum cum plerisqꝫ concordantibus ad hoc
allegat Carol. Ruin. in cons. xxv. circa illud, de quo queritur.
nu. 3. iij. volu. Sed dominus Joseph iusto titulo, ⁊ bona fide
possidet dictum fundum, seu prediū, de quo agitur, ergo ⁊c.
Et hoc sit dictum vltra exceptionem prescriptionis, de qua su
pra dictum est. que etiam contra publicianam opponi potest,
vt est notissimum. Et si dicatur ꝙ actores debent obtinere in
possessorio reintegrande possessionis, iuxta c. reintegranda.
8 iij. q. j. prout † illud est latius, ⁊ vtilius remedium, vt per Bo-
cto. in l. rem que nobis. ff. de acquir. posses. ⁊ per canonistas in
c. sepe. ⁊ in c. cum ad sedem. de restit. spoliat. eo quod in eo suf-
ficiat probare reum possidere, ⁊ sui agentis possessionem fuisse
antiquiorem, vt traditur in locis predictis, ⁊ dixi in d. consilio
cxxviij. nu. 2. cum aliquibus sequentibus. De plano responde
ri potest primo negando tale remedium fuisse intentatum, ete-
nim in libello nihil ponitur, ex quo constet remedium illud
fuisse propositum. ⁊ hoc sufficit, vt tollatur obiectio. Secundo
etiam responderi potest (posito ꝙ sit propositum eiusmodi
remedium) quia debet omnino reiici, quia dominus Joseph
reus conuentus ex iusto titulo, ⁊ bona fide predium illud possi
det non vitiosum, nec habitum a vitioso, sed a bone fidei pos-
sessore, id est ab ipsis actoribus, qui etiam a bone fidei possesso
re habuerunt, prout hec notissima sunt, quando autē predicta
concurrunt vera, ⁊ cõmunis* est Doctoruz conclusio, vt reme
9 dium † d. c. reintegranda. licet sit latius ceteris omnibus non
competit, vt effectualiter possessionez faciat restitui, vt decla-
rat patruus, ⁊ dominus meus Socin. in l. rem que nobis. in
iiij. quest. princip. cum concordantibus, vt dixi in consil. xlviij.
visis, ⁊ bene consideratis omnibus. nu. 13. ij. vol. ⁊ plures alij
allegantur per vnum ex predictis eximiis consultoribus. ⁊ stan
tibus predictis sequitur clare predictos actores omnino repel
lendos ex non iure eoruz. non enim probauerunt incumbentia
in remediis per eos propositis, vt sic succedat notissima regu-
10 la iuris, videlicet † quod actore non probante veniat reus ab-
soluendus etiam quod nihil de iure suo probaret. l. fin. C. de
rei vendic. l. qui accusare. C. de eden. ⁊ c. fin. de iureiuran. cum
concord. vt dixi in consil. lxxv. Illustrissimus do. Bonifacius.
nu. 1. ⁊ 2. j. vol. ⁊ in consil. lxxxviij. circa presentez consultatio-
nez. nu. 3. ij. vol. Hec de primo principali fundamento.
¶ Secundo principaliter venit absoluendus do. Joseph reus
cõuentus ex proprio suo iure ex titulo emptionis facte de dicto
predio ab illo Jacobo, qui dicebatur dicti predij partem habe
re pro sua rata paterne hereditatis, ⁊ partē quia fuit ei datum
in solutum pro restitutione materne dotis sibi faciēda per he-
redes domini Gabrielis patris eius, ⁊ olim mariti domine
Bartholomee sue matris. quo sic posito sequitur ꝙ dictus Ja
cobus verus dominus dicti predij, illud vendendo domino
Joan. Francisco Bauerio omne ius, ⁊ dominium eius in euz
transtulit, per quem postea fuit translatuz in dominuz Joseph
filiuz, ⁊ heredez eius, vt sic ille sicut habet eius predij possessio-
nez ita etiam dicatur habere eius dominiuz, ⁊ consequenter ex
iure sui dominij debet omnino absolui, quod ius dicitur habe
re saltem iure legitime prescriptionis decē, vel viginti annorū,
secundum ꝙ supra declaratum fuit, ⁊ cuz predicta fuerint per
ipsum dominū Joseph plene deducta, ⁊ probata, vt in proces-
su constat, non est dubitandum quin ipse veniat absoluendus
vti dominus, ⁊ sic ex proprio suo iure, quinimmo posset iudex
ipsum declarare dominū predij petiti, vt presupponunt Bar.
⁊ alij in l. naturaliter. §. nihil cõmune. circa primaz lecturaz. ff.
de acquiren. posses. in illa questione, vtrum scilicet absolutoria
lata in petitorio pariat except. in possessorio recuperande, vel
etiaz retinende vbi ego etiam plene scripsi considerando quod
aliquando iudex declaret reum conuentum in petitorio esse do
minū eo ꝙ ipse se dominū probasset, vt ibi post alios dixi.
¶ Sed contra predicta nonnulla pro parte actoruz opponun
tur, quibus omnibus adamussiz copiose, ⁊ iuridice respondēt
excellentissimi domini consulentes, ⁊ inter cetera (pluribus vti
leuibus dimissis) opponitur quod dos do. Bartholomee ma
tris Jacobi non probatur, nisi per confessionez mariti constan
te matrimonio, ⁊ ideo non videtur probare veram numeratio
11 nez, quia videtur facta animo donandi. ⁊ alias † donatio inter
coniuges non valet. l. j. ⁊ ij. ⁊ per totum ff. de donat. inter vir.
⁊ vxor. ideo non debuit pro tali dote dari in solutum, prediuz
de quo agitur per tutricem, ⁊ matrem istorum agentium.
¶ Secundo dicitur ꝙ ipsa tutrix non potuit illud facere, nec
etiam aliud quia ipsa nunquaz confecit inuentarium, iuxta tra
dita per Bart. ⁊ alios in l. tutor qui repertorium. ff. de admin.
tuto. Sed ⁊ tertio vbi alia non obstarent dicunt actores quod
in illa consignatione predij facta ipsi Jacobo fuerunt lesi, ⁊ pro
pterea petunt se in integrum restitui. Veruz tuendo que dicta
sunt, ad ista omnia bene respondent domini cõsulentes, ⁊ qui-
dem multipliciter, vt per eos. ⁊ quo ad primū vt mihi videtur
tollitur omnis difficultas ex duabus responsionibus traditis
p illos. Et in specie dominus Simon ponit in prima, ⁊ quar-
ta responsione. ⁊ important ꝙ imo dos illa saltem presumpti-
12 ue fuit realiter numerata. Primo, ex eo, ꝙ † cõfessio fit de re-
cepta dote a tertia ꝑsona, ⁊ nõ ab vxore, iuxta tradita per Sal.
in auth. sed cum necesse. C. de dona. ant. nupt. tradit Jas. in §.
fuerat. nu. 89. instit. de act. ⁊ Marsil. singul. cccxlv. Secundo
qꝛ iaz super hoc videt fuisse iudicatuz per do. Potestatez Se-
nogalie qñ iudicauit instr̄m ꝑdicte dotis exequendū contra he
redes, ⁊ bona d. Gabrielis nõ obstātib. exceptione simulatio-
nis, ⁊ donationis, q̄ verosimiliter fuerūt opposite. ⁊ cū ꝑdicta
13 sñia trāsiuerit † in rē iudicatā non est de ea vlterius disputādū,
sed pro veritate teneri debet. l. ingenuū. ff. de stat. ho. cū simil.
sic itaqꝫ concluditur tenenduz esse in casu nostro dotē presumi
realiter numerataz, igitur ⁊c. vt do. consulentes, ⁊ vltra eos di
ci potest. idem probari, qꝛ post mortē do. Bartolomee, ⁊ sic so
luto matrimonio ex parte mariti nunꝙ̄ fuit proposita querela
14 non numerate dotis, † que proponi debebat infra tres mēses,
vel j. annū, sz varietatē casuū, iuxta auth. qd locū. C. d dot. cau.
non

non numer. vel etiam certo casu non competebat, vt ibi dicitur. Et lapso dicto tempore text. dotem restitui perinde ac si realiter fuisset numerata. Quo ad secundum similiter domini Consulentes multis modis respondent & bene vt per eos. Et inter cetera tollitur de plano difficultas, quia vt valeant gesta per tutorem non est necesse ostendere aut probare inuentarium. Sed satis est quem fuisse datum tutorem & confirmatum, eique factum preceptum de administrando. Que omnia in casu isto interuenerunt, valebit enim tunc administratio, & gesta per eum licet possit vt suspectus accusari & remoueri. Ita post alios quos allegat voluit Alex. in consi. lxxxvj. visis dubitationibus elegantissime formatis nu. 3. lib. iij. Deci. in c. ex parte. nume. 5. de appel. & Guid. Pap. in quest. cccxxx. quinque sunt necessaria versi. secundo requiritur cum alijs concordantibus adductis per dominos Consulentes. Non ergo possunt actores ex defectu inuentarij infringere gesta per dominam Hieronymam matrem & tutricem eorum ipsorum nomine. Attento maxime quod ab eis vel aliquo eorum expresse omnia fuerunt confirmata. Quoad tertium de petita restitutione in integrum, respondetur quod illa absolute negatur, vt per dominos Consulentes qui pluribus modis probant petitam restitutionem in integrum non esse concedendam. Ad quos quia iuridice & clare loquuntur gratia breuitatis me remitto. Sic itaque ex predictis omnibus & alijs quampluribus deductis per dominos Consulentes de subscriptione requisitus vna cum eis concludendum puto dominum Joseph reum conuentum in presenti iudicio omnino esse absoluendum.

Laus Deo Opt. Max.

Socinus Nepos Bononie. 1556.

SVMMARIVM CAPITVM.

CONSILII XCVII.

De legato facto vxori quid sequatur si illa secundo nubsit superstite vnica filia ex primo matrimonio que postea sine liberis sed testata decessit.

Et vtrum mater illa debeat esse contenta, relicto ei facto a filia ita vt non petat supplementum legitime.

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 *Mulier per transitum ad secunda vota perdit legatum sibi a marito relictum, quo ad proprietatem, & sibi solum debetur quo ad vsumfructum.*

2 *Testamentum defuncti, nisi legibus repugnet, semper seruari debet.*

3 *Contrariorum eadem est disciplina.*

4 *Voluntas vltima ad vnguem seruari debet.*

5 *Legitima nō debetur matri, nec in eam ius habet nisi post mortē filiæ.*

6 *Filius non potest impugnare testamentum si quid ei iure institutionis relinquitur.*

CONSILIVM XCVII.

IRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie.

Inspectis his que in facto presupponuntur, & visis consilijs excellentissimorum Jurisconsultorum dominorum Andree Saxi & Augustini Beroi, olim mihi vti patrum honorandorum. De ipsorum subscriptione requisitus, quatenus tamen iustitia patiatur, omnibus bene ac diligenter consideratis tandem (Deo auxiliante, placuit in predicta contin-
1 gentia facti de iure vt infra respōdendū esse. Videlicet † quod domina Ludouica per transitum ad secunda vota perdidit legatum ducentorum sibi a marito relictorum quoad proprietatem et solum tale legatum sibi debeatur quo ad vsumfructum, ipsa vero proprietas rē an sit apud filiam eius ex primo matrimonio dominam Helisabettam, prout de hoc est textus apertus in §. si vero expectet, in authen. de nupt. col. iiij. & in l. femine. §. illud. C. de secund. nupt. cum similibus allegatis per dominum primo Consulentem. Nec obstat quod domina Helisabetta filia decesserit ante dominam Ludouicam matrem, propter quod videretur quod ad matrem redeat ipsa proprietas & facultas de ea libere disponendi, cum multi alij superessent liberi ex primo matrimonio, vt habetur in dicto §. illud. ad fin. Quia istud forte procederet si ipsa ēt intestata decessisset tūc enim nō existētibus alijs filijs ex dicto primo matrimonio. & sic fratribus ipsius domine Helisabette mater ipsa vti heres in ipsa proprietate succederet per regulam authen. defuncto & in corpore vnde sumitur. C. ad Tertullianum. Sed si filius decedens fecerit testamentum, & alium fecerit heredem in illum vti successorem vniuersalem transibit illa proprietas, iuxta l. hereditas. ff. de regul. iur. & l. nihil aliud. ff. de verbor. signif. cum similibus. Sed in proposito casu domina Helisabetta filia testamentum fecit, & patruum eius dominum Tadeum heredem vniuersalem instituit. matri autē domine Ludouice certum quid iure institutionis reliquit, vt ex lectura dicti testamenti constat, merito ergo proprietas predicti legati, que iam ad testatricem peruenerat propter secundas nuptias matris eius, debet ad dominum Tadeum heredem institutū
2 peruenire. Et hoc puto verissimum, quia semper † testamentum defuncti, nisi legibus repugnet seruari debet. §. disponat. in auth. de nupt. & quod heres talis sit admittendus bene probatur in §. sed quod sancitum est. in vers. vindicabunt enim omnino filij in d. auth. de nupt. dum vult ibi text. quod si pater, vel mater secundas nuptias contraxerit, & aliquid alienauerit de bonis que ex coniugis substantia ad eum vel eam peruenerat tale quid sic alienatum alienatione inualida existente vendicabunt filij, vel eorum heredes &c. & sic vult ille text. idem ius competere heredibus mortui filij quod ei viuo competebat.

Et hanc opinionem ponit, & defendit egregius Doctor dominus Joannes de Sarenibus in rubrica C. de secund. nupt. in secunda parte nume. 11. & in authen. ex testamento. nu. 50. eodem titulo cum concordantibus per dominum consulentem adductis. & vt inquit ille dictus do. Joannes pro ista opinione videtur casus clarus in §. cum igitur. versicu. siquidem filius. in authenti. de non eligen. secundo nuben. col. prima. inducendo, & declarando, vt per eum. Et vltra eum facit ra-
3 tio, nam contrariorum † eadem est disciplina iuribus vulgaribus. & tradunt Doctores post glos. ibi in rubrica. ff. de acquirend. possession. vbi post alios ego plene de hoc scripsi varijs modis hoc dictum declarando, Dico enim quod si filius Binube eam fecit heredem illa succeder ei vti quilibet alius institutus etiam quod alias non esset successura puta in bonis prouenientibus ex mariti sui substantia, eo quod seruari debet voluntas testatoris, vt est text. in authent. ex testamento. in princip. C. de secund. nuptiis. cum similibus. & tradit Beltrand. in consil. cciiij. ex casu qui mihi exhibitus est. in princip. lib. iij. Ita & per contrarium si illam non instituat, sed alium puta patruum &c. prout in isto casu contingit talis patruus admitti debet ad bona que habebat filia testatrix in casu nostro. & sic ad illam proprietatem. Et istam opinionem recte considerando ego videor in effectu tenere in consi. lxxj. licet Excellentissimus consultor. num. 9. 10. & sequen. ij. vol. quod aliter nō declaro, quia ibi videri potest, & hec procedunt, & puto verissima respectu legati ducentorum relicti domine Ludouice per quondam Julium eius maritum.

Quantum vero pertinet ad bona domine Helisabette filie eius que solum erant in scutis octocentis, & vna collana eidem per quondam patrem eius relictis vtrum scilicet domine Ludouice matri debeatur ex illis legitima, & possit peti eius supplementum supra scutos octo ipsi matri per filiam relictos, videtur concludendum quod peti possit dictum supplementum per textum in §. cum igitur. versic. sed etiam contra testamentum ei datis allegationibus &c. in authen. de non eligen. secū. nuben. & quia dicta bona prouenerunt ex paterna substantia, domina Ludouica non petet tale supplementum in proprietate, sed tantum in vsufructu, prout egregie firmauit dominus consulens, quod licet etiam mihi satis probabile visum fuerit per adducta per eum. non tamen spernendum puto vnde equū fore arbitror, & probabilius, quod signanter addit secundus consultor Augustinus Berous, dum tentat posse dicte domine Ludouice negari supplementum legitime, & quod tamen debeat habere de bonis filie scutos octo, ī quibus p̄ sua legitima fuit
4 instituta cū expressione, qd̄ vltra aliqd̄ petere nō posset, & † hoc fauore vltime voluntatis, vt scilicet illa ad vnguem seruetur. & hoc videtur probari in. §. hinc nos alia. in versi. si igitur legitime filius testatus fuerit, in authen. de nupt. inquit enim ibi

tex. q si matri filius quid relinquat illud ipsa accipiat propter scripturam testamenti quasi dicat, vt vltra non querat sed ibi relicto contentetur, et hoc videtur importare rõ que ibi statim subditur scilicet quia vbiq custodire volumus morientium voluntates etc. non enim custodiretur in nostro casu voluntas domine Helisabette morientis si quid vltra sibi relictum petere mater eius. nec potest dicere mater non conuenire vt mihi nedum proprietas sed etiam vsusfructus auferatur cum iura semper binubis vsumfructum reseruent sicut vidimus supra circa legatum ducentorum quoniam respondetur, et de plano q isto casu mater non priuatur nec etiam proprietate cum illã
5 nunquã habuerit legitima. n. † non debetur matri aut in eã ius habet nisi post mortem filie sicut nec filio ius competit ad legitimã viuo patre vt dixi in consi. ij. eleganter docte, et copiose. num. 6. j. vol. nec tunc predictis refragabitur preallegat. §. cuz igitur de nõ eligen. secund. nuben. ibi. sed etiã quod testat etc. quoniam primo responderi potest, et etiam dicit do. Berous quod ibi mater non transierat ad secunda vota. et licet ipse nil aliud dicat neqz id declaret nec quare id sit tamen tu declara dicendo, q istud clare ibi exprimitur in vers. ante secundam cõputationem filios amittentibus. etc. sic videtur velle ille tex. q non procederet si viuo filio de cuius hereditate agitur mater secundas nuptias contraxisset, et tunc ratio differentie illa fit, q in vita filij secũdo nubẽdo iniuriam aliquã filio vincti dicitur inferre, quod non fecit si ante filij obitũ non nupsit. merito ergo in secundo casu debet omnino seruari testamentum filij secundum q supra dictum fuit. in primo vero daretur illi allegatio cõtra testamentũ filij, et ita illa duo iura simul congruẽter videntur etiam conciliari circa impugnationem testamenti concessam in §. cum igitur vel obseruationem quammodo preceptam in §. terminos qui certe alias non videntur posse concordari. sed in casu nostro domina Ludouica secundo nupsit ante obitum domine Helisabete filie, et sic ei aliquam iniuriam dicitur fecisse ideo debet obseruare testamentuz eius. potest etiam secundo responderi prout etiam dixit Excellentissimus Doctor predictus q tunc datur allegatio cõtra testamẽtum filie si in eo fuerit preterita vel irrationabiliter exhereda ta, vt proprie dicitur in d. §. cum igitur. at in casu nostro non sic accidit, sed fuit honorabili titulo institutionis vocata quo casu videtur loqui d. §. hic nos in vers. si igit legitime filius etc. ibi, et relinquat matri substantiam vel partem eius aliquaz etc. quod intelligam scilicet iure institutionis. nec nouum est vt
6 isti casus differant, nã † et alias siquid iure institutionis relinquitur filio non potest impugnare testamentum quod tamen posset si non ita esset sibi relictum. §. ceterum, in authen. vt cuz de appel. cognosc. et ibi dicunt Ang. et alij. et tradunt Docto. in l. omnimodo. C. de inoffic. testa. et dicitur portio eius quod ab intestato esset habitura per iura notissima. et dixi alias in consi. lxvij. domina Cornelia de Larinn. 61. et consi. cxxiij. domina Barbara nu. 10. ij. vol. At legatum iam habebat, et sibi virtualiter erat quesitum. sed illa transeundo ad secundas nuptias priuata fuit ppríetate eius sibi saluo vsufructu, quod non potest dici circa legitimam quam non habebat tempore secundarum nuptiaruz. et hoc non considerauit dominus Berous vel saltem non dixit. Nec obst. quod alias matri debeatur legitima qua per filium in bonis suis priuari non potest, quoniam dici potest quod propter transitum ad secundas nuptias, et sic propter iniuriam eo modo illatam filio dicatur illã perdidisse si et quãdo ex testamento filij constet eum sic voluisse d. §. hinc nos alia, inducendo vt supra sed in casu nostro constat ex testamento domine Helisabette filie eam sic voluisse cũ solum p sua legitima reliquerit illi scutos octo ita vt amplius de bonis suis petere aut ɔsequi non possit, ergo etc. hoc declarato quod illos scutos octo libere, et pleno iure habere debet et sic etiam quoad proprietatem vt dicitur in dicto. §. hinc nos.

¶ Super hac nostra, et Beroi opinione bene ac mature cogitabit qui in presenti casu ius dicturus est cuius circunspecte religioni ac prudentissimo iuditio eam prompto animo subijcio. His autem omnibus certe non indigeremus si ex aliquo iure municipali mater excluderetur a successione filij extantibus agnatis vsqz ad certum gradum infra quem reperiretur predictus Tadeus patruus vt plene scribit Berous in sua vltima additione ad quem gratia breuitatis me refero.

Laus Deo Opt. Max.

¶ Socinus Nepos Bononie. 1556.

PVNCTVS

CONSILII XCVIII.

ERNARDINVS quondam Joseph de Riciardis nobilis Aretinus adhuc infans decessit superstitibus sibi domina Margarita matre domino Fabiano de Riciardis egregio iurisconsulto patruo magno ac etiam domina Antonia, et Marietta amitis. dubitatur quis eorum succedat abintestato stantibus statutis Aretine ciuitatis sub rubrica de successionibus ab intestato cum suis additionibus quorum copia transmittitur.

SVMMARIVM CAPITVM.

¶ De casu de quo in statuto nulla fit expressa mentio vtrum scilicet tanquam obmissus remaneat in dispositione iuris communis.

¶ Si vocantur certe persone ad exclusionem matris omnes alie persone censentur necessario exclusea iure excludendi matrem.

¶ In perplexitate trium personarum quarum quelibet vti potest argumento si vinco vincentem te fortius vinco te. quid in dubio sit dicendum?

SVMMARIVM NOTABILIVM.

1 ☞ *Casus a testatore ommissus remanet sub dispositione iuris communis.*
2 *Statuti verba cum sunt clara non debet fieri quæstio voluntatis.*
3 *Inclusio nominatorum est exclusio non nominatorum.*
4 *Statutum potest derogare iuri communi.*

CONSILIVM XCVIII.

IRIGAT Dominus verba mea in viã veritatis et iustitie.

¶ Viso puncto ppósito ac etiaz statutis Aretinis mihi exhibitis, visis etiam diligenter ac consideratis consilijs super tali puncto redditis per Excellentissimos Jureconsultos dominum Antonium a Subiano et dominum Marcũ de Asinis mihi vti fratres honorandos cõcludentes dominã Margaritam matrem defuncti admittendam esse ad quartam partem hereditatis, et ad reliquas tres quartas vocari Excellentem Doctorem dominum Fabianum de Ricciardis patruũ magnum iuxta formã statuti predicti in vers. non existentibus autẽ pred. et existẽtibus fratre patruele, seu patruo magno etc. Visa est eorum conclusio primo aspectu valde dubia. nam in predicto statuto nulla fit mentio de amita defuncti vna, vel pluribus vt scilicet ipsa amita excludatur vel admittatur, propter quod casus existentie amite videtur obmissus, nec enim loquitur quando cum matre, et patruo concurreret amita, et
1 ideo videbatur † quod talis casus sic a statuto obmissus remãserit in dispositione iuris communis argumento. l. commodissime. ff. de liber. et posth. et l. si extraneus, et ibi not. docto. ff. de condi. ob causam cum similibus, vt alias dixi in consil. viij. domina Angelina vidua nu. 6. primo vol. et in cons. clxx. Excellentissimus iuris vtriusqz Doctor nu. 31. ij. volum. et eo posito videbatur dominam Margaritam matrem in totum admitti, et excludere nedum patruum magnum sed etiam illas amitas, per tex. in authen. defuncto, et in corpore vnde sumitur. C. ad sena. consul. Tertull.

¶ Preterea pro ipsa matre facit qua in ista perplexitate, et conflictu trium personarum vt in casu nostro est mater, patruus magnus, et amita quarum quelibet potest vti illo argumento, si vinco vincẽtem te fortius vinco te de quo in. l. de accessionibus. ff. de diuer. et temporal. prescrip. et tradit Bar. in. l. Claudius. ff. qui potio. in pignor. habe. et ego alias dixi in consi. vj. moritur vltimo loco. nu. 3. j. vol. et in consi. x. abunde et subtiliter nu. 17. ij. volu. Mater enim dicet ego vinco amitam que vti proximior vincit patruum magnum, ergo etiam patruum magnum in totuz debeo vincere. Amita autem dicet ego procul dubio vinco patruum magnum qui vincit matrem ex forma statuti saltem a tribus quartis ergo etiam matrem vincere debeo

debeo. Eodem argumento vincitur patruus magnus dicẽs ego
vinco ⁊ excludo matrem a tribus partibus que amitam exclu
deret igitur etiam amitam vincere ⁊ excludere debeo, vt sic vi-
gore talis argumenti quisq; illorum consequatur ex persona
alterius quod ex propria consequi non posset. Dico igitur ꝙ
in hac perplexitate videtur iudicandum pro matre, vt sic ipsa
in totum alijs exclusis admittatur, tum quia illa de iure com-
muni esset preferenda, tum etiam quia illa non reperitur in
totum exclusa sed semper vocatur ad aliquã partem, ⁊ ita vo-
luit Alex. in l. illam. iiij. col. C. de collat. ⁊ patruus ⁊ D. meus
Soci. in consi. xxviij. fuit quidam Petrus per totum iiij. vol.
prout ego dixi in d. consi. vj. j. vol.

¶ Predictis tamen non obstantibus velut casum nostrum
non tangentibus arbitror quod vno in casu de quo supra pa-
truus magnus admitti debeat ad iij. partes, mater vero solũ
ad aliam quartam partem. Amitis predictis totaliter exclu-
sis, prout concludunt prefati excellentissimi Consultores, quo-
rum sententie vtriusq; iuridice ⁊ ex mente statuentiũ prompto ani-
mo consentio per ea que copiose ⁊ doctissime per eos deducta
fuerunt ad que gratia breuitatis me remitto. Et solum dicam
ꝙ fundamentum huius conclusionis clarissimũ est in verbis
predicti statuti in sua additione cum in eo clare dicatur ꝙ non
existentibus fratre vel sorore defuncti filij nec fratris vel sororis
filijs, sed existentibus fratribus patruelibus vel patruo etiam
magno mater debet admitti ad quartam partem bonorum ⁊
hereditatis filij vel filie defuncte, ⁊ ad reliquas tres quartas ad-
mittantur patrueles vel patruus etiam magnus vnus vel plu-
res ⁊c. Unde cum hic non extet frater nec soror nec eorum filij
⁊ solũ supersit mater ⁊ patruus magnus debet hereditas de-
functe persone inter eos diuidi modo suprascripto, ⁊ cum de
hoc verba statuti sint clara vt sic in eo videatur casus nostre
2 difficultatis † non debet fieri alia quest. volũtatis. l. ille aut ille.
§. cum in verbis. ff. de leg. iij. ⁊ l. ancille cum glo. super versicu.
questio. C. de fur. cum similibus. Et probatur etiam predicta
conclusio per multas decisiones maiorum nostrorum allega-
tas supra per dominos Consulẽtes ad quos me remitto. So-
lum superest respõdere ad allegata in ꝯtrariũ, ⁊ vbi quis recte
voluerit intueri mentem statuentium cognoscet facile respon-
deri posse vt infra. Dum ergo primo dicebatur. Casum existẽ-
tie amite esse obmissum ⁊c. vt in argumento respondetur negã-
do talem casum obmissum. Et dico ꝙ vno in statuto dicitur
amita exclusa si non expresse saltem virtualiter, ⁊ ita ꝙ aliud di-
ci non potest, nam statutum ad exclusionem matris enumerat
fratres, sorores, ⁊ eorum filios. Item patruum etiam magnũ
⁊ fratres patrueles. Quas personas dicitur vocare ad exclusio-
nem matris eo tamen modo qui postea ponitur in aditione.
Ex quo sequitur ꝙ talibus personis non extantibus. Mater
dicitur vocata (extent quicunq; alij) vt sic etiam amite existẽtia
ei non noceat, nam illa in effectu dicitur per statutum exclusa
nedum a personis in statuto expressis sed etiam ab ipsa re. in-
3 clusio † enim nominatarum personarum ad exclusionem ma-
tris excludit omnes alias non nominatas iuxta dicta Bart. in
l. ij. §. videndum. ff. ad Tertul. Nam cum statutum ordinate
nominauerit personas per quas vult matrem excludi clare in-
tendit eam per alias personas non nominatas non excludi,
etenĩ persone non nominate censentur excluse a iure excluden-
di matrem quia inclusio vnius est exclusio alterius. l. cum pre-
tor. in princ. ff. de iudi. cum concordantibus vt per Decium in
consi. cccccLxxiiij. causa in qua agitur nu. 7. ⁊ per me in consil.
xxix. Antonius quondam Francisci nume. 4. j. vol. vbi ego lo-
quor fere in terminis nostris concludens ꝙ quando in statu-
to proceditur per viam admissionis, et ponit aliquo modo
personas quas vult admitti clare vult omnes alias esse exclu-
sas, licet de eis non faciat expressam mentionem, ⁊ ideo sicut
in casu illo dicitur excludi filia fratris ex clara mente statuti a
quo virtualiter non dicitur omissa licet de ea expresse nihil di-
catur, quia scilicet non reperitur inter personas admissas, ita
in casu nostro dicendum est de amita vt scilicet nõ dicatur per
statutum omissa sed potius exclusa propter matris existentiã
cum non reperiatur posita inter personas excludentes matrẽ.
Et idem probari potest per idem argumentum, considerando
ꝙ amita non ponitur inter personas vocatas a statuto ad ex-
clusionẽ patrui magni prout eo modo arguit excellentissimus
Julianus primus consulens. Non ob. modo quod secundo
loco dicebatur ꝙ in huiusmodi perplexitate trium personarũ
mater est preferẽda. Quoniã respõdetur negando ꝙ simus in
tali perplexitate, quia solum cadit disputatio inter matrem ⁊
patruum magnum, nec amite existentia dicitur attendenda,
quoniã ipsa virtualiter dicitur exclusa ⁊ aliud dici non potest
vt supra dictum fuit. Et talis disputatio sopita est per clara ver-
ba statuti in sua aditione. Determinatur enim vt mater voce-
tur ad solam quartam ⁊ patruus magnus ad alias tres quar-
tas prout etiam supra per dominos consulentes ⁊ per nos cõ-
clusum fuit. Nec quicquam obst. ꝙ alias mater iure commu-
4 ni esset preferenda. Quoniam tali † iuri per statutum dicitur
derogatum prout fieri potuit iuxta l. omnes populi, ⁊ tradita
ibi per Bart. ⁊ alios. ff. de iusti. ⁊ iur. illa autem potioritas de
iure communi solum operaretur, in matris fauorem quando
essemus in illa perplexitate ⁊ concursu trium personarũ prout
loquuntur Alexan. ⁊ alij in contrarium allegati, vnde cum in
casu isto non detur illa perplexitas. Sed adsit clara ⁊ expressa
decisio statuti seu iuris municipalis sequitur ius commune il-
li repugnans esse sublatum, per d. l. omnes populi. ⁊ per hanc
viam tollitur etiam ꝙ dicebatur matri etiam fauendum que
in totum non reperiebatur exclusa sed ad quartã partem ad-
missa, quoniam etiam illud solum veniret considerandum si
essemus in iam dicta perplexitate ⁊ concursu trium personarũ
ꝙ in casu nostro non datur vt supra ostensum fuit, ergo ⁊c.

¶ Sic itaq; remanet firma ⁊ verissima conclusio dominam
Margaritam matrem in casu nostro vocari solum ad quartã
partem hereditatis filij nuper defuncti, ad reliquas vero par-
tes vocari dominum Fabianum patruum magnum defuncte
persone prout etiam hanc conclusionem ex pluribus ⁊ varijs
rationibus ⁊ decisionibus maiorum nostrorum firmauerunt
excellentissimi domini Consulentes. Ad quorum dicta gratia
breuitatis me remitto. Laus Deo Opt. Max.

¶ Sozinus Nepos Bononie. 1556.

Dominus Brunorus Sol. iur. vtr. Doct.
Venetus corrigebat.

FINIS.

REPERTORIVM IN IIII. VOLVMEN CONSILIORVM CLARISSIMI,

Eminentissimique Iurisconsulti domini Mariani Socini Iunioris Senensis Patritij, Aequitis, ac Cæsareę, Pontificalisque aulæ Comitis, aliter Socini Nepotis incipit.



Alie-

De litera B.

De litera C.

De litera D.



De litera E.

De litera F.

De litera L.

De litera M.

De litera N.

De litera O.

Occasio

De litera P.

De litera Q.

De litera R.

De litera S.



Sur-

Testator

De litera V.

Repertorium explicit.

In quo omnes loci (si qui in notabilibus ad singula consilia deprauati forent) restituuntur.

Authore notabilium & Repertorij, Domino Brunoro Sole. Iur. Vtr. Doct. Veneto.

Regestum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
AA BB CC DD.

Omnes sunt Terniones.

VENETIIS
Apud Cominum de Tridino Montisferrati.
MDLXIX.

colorchecker CLASSIC

calibrite